GALENI OPERVM TERTIVS TOMVS CLASSEM SCRIPTORVM EIVS TERTIAM COMPLECTENS, CVI INSVNT QVAE DE MORBORVM AC SYMptomatum causis differentijsq́;, & reliqua hisce finitima materia per artem totam traduntur, unà cum commentarijs in libros Hippocratis De morbis uulgaribus.

Elenchum horum omnium, uersa pagina ostendet.



BASILEAE M. D. XLIX.

Omnia per Ianum Cornarium Medicum Physicum recognita, & innumeris locis emendata.

Quid sit morbus. Qui sint similarium partium atque instrumentariarum morbi peculiares, tum simplices tum compositi. Qui morbi tum simplices tum etiam compositi utrique generi partium communes existant, quos in uniuersum continui solutio complectitur. A

CL. GALENI DE DIFFERENTIIS MORBORVM LIBER

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.



PRIMVM dicere oportet quid morbum appellemus, ut libri intētio magis innotescat: Secundo loco, quot sint uniuersi primi & B simplices morbi, qui ueluti quędā aliorū sunt elementa: Deinceps uero tertio, quot sint ij qui ex eorum compositione proueniunt.

II Sumendū uero & hic omniū cōsensu approbatum principiū, ꝙ omnes homines tūc se sanos existimant, cum partium corporis ministerio, ad eas quæ in uita necessariæ sunt actiones, sine aliquo uitio perfungi potuerint. Quòd si cuiuspiam partis operatio offensa sit, illā ægrotare arbitranť. His igitur ita se habētibus, in duobus his sanitatē quærere oportet, aut in operationibus naturalibus, aut in fabrica instrumentorum quibus operamur. Ex quo fit ut morbus sit uel operationis uel C structuræ oblæsio. Sed quoniā et dormientes, aut alioquin in tenebris & ocio degentes, aut sæpe discumbentes, neq; ulla corporis parte mouemur, neq; alicuius rei extrinsecæ sensum habemus, nihilominus tamen sani sumus: hinc perspicuū existit, ꝙ sanitas nō operatione, sed potentia potius est diffinienda. Vt aūt operari possimus, structura efficit naturalis. In hac igiť cōsistit sanitas. Vndè & hæc ipsa ad operationē uim obtinet causæ. Siue igitur naturalē omniū partium corporis constitutionē, sanitatem appellare libuerit, siue operationū causam, in idē uterq; incidit sermo. At si hoc est sanitas, eius profectò cōtrarium erit morbus, uel non naturalis constitutio, aut læsæ opera D tionis causa. Liquet autem ꝙ & si dispositionem nō naturalē dixeris, cum eo ꝙ nominē uteris antiquo, idem quoque significabis. Quot uero modis exeuntia naturæ normam impediantur in naturę operib. corpora, si inuenire potuerimus, hac una uia omnium simpliciū morborum numerū inueniemus. Sumatur uero & hic cōstans omniū confessione principium, id quod naturale existit, esse moderatum nō in animali solum, sed & in plantis & seminibus & omni organo, quod uero non naturale, immoderatū. erit igitur sanitas moderatio quædam, morbus autem immoderatio. Quarum igitur rerum immoderatio morbus sit, deinceps considerandū, an scilicet, quorum sanitas moderatio est, eorundē morbus est immoderatio. Quare si moderatio meatuū sanitas est, eorūdē immoderatio morbus existet. Quòd si ex temperātia calidi, frigidi, humidi, & sicci sanitas pendet, ex eius contrario necessariò ægrotare continget. Eadem ratione si in aliquo alio genere sanitas fuerit, eiusdem generis immoderatio faciet ægritudinē. Sed hoc ipsum rationabilius cōsideremus, si quod sit corpus maxime simplex atq; unum, id nullius aut intensionis, aut diminutionis est particeps, neq; in hoc genere alterum melius, alterum deterius reperitur. At si ex pluribus constet, multi in eo cōpositurę modi, alij meliores, alij peiores contingent. Ex quo illud eueniet, ut & ipsa composita, & meliora, & deteriora inueniātur. Id uero quod optime sit compositum, inter ea quæ ad id genus attinent, optimum existet. Corpora itaq; animalium, quod dici solet, magis ac minus admittunt, tantaq; in ipsis uarietas est, ut alia quidem optimi sint habitus, alia simpliciter boni, non tamen optimi. alia quæ etsi sana dicantur, non tamē boni sint habitus, quædam uero minus ualeant, quædā autem iam ægrotent. Atq; horum quoq; ægrotatio quandoq; leuior, quandoq; periculosior: & hæc ipsa, quandoq; uehemens, nonnunquam periculum mediocre affert. Neq; enim omnia corpora uel sana, uel ægra, æqualiter affecta esse existimare debemus. Quare animalis corpus nō erit unū, ueluti atomus Epicuri, aut incōpacta Asclepiadis corpuscula. compositum igiť. Quòd si ex atomis, aut ex huiusmodi corpusculis incōpactis impassibilibusq; cōstaret, in compositionis qualitate tantūmodo, magis minusq; susciperet. ueluti domus ex impassibilibus constructa lapidibus, nō tamē habentibus compositionem ex omni parte perfectam. Quòd si & lapides ipsos aliquo pacto pati contingeret, uarios sanè modos ac multiformes, domus eadē in suscipiēdo magis ac minus admitteret. Si uero & corporū nostrorū primordia eam naturam habent, ut & pati, & alterascere possint, non in cōpositione & partiū formatione tantum, sed in totis seipsis, magis minusue corpora ipsa recipient. atq; ex eo ipsa per se tota, tot morborū genera cōtrahent, prima atq; simplicia ac ueluti aliorum elemēta, quot fuerint cōponentia. Quod uero sub his uerbis per tota alterari significamus, impassibilibus elemētis nequit accidere. Neq; enim fieri potest ut insectile corpus, quòd atomum appellant, quicquam patiatur, sed in compositione

ac formatione duntaxat passio contingit. A

III Cōpositio aūt atq; formatio in corporibus animaliū,triplex reperitur. Prima quidē earū partium quæ similares appellantur, ueluti arteriarū, uenarum,neruorum,ossium,cartilaginū,ligamētorum,membranarum,et carnium.Secūda instrumentalium, cerebri,cordis,pulmonis,hepatis, uētris,splenis,oculorum & renū. Tertia uero totius corporis.Etenim harū unaquæq; partium instrumentalium, ex alijs quibusdam simplicibus ut ad sensum est cōstituta. Illarū uerò quælibet, ex primis constat elementis. Carnis igit quatenus caro est, in compositione tantū quatuor elemētorum differentia cōsistit:at quatenus pars est instrumētorum alicuius,in formatione & magnitudine.& ipsorum itaq; instrumentorū,in eisdem erunt dis- B crimina. Vbi itaq; dixerimus de partium similarium morbis quot numero sint,& quales iuxta suppositionē primam,ueniemus ad secundā, ad eam scilicet quę tota per totam substantiam alterari & transmutari corpora supponit.

IIII Sunt aūt duæ primæ ęgrotatiōes,altera ampliatio meatuū,altera angustatio.Nā si prima elementa supponantur impassibilia, nullę erunt alię præter quā in cōpositione passiones. Omnis aūt compositio ea,quæ nuper diximus,discrimina recipit.Quare necesse est similarium quamlibet partium tunc suum habere robur,cum meatus modicos obtinet. qua moderatione sublata, à naturali dispositione digrediatur oportet. Sed quoniā unaquęq; mediocritas duplicem patitur corruptio- C nem,alteram exuperantiam,alteram defectum,liquet ꝙ primæ ægritudines corporū simplicium duplices erunt,quarum alteræ ex ampliatione, alteræ ex angustatione meatuū consistunt.& os igitur & caro & aliarū unaquæq; partium, quæ si ad iudicium sensus referātur,simplices sunt:cum aut densitatem, aut raritatem immodicam habuerint, male affectæ esse censentur.Quòd si in utroq; excessu mediocritatem seruauerint, quantū utiq; earum operationibus fuerit maxime opportunum, tunc utiq; supremū sanitatis gradum obtinere dicētur. Breues uero à medio ad utrūq; extremorū euersiones,donec partis operatio omni noxa sensibili caruerit,nequaquam ægritudines appellabimus.Plurima uero in his maioris ratio inuenitur, D utpote in salubri & morbida natura magnum occupante interuallum, cum ab exquisitissimo sanitatis modo & temperie recesserit.unde in hoc spatio omnes sanorum differētiæ locabuntur.Secundum ab hoc quod sequitur interstitiū,in quo sensibilis apparet à mediocritate recessus,obtinēt morbi,donec ad tātam immoderationem natura peruenerit,ꝙ membro interitum afferat. Neq; enim animalium corpora eam habent à natura proprietatem,ut quomodocunq; rarescere aut densescere possint, sed & huic rei limites natura cōstituit, quos præterire sit perniciosum.Et corporum quidem impassibilium suppositio ita se habet.At qui elementa subijci passionibus statuūt,mutuisq; inter se actionibus per se tota commisceri ac temperari arbitrantur,quocunq; numero prima constare elementa supponant,totidem primas esse ægritudines necessario fatebuntur.Age igitur,sint prima elementa,numero quatuor, calidū,frigidum, humidum,& siccum, quibus inuicem moderate confusis sanū sit animal,immoderate uero, ægrotum,erunt cōsequẽter ęgritudines quatuor. Prima, caliditas quæ naturalem excesserit modū.Secunda,frigiditas.Tertia, humiditas. Et quarta, siccitas.Hi sunt iuxta secundam suppositionem modi uniuersi earum partium quæ similares appellantur,& simplices omnino esse uidentur.Compositorum uero in nobis instrumentorū ægritudines, utriq; suppositioni communes existunt. Has igitur breui sermōe exequemur.Sed hoc ipsum,præ omnibus quemadmodum communes sunt,ostēdamus. Cum oporteat membrū quodlibet ad sensum compositum (quod dissimilare appellant)si rectè opus suum perficere debeat, nō ex quibuscunq; particulis,neq; ex numero,aut magnitudine qualibet non satis opportuna cōstare, aut quouismodo aliter incommode se habere,in quatuor generibus quæuis instrumentorum ægritudo cōsistet. Proprias autem unumquodq; genus suscipit differētias,id quod primo diximus loco: cum forma membro conueniens fuerit uitiata,quoniam scilicet uel figuram incommodam,uel concauitatem,uel meatum acceperit, aut unum aliquid amiserit quod adesse oportuerat. Ex hoc genere etiam sunt leuitas & asperitas non commode permutatæ.Secundi generis,quod ad numerum spectat,in primis ac simplicibus partibus duplex est morborum differentia, aut quia deficiat aliquid quod haberi erat opportunum, aut superabūdet quod minime sit necessarium. Tertij quoq; generis,quod cōsistit in magnitudine, duplex est morborum differentia,siquid aut nimium adoleuerit, quod minus esse decuerat, aut nimis sit extenuatum quod maius esse expediebat:ex quo fit ut totum instrumentum non rectè suum impleat officium.In reliquo autem genere morborum secundum compositionem,aut positu uariato naturali, aut mutata partium copula,differētiæ constituentur.Quemadmodum uero prima quæque instrumenta, aut integram ex simplicibus corporibus compositionem,aut uitiosam sortiuntur, atq; ex eadem causa uel sana sunt,uel morbida: ita rursus ex his ipsis instrumentis primis, coagmentantur secūda.Musculus enim et uena inter prima instrumenta connumerantur:digitus uero inter secunda, atq; hoc magis pes, & pede magis crus. Vniuersaliter enim quęcunq; ex similaribus partibus coalescentibus unius operationis gratia sunt constituta,inter prima instrumenta censentur. Quæcunque uero rursus ex his componuntur,& si uni totius instrumenti actui quā maxime obseruiunt, inter secūda connumerantur.Eædem uero & horum instrumentorum erunt ægritudines,quæ dicuntur esse primorum.Sed instrumentorum differentias alibi executi sumus,quæ potissimum prima appellantur,& quæ secundo posthæc, & quæ

tertio

tertio ordine collocentur. quippe sunt aliqua quę ambiguas utrinq; habent notas, ut uideatur tum ad primum, tum ad secundum ordinem pertinere. hoc uero in loco non adeò ad exactum est consideratio redigenda: Id unum tantum animaduertere oportet, simpléxne ad sensum, an composita sit animalis particula. Simplicis enim, primæ (de quibus diximus) ægritudines, naturaliū elementorum differentia determinatur. Ad compositam autem secundæ pertinent, quæ utriq; suppositioni communes existunt. Nullum uero ægritudinis genus neq; in simplicibus, neq; in compositis corporibus insuper reperitur, quod utrisque sit proprium. siquidē uia diuisionis id impossibile ostenditur. unum tamen commune est omnium & simplicium & compositorum corporum, siue prima sint instrumēta, siue secunda, siue tertia, quod nūc explicabimus. Ad huius uero inuentionem, uiam nobis præstat, quædam in omnibus dictis corporibus natura cōmunis. siquid enim cōmune omnibus insit, quatenus secundum naturam se habere dicitur, quod uel usum aliquem, uel actum animalibus largiatur, omnino eo corrupto communis quidam assidet morbus. Sed quidnam hoc est quod omnibus cōmune existat? Suarum unicuique unitas partium. quæ, cum affuerit, causa erit ut pars quælibet una esse dicatur, unumq; actum uel usum perficiat. Quòd si qua solutio contingat, partis illius erit ægritudo. Quam uero appellationem in singulis partibus ægritudo sortiatur, paulo inferius dicemus, quando dictorum generum differentias, in species secabimus particulares. Id igitur iam exequamur, rursus à prima suppositione exordientes.

V Duæ, iuxta hanc, in similaribus partibus erāt ægritudines, quæ meatuū immoderatione constabant, uel eorū scilicet ampliatione, uel angustatione. utriusq; uero earū est differentia duplex, angustationis quidē, corporis undiq; in seipsum compressio, atq; ipsorum obstructio meatuū. Ampliationis autem, eiusdem corporis ad omnem partē extensio, ac meatuum quædam ueluti expansio, contingens ex concursu elementorum, quæ proprie corpora, & quidem prima ac simplicia appellari asseuerant. Siquidem quæ ex ipsis fiunt cōpositiones, uocant syncrimata, id est concretiones. Iuxta uero suppositionem secundā duæ sunt ægritudinum differentiæ, quum uidelicet partes similares solis nonnunquam qualitatibus alterantur, nonnunq; uero ad easdē partes aliqua cōfluente substātia, in qua eędē sunt qualitates. Et secūdum quidem modum, ex quo tumor aliquis corporibus aduenit, nemo ferè medicus ignorat. Nam & erysipelata, & inflammationes, quas Græci phlegmonas uocant, & tumorum genera, quæ ab eisdem œdemata, phymata, & phygethla appellantur, & strumæ, elephantiasis, scabies, lepræ, uitiligines, tumores duri, in hoc genere cōprehenduntur. qui omnes morbi adeo sunt euidentes, ut neminem possint latere. At quos sola inæqualitas atque intemperies primarum cōmittit qualitatum,

A ij non omnibus ita patent, nisi cum plurimū à naturali habitu corpora recesserint. Tunc enim facile affectus ipse ab omnibus deprehenditur, qui superante caliditate, ac totū obsidente animalis corpus, febris nuncupať. Eadem uero caliditas quandoque in singulis animalis partibus sensui subijcitur: ueluti in cruribus, cum quis nimium ea ambulando fatigauerit, aut cum remigando, aut agrum fodiendo, siue aliquid tale faciendo ad lassitudinem usque peruenerit. Tunc enim & ijsipsis qui labore oppressi sunt, & alijs tangentibus, feruidiores sentiuntur. Quòd si ex alicuius humoris profluuio magnus quidam tumor parti adiectus sit, erit ex secunda morborum differentia. Ex prima autem erunt, & illa quæ nuper connumeraui-

B mus, & siquis præterea affectus aut ex solis adustione, aut ignis calefactione, quemadmodum eę quæ squammæ appellātur, in certa animalis parte, aut toto corpore contrahatur. Cum uero morbus frigidus est, calido quidem contrarius, in extremis quandoq; partibus usqueadeo patens dispositio contingit, ut emortua decidant membra. Nec minus uniuersum aliquādo patitur corpus, sicuti iter agētibus in ualido frigore accidit. Nam plerique ex his in ipsa uia commoriuntur, pleriq; uero antequam animam expirent domum, aut ad hospitium algidi ac semianimes deferunť. In morbo autem attonito, & comitiali (alterum apoplexiam, alterum epilepsiam Græci appellant) & tremore, & distentione neruorum, (quam Gręci spa-

C smum uocant) talis sæpe accidit passio. Nam & ij quos in itinere usq; ad mortem frigus oppressit, talibus rigoribus corripiuntur: quales Græci em prosthotonos, opisthotonos, ac tetanos appellāt: quoniam modo in anteriorem, modo in posteriorem, modo in nullam flectitur partē, sed rectum atque immobile corpus intenditur. Nonnulli autem his passionibus quas cōgelationes nomināt, affliguntur. Alij simile quid ijs qui morbo attonito laborant, patiuntur. In his uero passionibus omnibus superuenit accidens, quod multorum distrahit intellectum, ut accidens ipsum putēt ęgritudinem, atque ægritudinem, accidentis causam. Nam qui operationum læsiones putant ægritudines, hi non absq; ratione, neruorum distensiones,

D insensibilitates, torpores, et reliqua huiusmodi, ęgritudines uocant. Nos uero ab initio de nominibus edocuimus, ne quempiam forte lateret in hisce omnibus, non de rebus, sed de uocabulis tantummodo disceptari. Illos tamen quispiā iure meritoq; taxabit, qui suam non seruant hypothesin. Sed licet aberrēt, plus se tamen cæteris sapere existimant. Audire licet eos cum interdū distinguere conantur, dicentes: Si neruorum distensio sequatur inflammationem, ipsam esse aduentitium quoddam, atq; accidens inflammationis. Si uero solam intemperiem, ægritudinem. Hæc etiā de febre ipsa arbitrantur. nimirum si post sensibilem alicuius membri aduenerit affectum, accidēs esse. alioquin, ægritudinem esse censendam. Qui quidem ob id sunt accusandi, quòd non expectantes

donec ab alijs confutentur, ipsi seipsos reuinciūt. Qui uero supponunt aut operationum læsiones appellari morbos, neq; à primo discedunt instituto; aut etiā aliud quid huiusmodi minime aduertunt, in nominibus tantummodo decipi, res uero ipsas recte assequi, sunt existimandi. Sed de omnibus ad medicinam pertinentibus nominibus, est à nobis alibi plenius explicatum. Et siquis recte his uti cupiat, librum illum curiosius inspiciat. Quoniam uero hic locus rerum cognitionē præcipue desiderat, ea que deinceps sequūtur (seruata quam diximus nominum ac uocabulorū proprietate) aggrediamur. Diximus de calidis aut frigidis affectibus, qui omnis substātię effluentia uacant. Eadē ratione & humidæ, & siccæ consistent ægritudines, tota alterascente corporum natura, nullam extrinsecus materiam in sese recipiētium. Exiguæ uero permutationes, nō facile deprehendi possunt. Magnę uero manifestissime patent, in membris præsertim quæ proprie emortua sunt. Nam quędam ueluti salita ac ualde exiccata apparent: id uero nō ita crebro euenire solet: quædam mucosa & relaxata uisu ac tactu sentiuntur, adeo ut si aliquam ex ipsis partem manibus tractādam accipias, protinus effluat, atq; instar aquę excidat digitis. Hoc idē in putridis ossibus usu contingit. alia nō longe ab arena distare uidētur, similia his lignis quæ sunt uetustate corrupta. alia ueluti mucida sunt. quæ omnia humiditatis uel siccitatis immoderata intemperies ad mortem perduxit. Omnes uero exigui membrorum à naturali temperamento recessus à multis ignorantur, & ab eisdem imbecillitates appellantur. Nam si inflammatio, aut ulcus, aut aliquid huiuscemodi uentriculum infestet, nullam præterea causam cur cibus nō decoquatur, exquirūt. Si uero nihil horum sit, aiunt esse uentriculi imbecillitatem, tāquam aliquid dixerint præter id quod sit euidentissimum, malam uidelicet ciborum decoctionem. Quid enim eos aliud dicere arbitrandū, nisi uentriculi in suo opere perficiendo debilitatē? Hoc autē non est quod quærebatur, sed causa potius eiusdem debilitatis. Cur enim uētriculus suum officium debiliter impleat: cum neque ulcere, neq; inflammatione, neque tumore indurato, neque simili aliquo morbo afficiatur? Neque enim illi, sine ulla omnino causa, cōcoquendi cibum facultas eripitur. Quare relinquitur ut, aut immodicos meatus, aut qualitatum intemperiem causari sit necessarium. Ex quo etiam illud facile intelligitur, nulli earum ægritudinum quæ partibus similaribus accidunt, posse unquam rectam curationem adhiberi, nisi primorum elemētorum animaduersio fuerit adiuncta. Sed aduersus hos alibi, quemadmodū expedire uidebatur, disseruimus. & quod pręsentis interest loci, agnoscere oportet uētriculi imbecillitatem, aut uenæ, aut arteriæ, aut musculi, aut aliorum (ut simpliciter dicam) instrumentorum, tum animalium, tum uitaliū, uel ob meatus immodicos, uel ob qualitatum intemperiem necessario prouenire. Quo pacto uero tales eorū affectus sint agnoscendi, non est præsentis negocij. Non enim indicia explicare, sed ipsas primas enumerare ægritudines in præsenti statuimus. Ego uero iam uideor eas omnes commemorasse, quæ partibus similaribus tribuuntur.

A

VI Proximum est ut eas iam exequamur quæ instrumentaliū sunt propriæ. In his igitur aliquā omnino esse partem operatiōis causam, reliquas uero ad usum aliquē huic parti subministrandum à natura creatas, alibi ostendimus. Totius autem instrumenti operatio, tum maxime atq; pręcipue detrimentum patitur, cum pars illa ægrotauerit, quæ operationis est causa. Sed & aliarum immodici affectus officient operationi. Quæcunq; igitur non per seipsas hoc agūt, sed ea ratione, quòd primi instrumenti officiūt operationi, causæ morborum sunt, nō ipsæ morbi. Sed si præter id quòd in aliquo lædant primum operationis instrumentum, ita tamen affectæ fuerint, ut ipsam operationem offendant, iam tum huiuscemodi affectus, ęgritudines sunt appellandæ.

B

VII Fiunt autem (ut diximus) uel naturali formatione permutata, uel non seruato numero partium opportuno, aut unicuiq; parti conuenienti magnitudine, uel quòd non, ut naturalis positus expetebat, ipsæ cohereant. Cum eñ (utiā demonstrauimus) illa animantium natura opifex, nullā partem corporis sine necessitate aliqua affinxerit atq; formauerit, sed ob eum finē omnes, ut uel commode, uel firmiter magis, totū instrumentū, propriū exequatur officium: necessariū omnino, earum oblæsiones quæ uel penitus operationem prohibent, uel saltem impediunt, ægritudines putari: quæ uero ad offensionē tendunt primi instrumenti operationi accommodati, ægritudinis causas (ut nuper dicebamus) appellari. Ob hoc igit, qui & introrsum & extrorsum sunt cruribus, aut plantis læuigatis, deterius ingrediūtur, quoniam in his uitiata est figura naturalis. sicq; qui ex perfractis ossib. male conformati fuerūt, usum membri probum non habent. Neq; ij etiam quicquam recte agere possunt, quibus ob morbi magnitudinem articuli suis sedibus exciderūt, aut disruptis supercilijs qui eosdem articulos continent, facile articuli ad superiorem partē exiliunt ac dilabuntur, aut supra excrescente callo, tota ea pars quæ articulis constat, ob loci angustiam, ad motum inhabilis redditur. Et hæc quidem figurarum uitia aduentitia existunt. Natiua uero cum protinus in utero matris formatio deprauaī, quod in quacunque corporis parte contigerit, ex ea infirmum atque imbecillum animal redditur. Oportet enim cordis, pulmonis, uentriculi, cerebri, linguæ, splenis, & renum, & aliorum omnium figuram conseruari. Nam si aliqua noxa interuenerit, totum necessario instrumētum in suis deficiet operibus. Iam uero cauitatū omnium quæ partibus debentur tum magnitudo, tū multitudo, nisi seruež, necessario earum occasione lędetur actio. Multę uero huiusmodi ægritudines, nonnullę coalitu quodam, nonnullæ uero lentorum ac crassorum ob-

C

D

structu consistunt. Aliæ uero ipsis corporibus nimium exiccatis, aut ab aliquo ex circumstantibus ingruenti ac comprimenti, angustioribus effectis adueniunt. Ipsorum quoque corporum quæ tales meatus sortita sunt substantia aliquando indurata & inflāmata, uel tabescens, uel suppurata, aut inflata, aut quocunque modo aliam adiunctam atque aduentitiam adepta magnitudinem, ac deinceps ad interiores cauernas tumorem refundens, causa est ut obstruatur meatus. qui quidem ab ijs plurimum differunt, quod prioris sectæ authores supposuerūt ex primorum atque impatibilium corporum fieri conuentu. Nam intestinorum, uenarum, arteriarum atque huiusmodi omnium meatus, hos inquam meatus magnos ac manifestos omes perspicuo uidemus. Quòd si ex ipsis aliquis ob nimiam paruitatem sensum effugiat, nō tamen propterea ex eodē genere cum illis existit, quos prior secta supposuit. In omnibus uero huiuscemodi affectibus in quibus corpora in tumorem attolluntur, atque ex eo meatus intercludi aut angustiores effici contingit, nonnunquam una tantum prouenit ægritudo (obstructio scilicet meatuum) quę lędit operationem. Nonnunquam præter hanc altera, corporis scilicet dispositio quæ obstructiōis est causa. Quòd si id cui tumor accidit, corpus nullum proprium habeat opus, una tantum erit ægritudo, meatuum obstructio. eius uero causa, nō tamen ægritudo, erit corporis tumorem gerentis affectus. Si enim ita contigerit, ut patiente tunica uenæ, quæ exēpli gratia est in gibbis hepatis partibus, is meatus per quem ad ea quæ in concauis receptacula mittitur sanguis, reddatur angustior, duæ hac ratione erunt ægritudines, altera ipsius uenæ affectus, altera meatus obstructio. Impedit autem uenæ quidem affectus, sanguinis optimi generationem. obstructio uero, diductionem. utraque uero operatio animali est necessaria. Nam pro confesso habetur, quòd quæcunque dispositiones primo lædunt operationes, ægritudines nuncupantur. Si uero nihil ipsa patiente uena, lenti tantummodo ac crassi humores impacti meatibus diductionem impedierint, una tantum erit uisceris ægritudo, quæ obstructio appellatur. Idem euenit intestino, si sola adsit obstructio, una tantum erit ægritudo. Eodem uero inflammationem patiente, & propterea interioris spatij obserante spatium, ita ut excrementorum exitus prohibeatur, duæ erunt ægritudines: Sæpius enim ex morbo alter contrahitur morbus, ut in ijs quos nuper diximus facile constat: nec minus ubi erysipelati, herpeti, carbunculo, uel tali cuipiam ægritudini, febris ad adiungitur. Nonnunquam uero effectus ipse est operationis oblæsio, quam passionem decet & accidens appellare: eiusdem autem causam, ipsam ægritudinē. ueluti obstructio meatuum, causam affert ne alimentum digeratur: frigefactio uero, sensum inuehit difficilem, atque ita ægritudo accidenti originem præstat. Cum uero ipsa dispositio operationem primo impedierit, eiusdem autem dispositionis causa nullam attulerit offensionem, dispositionem quidem ægritudinem, quod autem ipsam facit, causam ægritudinis dicere oportet. ueluti in lentis humoribus atque obstructione contingit. ipsa siquidem obstructio est ægritudo: humores uero ægritudinis causa. Quæcunque uero ægritudines concauitatibus adueniunt, cum præter modum obstruuntur uel laxantur, omnes ad formationis genus referuntur. In his siquidem omnibus formatio naturalis quodāmodo uitiatur. At nec leuitatem, nec asperitatem, frustra partium opifex natura molit. quare et in hoc genere per omnes animalis partes morbi cōtrahuntur, cum id quod natura leue esse oportuerat, asperum fit: aut ediuerso, quod asperum, leue. Euidentissima autem in hoc genere

B medicis sunt, quæ aut læuigatis, aut exasperatis ossibus accidunt. quemadmodum etiam & faucium asperitates quæ tusses cōmittunt, manifestissime patent. Illud quoque hoc in loco cognoscere oportet, quod sæpius figura particulæ oblæsa aliquem simul meatum offendit. ueluti in naso aliquando usu euenit, quòd ex ictu uiolento resimatus, adeo internum cōpressit meatum, ut uel nullo modo, uel ægre per ipsum respiraret. Cōstat igitur quòd in huiusmodi affectibus angustia meatus est ægritudo: nam primum ipsa spirādi officium impedit: Causa uero præcedens, simitas nasi quæ naturalē eiusdem figuram deprauarit. In genere igitur formationis, cum tantum à naturę modo discessum fuerit ut operatio lædatur, quæ nuper dicta sunt

C ægritudinum discrimina fient.

VIII In numero uero partiū simpliciū ex quibus unumquodque cōstat instrumentū, duę erūt ægritudinū differētię, cū scilicet pars aliqua deficit, aut superabūdat. In utraque uero ipsarū aliæ differētiæ: nā ex ijs quæ superfluunt, nōnulla sunt ex genere naturali, ut sicui sextus adnascit digitus, aut in oculo unguis, Græci pterygion nominant, aut in naribus germen aliquod carnis, aut alio quopiam meatu aliud id genus constiterit. Ex his uero quædā erunt ægritudines ipsæ, ueluti unguis: Nā si multū augmentū susceperit, non parū intuitum offendet, cū pupillam obtenebret: quædā ægritudinum causæ, uelut sunt germina quæ meatus interserant. In primis enim obstructio est ægritudo,

D quoniā & ipsa prima officit operationi. Nōnulla uero sunt quæ toto genere sunt præter naturā, ueluti lumbrici, & uermes quidā minuti quos Græci ascaridas uocant. & in uesica lapis, & in oculo grando, & suffusio, & pus & uerrucarum genera, quas Græci acrochordonas appellant, & faui, & atheromata, & steatomata, & uitiligines, et lepræ, & leucæ, & tofi, & quæcunque in abscessibus repēriuntur. Quòd uero & ex his ipsis quæcunque operationē primo impediunt ægritudines à nobis dicantur, sicuti suffusio: quæ uero non ita, ægritudinum causæ, omnibus constare arbitramur. Deficientium aūt partiū, nōnullę quidē funditus abolitæ sunt, nōnullæ uero ex dimidio præcisæ ac mutilatæ. Neque autē obscurū est multa talia animātibus in ipso protinus ortu solere cōtingere. Iam ue-

ro in lucem editis, ossa quidem sæpius tota eximuntur, & in digitis, & artubus, & capite, & costis. nonnunquam uero & digitus aufert, & pes, & extrema manus, & crus, & cubitus. extrahuntur etiam uenæ uaricosæ, & glandulæ induratæ, & dentes exesi. Aufert pariter & uua, & omentũ, & præputium, & aliqua uerendorũ particula, nonnunquam uero & penis integer, quemadmodum & testes. Nuper uero quidam in magna neruorum distẽtione quæ totum corpus oppresserat, linguæ partem anteriorẽ mordicus abscidit, qui demum sanitati restitutus, minus facile sermonem potuit explicare. Huius generis sunt ea omnia quæ mutilationes appellantur, labiorum, narium, aurium, & quæcunque partes carnulentæ, uel ui auulsæ, aut putrefactæ, ex toto resectæ sunt. Nam in his calamitatibus omnibus numerus partium naturalis non impletur, siue una, siue duæ, siue plures partes defecerint, siue integram passæ abolitionem, siue partim sublatæ fuerint. Quæcunque autem ex his operationem impediunt, simili ratione inter ægritudines locabuntur. Quæcunque uero aliã partem operationi accommodatam refrigerant, aut parce alimentum distribuunt, sunt ægritudinum causæ. Quædam uero utranque rationem complectuntur, & ægritudinis, & causæ. ueluti uua cum radicitus tollitur, & uoci detrimentum affert & pectus ac pulmonem refrigerat. Nam cum didiceris in ijs quæ de functionibus atque usu membrorũ ratiocinationes habentur, quòd ex omnibus animalis partibus nõnullæ quidem operationem toti animali utilem conferunt, nonnullæ autem nihil agunt sed usum aliquem operationibus afferunt, liquet earum læsiones, quæ actiones euidentius offendunt, ægritudines esse appellandas: earum uero quæ ad usum aliquem tendunt, ægritudinũ causas. Quare si quæ animalis particulæ duplicem usum aut duplices actus habuerint, in una sæpe offensione in duplicẽ subibunt uel causę, uel ægritudinis rationem. Quòd siqua pars sit quæ simul & usum & operationis pręstet officium, ueluti in quibusdã partibus (cuiusmodi est gurgulio) esse uidemus, huius interitus altera quidem ratione erit ægritudo, altera uero ęgritudinis causa. Neque ambigitur quòd eius quæ superest partis, erit ægritudo, non eius quæ amplius non sit. Nam si latius oris spatium in illa parte patiatur, ubi nunc est ægritudo, eiusdem spatij uuam dixeris esse particulam. Quòd si hęc abolita fuerit, deficit aliquid spatio, atque ita totum hoc fit ægritudo, constante eo quod ab initio pro cõfesso habebatur, quòd omnis operatio ab aliqua ægritudine lęditur. Vel igitur uocem ipsam, uel inspirandi atque expirandi actionem non esse animalis ostendere oportet. at si hoc ita se habet, pro manifesto relinquitur quòd uuæ abolitio palato ægritudinem adfert. Simili ratione & dentis amissio erit oris ægritudo. & siquidem unus fuerit ex ijs qui manducationi obseruiunt, ea pars qua manducatur offenditur. si uero ex ijs qui molares appellantur, manducatio, atque una sermonis explicatio lædetur. Eodem modo si linguæ dimidia pars abscindat, parti quæ superfuerit, erit mutilatio, ægritudo. Idem in obscœnis, in omento, atque omnibus partibus ita affectis eueniet. Et si cui hoc ipsum non ęgritudinem sed passionem aut affectum appellare libuerit, mecum non de re, sed de nomine solo dissentiet. Liquet autem quod in lingua, omento, obscœnis, atque omnibus huiusmodi partibus hoc pacto mutilatis, erit aliqua magnitudinis diminutio, ipsum uero animal non adeo necessario diminuetur ut mutilatum esse dicatur, sed aliquis numerus partium erit ablatus. siquidem, & arteriæ, & uenæ, & cutis nonnunquam & adeps, & membrana, & caro in talibus affectibus auferuntur, in uua autem, & uaricosis uasis, atque ipsis instrumentis ægris aliquem partium numerum auferre continget. atque hæc omnia ad id attinent genus in quo membra numero euariant. Quibuscunque uero instrumentis si auferantur quædam, non tamen integræ partes eximuntur, hæ ad utrunque quodam modo genus referuntur. Nam & particularum simplicium numerus, & magnitudo instrumenti compositi, deficit animali. Siquidem totũ instrumentum mutilatum est. Neque alicui obscurum est, utramque passionem tum eam quæ ad numerum, tum eam quæ ad magnitudinem pertinet in superiore genere prædicamenti, in quantitate uidelicet, posse locari. Siquidem quantitatis aliud continuum, aliud discretum, quod & quantum proprie, sicuti & continuum, pelicon apud Græcos appellatur. Sed in hoc loco manifestioris doctrinæ gratia libuit, hoc pacto distinguere, ut alteram quantitatis differẽtiam sub numero, alteram sub magnitudine comprehendamus.

IX Iam uero quoniam huius generis ægritudines explanauimus, nunc de ijs quæ ad magnitudinem pertinent quocunque nomine censeantur, disseramus. differunt autem ab eo quod supra diximus genere. Nam si naturali membrorum figura constante, magnitudo deprauetur, cum ob hoc ipsum læditur operatio, parti ægritudo contingit: ueluti si in prima formatione animalis, tantam habuerit lingua magnitudinem ut ad nullam oris partem deflecti possit, aut paruitatem tantam ut om̃es illius partes nequeat attingere. In lucem uero editis atque perfectis, supra naturalem magnitudinem mẽbra non admodũ excrescunt, frequentius uero minuuntur. atque hanc ægritudinem nõnulli alimenti defectũ, nõnulli tabem nuncupant mẽbri. Augmenta uero in ulceribus fiunt in quibus caro redũdat, & in eo morbo qui à Græcis priapismus appellatur. Nicomacho aũt Smyrnæo ad tãtam molem corpus increuit, ut loco moueri non posset, sed hunc aiunt ab Aesculapio curatum. Nos aũt uidimus cuiusdam linguam supra modum absque ullo doloris sensu excreuisse. Nam neque mollem tumorẽ, quod Græci œdema appellant, neque durum, quod ijdem scirrhon appellant, neque inflãmationẽ patiebatur: neque enim premẽti manui cedebat, aut omni sensu carebat, aut dolore infestabatur, sed nullum malum præter immodicam

dicā magnitudinē ostendebat, nihil ipsa substantia uitiata. Sic & testiculi & ubera, alijs uterque, alijs alter tantūmodo supra modū increuit. Et quæ struma uocatur, est ex hoc genere, quæ ubi nimiū excesserit, magnā operationibus affert incōmoditatem. Et ex eodem etiam sunt genere, angulorum in oculis immoderationes, ex quibus, immoderatum quidē augmentum, encanthida: diminutionem autē, rhœada appellant. tales sunt in hoc genere ægritudinum differentię.

X Euariante uero ea quæ secundū naturā cōpositura, fiunt ægritudines, In positu quidem, sicuti cum articuli suis sedibus excidunt, aut loco tantum mouent, aut cum omentū, uel intestina ad inferiores testiculorū tunicas deuoluunt. alterum morbum Græci epiplocelen, alterum enterocelen appellant. In naturali uero partiū uicinis partibus copulatione, si ligamentū aliquod aut relaxatum, aut intēsum fuerit, aut disruptum, eius partis quæ ex articulis constat motus offenditur. In hoc genere sunt linguæ nexus immodici, & pudendorum, quoniā & illi ad sermonē explicādū & manducandum non parum officiunt, & hi, quo minus procul & directo tramite in mulieris uterum semen emittatur, ob meatus inuersionem non minus impediunt. Ad hanc etiam attinet ægritudinis differentiam si labia ulcerata, si palpebræ, uel sedes, uel digiti, uel si quæ tales particulæ præter naturam coaluerint. tales sunt morborum species quæ in cōpositione existunt.

XI Reliquum est quintū genus ægritudinis, cōtinuitatis solutio, siue hæc alicui particulæ simplici ex ijs quæ similares appellantur, siue cōpositæ adueniat. Quare inter utrarūque partiū morbos, eam paulo ante cōmemorauimus. Cum eñ diuellitur ligamentum, uel arteria, cōmunis est & totius instrumenti & diuulsæ particulæ ægritudo. Nā utriusque soluta est cōtinuitas. totius quidem instrumenti, cum partes non amplius cohærent, neque uniuntur: ipsius uero particulæ diuulsæ quoniam non amplius est una, sed in duas diuisa est partes. Quòd si nō ex toto diuulsa fuerit, sed parte aliqua tantū, nō erit iam totius instrumēti ægritudo, nisi ex accidenti solum, quoniā uidelicet aliqua ipsius particula patiatur: eiusdem autē patientis particulæ propria ac peculiaris erit ęgritudo. Vocatur autem continuitatis solutio, in osse quidem fractio: in omni genere carnoso, communiter ulcus. Ruptio autem & conuulsio ex eodem genere sunt. fit autem alterum quidem in carnosis, alterum in neruosis partibus, cōuulsis quę in ipsis sunt fibris, cum ex ictu aliquo uiolentiam patiuntur, aut subito & affatim intendunt. Quæ uero auulsiones appellantur, instrumentariarū tantūmodo partium propriæ sunt passiones. Hæ quidem sunt uniuersæ simplicium morborum differentiæ. Nunc uero superest ut composita exequamur.

XII Erit igitur iuxta priorē suppositionem, ex dilatatione & angustia meatuum, ægritudo composita, non particulatim singulis hæc utraque patientibus meatibus, sed uicissim his quidem laxioribus, illis uero angustioribus redditis, ut non magis laxitatem quàm angustiam eorundem in data similari parte accuses, nec ulla sensibilis particula possit ostendi cui alterum tantummodo adsit, sed quæcunque sumpta fuerit, utrique passioni reperieť obnoxia. In secunda autem suppositione, in unaquaque similari particula, qualitatibus naturæ modum egressis, sunt compositæ ægritudines numero quatuor, Calida simul & humida, calida & sicca, frigida & sicca, frigida & humida. Profluente uero ad ipsas aliqua substantia, erunt pariter compositæ ægritudines quatuor, quæ ex earundem qualitatum coniunctione proueniunt. Quoniam uero continuitatis solutio, non in compositis tantum instrumentis, sed in simplicibus quoque particulis fit, implicabitur & hæc nuper dictis iuxta utranque suppositionem cōpositis ægritudinibus, & simplicibus his de quibus statim ab initio sermonē habuimus. Nam fieri potest ut idem membrum & ulcus patiatur simul & siccitatem habeat, aut humiditatem, uel frigiditatem, uel caliditatem præter naturam, aut unà cum ulcere caliditatem simul atque humiditatem. Exulcerata igitur atque unà inflāmata membra, tripliciter naturæ modum egrediuntur, cū ob ulcus quidem unitatem suarum partium amittāt, ob inflammationem uero calidiora atque humidiora reddantur plus quàm naturalis exigit habitus. Denique qui in ipsis est tumor, si ad tantam magnitudinem attollitur, ut ob hoc ipsum operationem impediat, tunc iam morbus est existimandus. Quòd si membrum ex hoc nullam patiatur in operatione iacturam, accidēs tantummodo & passio consequitur, uelut & dolor. Omnia igitur quæ simul inflāmata atque ulcerata sunt corpora, tres quidem necessario, nonnunquā uero & quatuor ægritudines patiuntur. Hoc uero in loco inflāmationē appellamus, non ut antiqui consueuerunt, quendam ueluti feruorem in corporis partibus accensum, sed rubescentem ac renitentem dolorificumque tumorē. Ita & erysipelata nonnunquā ulcera comitantur. Nam carbunculi eam naturam habent, ut aliter consistere nequeant. Mediam uero sortiuntur naturā herpetes & cancri, qui maiori quidem ex parte cum ulceribus eueniunt, nōnunquam uero seorsum. Omnes igitur huiusmodi ægritudines, etiam si ulcere uacent, compositæ sunt. Vna quidem ratione quoniam omnes à superfluo humore procreātur, à rufa quidē bile, erysipelas: ab atra uero, cancer: à sanguine autem inflāmatio: à pituita tumor quidem laxus. Alia uero, quoniam nunc dicti omnes humores, etsi formā rei humescentis præ se ferant, uim tamē habent: atra quidem bilis, frigidā & siccā: rufa uero, calidā & siccā: pituita, frigidā & humidā: calidus aūt & humidus est sanguis. Tertia uero ratione, quoniam simul commiscentur omnes, & raro admodum ex ipsis ullus purus syncerusue cōsistit. Nam magna ex parte inflammationes aliquid ex erysipelatis, uel laxi, uel duri tumoris natura, complectuntur, aut erysipelatibus aliquid quod inflāmationis uel laxi, aut duri tumoris

ris speciem referat, ita similiter in reliquis omnibus perpende. Multiformiter ergo omnes huiuscemodi ægritudines compositæ fiunt. de quibus eo in libro in quo de causis morborũ agemus, plenius disserem⁹: atq; etiã uberius, in eo qui de morborum accidẽtibus inscribit: ac præterea in ijs, in quibus curandi ratio tractatur, ad quam omnia quæ hic scribimus diriguntur.

XIII Nunc uero quoniã quomodo simplices seinuicem complectantur explanauimus, iam ad instrumentorum ægritudines ueniamus. At quo pacto & hæ compositę fiant, aperiamus. Primum uero illud meminisse oportet, quod aliæ quidem primorum corporum, uidelicet similarium, sunt ægritudines: aliæ autem instrumentariorum & compositorum, inflammatio enim primorum est corporum: exarticulatio uero instrumentariorum. Quando igitur artus luxatur simulq; inflammatur, totius quidem instrumenti est exarticulatio, inflãmatio autẽ non primo neq; proprie, sed ex accidẽti tantum. Quoniam enim singulis eius partibus aduenit inflãmatio, fit ut ex accidenti totius instrumẽti sit ægritudo. Et lippitudo quidem est inflammatio mẽbranæ quæ operit corneam, ex accidenti uero est totius oculi ægritudo. Contingit uero nõnunquam ut tunica cornea appellata, profundum habeat ulcus, qua deinceps exesa tota, aliquid ex ea tunica procidit, quę secundo post corneam ordine sita est, uuea appellatur: fieri etiam potest ut ipsa pupilla unà conuulsionem patiatur. atq; ex his tribus omnibus, quælibet passio oculi existimatur, quamuis ulcus & erosio ad solam ceratoidem pertineant, procidentia ad ragoidem, et cõuulsio ad pupillam. Sed, ut diximus, similarium partium ægritudines, ex accidenti toti instrumẽto attribuuntur. & cum earum plures partes sunt effectæ ita ut singulæ singulo morbo laborauerint, & hic ex accidenti, totius erit instrumenti ægritudo composita. Nam, ut in oculi exemplo persistamus, sit ita ut eundem oculum unguis & lippitudo infestet, & exesa cornea, & procidentia ragoidis, quibus etiam malis accedat aliquod suffusionis initium. quod non una neq; simplex sit ægritudo, omnibus in propatulo est. Appellabit autem hæc quispiam, compositum oculi morbum, alter uero, compositũ morbum nequaquam, sed plures dicet ægritudines, in diuersis oculi partibus constitutas. Nihil uero refert quan-

A tum ad ueram curãdi rationem, ad quam hæc omnia diriguntur, siue unus sit morbus compositus, siue plures, pugnantibus remedijs indigẽtes. Pleniorem uero de hisce discussionem differimus ad eos libros in in quibus curandi præcepta tradentur. In præsenti uero sermone, hoc tantum commonstrasse sufficiat, probabilem utrosque afferre sententiam, & qui plures in oculo morbos esse arbitrantur, & qui, quemadmodum unum est instrumentum, ita & unum existimãt esse morbum, sed cõpositum, quãdo (ut ante diximus) plures in eodem particulæ laborauerint. Vt igitur ex simplicibus morbis, unus quidẽ erat primo totius instrumenti ægritudo, ueluti suffusio, alius uero ex accidenti, ueluti corneæ exulceratio: ita & de morbis

B compositis statuere oportebit. Proprij igitur erũt instrumenti, qui plures simul etiam partes occupauerint. Ex accidenti uero, quicunq; compositi unam tantummodo ipsius instrumẽti obsederint partem, ueluti lippitudo, quæ membranæ superioris est passio. siquidem inflammatio è numero compositarum ægritudinum fuit ostensa. Eidem uero membranæ ulcere adueniente, multo etiam magis compositam ægritudinem pati dicemus. Sed nec propterea minus oculus totus morbo cõposito laborare censebitur. Tales quidem ex accidenti totius instrumenti ægritudines esse putantur. At cum plures eodem tempore particulæ aliquo malo afficiuntur, ipsorum instrumentorũ primo compositæ sunt ægritudines: atq; eo magis, si

C particulatim unaquæq; simplicium, non ex accidenti, sed primo, totius instrumenti fuerit ægritudo. quemadmodum in oculo unguis, suffusio, atque ea passio, quam à Græcis rhœada antea diximus appellari. Nam ex ijs quælibet, oculi est ægritudo. Et cum ad unius constitutionem omnes cõiunguntur, oculo propriam ægritudinem compositam faciũt. Hac siquis ratiocinabitur uia, omnes instrumentorum compositos morbos facile inueniet. Mihi uero superfluum uisum est opus, omnia complecti, quoniam siquis omnium simplicium morborum fuerit scientiam consecutus, atq; eorundem compositura modos nõ ignorauerit, facile in singulis per seipsum poterit exerceri. Quare si quispiam semel tantum quæ in hoc libro

D conscripsimus legerit, is se parum profecturum intelligat, nisi postmodum plurimum quoq; exercitationis adiunxerit.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS

Quot de causis calidi morbi accẽdantur. De causis primitiuis ex rei frigidæ uicinitate. De primitiuis causis quæ ex comestorum quantitate, uel qualitate ortum habent. De causis primitiuis, quæ ex constipatione fiunt. Quæ sint siccorum atq; humidorũ morborum causæ. Quæ sint causæ compositorum morborum partium similarium. Morborum ad partes instrumentarias pertinentium causæ, quæ scilicet consistunt in partium cõformatione, uel numero, uel magnitudine, aut compositione, quæ singula naturæ modum egrediantur. De causis solutæ cõtinuitatis, quæ tũ similarib. tũ etiã instrumẽtarijs partib. cõmunes existũt.

CL. GALENI DE CAVSIS MORBORVM LIBER VNVS.

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.



QVOT quidem ſint ægritudines oẽs & quales, in ꝓpria genera ac ſpecies diuiſæ, tum ſimplices tũ cõpoſitæ, altero iam lib. explanauimus. Reliquũ eſt ut ſingularum cauſas explicemus exordientes à ſimplicibus animalis partibus, quæ ſimilares appellantur. A quibus deinde ad compoſitas & diſſimilares ueniemus. Quoniam uero oſtendimus iuxta illos qui arbitrantur, ſubſtantiam, quæ ortui atque interitui ſubijcitur, ſimul miſceri atq; alterari, quòd omnis ægritudo ſimilaris ac ſimplicis quo ad ſenſum particulę, uel intemperies quædam exiſtit, uel partium diuiſio: iuxta uero illos qui non unionem ſtatuunt, ſed quia intercipiatur uacuum omnium corporum conſtitutionem, concretionem putant, immoderatio meatuum, & eius, quæ ſenſu deprehenditur continuitatis ſolutio: incipiemus & nunc cõſiderare cauſas morborum omniũ qui ad primã attinẽt ſuppoſitionem, quã nos ueram exiſtimamus. Erãt aũt (ut arbitror) quatuor ſimplices, quatuor uero compoſitæ. cum aliquando quidem, ſola ſupra modum excreſcẽte caliditate, uel frigiditate, uel ex altera oppoſitione aliqua ueluti humiditate, uel ſiccitate: aliquando uero duabus ſimul ſupra modum auctis, ut morbus pariter calidus ac ſiccus, uel frigidus ac ſiccus, uel calidus ac humidus, uel frigidus ac humidus fiat.

II Itaq; quænam ſint cuiuſq; prędictorũ morborum procreationis cauſæ iam inſpiciamus, ſumpto ab eo initio, qui in caliditatis intemperie conſiſtit. Apparet autem & in alijs corporibus omnibus quæ plus ſatis incaleſcunt, uel ex motu quodam augeri caliditatem, uel ex putredine, uel ex uicinia alterius corporis feruidioris, uel ex anguſtatione, uel ex alimento ad calfaciendum accommodato. Ex motu quidem, ueluti in ijs qui quouis modo exercitantur, & in lapidibus inuicem colliſis, & lignis, & flamma uentilata. Ex putredine autẽ, tum reliquorum corporum, tum præſertim ſeminum ac ſtercoris. Mihi quidem nonnunquam uidere contigit in columbarum excrementis, ex putrefactione ignem accenſum. Nec eſt quiſpiam qui ambigat quin calidorũ corporum uicinia, alia concaleſcant, ſi modo ad memoriam reuocet, & balneas, & ſolem æſtiuum, & omnem flammam. Ita quoque ſi hybernis temporibus in ampla domo ignem accenderis, atque omnes meatus obſtruxeris per quos ſpirandi habeat facultatem, interius calorem excitabis. ꝙ ſi quaque uerſus patentes exitus liqueris, nihil amplius effeceris. Sed non aliter balneæ atq; fornaces, ſuum interius augent calorem. Ex quo euidens eſt, anguſtationem augendo calori occaſionem præſtari. Sed nec in obſcuro eſt, quod idem ex ipſa materia prouenit. Nam aridi calami, uehementius flammam attollunt. ligna autem uiridia, & præſertim ſi plura ſuper ignem congeſſeris, diutius quidem B aggrauant & ueluti obruunt flãmam, demũ uero augent. At quomodo in animalium corpore ex ijs unumquodq; conficitur? Cum quiſpiam immoderata exercitatione uſus fuerit, laſſitudinẽ ſuſtinet corpus: hoc eſt, caliditatem immodicam in muſculis atq; articulis habet. Hi enim ſunt qui primo motum excipiunt. Quòd ſi non ultra progrediatur calor, atq; eum ſolui contigerit anteꝗ̃ totum animalis corpus inuaſerit, nihil ultra laſſitudinem conſequetur. At ſi in totum extenditur corpus, tunc huiuſcemodi affectus febris nuncupatur, quæ eſt ueluti quædam totius corporis immoderata caliditas. Ita & ira, quæ feruor quidam eſt exiſtentis in corde caloris, ob immoderatum motum, per totum nonnunꝗ̃ diffunditur corpus, C atq; ita febrem accendit. Iam ea quæ putreſcũt in animantis corpore calorem quendã immodicum in his partibus in quibus putrent efficere poſſunt, ſicuti & eryſipelata, & herpetes, & carbunculi, & inflammationes, & phygethla. hæc quidẽ totum concalefacientia corpus, excitant febrem. Et quidem tertia cauſa immoderati caloris ex his fit manifeſta quonam modo animalibus adueniat, & ex ijs quæ aduſtiones appellantur. Nam in bubonibus & inflammationibus & eryſipelatis atq; omnibus adeo calidis morbis, ſemper cõtingẽs pars atq; continua, ipſa quidem primum caliditatem aſſumit, deinceps uero & partem uicinam afficit, & hæc deinceps ſibi proximam: atque ita uſq; ad principium inſiti caloris perueniente intemperie D totum celeriter corpus, principij ſentit affectum. Diuturnæ quoq; moræ in locis ſoli expoſitis, nudis quidem, totam aliquando cutem ſupremã calefaciunt. at ijs qui ueſtibus operti ſunt, ſolum caput: atq; hæc exuſtio appellatur. Quòd ſi iam totũ animalis corpus occupet, tunc ita febris accenditur. Quartum uero cauſæ genus quod inſitum calorem immoderate ſuccendit, in aſtrictionibus & frigefactionibus fieri uidet̃. Nam ſi quis uehementer riguerit, aut in aqua natauerit quæ aut alumen aut talẽ aliquã naturã acceperit, huic adſtringi cutem atq; denſari contingit, ut quæ difflari conſueuerãt intus cohibeant̃. Quòd ſi fuliginoſa fuerint quæ intus colligũtur, febris inde generatur. Quinta uero ſpecies auctæ ſupra modũ caliditatis, ſunt eſculentorum acres ac calidæ qualitates: ueluti alliorum, porrorũ, cæparum, atq; huiuſcemodi omnium. Nam & horum uſus immoderatus febrem

aliquando suscitauit. Et quidem calidæ potationes immodicæ, ueluti uini ueteris & acris, cum imbecille corpus offenderint, & medicamina acria, siue remedia morborum fuerint, siue uenena, causam ut homines febricitarent, attulerunt. Sed cur (inquiunt) non semper ob quamlibet harum febricitant causarum? quoniam ijs causę efficientis quantitas par non existit, & quæ est eiusdem in corpore affectus dispositio, magnam, in eo quod plus uel minus, uarietatem admittit. Ac præterea animantium corpora plurimũ alterum altero differunt, in hoc ut aut facile aut ægre à naturali recedant habitu. Quemadmodũ igitur minime ambigis cur non omnis motus lassitudinem facit, sed pro confesso habes quòd ubi non excesserit ac potentia superauerit articulorum musculorumq; naturam, nunquam eos fatigari continget: sic tibi erat cogitandum, quòd nec talis affectus qui lassitudo nuncupatur, nisi aut dignam effatu magnitudinem, aut moram assumpserit, nunquam uniuersum corpus afficiet. Vel motus quidem paruus, laborem nequit efficere: parua autem lassitudo, omnino febrẽ accendet? aut motus quidem affectus, in relatione consistet, laboris autem minime? Ac quidẽ omnibus etiam uulgaribus ac rudibus in propatulo est, athletarum corpora diuturniores ac uehementiores motiones citra lassitudinem perferre: & nos priuatos, si paulo supra consuetudinem exerceamur, statim molestia affici. Nil igitur mirum, si quispiã quamuis lassitudinem senserit, non tamen febricitauit. uel enim parua est lassitudo, uel exigui temporis aut uiribus corporis inferior. Aut si fuit exercitatio haudquaquam diuturna, nec uehemens, atq; etiam minus quàm pro natura eius qui exercitatus est fortis, nunquam quidem lassitudinem afferet: lassitudo uero febrẽ accẽdet etiamsi ea & breuis sit, & exigui temporis, & languentis corporis robore inferior sit. Sed & hoc ipsum in ea re quæ ad agendum potentissimam naturam habet, nimirum in igne, possimus intueri. Nam frigefactos, non absq; tempore ac uiribus calefacit. Siquidem cum aliquando è locis gelidis discesserimus, manus per flammam ignis sine aliqua noxa transferimus. Neq; omnis materia æque facile ab eodem accenditur, sed arentes quidem calami primo attactu inflammantur, lignis autem humidis ac uiridibus ut accendantur, longum tempus est necessarium. Quo pacto igitur nihil ex his in igne admirationem adfert? & in lassitudine admiraris quòd magnitudine egeat ac tempore ac corpore incendio oportũno? Satius itaq; fuerit si nulla te huius rei capiat admiratio, sed potius animaduertas quódnam animalis corpus facile sua natura calorem admittit, & quod non ita facile. sed de hoc quidem postea es auditurus. Nunc uero nihil tibi sit mirum, si unũquodq; quod aliquid sit effecturum, & tempus & magnitudinem exigat, ac præterea ut proximum sit quod prompte patiendi habet naturam: quoniam & si hæc desint, nec ignis comburere, nec gladius abscindere ualet. Nec ex

A his aliquid, in efficiendo potentissimum in aliud agere potest quod ipso ualidius extiterit, aut ubi non interuenerit tempus effatu dignum. Super lucernæ quidem flammam, nunquam totum effunderes oleum, nedum aquam. & gladio incidere lapides nequaquam tentaueris, nedum adamantẽ. Vis autẽ ut lassitudo & calefactio & frigefactio et reliqua huiuscemodi febrem semper accẽdant, quamuis parua sint, & exiguum tempus perdurent, siue etiam totum corpus minime idoneũ ad suscipiendum calorem extiterit? Quod enim iam calidum est, paratius est ad hoc ut excessum caloris admittat. sicuti & frigidum ut plus satis frigescat. quod uero ediuerso se habet, ad hoc minime est aptum, usq; adeo cæca & rudis est eorum qui

B talia perquirũt dubitatio. Qui uero non dubitãt, sed prompte ac temere enunciant quòd nihil horum quæ nuper diximus excitat febrem, horũ stupiditas quidem miserationem, contentio uero odium meretur. Soluta quidem sunt & horum sophismata in altero uolumine, quod seorsum De causis ꝑcatarcticis, id est euidẽtibus, scripsimus: neq; præsentis est negocij aliorum refellere errores, sed uera duntaxat docere instituimus. Rursus igitur ad propositi nostri seriem reuertamur. Erat autem (ut arbitror) omnium simplicium ęgritudinum præcedentes causas, usq; ad præincipientes explicare. Non enim est fortasis inutile, eos qui ita earum appellationes manifestioris doctrinæ gratia distinxerunt, imitari. Et quascunq; in ipso

C animali uel dispositiones uel motus præter naturam, ægritudinum præcedentes causas nominãt: quæ uero extrinsecus adueniunt & alterant corpus atq; transmutant naturam uehementer, præincipientes appellant.

III Calidæ quidem ægritudinis in uniuersum diximus causas. Nunc ad frigidam ueniamus. Sũt uero & huius plures numero causæ. ueluti frigidorum propinquitas, & ciborum potuumúe quãtitas ac qualitas, astrictioq; ac rarefactio, ac præterea ocium & immodica quies. Quibus etiam occasionibus ignis extinguitur. Nam si paruo carboni multum niuis aut glaciei super imponas, aut plurimam aquam superinfundas, continuo extinguitur. Sic ubi circumstans aer sit præter modum

D frigidus ueluti hyberno tempore iuxta Histrum, non solum lucernam sub diuo positam, sed & exiguum quemcunq; ignem uidebis protinus extingui. Hoc quidem modo, ignis à rerum prægelidarum contactu superatur. Ab ijs autem quæ natura apta sunt ut ipsum enutriant, ita ob excessum, uel defectum, uel ob alienam qualitatẽ corrumpitur. Si enim ligna uniuersim & multa supra paruã coaceruaueris flammã, ob immodicę quantitatis excessum ipsam extingues. Quòd si nihil omnino, aut parum admodum adieceris, ob defectum ac paucitatem alimenti, uidebis continuo marcescere. Sic & lucernæ flammam comminui atq; in periculo esse ne propè extinguatur inspicimus, ubi nutrimenti proprij modus non seruetur. siue enim oleum affatim non adhibueris, aut multum

uniuer-

uniuerſim ſuperinfundas, utroq; offendes modo. Quòd ſi largam quidem exhibueris materiã, ſed quę uel nullo modo apta ſit ut ardeat uel cum difficultate incendium ſuſcipiat, hanc ſtatim minorem efficies, ueluti ſi lignum aquæ cõmiſtũ ſupra ignem conieceris. Si etiam qui flammæ circumfunditur aerem obſtruxeris, aut nimium rarefeceris, ſic quoq; flammã decreſcere ac periclitari ne penitus extinguatur, inſpicies: Obſtruitur autem ſi cucurbitam qua medici utuntur, uel furnulum, aut tale aliquod aliud circumponas; quod etiam continget, ſi fornacum foramina clauſeris. Quòd ſi in multo ſole, & calido & aprico loco, aut ad alteram maiorẽ flãmam admoueris, tunc quoq; minorem flãmam paulatim marceſcere uidebis. quoniam exterior flamma, ut quæ præpotentior ſit, elaxat atq; diſpergit minorẽ. Neq; uero in obſcuro eſt, ꝙ ſi eas flabellans, hoc eſt mouens, ſi quidẽ modice hoc feceris, augebis: ſi uero immodice, diſſolues ac diſſipabis. Sic & uentos magnitudini flammæ reſpondere oportet, ſiquid eius augmento conferre debuerint. Qui uero maiores ſunt q̃ illa queat ſuſtinere, diſpergent potius q̃ flabellabunt. Ex quo manifeſtum ſit, ꝙ flãma quidem ad ſui incrementũ motu eget extrinſeco, non tamen immodico. ſi enim nullo modo flabellatur, elanguet: uehementiore autem motu extrinſecus urgente, diſſoluit ac diſſipatur. Secũdũ uero primã cauſę ſpeciẽ, cũ omne frigidũ forinſecus aduenerit, partim contactu tantum, partim potentia, frigida ægritudo conſiſtet. Sic aliquis in frigida natans aqua læſus eſt aut male lotus, & per gelida loca iter faciens. Nonnullos autem uidi exanimatos anteq̃ domũ deferrent. Iuxta uero ſecũdam cauſam, aut morbũ attonitũ, aut comitialem, aut motus ſenſusue defectum ex ebrietate aliquis ſubijt. Quãq; uinũ modice hauſtũ, ut quod proprium alimentũ ſit, natiuũ calorem adauget. Sic & optimi cibi qui plurimũ animali afferunt nutrimẽtum ſupra modũ aſſumpti, morbos frigidos generant. Sic quæcunq; uel deuorantur uel bibũtur, ſi frigida natura ſint, morbos frigidos pariunt. Ex horũ numero eſt papauer, mandragora, hyoſcyamus, cicuta, & quæ pariter nimia frigiditate interimũt. Vltima autẽ adſtrictio (hanc enim ultimã frigidorum morborũ cauſam ſtatuimus) facit graues ſopores, & ueternũ, & morbos attonitos. Et hoc eſt quod dicitur ab Hippoc. Venarũ interceptiones corpori officere, ꝙ ſtatim uocem eripiãt. Ipſe aũt, ſicuti & alij uetuſtiores, duo genera uaſorum in quibus ſanguis continetur, uenas appellat, non uti iuniores, alterum tantũ quod pulſum non habet. Vbi uero intercipiuntur quæ ſunt in animali arteriæ, hoc eſt ita oppletæ ſanguine fuerint ut nullus in ipſis uacuus relinquatur locus, in quẽ dum attolluntur, aerem externũ attrahere poſſint; tunc quodãmodo ſtrangulatur atq; extinguitur calor internus: ac qui ita affecti ſunt, ſubito ſenſum & motum totius corporis amittunt. Oſtenſum eñ à nobis eſt hoc, in eo uolumine qđ ſcripſimus De uſu pulſuum, ob eum finem arterias continuo at-

A tolli ac reſidere, ut calor naturalis in omnibus animalis partibus tẽperetur. In libris aũt De utilitatibus ſpirationis ſcriptum à nobis eſt, ꝙ hæc quoq; inſitum ac natiuũ cordis calorem, moderatũ tuetur atq; conſeruat. Sicuti igitur ſi extrinſecã flammam à cõmunicatu circũfuſi aeris ſepares interiectu furnuli uel cucurbitæ uel cuiuſpiam alterius rei ſimilis, ſtatim extinxeris: eodem modo ſi animalibus caliditatẽ cohibueris atq; intercluſeris, ita ut nullum cũ aere exteriori habeat cõmunicatum, ſtatim exitiũ afferes. Calor igitur cordis per faucium meatum aerem haurit extrinſecũ. Quòd ſi hũc interceperis, e ueſtigio ſtrãgulabis animal, atq; enecabis. Calor uero qui in omnibus eſt arterijs quæ per totũ animalis corpus diuiduntur, per B cor quidem ipſum inquantũ uiã habet ad fauces, & per uniuerſam cutem, in ambiẽtem nos aerem tranſpirat. & refrigeriũ quidẽ cũ illæ ſe attollunt, accipiunt. cum autem reſident id quod fuliginoſum eſt, expellunt. quorum utrunq;, natiuã earum mediocritatẽ conſeruat. Et ſi quidem anguſtiores habeãt meatus arteriæ, ſiue (ut nuper dictum eſt) ob ſanguinis redundantiã, ſiue earum ora obſtructus aliquos patiantur, ita ut nullam habeãt reſpirãdi uiã, calorem extingui neceſſe eſt: quod uero ita afficitur corpus, emori. Quòd ſi fuerit obſtructio modica, nõ adeo calorem naturalem pati eſt neceſſarium. At ſi quidem in animalis corpore ueluti fuliginoſa quædam ac fumida excrementa cõſtiterint, alius erit caloris naturalis affectus, alius C uero, ubi ſolum uapor quidam ſuauis atque optimus exhalarit. Atq; horum utrunq; bifariam hoc modo euariat. Cum enim ſanguis optimus in corpore fuerit nullo inquinatus humore ſuperfluo, uapor ex eo calefacto optimus exurgit, qui nihil aut igneum aut acre ſecum inuehit. Tale quidem corpus cum mediocriter obſtrui contigerit, breui aut erit plethoricus, aut ſupra modum calefiet. Quòd ſi deſes uita ſit ac minime laborioſa, pletoricus fiet cum remanſerint quæ exercitanti excerni oportebat. At ſi exercitabitur, calefiet, cum motus occaſione calor augeatur naturalis, non reſpiret autem ob id quòd denſatum ſit corpus. In corpore autem obſtructo quod à fumeo excremento obſidetur, aut febris accendetur ob intercluſam D interius fuliginoſam euaporationem, aut ſtrangulabitur atq; extinguetur calor inſitus atq; natiuus. Vtrũq; uero horum accidet pro multitudine excrementorum, aut magnitudine obſtructionis. Nam ſi fuliginoſa ſuperfluitas quæ euacuari expetebat, plurima fuerit atque obſtructio uehemens, periculum imminet ne calor naturalis ſtrangulatus quodãmodo ab excremẽtis, extinguatur. Quòd ſi ſuperfluitas pauca fuerit, & obſtructio parua, febris accenditur. Nec dubium eſt quòd & naturales & aduentitios corporis affectus cognoſcere oportet, in quibus aut fuliginoſum aut uaporoſum, aut fumoſum eſt id quod exhalat. Sed hæc quidem in hiſce libris explicabuntur, in quibus curandi doctrinam exequemur. Nunc ad huius operis inſtitutum reuertamur. Sicuti enim adſtri-

ctio sæpius frigefactionis est causa, eo quo diximus modo: sic et laxatio, quando plusq; sit opportunũ, dispergit ac dissipat insitũ & natiuũ calorẽ, frigidius efficit corpus. Sic uero nonnunq; totum afficitur animal, nõnunq; uero singulæ partes aut adstrictæ aut laxatæ. Nam quæ uniuerso corpori dispositio contingit in obstructione & plenitudine arteriarum; hæc uni accidit parti ex earum quæ in ipsa sunt affectu arteriarũ. Et quidem quæ extrinsecus adhibentᷣ medicamina, aut a quæ quæ uim medicaculã habent, & frigidæ, & aer ipse circumfusus laxationẽ aut adstrictionẽ immodicam in ipsa parte commitere possunt. Et uincula quædam uiolenta, ipsi aliquando particulæ, aliquãdo uero superiacentibus circumposita, corrumpent ipsam, ac frigefacient, ob id quòd eam à cõmunicatu mẽbri in animali præcipui, à quo calore manat naturalis, atq; unde uim sui motus recipiunt arteriȩ, separat atq; seiungit. De calidis quidem ac frigidis affectibus abunde dictum est.

IIII De siccis uero deinceps dicetᷣ. Si quis magis quidem euaporet, minus autẽ nutriatur, cum eo ꝙ sicci habitus existit; facile in siccam incidet ægritudinẽ: ac præsertim, si curis aut uigilijs immodicis occupabitᷣ. & aeris quoq; nobis circũfusi temperaturæ cum siccæ fuerint, exiccant animalium corpora. & natationes præterea in aqua quæ nitri, aut sulphuris, aut aluminis, aut bituminis, aut alterius huiuscemodi qualitatis est particeps. & quæcunq; medicamina uim habent exiccandi, siue intro assumantur, siue foris adhibeantur, hæc quoq; siccum reddunt corpus. de quibus in eo uolumine in quo de simplicibus medicaminibus agitur, abunde dictum est. Hæ quidem siccarum ægritudinum causæ sunt.

V Humidarum autem sunt omnes causæ contrariæ: ueluti ciborum qui humidiori natura constant copia, & potuum excessus, & omnis uiuendi ratio delicatior, & animi securitas, & balnearum ex aquis dulcibus plurimus usus, præsertim post cibum: sic & tota uita ociosa atq; omni labore uacans, & pluuiarum abundantia, atq; omnis status temporis humidus, & medicamina quæ humectandi habent potestatem.

VI Liquet autem ꝙ & compositarum ægritudinum causȩ sunt compositæ. Si enim causa calida simul & sicca in unum aliquãdo cõueniant, necessario calidus quidẽ atq; siccus sequetur morbus; si calida & humida, pariter calidus & humidus. idem euenit in reliquis duabus simul iunctis qualitatibus, humida scilicet & frigida, & sicca & frigida. Quod uero huic sermoni adiũgere ac simul distinguere oportet, iam aggrediamur; quod uidelicet similem habentes naturam causæ, sæpius alterant corpus, plerũq; uero uiribus cõtrarijs agũt. sed quæ ex ipsis sunt numero plures, in agendo superant. sicuti quandoq; diuturniores, quandoq; uero potentiores uincunt. Et si uero nullo modo fieri posse uideatur, ut ab utrisq; simul lædatur corpus, atque unà calidum efficiatur ac frigidum, humidumq; ac siccum plusquàm natura sit

A opportunum: tamen & hoc ipsum usu contingit, & merito distemperantia inæqualis appellatur; nosq; de hac ipsa alibi seorsum, ut oportuit, disseruimus. neq; nunc de eadem ipsa uerba consumere conuenit: sed potius ad reliquarũ ȩgritudinum causas explicandas ueniendũ. Hoc tamẽ in loco prius sunt repetenda quæ in libro De morborum differentijs edocuimus, ꝙ uidelicet aliquãdo quidem ob solas quatuor qualitates corpora ab habitu naturali recedunt, nulla extrinsecus confluente substãtia. aliquãdo uero fluxionib. replenᷣ: quȩ forma quidem humida constant, ui autẽ, humido carent. Sed de horum humorũ potestate dictum quidẽ est ab antiquis & medicis & philosophis, & à nobis etiam, tum in alijs commentationibus,

B tum in his præsertim quas de medicaminibus edidimus. Quãtum uero huic loco expedire uidebitur, in præsentiarum dicetur: ꝙ rufa quidem bilis facultate calida est & sicca: nigra autem frigida ac sicca, sanguis autem calidus & humidus, pituita frigida & humida: & ꝙ ex his singuli influunt aliquando synceri, aliquãdo alijs commisti: & quòd aut tumefactæ, aut induratæ, aut inflammatæ particulæ uarios trahũt affectus. Nam & anthraces, & herpetes, & erysipelata, & phygethla, & cangrenæ, & phagedenæ, & satyriasis ex hoc genere sunt. & uitiligines, & atheromata, & acrochordones, & achores, & faui, & ganglia, & steatomata appellata, nihil aliud sunt nisi fluxionum partus. Hæc uero inuicẽ differunt, ac præterea ea omnia,

C de quibus antea diximus: quoniam nõnulla quidem ex sola sunt pituita, nonnulla autem ex sanguine, quædam ex bile rufa, quædã ex nigra, quædam ex aliquo alio humore qui nõdum omnino sit extra naturam. Sed hic ipse qualiscunq; fuerit, unus omnino erit ex his quos antea enumerauimus. Neq; enim fieri potest quin sit aut calidus & siccus, aut calidus & humidus, aut frigidus & siccus, aut frigidus & humidus. Nam quanto quidẽ crassior fuerit atq; frigidior, naturalis pituitæ formam amittit, atq; alius quidem humor esse existimatur, qui ex toto genere sit prȩter naturam: non tamen ita se res habet. donec enim frigidam atq; humidam seruauerit naturam, ex pituitæ genere erit. Eadem ratione quicunq; calidus fuerit & sic-

D cus, idem cum bile genus subibit. De his uero plenius alibi disseruimus. Quo fit, ut nunc de his breuius dicamus: quoniam de his ipsis copiosius in ijs libris quos De curandi ratione edituri sumus, tractare statuimus. Ad id uero quod præsentis intereſt operis, redeamus. Omnes quidem huiuscemodi fiunt ubiq; ad partes ignobiles materiam in utilem transmittente natura: quod etiam multi alij antea scripsere. Quis tamen sit transmissionis modus, non satis explicatum est. rationem autem atq; mentem naturæ tribuemus, si ita simpliciter ipsam quicquid inutile est deponere affirmemus ex robustis partibus ad imbecillas. sed quòd quidem in morbis bonæ iudicationes ab aliqua huiuscemodi facultate fiãt, manifeste apparet. Quis autem generatiõis modus his iudicationibus sit, nondum

nondum maiores nostri exacte docuerunt: ideo neque potentias naturales, de quibus nos in alijs commentationibus egimus, quænam & quot numero existant, & quod singularum sit opus, satis explanare potuerunt. Sed nulla sane difficultas, suppositionibus quas in eisdem commentationibus demonstrauimus, utentes nunc de hisce omnibus transigere. Cum quatuor sint numero potentiæ, quarum quælibet siue animalis siue plantæ particula, particeps est: & cum una quidem ex ijs attrahat id quod ei conuenit, alia autem retineat, alia alteret, alia quod superfluit excernat: & cum materia ipsa superflua duplex genere existat, aut enim quantitatis ratione, aut qualitatis: cum denique omnium corporis partium non æquale sit robur, quippe principes partes statim ab initio rerum natura maiori robore dotauit: nihil mirum si impuris corporibus, in quibus plurima inutilis materia redundat, ad imbecilliores partes aliquid confluat. Nam superfluus humor, ut qui à partibus robustioribus expellitur ac nullibi consistere queat: tandem ad imbecilliorem detruditur partem. Hæc uero alia atque alia in diuersis corporibus existit, aut quia in prima animalis formatione eidem parti aliquis error obtigerit aut postea aliquam susceperit noxam: aut quia ipsa natura exigit ut pars talis aliqua habeatur, quemadmodum cutis. hæc enim (ut quæ nullum opus habet, sed usus tantum gratia à natura instituta est) optima ratione partibus alijs quæ aliquā habent operationem, imbecillior est facta. est enim quoddam ueluti uelamentum atq; amictus animali cognatus, cum neque coctionem, neque alimenti digestionem, neq; sanguinis generationem, neq; pulsum, neque respirationem, neq; uoluntarium motum, neque omnio operationem aliquam afferat animali. ac præterea cum omnium aliarum partium extrema sit collocata, non absque ratione totius corporis excipit excrementa. Multa enim ab initio instrumenta, expurgandæ materiæ inutilis gratia natura molita est: & hæc quidem ad tuendam sanitatē sufficiunt, cum nullam corpori labem is qui nobis circumfunditur aer, adiecerit, aut delinquens ratio uictus humorum uitiosorum redundantiā in corpore non effecerit. Quo fit, ut cum talis acciderit error, non amplius naturalia sufficiant instrumenta ad materiæ uacantis multitudinem expurgandam. Ideoq; tunc accidit, ut fluxiones à ualentioribus impulsæ partibus ad imbecilliores detrudantur. Illud quoque nonnunquam usu euenire solet, ut cū angustiores redditi fuerint hi per quos expurgantur, meatus, ad alia confluant loca. Hæc quidem principia sunt gignēdi omnes, de quibus antea diximus, ægritudines. Malum uero in ipsis mēbris augetur, cum in eisdem impacti humores superflui ac putrescētes, atq; ea ratione magis uitiati, eum qui postea superuenit humorē, si integer fuerit, coinquināt atq; corrumpunt.

VII Sed quoniam similarium partium proprios recensuimus morbos: superest ut de instru-
A mentarijs dicamus, exordium ab eo sumētes, qui primum inter alios obtinet locum, qui uidelicet in formatione consistit. Hic autem fit naturali quidem figura nonnunquam euariante: nonnunquā uero leuitate quadā, aut asperitate, aut meatu ipso corrupto. Causa autem uarietatis quæ figuræ aduenit naturali, prima quidē est informatio conceptus in ipso protinus utero matris uitiata, uel ob materiæ multitudinem, aut ob qualitatem minime aptam. Secunda uero, cum statim à partu, dum infans fascijs inuoluitur, si error aliquis cōmittatur. Mollia siquidem ac pene fluxibilia nuper in lucem uenientium corpora infantium, facile inuertuntur, cum in exitu à matris utero non recte ab obstetricibus excipiuntur, aut quia non cō-
B mode fascijs inuoluuntur, ac deinceps à nutricibus sine modo aut attractantur, aut reponuntur, & dum præbetur lac, & dum lauantur, & dum fascijs alligantur. In his siquidem omnibus, nisi quis infantes commode pertractauerit, facile uniuscuiusq; membri forma naturalis euertitur, ac uitiatur. Et quidem in omni ea quæ sequitur educatione, partim ab immodica satietate, partim à motibus perperam factis, dum ante tempus aut stare, aut ingredi permittuntur, aut uehementioribus motibus exponuntur, plures in ipsis artus inuerti contingit. Siquidem nimia satietas operationes impedit naturales. Intempestiui autem & uehementiores motus labefactant membra, ac in quā minime sit opportunum, partem circumagunt.
C Crura etenim ex ipsa innitentium corporum grauitate, aut ad exteriora, aut ad interiora uertūtur, ut magis ad hæc, quàm ad illa primum tibiæ momentum declinarit: Quibus ēm est rectior quàm naturæ conueniat, blesa fit magis: Quibus autem cauior, efficitur rhæba. Voco autē blesum, quod ad exteriora cōuertitur: rhæbum autem, quod in contrariam partem. Et thoracis quidem partes plerunq; à nutricibus deprauantur, dum ipsos in prima educatione nimium arcte extrinsecus uinciunt. Maxime uero hoc quotidie apud nos fieri intuemur in uirginibus: quibus, dum student nutrices augere coxas ac ilia ut hæc magnitudine thoracem exuperent, uittis quibusdam totum circumprehendunt, atq; omnes scapularum ac tho-
D racis partes uehementius stringūt ac comprimūt. Quo fit ut cum aliquando non æque omnes intēdantur, aut pronum in partem anteriorem reddatur pectus, aut posteriores partes quæ ad spinam pertinent gibbæ reddantur. Illud uero nonnunq; accidere solet ut ueluti perfractum atq; ad latus adductum fiat dorsum, ita ut altera quidem scapularū nō aucta sed parua ac ualde compressa appareat, altera uero prominēs tumida ac omnino maior. Hæc quidem omnia figurarum existūt uitia, quæ in thorace cōmittūtur, ob errorē imperitiaq; non æquo momento alligantium nutricum. Sic & medici plerunq; male alligantes atq; efformantes artus effractos, ipsos inuerterūt. nonnunq; uero ubi medicus recte suum opus impleuerit, ipse qui patitur si anteq; callus satis inualuerit, mem-

brum exercere conetur, sibi inuersionis est causa. A Sed & fractæ partes sicuti nares, & circumfractæ sicuti extrema concauitatis in qua coxæ os reuoluitur, & excisa quandoq; ossa aut magna portio carnis, cum deinceps non æqualiter supercreuerit, hæc omnia occasionem afferunt, ut naturalis figura uitietur. Alius autem modus est figuræ deprauandæ qui ob immodicam repletionem aut alimenti defectum contingit, sicuti ijs qui aut nimis crassi facti sunt, aut nimium contabuerunt, siue in una tantum corporis parte, siue in toto corpore eueniat. Nam & morbus qui elephas appellatur, & tabes, manifestissime figuram immutant. Resimatur enim nasus, & labra crassa fiunt, atque aures extenuatæ uidentur his qui elephantiasim patiuntur. B atq; hi omnino satyrorum effigiem præ se ferunt. Nares autem acutæ, & collapsa tempora, & oculi concaui, & circa scapulas ac brachia ueluti quædam alæ, his quos tabes male habet apparent. In his quidem omnibus prima ratione interit atque corrumpitur figura naturalis. Ex accidenti autem, his qui resolutionem aut distentionem neruorum aut inflammationem aut duritiem patiuntur, aut quibus nerui dissecti sunt, aut chordæ, aut duris cicatricibus astricti. In his si quidem omnibus aliâs ob aliam causam, ad alteram partem membrum declinat, tractum quidem à musculis motum facientibus in his qui altera tantũmodo parte sunt resoluti. sic & in neruorũ distentionibus quæ ad alteram contrahunt partem à musculis distentis. C Inflammationes etiam & duri tumores atq; induratæ cicatrices & quicũq; tales affectus partem ad se proximam tendunt, eadem ratione membrum peruertunt. In eisdem uero dissectis neruis & chordis, sicuti in resolutis, motum exercentes ijs oppositi musculi, & qui habitum seruant naturalem, ad se ipsos, cum agunt, attrahunt membrum, adeo quòd hæ plures numero causæ ad unam reducuntur quæ membrum urgente ad alteram partem tensione peruertit. Et de figurarum quidem secundum naturã differentia, hæc dixisse sufficiat. Cauitates aũt quæ partib. corporis insunt & earũ meatus ob eas quas subijciemus causas aboleri cõtingit. coalitum scilicet, angustiam, obstructionem, compressionem, subsidentiam, & eorum quæ ora appellantur patefa- D ctionem. Nam quum nõnunquam exulceretur cauitatis interior superficies, ac deinceps simul coalescant exulceratæ particulæ, formatio naturalis necessario destruitur. Nonnunquã uero uel carne adnata, uel aliquo alio germine præter naturam, uel duro quopiam siue inflammato tumore, aut abscessu in ipsis corporibus instrumentorum, ac deinceps eorum, tumore non naturali interiorem occupante cauitatem, loco angustia superuenit. Sed & lentorum ac crassorum humorum, & quorundam toforum aut grumorum obturatio, spatij interioris laxitatem ad similem perducunt affectum. Sic & si aliquid extrinsecus incidat ac uehementius comprimat, necessarium est ut circum iacentia corpora ad interiorem cauitatem detrudãtur. Quin & si subsiderint in seipsa corpora, ueluti patiuntur dum ab astringentibus cogunt, aut frigidis densantur, aut ab arefacientibus marcescũt: et in hoc illud accidere solet, ut meatus quidem præcipue, sed & ipsæ quoq; cauernæ ad angustum redigantur. Nam ora quidem meatuum non solum angustiora redduntur, sed etiam penitus in huiuscemodi affectibus occæcantur. Sed & eius uirtutis quæ contentiua appellantur motus immodicus, cum ora meatuum supra modum colligit & cohibet, angustationis est causa, quemadmodum & excretiuæ uirtutis motus immodicus nimium laxat: hoc idem faciunt & uirtutis cõtentiuæ imbecillitas, & medicamen aliquod, aut aqua quæ aperiendi ora uim habeat, aut mollities immodica quæ ipsis accidit instrumentis, aut circumfusi aeris habitus qui ad humiditatem & caliditatem immodicam uergit. Hæ quidem sunt & meatibus & ipsis præterea cauernis taliũ affectuum causæ. Atq; ex his intelligi potest quasnam in corporibus similaribus causas afferre constituãt hi qui ex tumoribus atq; meatibus eadem uolunt esse constructa. Sed cum tota ipsorum suppositio sit falsa, mihi superuacaneum uisum est de ipsis facere mentionem. Quare ad id quod propositi nostri est, institutũ reuertamur, ac reliquorũ morborum causas assignemus, ab eo rursus genere quod ad formationem attinet exordiẽtes. Superant aũt duo in eo modi, cum instrumenta aut præter naturam læuia fiunt, aut aspera. Exasperantur autẽ quæ prius erant læuia, & læuigantur quæ prius erant aspera: illa quidem ab humorum acritudine, aut medicaminum abstergentium ui: hæc uero à pingui ac lenta humiditate madentia. Præcipue uero in ossibus hoc malum uehementer apparet, cum non recte à medicis curantur. sed aliquando ex humorum natura qui in animalium corporibus inueniuntur habet originem. Oculorum autem & gutturis asperitates, non ex his tantum, sed ex acribus uaporibus aut puluere uel fumo cõtingunt, sicuti (ut arbitror) & stomacho & uentriculo & intestinis à materia inutili quæ in ipso corpore gignitur, atq; ex eorum quæ eduntur & bibuntur qualitate: inter quæ etiam uenæ cõnumerantur. Liquet autem quòd exasperantium causarum singulæ cum inualuerint, aut ulcerationem aliquam aut corrosionem in partibus carnulentis afferunt, aut in ossibus cariem inducunt. Hæ quidem sunt primi generis quæ in formatione consistunt ægritudinum causæ.

VIII Secundi autem generis quæ in numero fiunt, ubi aliqua ex partibus defuerit naturalibus, aut sectio aut putrefactio aut ualida frigefactio præcessit. Et causæ quidẽ frigefactionis prius sunt explicatæ. Putrescũt aũt nonnulla quidẽ à medicaminibus quæ uim habent putrefaciendi, aut ab ijs, quæ in ipsis animalibus oriuntur superfluitates: nonnulla uero ob id quod minime euaporant. huius uero causas prius aperiemus. Quòd si aliquid supercreuerit quod nõ sit è numero partium natura constantiũ, hæc quidem ægritudo ad

numerũ partiũ spectabit. Sed cum id qđ superadditũ fuerit, formã obtinuerit naturalẽ optimæ materiæ abundãtia erit in causa: At si nõ naturalẽ, erit & materiæ qualitas nõ naturalis. Atqui uires utrobiq; ualidas esse oportebat. alioquin neq; qđ utile erat, natura afformasset, neq; quod uitiatũ, excreuisset. format aũt in cõceptibus, quãdo aut sex digitos aut tale aliquid facit: In iam adultis autẽ, quãdo exulceratis particulis ualidas carnes super aluerit, aut in oculis unguem. Abijcit aũt id quod inutile his passionibus quas Græci ganglia, meliceridas, steatomata, atheromata appellant, ac in reliquis eiusdem generis affectibus.

IX Et magnitudo quidem partium augetur ab optimæ materiæ multitudine, & à potentiæ robore. Imminuitur autem à contrarijs causis, aut ubi sectione aliqua, aut exustione, uel putrefactione, uel immodica frigefactione quæ interitum affert, aliqua instrumenti corrumpitur pars, adeo ut quæ remanet mutilata reddatur.

X Quæ uero in cõpositionis genere ægritudines fiunt, nõnullæ quidẽ à repentinis ac uehementibus motibus ortũ habent, nõnullæ aũt ab articulorũ immodica humiditate, quæ ligamẽta madefacit atq; laxat, totãq; articulationẽ ob lentitiã, lubricam reddit. nõnullis aũt ob id q; ossium cõcauitatum quas Græci cotylas uocãt supercilia circũfrangunt, promptius membrorũ capita ex suis sedibus excidunt. Hæc igitur omnia exarticulationũ causæ sunt. In his aũt ægritudinib. quæ enterocele & epiplocele appellant, laxari magna ex parte nonnunquam uero & abrumpi eum meatum, cõtingit qui ab abdomine ad testiculos pertingit. Sic quoq; deinde ad ipsum meatum, aut ad tunicam quam Græci elytroidẽ appellant, aut omentũ, aut aliquod labit intestinũ. Mouent præterea suis sedibus intestina, cũ dissecto omẽto deciderint. Et pulmonis quoq; fibra sæpius in uulnerib. pectoris exit. Et tunica uuea ut plurimũ relaxat, cũ corneã nimiũ erodi cõtigerit. Vbi etiã uisceris cuiuspiã fibra aliqua nõnunq; ob uehementiores casus aut afflictiones exciderit, hæc quoq; ægritudo ad situs ac figuræ euariationẽ pertinebit, facta ob illas quas antea cõmemorauimus occasiones. Ad uicinas aũt partes cõmunicatio deprauat, cũ aliqua nõ oportune coaluerint, aut cũ aliquod appendiculum aut uinculum relaxatur uel intenditur uel abrumpitur. Neq; in obscuro est ex quibusnam occasionibus horum singula eueniant.

XI Vnius uero generis ægritudinũ quod cõmune omnib. existit partibus, siue omnino simplices siue cõpositæ existãt, causę sũt explicãdę. Ego uero hoc uniuersum genus unitatis solutionẽ appellare consueui, aut unitatis corruptionẽ, aut cõtinuitatis solutionẽ, uel quolibet aliter prout sperauerim sermonẽ auditorib. fore perspicuũ. Neq; enim nomẽ ab his qui ante nos fuerũt impositum accepimus, sicuti nonnullas eius species proprijs designauere uocabulis, Fractionẽ quidem & cariem, cum in osse soluit continuitas, ulcus autẽ & uulnus, cũ in carne hoc fit, appellantes, In ossibus

A aũt capitis, plures sunt nuncupationes. Qualis enim est in reliquis ossib. fractio, ruptio uel ruptura uocat. Quæ uero ab aliquo acuto occursante atq; abscindente fit, incisio atq; dissectio appellat & sedes. Nomẽ aũt teredonis apud Grecos, quod cariem significat, uidet quodã modo (ut apparet) E litera superabundare. nam à tremate, id est foramine deriuatũ esse credit: ueluti tredon quædã, id est foratio existens, quæ uidelicet ab acutis humoribus erodẽtibus fit. Ad aliud aũt ab initio quidẽ reducitur ægritudinis: & ossis asperitas potius q; perforatio nuncupat. Maiori tamen foramine facto, & quodam ueluti sinu apparente, caries dicitur. Et collisio quidem ex hoc genere existit, quæ magna ex parte in partibus fit carnulentis, nõnunquam uero & in ossibus capitis, in pueris præsertim. Nam in seipsum cedat oportet quicquid colliditur, hoc aũt & molle esse expostulat ac minime durũ. Quare aut ex carnosis partibus, aut ex tenera ossiũ natura existet, quæ duri ac ualidi corporis extrinsecus occursantis uiolentũ sustinet impetũ. cum igitur exterior superficies eius quæ ita patit partis cõtinuitatẽ seruauerit, multæ uero exiguæ diuisiones in profundo constiterint, collisio ac cõtusio uocatur hoc ægritudinis genus. At cum cauitas aliqua intus apparet, quã rei collisæ percussor impresserit, tunc illisio dicitur. Necessariũ est igitur, ut omnino sub ipso ictu, in se ipsum impellatur & cauum fiat id quod colliditur, alioquin enim non illidetur. ut uero abeunte causa cauitatẽ retineat, non est necessarium. Nam magna ex parte mollia omnia ad naturæ suæ locum regrediuntur ubi percussor abscesserit. Si uero non solum intro cesserit capitis os, uerũ etiã ruptio aliqua in superficie exteriore fuerit adiuncta, tunc est ægritudo cõposita, neq; ei nomen aliquod inditũ ab antiquis authoribus habemus. Quare potius est oratione explicanda, q; nominibus barbaris, quibus pleriq; iuuenes medici uti consueuerunt. Continuitatis uero solutio existit & ruptio & cõuulsio, altera carnosis partibus altera neruosis adueniẽs. horũ uero generationis est causa, repentinus quidam ac inæqualis uehemensq; motus, ac tũ præcipue cum neq; perfricata neq; calefacta neq; ad æqualitatẽ ducta aut molliciem corpora, motibus exponunt. Distrahunt em in huiusmodi affectib. plurimæ eorũ partes. Atq;, ut summatim dicã, omnium huiusce generis ægritudinũ causæ nõnullæ quidẽ extrinsecus adueniũt, nõnullæ aũt ex ipso corpore ortũ habent. Atq; extrinsecæ quidẽ, sunt ea omnia quę percutere ac collidere apta sunt. Ex ipso aũt corpore causæ, sunt immodici quidã ac sine ordine motus animalis, & nonnulla humorũ uitia quæ corrodendi uim habent. Tales quidem sunt ægritudines omnibus partibus communes, primis scilicet atque simplicibus quæ similares appellantur, atque ijs quæ ex illis componuntur quæ & instrumenta & instrumentariæ dicuntur. Compositarum uero ægritudinum causas non est admodum inuenire difficile, cum ex his quas cõmemorauimus componantur. Quare, si quis hoc

desiderio tenetur, potest sibi hanc parare facultatem. Nunc autem est tempus ut huic sermoni fi- A nem faciamus, ac de accidentium differentia deinceps disseramus.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS.

Quid sit sanitas, morbus, pathos, affectus, actio & causa. Quid sit symptoma tum communiter, tū proprie dictum. Quòd symptomatū proprie dictorum alia ad corporis affectus, alia ad actionum læsiones, & alia ad excretorum & retentorū affectiones referuntur.

Actiones quæ læduntur, triplices esse, animales scilicet, naturales, atq; uitales. Animales actiones diuidi in sensitiuas, motiuas, & principes. Sensus quinq; numero esse, & quæ læsis illorum actionibus symptomata contingant. Actionum motiuarū & principum læsiones quæ symptomata sequantur.

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS

LIBER VNVS.

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.



VINAM et quot numero morbi in uniuersum sint, tā simplices quàm cōpositi generatim mēbratimq; diuidētibus, quot itē cuiusq; generādi sint causæ, alijs cōmētarijs prodidimus. Reliquū est de symptomatis disserere: quo de affectibus qui præter naturā sunt, omnis nobis absoluatur disceptatio. Omis igit̄ corporis affectus qui à naturali statu recessit, uel morbus est, uel morbi causa, uel morbi symptoma: ꝙ etiā epigennema Græcis nominare in usu est: uerū nō admodum id uocabulum usurpatū est, sed symptoma et pathema & pathos omnia id genus nominare solent. Sanè non idem omnino significat̄ per iam dicta nomina, sed sicuti ipse distinguā, de omnibus deinceps quæ propinqua inter se sunt, ad hūc modum disserens. Ergo dictū est morbū esse corporis statū quendā præter naturā, à quo functio læditur primū. Constat aūt, & si eum esse affectū quendam præter naturā dixerimus à quo actio lęditur, idem dicturos. Siquidē omne quod est, siue id sanum sit, siue ægrū, siue neutrū, quodāmodo afficitur. Ab afficiendo uero affectus nomē est ortum, atq; in hunc usum nō ab antiquis modo philosophis, sed etiā alijs hominib. tractū. Et affectus quidem tum eorū qui sani, tū qui ægri sunt, tum neutro modo se habentiū omniū est cōmune: etenim & cantus & harmoniæ & oratiōis & dictiōis affectio quædā esse uidet̄. Morbus aūt sanitati contrarium. Dissidet ab utrisq; (ueluti Plato ipse definiens prodidit) quod Græce pathos & pathema dicitur, latine passionē appelles. Quicquid eñ patit̄ quis, pathos siue passio est appellandum. Eoq; arbitror sensuū quoq; alterationes, pathemata siue passiones appellauit. In uisu quidem eas quæ ab albo, nigro, flauo, & cæteris coloribus fiunt. In tactu, quæ à calido frigido, humido, sicco, molli, duro, cæterisq; id genus. Ad eundem modum & in singulis reliquorū sensuū. Nominat aūt is & uoluptatē passionē, omneq; in summa motū, quicunq; ab altero fiat in alterum. Quippe agentis motus

B actio est. Eius uero quod ab eo affectū est, passio. In summaq;, ipsum affici, idem quodāmodo quod pati est. Differtq; ab affectu affectioneue, motu. Quippe cessante eo quod alterabat, alteratio quæ in passo iam remanet, affectus eius est, ita scilicet ut in ipso uerti & mutari & alterari et moueri, passio generationē habeat. In eo uero quod manet, et in subiecto corpore reseruatur, affectus constat. Iam ipsum quoq; permanentē affectū Græci passionem nominant, ueluti etiā quod iam fecit, nec etiamnum facit, causam. Quanq; neq; hoc absoluto sermone causa est, nec affectus qui manet, absoluto sermone passio. Sed exacte loquēti, affectus passio est iam facta, non aūt quæ adhuc fit. Quod
C autem Græci sic nominare consueuere, in lib. De medicis nominibus à nobis est monstratū. Cuius memores, id agendum, ut (quod à nobis semper est dictum) de nominibus ꝗ primū inter nos conueniat, ad res autem ipsas properemus, in ijsq; moremur. Verum pleriq; eorum qui sibi doctrinam uindicant, cōtra faciunt. litigando enim de nominibus totam uitam conterunt. Quare ad finem artis attingere nunq; possunt. Quid nam igitur est agendum ei qui ueritatis est studiosus? Nempe res ipsas quæ inter se natura sunt similes, eoq; minus aduertunt̄ ostēdere. Dein nomina ijs imponere, potissimū quidem si potis est, quę maxime sint in usu. Sin hæc non nouit, apta fingere. Ante omnia uero singulis rebus singula: ne qua in sermone
D uel obscuritas ex homonymia nascatur, indeq; sophismata oriantur, uel res ulla omittat̄. Illud uero rectène an non recte, & proprie an improprie nomen sit positum, per lōgius ocium æstimare, cum res ipsas iam intellexerimus. Quippe in harū cognitione successus operis consistit, nō in nominibus. Ac nos quidē sicuti dixi tū cōsueta uulgo nomina rebus imponimus, tum res quæ inter se sunt uicinæ, distinguimus. Cæteris nominare quidem sicuti libet permittimus, rem aliquā indefinitam relinquere nō permittimus. In ijs nanq; ipsis quæ proposita nūc sunt quoniā id quod in ipsa corporis cōuersione & mutatiōe & qualicūq; alteratione consistit, diuersum est ab eo quod iam factum est & subsistit: eius autem quod factum est, aliud naturalem actionem efficit, aliud eam lædit: quod in

in ipso(ut sic loquar)fieri essentiam habet, actionem passionemúe nominauimus: quod in permanentia ad aliquod tempus, sanitatem morbumúe. Passionem uero ab actione discreuimus, tãquam quod fit ab eo quod facit, sicuti morbum à sanitate, ueluti id quod præter naturam est, ab eo quod secundum naturã. Rursus igitur integris horum orationib. positis, deinceps quæ reliqua sunt persequamur. Sanitas est naturalis affectus, functionis effectrix. Nec interest an affectum statumúe, qui actionẽ efficiat, dicas, an actionis causam. Simili modo nec si illud naturale auferes, quicq̀ referet: adsignificat eñ in reliqua oratione. Ita sanè & morb⁹, status corporis est extra naturã, uitiatæ actionis causa. Vel breuius ad hunc modum, morbus est affectus præter naturã qui actioni officit. Passio motus in materia qui fit ab agente. Ipse uero agentis motus, actio. Quod autem ex sua natura ei quod fit partem aliquã generationis cõfert, causa ipsius dicitur. Porrò huius multa sunt genera. Nam & materia & utilitas & scopus & instrumentum, & unde motus initiũ. Singula enim horum, ei quod fit, perfectionis aliquid conferunt. Quæ uero nihil cõferunt, sed tamẽ ab ijs quæ conferunt, seiungi nõ possunt, hæc eius sine quo non, rationem obtinent. Sanè hæc cum ita se habeant, fieri subinde potest, ut causarũ quę se deinceps excipiant, series quædã existat. Non aliter q̃ si calculis aliquot deinceps positis, primũ eorũ moueat quis, ac primus secundũ, & ille tertium, atq; ita deinceps, unusquisq; eũ qui sibi succedat. In talibus autẽ omnibus nisi quis id quod per se facit, ab eo quod ex accidẽti facere dicitur, distinguat, plurimi absurdissimiq; errores in disputatione contingent. Significat aũt per se idem quod primum. Tametsi atticizantium quidã non ita particulã usurpent. Ex accidẽti uero idẽ quod secũdo loco. Igitˀ qui primo calculo digitũ admouet, primũ quidẽ hũc mouet, ex accidenti uero ac secundo loco, eũ qui illi succedit, atq; ad eum iã modum reliquos oẽs. Pari modo primus quoq; secundũ quidem mouet per se, ex accidenti uero tertiũ, & qui reliqui ab hoc habentur. Iã secundus ipse pro eadem ratione, primo siue per se mouet tertium, secundo loco quartum et quintum, et siqui sunt deinceps. Quòd si diligẽtius adhuc distinguere libet (quippe ad exquisitiorẽ rei notitiam sic præstat) quisq; calculus eum qui sibi deinceps habetˀ, primũ mouet, secũdo eũ qui post hunc, & tertio adhuc eum qui post illũ, & quarto, eũ qui huic est deinceps. His ita se habẽtibus ac definitis, quoniã morbus affectus quidem est pręter naturam qui actioni incõmodet, morbũ aũt ipsum præcedere potest affectus alter, qui etiã præter naturã sit, non tamen secundum suam ipsius rationem, actionẽ labefactet, sed morbi interuentu, talẽ affectum nõ morbum, sed causam qui morbũ præcedat, appellabimus. Quo loco diligenter animũ ad eos aduertamus oportet, qui illum quoq; affectum lædendæ actionis causam dicunt. Non enim per se aut primum, sed ex accidenti & secundo impediri offen-

A

B

C

D

diq; per eũ actionẽ dicemus. A morbo uero ipso primũ & secundum ipsius substantiæ rationẽ. Ita cum dicitˀ morbus est corporis affectus qui actionẽ uitiet, ijs qui statim subaudiunt q̀ primum & ex seipso id facit, sufficiens est definitio. Si qui uero uel minus dextere, uel cõtentiosius inaudiunt, ijs adijciendũ in oratiõe est, primũ, quo talis sit finitio. Morbus est affectus corporis, affectionẽ aliquã uitiãs primũ. Quotquot igitur affectus hunc præcedunt, ij morbi nõ sunt. Quòd si ulli alij cum ijs affectus incidũt, qui ipsos ueluti umbræ sequãtur, nec hos morbos uocabimus, sed symptomata. Ita nõ statim quicquid est in corpore præter naturã morbũ uocabimus: Sed id q̃d primum actionem uitiat, morbum: Quod hunc præcedit, morbi causam, non autẽ morbum. Quòd siquis alius affectus in corpore morbum sequitur, is symptoma duntaxat dicetur. Quinetiã actionis ipsius læsio, symptoma animalis est. Quicquid nanq; animali præter naturã accidit, symptoma est. Ac nominum quidem usus ita se habet: quæ tamen mutare, dummodo res ipsæ (sicut prædictum est) maneant immotæ, ei qui uolet licebit. Verbi gratia. Sicui nõ placet symptoma uocasse, sed epigennema, quasi superueniens, uel supergenitum dicat: Symptoma eñ esse, quicquid præter naturã animali accidit: Epigennema uero nõ omne, sed q̃d solos morbos necessario sequitur. Verum nos (sicuti dixi) omnem alterationẽ quæ adhuc fiat, passionem: omnia uero quæ in corpore præter naturam subsistunt, nominauimus symptomata. Accidetq; aliquoties eãdem rem & passionem & symptoma nominari: Quòd scilicet utriusq; significatum (quanquam secundum aliam atq; aliam rationẽ) illi insit. Verbi gratia. Ipsum tremere, pati est: propterea quòd alterari, tum moueri particulam aliter quàm pro suæ & naturalis actionis ratione contingit. Præterea tremor passio: propterea q̀ talis motus alteratio est. Idem etiam tremor symptoma est: propterea quòd motus est præter naturam. Quòd si alteratio solum esset, qualis in uidẽdo, audiendo, odorando, gustando, tangendoq; intelligitur, passio tantum nominaretur, non etiam symptoma. Symptomatis enim id proprium est, ut sit præter naturam. Quo fit, ut in formis omnibus quæ à naturali statu sunt immutatæ consistat. Siquidẽ in figuris naturalibus, & coloribus, et magnitudinibus, et actionibus, & passionibus, ubi corrumpuntur, existit. Estq; hęc eius maxime propria finitio, mutatio à naturali statu. Quid igitur? num & morbus mutatio naturalis est status? An non simpliciter mutatio, sed mutatio quædã? Symptoma uero simpliciter mutatio est? Quippe naturali in affectibus statu mutato, actioneq; læsa, morbus existit. Duoq; hæc quo morbus sit, omnino exiguntur, ut in genere sit affectus, & functionẽ lędat. Quorum neutrum symptomati necessario adest. Quippe quod licet, neq; affectus sit, nec actionẽ aliquam lædat, tamẽ eo solo quòd pręter naturam sit, abunde definietur. Atq; à morbo quidem ea ratione differt. A passione uero, eo

quòd hæc omnino sit in motu, interim uero & secundũ naturam. Symptoma non solũ in motu, sed etiã in habitu quodã & permanentia, omnino autem præter naturã. Erit igitur passio, alteratio motusúe circa materiã, adhuc (ut sic loquar) fiẽs. Affectus uero post manẽs. Symptoma, omne quod animali præter naturam incidit. Qua ratione morbus quoq; sub generali symptomatis appellatione ueniet. Est enim is quoq; ad quẽdam modum symptoma. Quinetiam præcedentes morbum in corpore animalis causæ, sub generali symptomatis notione cadunt. Ac de ijs quidẽ iam dictũ est.

II De proprie uero dictis symptomatis, in hoc opere disputare paramus. Est porrò horũ triplex differentia. Alia nanq; ipsius corporis nostri sunt affectus. Alia functionũ offensæ. Alia hæc ambo comitantia, idq; tũ in excrementorum excessu, tũ eorundem suppressione, tum in his quæ in ipso animali eduntur sonitibus, tum etiã in reliquis quę sensibiles sunt differentijs omnibus. Sub læsionis autẽ siue offensæ nomine, nũc priuatio quoq; mihi inaudiatur. Non eñ difficultas modo motus, quã Græci dyscinesian uocãt, neq; difficultas sensus quã dysæsthesian appellant, uitia quædã actionum sunt, sed etiam immobilitas & insensibilitas. Ad eundẽ modum nec mala solum cõcoctio, sed etiam cruditas. Atq; hæc quidem genera symptomatum sunt. In quibus æstimandæ sunt membratim differentiæ, quarum singulas prosequi sermone deinceps cõueniet, illo primum admonito, q̃d in libro De morborum differẽtijs diximus. Nempe qui sanitatem nõ esse affectum corporis, unde actio proficiscatur, sed ipsas actiones putarũt, hos utiq; quam nos nunc doctrinam in symptomatis de actionum lęsione tradimus, in morborum esse doctrina tradituros. Constatq; à nobis, si modo nihil in ipsis rebus errabunt, de solis nominibus esse dissensuros. Oriuntur autẽ (ut sæpe dictum est) huiuscemodi doctrinarum errores ex omittenda quapiã differentia. Itaq; si differentias omnes per censentes, nõ esse eas symptomatum, sed morborum dicant: in nomine tantum, nõ re, à nobis dissentient. Ergo dicendæ differentiæ nobis iã sunt, disputatione ad principium reuocata. Quoniam symptoma generatim quidem appellatur, quicquid animali præter naturã contigit, ita ut tũ morbi ipsi, tum morborum causæ, quæ scilicet intra corpus subsistunt, non quæ extra habentur, symptomata sint. Altera uero significatione ac ueluti magis propria, detractis tum morbis, tum eorum causis, reliqua omnia quæ præter naturam sunt, symptomata nominantur. De quibus nunc agere nobis est propositum.

III Ergo repetita iam eorum triplici natura, deinceps omnia diuidemus: ab actionũ læsione auspicati: Hæc ergo diuidenda est primum in duo genera, propterea nimirum quòd actionum ipsarum duæ sunt primæ differentiæ, alteræ animæ, alteræ naturæ. Itaq; etiam appellantur, illæ quidem animales, hæ naturales. Rursus igitur animales primum diuidentes, in sensitiuas, motiuas, & ter-

A tias rectrices (neque enim incommodum est ita clarioris doctrinæ causa eas nominasse:) iterum earum quanq; in suas differentias diducamus. Sensitiua igitur animæ functio, quinq; in totum habet differentias, uisiuas, olfactorias, gustatorias, auditorias, & tactorias. Motiua uero actio, conti nuatum sibi instrumentum unum habet, motionisq; eius rationem unam. Demonstratum enim id est in libris De musculorum motu. Variatur autem in particularibus instrumentis, ita ut uarias habere species uideatur. Reliqua animalis actio quæ à rectrice parte procedit, in imaginatricem, ratiocinatricem, & recordatricem diducitur. Ergo etiam noxæ omnium sentiendi actionum, cõmunes quidẽ insensibilitas, et sensus uitiosus sunt.

B Voco autem nunc sensum uitiosum, omnem qui perperam obitus est sensum. In parte uero quæ in quoq; sunt sensu. In oculis quidem cęcitates, & uisus obscuritates, & deprauationes quasdam. In auribus surditates, & auditus grauitates, & obauditiones quasdã. Simili modo in lingua, naso, & tactu, tametsi propria nomina sortita non sunt, tamen respondentia prædictis ad portionem habẽtur, quando uel prorsus non sentiunt propria sensibilia, uel cum uitio sentiunt. Eritq; illud, cum uitio duplex, alterum diminute & confuse: alterum deprauate. porrò tactus egregium pręter cęteros sensus in actione sua symptoma possidet, dolorẽ: qui etiam reliquis sensibus, sed tamen ab externis sensibilibus incidit. Huic uero non solum ab ex-

C ternis, sed etiam multo magis ab affectibus qui intra corpus cõsistunt: isq; subinde tam uehemens, ut nonnulli cruciatu uicti, sibi ipsis mortem consciscant. Ac sentiunt quidẽ & oculi ex lucis splendore dolorem quendam, & aures ex magno quopiam & aspero sono. Sic in gustu quoq; & odoratu alij tales incidũt dolores, à proprio scilicet sensibili unoquoq; sensu male affecto. Maximi uero dolores tactus sensui contingunt. Quippe qui ex auriũ phlegmone, alioúe affectu uehemẽter nos angunt, ij proprij auditus dolores nõ sunt, sed tactus. Est enim is sensus omnium sensoriorũ communis, reliqui quatuor sui quisq; solius. Ad eundem modum in oculis non raro dolores immodici urgent: tangendi scilicet in his sensu cõtristato.

D Non minus etiam in dentibus & crasso intestino. Iã pruritus quoq; ex hoc genere symptomatum est. Non est igitur quòd per quodq; membrũ proprium nomen quæras, qualia sunt cephalalgia, id est capitis dolor, & cardialgia, id est cordis dolor, & otalgia, id est aurium dolor (nõ enim inuenies positum) sed oratione omnia talia explicasse contentus eris: uesicæ & renũ & lienis dolores, item genuum & pedis, cæterorumq; ad similem modum dolores appellãs. Ac talia quidem & tot numero sensitiuarum actionum sunt symptomata. Ad hæc etiam duo egregia, sopor & peruigilium circa primum sensorium, quod omnium sensuum est commune, consistunt. At motiuarum actionum prima symptomata sunt immobilitas & uitiosa mobilitas: huius autem alius diminutus infirmusq;

firmusq; motus est,alius prauus. Praui autem alius tremulus,alius conuulsiuus,alius palpitans, alius uibrans.Horum symptomatum aliqua ubi in toto corpore constiterunt, diuersam appellationem sunt sortita,ueluti emprosthotonos,& opisthotonos,& tetanus. Quòd si totius corporis nō solum cōuulsio sit,sed etiam rectricis partis actionum cohibitio,epilepsia dicitur:Sicut apoplexia, cum est neruorum totius corporis resolutio , unà cum rectricis partis functionibus cohibitis. Atq; hæc quidem motiuarum actionū sunt uitia. Quorum siquod proprium præter cætera nomen habet,non est quòd quisquam eius occasione deceptus,aliquod symptoma præteritum à nobis putet,ueluti nec uel apnoeā & dyspnoeā,uel ischuriā & dysurian,uel aphonian & dysphonian.Sed ipsi medico omnia talia in quaque animalis actione sunt exploranda. Non minus etiam cuiusque eorum differentiæ. Verbi gratia, quum dyspnoea unum sit animalis operis,nempe respirationis symptoma, quot sint in uniuersum eius differentiæ. quemadmodum in libro De dyspnoea est iudicatum.Aut cacophonias,quot item membratim habeantur differentiæ.ueluti in his quæ de uoce scripsimus, est traditum. Sanè non raro dubitauerit quispiam, cuius generis symptoma sit, ueluti de pādiculatione,& oscitatione,sternutationeq;, & tussi accidit. Verum de eiusmodi omnibus proximo libro,qui de symptomatum causis aget,dissetetur.Proximum est,ut rectricis actionis offensas narremus:ac primum imaginatricis. Est igitur huius quoq; alia,ueluti paralysis,siue resolutio quædam,quam Græci caron & catalepsin nominant. Alia ueluti prauus quidam erransq; motus,quod utiq; delirium uocant. Alia ueluti deficiens & imbecillus,qualis in comatis soporibus & lethargis cernitur.Quinetiā ratiocinatricis functionis quæ ueluti paralysis est,anœa siue amentia dicit̃. Quæ ueluti deficiens motio est, moria & morosis siue fatuitas.Quæ ueluti errans est,paraphrosyne siue delirium appellatur. Plerunque enim in utrisque simul delirium consistit, tum parum probe imaginando,tum parum apte ratiocinando. Est autem aliquando in altero duntaxat, quod genus Theophilo medico ægrotanti contigit, cui reliqua quidem prudentia supererat,& disputādi,& præsentes exacte noscendi, cæterum tibicines quosdam angulū domus ubi decubuit occupasse, assidueq; sonare,tum pulsare putabat, atque hos se intueri rebat̃,partim illic stantes,partim sedētes, adeoq; sine intermissione sonantes,ut neq; nocte,neque diu usquam uel minimum tempus quiescerent. Exclamare igitur nō cessabat,ac iubere, ut domo ejicerentur.Atque hæc illi erat delirij ratio. Idem postquam planè conualuit,à morboq; euasit,tum reliqua omnia quæ ingredietium quisq; dixisset, fecisset,ue narrabat, tum imaginationis de tibicinum tædio meminerat.Quibusdam uero nulla aliena imaginatio uisitur,sed perperam ratiocinantur,ratiocinatrice animæ parte ijs affecta. Veluti phrenitico contigit qui fores sibi intrinsecus oc-

A clusit,ac singula uasa per fenestram promens, accedentes rogabat,num proijcere iuberent.Hic enim singula uasa rectissime nominabat. In quo se manifeste declarabat,nec in imaginatiōe circa ea læsum esse,nec in nominum memoria. Quid igitur sibi uult quòd ab alto omīa proiecit ac perfregit:hoc scilicet intelligere non poterat,sed opere ipso delirare se declarabat. Quod autem & circa memoratricem animæ partem symptomata eueniant,non ægrotantibus modo, sed ijs etiam qui ægrotare desierunt, id didicisse de Thucydide licet: qui nonnullos qui à magna illa Athenis peste cōualuissent,eatenus omnium quę præcessissent oblitos prodit, ut nō solum propinquos, sed etiam seipsos ignorarent.

B IIII Quoniā autē quæ rectrici animæ parti symptomata incidunt, dicta iam sunt,tempestiuū est ut ad alterum actionum genus,quas naturales uocant,transeamus.Fuerint igitur & in harū singulis,uel non obitis,uel male obitis symptomata. In appetitu quidem,tum inappetentia, tum immodica cibi appetentia.In concoctione,cruditas,& cōcoquendi tarditas,& eiusdem operis prauitas.Pari modo in digestione, & sanguinis generatione, uel nō peracta,uel non rite peracta, symptomata incidunt.Cuius generis symptomatum, & hydropum uitia sunt.Iam in nutriendi actione atrophię quædam & tabes, frustrationes eius sunt. Leucæ uero & ophiasis & alopecia,& quicquid eiusmodi symptomatū genus habet, à uitiosa nutritione
C prouenit. At asphyxiæ, id est pulsuū priuationes, & cacosphyxiæ,id est pulsus uitiosi, circa pulsuū actionem sunt symptomata. In excrementorum quoq; separatione, uel omnino nón peracta, uel non rite peracta,symptomata fiunt:aliqua nomine proprio uacantia,ueluti quæ circa nigram bilē eueniūt:alia uulgo nominata, ueluti icteros, siue regius morbus.Methodus uero hic quoq; omnium inuentionis est,naturalium facultatum cognitio.Eas in libris quos de ijs prodidimus, quatuor esse in quaq; corporis particula indicauimus,Attractricem,Retentricem,Alteratricem, & Excretricem.Erit igitur in harū unaquaq; duplex symptoma:alterum non rite obitæ actionis, alterum prorsus non obitę.Quare in quoq; naturali instru-
D mento,octo incident in uniuersum symptomata. Ergo sicut ex dissectionibus exploratus est particularum animalis numerus,hic breui,immo uero facile ex sese omnē symptomatum multitudinem inueniet.Quippe quæ naturæ tantum sunt instrumenta,octo solum symptomatis laborabūt:Quæ uero sunt animæ, tum istis, tum his amplius alijs duobus.Mōstratum enim paulo supra est, cuiusque animalium actionum duplex esse symptomatum genus,uel prorsus non peractarū, uel parum rite actarū.Dictum præterea est,non rite hoc, duplex esse:aliud ueluti ex defectu proueniēs:aliud (ut sic dicam)ex uitio siue errore.Ita utique, ut si nō duo tantum in quaq; actione & facultate symptomata esse dicas,sed tria,alterū scilicet priorum duorum in duo secans,duodecim quidem in quo-

que naturali instrumento symptomata inuenienda sint, quindecim uero in ijs quæ animæ subseruiũt: porrò prior diuisio, quæ in duas facta est differentias, octo quidem naturalium, decem animalium actionũ efficit. Siquod uero animale instrumentum sensus simul particeps est, tum motiuũ: huic ex secunda diuisione decem & octo symptomata incident: ex priore duodecim. Mõstrato igitur quod dicimus in una alteráue particula, quod nos in ijs, id in omnibus facere censemus, eũ qui enumerare symptomata studebit: Minime quidẽ nominibus attẽtum (neq; enim ubiq; usitatas appellationes inueniet) sed ipsam rerum naturã spectantem. Est igitur uentriculus concoctionis instrumentum, quod trahit in se, ut diximus, conueniens nutrimentũ. Excernit autem quicquid est alienũ. Præterea quod attraxit, id retinet: & quod retinet, alterat. Cum igitur uel omnino non trahere, uel uitiose trahere illi contingit, duo mihi symptomata circa tractricem potentiam intellige. Scindeq; alterũ rursum in duo, nempe quod uitiose oratione saltem quatenus utiq; licet (tametsi nominibus clare nõ possis, quod scilicet his nullũ impositũ nomen est) interpretari tentans. Verbi gratia, quòd etiam iuxta illud ipsum uitiose fiens, aliud ueluti imbecillũ est, aliud ueluti cũ errore: imbecillũ quidẽ, quod uix & ægre & longo tẽpore fit: cũ errore, quod ueluti cũ palpitando, tremendo, uel conuellendo, uel uibrãdo agitur. In alteratrice uero uentriculi facultate, aliud est ubi omnino alteratio nõ fit, cum scilicet quales assumpti cibi sunt, tales in omni qualitate manẽt. Aliud ubi imbecilliter, quod propriũ nomen græce bradypepsiã habet. Aliud ubi cũ errore est alteratio, cum in alienam qualitatem cibi mutantur. Quare tria in totum symptomata circa unam actionẽ frustratam habentur. Vocatur autem ipsa actio, concoctio: ea est ciborum in cõuenientẽ animali qualitatẽ alteratio. Bradypepsia uero, siue concoctionis tarditas, mutatio in eandẽ qualitatẽ est, sed ægre & spatio longiore. Alterationem autem in alteram qualitatem, non tamen in eam quæ secundum naturam est, apepsian nominant, priuationẽ quoq; eius actionis ęquiuoce cum ea nominãtes. Quanquam utiq; clarius fuerat, hanc solam apepsian nominasse: illam uero cũ errore factam, dyspepsian: sicut imbecillam alterationem bradypẽpsian. Cæterum ut Plato testatus est, ueteres cum plurimas rerum ignorarent, alias omnino nõ nominarunt, alias non recte. Non est igitur quòd nomina nobis imponant, sed inspiciendã nobis est ipsa rerum substantia. Quod si fiet, inueniemus retentricis quoq; facultatis actionem secundum naturam se habere, cum tempus complectendi cibi cum tempore concoquendi exęquat: ac cibos undiq; prorsus constringit: Priuationem uero omnimodam eius actionis, cum prorsus non complectitur: accidit autem id in lienterijs, siue intestinorum leuitate: imbecillitatẽ uero, cum uel non probe undiq; amplectit̃, uel non usq; ad consummatam concoctionem, uel cum ambo hęc simul inci-

A dunt. Cum enim retentricis & cõplectentis facultatis agendi probitas in ijs duobus cõstitit, ut tum nullum locum relinqueret inter uẽtrem & cibos uacuum, tum complectendi tempus cum concoquendi tempore exæquaret, uel altero tãtum nõ probe actionẽ obibit, uel utroq;: symptomataq; consequentur, imbecillo quidem complexui, fluctuationes cum sonitu, quas Græci clydonas uocant & flatulentiæ: Iniusto autem complectendi tempori, excretio celeris & ciborum in inferiore uentre corruptela. Hoc loco illud aduertendum censeo, quod alteri symptomati alterum nonnunquam succedit. Quippe imbecillum complexũ, modo clydones excipiunt, modo inflationes: Iniustum uero complectẽdi tempus, omnino diminuta cõcoctio: Deinceps uero uel celer ciborum
B exitus, uel eorum in uentre corruptela. Ac celeris quidem exitus inseparabilia symptomata sunt deiectionis humiditas, & digestio in corpus diminuta: Corruptelæ autem in alui quidem deiectionibus, graueolentia necessario, nõ necessario aut mordicationes, aut inflationes: sed interim neutrum eorum, interim alterum, interim utrunque. Cur autem tum in istis, tum in ijs quæ prius sunt dicta, quædam necessario sequãtur, quædam non necessario: proximo libro in quo de symptomatum caussis agemus, docebitur. In præsentia uero ad reliquam retentricis facultatis symptomatum differentiam est trãseundum. Cum igitur circum cibos uenter se constringit, cæterum cum palpitatione quadam, uel tanquam conuulsione & tre-
C more & uibratu, eiusmodi constrictionis opus cũ errore fuerit. Ac palpitationem quidem uentris clare sentimus: itemq; cõuulsionem. (Singultum enim hoc symptoma nominant.) Noxam uero eius quæ uelut tremor fit, non clare. cęterum si ijs quæ dicemus, animo eris attentus, id quoq; non magno negotio deprehẽdes. Ergo ubi à comedẽdo, nec clydon aliquis, siue fluctuatio cum sonitu te infestat, nec inflatio, nec palpitatio ulla, nec singultus, sed difficultas aliàs insueta, in uentre sentitur, grauat̃ q̃s is, ac laborat, ac magis desiderat grauitatem infra deponi, quam sursum ferri, accedit præterea ructus quispiam, tum displicentia quædam aliena nec facile interpretabilis in respiratio-
D ne adsequitur: existimabis uentriculũ circa cibos constringi quidem, cęterum id ueluti cum tremore fieri. At qui ueluti uibrãs motus est, in febrium concutientibus rigoribus maxime est cõspicuus, omnes animalis particulas occupãs. Ac de ijs quidem fusius in libris qui hunc sequuntur, agemus.

V In præsens ad quartã uẽtris facultatem excretricem propultricemq; ueniendum. Cuius quod quidẽ ueluti priuatio est, in uolueli quibusdã generibus cernit̃. Imbecillitas uero subinde in tardis excrementorũ deiectionibus incidit. Qui aũt eius ueluti cũ errore motus est, tũ incidit, cũ uel prius q̃ absoluta concoctio est, ad actionem proruit, uel absoluta ea cessat ac tardat, uel unà cũ aliquo iam dictorũ symptomatum fit, aliterue quouis modo non rite, uel tanquam impos sui uenter

in cibos irruit, minime tẽperato moderatóue motu utens: exemplo eorũ qui in decliui currũt, nec sistere se ualent. Ac uentris quidem ut instrumentum concoctionis est, dicta symptomata sunt. Vt autem tum nutriri postulat, tum quod nutriat, non solum trahit, sed etiam eatenus retinet, quousq; alterauerit et superuacaneũ excreuerit, alium parem symptomatum numerum ceu similare corpus sortiet. Fortasse igitur præstiterit omnia quæ circa nutritoriam actionem symptomata incidũt percurrere, Et quæ uentris corpori & quæ cęteris particulis omnibus insunt cõmunia. Quippe clarior ita legentibus disputatio fiet: illustriusq; docebit, quod paulo suprà est dictũ, symptoma symptomatis causam esse. Atrophiã enim cum unum symptoma sit, siue ea in toto fiat animali, siue in una eius particula, multa præcedunt symptomata. Cum enim quod probè nutriendum est, & trahere ad se conueniens nutrimentum debeat, & id quoad tum alterauerit, tum assimulauerit retinere, præterea quod superuacuum est pellere: (Est autem id duplex genere, aut enim quantitate superuacaneum est, aut qualitate) necesse omnino est particulã quæ atrophia laborat, uel unius prædictorum alicuius occasione id pati, uel plurium. Nam siue diminutè trahat, quo nutriat, siue non trahat, siue perperam trahat, atrophia particulam consumet: siue id quidem quod nutriet, & quantum & quale esse oportet, suppeditatur, cæterum symptoma aliquod in retẽtrice facultate incidet, simile his quę in uentre sunt dicta, atrophia tentabitur sic quoque. Quòd si hæ facultates legitima fungãtur actione, excretrix autem uis erret, plus scilicet, quàm opus est uacuans, sic quoq; gracilis nutrimentoq; parum fruens, particula reddetur. Iam alteratricis uirtutis symptoma, quod ueluti priuatio est (eam autem apepsiã, siue cruditatem uocant) liquidò patet, quòd particulam gracilem efficiet. Quod uero eius ueluti imbecillitas quædam est, quam bradypepsiam uocant, spatio quidẽ longiore, sed tamen luculenter ipsum quoque aliquando gracilitatem inducet. Tertium uero symptoma, quod dyspepsiæ est simile, non gracilem modo nutritionis desiderio, sed etiam aliena specie particulam reddet, ueluti in uocatis leucis et elephãtiasi cernitur. Sanè aduertere hoc in loco animum, ac discernere conueniet, utrúmne succo aliquo affluente, an solidis ipsis ita affectis mutatus color sit. Quippe si ex affluente est mutatus succo, alterius generis symptoma est: nec alteratricis facultatis error. Si uero tota particula per totam qualem esse oporteat, talis non sit, alteratricis in eo uirtutis id uitiũ est. Fit enim & in arcuatis naturalis coloris mutatio, sed ea, nisi alteratricis uenarum uirtutis uitium aliquando est, separatricis actionis est symptoma. Vitiosus autẽ in singulis priuatim particulis color, si modo ex succo aliquo extrinsecus affluente non proueniat, ex alteratricis & concoctricis uirtutis quam in se habet, uitiosa functione oritur. Ergo hanc atrophiã, cum cacotrophia quædam, id est uitiosa nutritio

A dicenda potius sit, à præsenti disputatione eximamus. Ad eam uero quæ nutritionis omnino est priuatio reuersi, illud admoneamus, tum ipsam symptoma esse, tũ symptomatis aliàs alijs, quæ uel in attractice, uel retentrice, uel segregatrice, uel alteratrice facultate incidunt superuenire. Omniũ uero horum symptomatum, morbi sunt causæ. Finge enim diminutè in aliquam particulam trahi alimentum, ideoq; eam non nutriri: omnino morbus aliquis diminutum hunc tractum præcedit. Dictum nanque est, particulam ipsam ubi imbecillius in se nutrimentum trahit, omnino incommoda temperie laborare. At ea morbus est. Si autem particula commoda temperie sit, obstructio uero aliqua in diductionis instrumentis diductio-
B nem impediat, obstructio ipsa morbus est: diductionis impedimentum eius symptoma. Non solum autem singula symptomata percurrens, quæ scilicet læsæ alicuius actionis culpa proueniunt, intelliges ea omnino morbum præcedere, sed etiam id ex ipsa rerum essentia licet, citra inductionem colligas. Quippe sanitatem actionis causam posuimus: morbum autem læsionis quæ in actione est, causam. At uero symptomata, de quibus nũc proposita nobis disputatio est, actionum esse læsiones diximus. Quare ex ijs propositis constat huiusmodi generis symptomatum morbos esse causas. Quòd autem & duo quæ reliqua sunt genera, morbi præcedãt, & causæ rationem respectu eorum obtineant, id quoq; paulo infra doce-
C bimus, sed ubi totũ de ipsis absoluerimus sermonẽ: auspicati rursus à symptomatis ijs quæ in corporis consistunt affectibus.

VI Sunt porrò eorũ primæ differentiæ numero quatuor. Alia em̃ sunt uisibilia, alia odorabilia, alia gustu apprehẽsa, alia tãgibilia. Ac uisibilia quidẽ in coloribus qui præter naturã sunt, cõsistunt. Idq; uel totius corporis uel alicuius uel aliquarũ eius partiũ. Ac totius quidẽ corporis, ueluti in arcuatis se habet. Præterea in hepatide & splenitide uocatis morbis. Ad hæc hydropũ generibus quibusdã. Vnius uero particulæ, quemadmodũ tum in lingua sola alienus color subinde aspicit, tum in particulis quæ abscessuũ uitio uel nigricant uel liuent. Pari modo in carbũculis, & erysipelate, &
D serpentibus ulcerũ, & gangrenis, naturales colores immutant. Sane huius generis sunt uitiligo, leucæ, elephantiasis, aliaq; id genus: quippe hæc quoq; naturalẽ colorem mutant. Iã in complurib. simul particulis uitiatũ esse colorẽ in multis morbis uideas: idq; uel circa crura magis, uel circa faciem, uel circa totum supernum corpus, uel circa totum imum. Ac uisibiles quidem differentiæ in ijs sunt contemplandæ. Odorabiles uero primum quidẽ in respiratu, ac difflatu. Voco autem quod circumdãtis nos aeris per fauces attrahitur, & rursus emittitur, respiratum: Quod autem per totum corpus exhalat, difflatũ siue perspiratum. Ergo quæ ijs accidunt graueolẽtiæ, in symptomatum constituentur genere. Post has uero in auribus, naribus, alis, & quæcunq; uitij cuiusquã occasione

caſione putreſcũt particulis, his amplius in ructu idem ſymptomatum genus licet inuenire: Ipſo ſcilicet uel fumoſam, uel acidam, uel uiroſam, uel piſcoſam, uel aliam quampiam eiuſmodi referente qualitatem. In guſtabilibus uero qualitatibus laborantes, ipſi ſymptomata conijciant. Quippe ſudorem defluentem in eos aliquãdo guſtãt, præterea eius quæ circa linguam eſt ſaliuæ mutatam qualitatem, æquè utiq; ut ſanguinẽ, quibus is quoquo modo per os uacuatur: alij quidem notabiliter dulcem, alij ſalſum, alij amarum ſentiunt. Ad eundem modum & quę ex pulmone reijciuntur, & quæ ex uentriculo euomuntur: alijs hæc acida, alijs ſalſa, alijs amara, alijs dulcia, alijs auſtera, ſentiuntur. Porrò ſunt ex medicis non pauci qui etiã his aurium ſordem guſtu explorandam cenſent. quippe ex hoc quoq; aliquid coniectari. Iam tangibiles differentiæ, ubi naturæ modum exceſſerunt, in ſymptomatis numerandæ nõ minus ſunt: ueluti cutis dura, & diſtẽta, & præarida: ſimili modo præhumida, uel rugoſa, uel alia quapiam differẽtia tali prædita. Ergo ex his quæ iam dicta ſunt, manifeſtum eſt, hoc quoq; ſymptomatum genus uniuerſum à morbis ortum habere. Quippe colorum, halituum, & ſaporum differentias omnes, ſolidorum ipſorum corporum temperamẽta ſequi, in naturalibus libris didicimus. Ad eundem modum & tangibiles, multo etiam magis quàm omnes quæ ſunt prædictæ, propterea quòd cum actiuis qualitatibus congeneres ſunt, utpote quæ ad eiuſdem ſenſus iudicium referantur. Etenim mollities duritiesq; tactu iudicãtur, haud aliter quàm effectrices qualitates ipſis cognatæ. Quare quicquid in ijs alienum à naturali eſt, id intemperiei acceptum fertur: Aeque ut quod naturale eſt, ex commoda temperie prouenit. At eſt omnis intẽperies morbus. Quare oĩa id genus ſymptomata à morbis ſunt oriunda. Quæ uero ex influente quopiam humore cognata prædictis ſymptomata in particulis excitantur, alia obſtructiones uel compreſſiones ſequentia, alia trahẽtium & ſegregantium uirtutũ functiones malè obitas, neceſſe eſt hæc quoq; ueluti fontẽ ſuæ generationis morbos habere. Ac iecinoris quidem obſtructio, qui compoſiti et inſtrumentalis corporis eſt morbus, alieni coloris qui in arcuatis uiſitur eſt cauſa. Cuiuſq; uero ſimilaris partis intemperies, quæ ipſa quoq; eiuſmodi corporis morbus eſt, aliàs aliam eius facultatem impedit, uel eam quæ trahit, uel eam quę excernit, uel aliam quãpiam: quarum occaſione cum parum æqualiter riteq; humores in corpore fluant, particulæ aliàs aliæ in colore, halitu, ſapore, omnibusq; tangibilibus differentijs alterantur. Quinetiam quodcũq; reliquum eſt ſymptomatũ genus, ſiue id in uocibus fit & ſonis qui in animalibus exaudiũtur, ſiue in ijs quæ à corpore excernuntur, in eòue detinẽtur, nihil nõ à morbis natum eſt, uel ab ipſis continenter, uel ſymptomate aliquo interueniente. In uocibus eñ morbi qui in ore, faucibus, arteria, pulmone, & thorace ſunt, ſymptomata faciunt: Clangoribus ſcilicet

A quibuſdam tremulisq; ac raucis edendis uocibus. In alijs uero animalis particulis ſonitus et murmura & triſmi, id eſt ſtridores, aliaq; eiuſmodi partim quidem ex inſtrumentorum anguſtia, uel indebito motu, partim ex flatuoſi ſpiritus abundãtia, aliquando etiam ex horum aliquibus, omnibusúe ſimul coeuntibus cientur. De quibus plenius inter ſymptomatum cauſas agetur.

VII Quæ uero uel à corpore excernunť, uel in eo præter naturã detinentur, ea quoq; in primas treis diducuntur differentias, utique aut totis ſubſtantijs, aut qualitatibus, aut quantitatibus, à naturali ſtatu egreſſa. Succedũt autẽ omnimo morbis, uel continenter, uel alijs ſymptomatis intercedentibus. Siquidem ſanguinis profuſio toto B excretæ ſubſtãtiæ genere præter naturam eſt. Ea uero uel uulnerato, uel perrupto, uel oretenus recluſo, uel eroſo ſanguinis uaſe incidit. Porrò horum uulneratio, ruptio, & eroſio, proprij ſimilariũ partium morbi ſunt: recluſio, inſtrumentalium. Quæ ipſa modo ex complectẽdi functione imbecilla, modo expultrice immodice concitata, modo ambabus ſimul læſis, ortum habet. Simili modo fluxus muliebris uel propter iam dictarũ actionum ſymptomata fiet, uel ꝙ totus ſanguis tenuis ſeroſusq; eſt redditus. Eſt uero & huic contrariũ ſymptoma, cuius etiam multiplex habetur ortus. Eſt nanq; uel ſanguificæ uirtutis, uel eius quæ tenue & ſeroſum ſeparat, uel idem excernit, operis fruſtratio. Incidere autem aliquando poteſt, & C retentrice ipſa immodice opus ſuũ urgente, & cute ipſa ſpiſſata, & renibus occluſis. Ad eundẽ modũ & ſudores immodice digeri, uel indebite retineri, aut propter cutis, aut propter aliquem dictarũ uirtutum affectũ, aut ipſam humorũ naturã neceſſario continget. Sanè conſtat ꝙ in omni eiuſmodi ſermone, diſiũctiuis coniunctionib. utimur. Omnino enim cuiq; dictorum ſymptomatũ, una quæpiam eſt cauſæ ratio. Nihil tamen prohibet duas, & tres, & ſimul omnes unà concurrere. Non latet autem nec quòd dyſuria & iſchuria & ſtranguria & quem hydropem in uas urinale, alij diabetem, aliqui diarrhœan in urina uocant, ex hoc genere ſymptomatum ſint. Iam quòd eorum quæ excernuntur, & colores præter naturã, & odores, mor- D bos neceſſariò ſequantur, nihil opus eſt oſtendamus: ſi modo nullum talium ſine intemperie prouenit. Patet autem & quod propoſitũ à nobis eſt, clarè eſſe demonſtratum, omnem ſymptomatum naturam morbos præcedere: Fieriq; nonnunquã ſymptomatum quæ deinceps ſibi ſuccedant, ueluti ſeriem quandam. A morbo quidem ipſo primũ, ab hoc uero ſecundum, dein rurſus ab hoc tertiũ, ac ab iſto deinde quartum. Verum hic attendendum diligenter eſt, ut accurate diſtinguantur ab operibus ſymptomata. Sępe enim ita ſimilia inter ſe ſunt, ut et ſymptoma puteť opus, et opus ſymptoma. Ac niſi quis in hoc ſano ſit iudicio, ex ijs in quibus ipſe fallitur, noſtram diſputationem calumniabitur. Quippe ſi naturalium excretionum (ſic aũt uocant eas quæ ſanis accidunt) uel quantitatem

titatem, uel qualitatem, uel genus ipsum substantiæ, pro scopo sibi proponat, deinde huc intuens, symptomata iudicet, subinde falletur. Quippe sudor aliquando multo amplior ꝙ pro naturæ modo, uel alui deiectio, uel urina ualentibus incidit, non solum nulla actione læsa, sed etiam cum uirtutis robore & prouidētia de animalis salute. Aliqua enim quamuis etiam toto genere præter naturā sint, ueluti sanguinis per nares profusio, uel uomitus, uel sanguinis deiectio, uel hæmorrhois, uel aliud eiusmodi, tamē præter naturā adhuc nō sunt, si modo tempestiue fiant. Fiunt autem tempestiue, cum id quod contristat, expellitur. Stante igitur de quo inter initia cōuenit (nempe quòd symptomata actionum lęsiones sint) nihil eorum quæ ad animalis commodum fiūt, ex hoc genere symptomatum est. Opus nanq; naturæ unūquodque eorum potius est, quàm læsio aliqua. At alteri fortassis symptomatū generi, quod scilicet affectus præter naturam est, omnia talia subijciat quispiam. Omnino enim diuisam esse in quacunq; animalis parte uenam aliquam, aut eatenus reclusam, quoad sanguinem quē prius retinuerat profundat, naturalis affectus non est. Quanquam hic quoque alui fluorem, aut urinæ copiam docere non possit affectibus præter naturā omnino succedere. Sanguinis nanq; profusiones & uomitiones, toto genere præter naturam esse dicet quis: Non tamen aut eam quæ per uentrem, aut uesicam, aut uterum fit excretionem, toto genere præter naturam esse. Fortasse uero dubitauerit quispiam & de sudore ceu nec ipse naturæ lege incidat. quippe quod Diocles etiam docere tentauit. Videtur autem dura esse opinio & præter rerum euidentiam, tametsi eā maxime probabiliter confirmet. Ac de talibus quidem posthac aliquando fortasse agetur. perpauca enim sunt de quibus ambigitur, De reliquorum uero symptomatum tota multitudine abunde est disputatum, finiendusq; iā hic liber est. Siquis enim exercitatus in his quæ confessa sunt fuerit, facilius de his quæ in dubio sunt, iudicium consequetur.

ARGVMENTA CAPITVM HVIVS LIBRI

De causis symptomatū uisus, auditus, odoratus, gustatus & tactus. Quæ sint causæ delectationis & tristitiæ in unoquoq; sensu. De causis symptomatum quæ accidunt ori uentriculi. De causis symptomatum primi & communis sensus.

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER PRIMVS

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.



CAVSAS symptomatū in his libris contemplabimur: eundem sequētes disputationis ordinem, quē de ipsorum differentijs proposuimus. Sunt igitur symptomatū genera in totum tria. Quorum de eo primum disputabimus, in quo læsam esse actionem diximus. Ita nimirum intelligere lectorem cēsentes, etiā si prorsus perijt. Cum autē duplices genere actiōes sint, aliæ naturales, aliæ animales, ab animalibus incepimus. Easq; trifariam diuisimus, in sentientes, actiuas, & quas appellauimus rectrices. Ergo in sentiendi actionibus, triplex incidit symptomatū differētia. Vna cum ipsorum primū sensus instrumentum est male affectum: altera cū sentiendi facultas: & tertia cum aliquid eorū quæ primo sentiendi instrumento subseruiunt, male habet.

II Veluti in oculo primū sentiendi instrumentum, crystallinus est humor. quippe quem solum à coloribus alterari monstratum est. Sentiens uero facultas, quæ à cerebro per neruum inde porrectum ad crystallinū peruenit. Ad subseruiendum autem huic, reliquæ omnes quæ in oculo habentur particulæ sunt conditæ. Itaq; etiam uno quolibet ex prædictis male affecto, uel male uidebit animal, uel prorsus non uidebit. Ac crystallini quidem humoris morbi in octo intēperamentis consistunt. Facultatis autē morbi, in eo ꝙ uel neruus, uel cerebrum male sit affectum. Sunt porrò & horum utriusq;, ut saltem similares particulę sunt, octo morborū genera. Vt instrumentales sunt, tū obstructiones, tum alienorum innixus, siue compressiones, aliaq; quæcūq; ex humorum influxu, molem præter naturam attollunt. Vnitatis uero diuisio, super omnia quæ prædicta sunt, tum similarium, tum instrumentalium particularum communis est affectus: non cerebro modo aut neruo, sed etiā crystallino humori incidere potens. Huic autem transferri, ac sede moueri, instrumentalis morbus incidit. Quanq; translatio, siquidem ea uersus angulum maiorem minoremúe est facta, nihil quod æstimandum sit, incōmodi affert. Sin sursum deorsumúe inclinat, duplicia quæ uidentur omnia apparere facit. Atq; hi quidē sunt, tum primi uisus instrumenti, tum eorum quæ illi facultatem subministrant, morbi. Eorum uero quæ usum aliquē ei conferunt, hi, si uel in foramine rhagoidis, uel etiam eo qui inter hoc & crystallinum est loco, humor spiritusúe tantus cōstiterit, quantus primo uisus instrumēto ad internoscenda sensibilia sit impedimēto. Ad eundē modum corneæ quoq; tunicæ particula ea quę pupillę antestat, ui-

sum impedit,siue ea per se, siue alia quapiā ratio- A
ne à naturali habitu est remota. Ac foramen qui-
dē rhagoidis,quatuor modis à naturali statu mu-
tatur.Nempe uel ampliatum, uel imminutū, uel
in aliquam partem detortum, uel ruptū. Verum
ampliatio siue à natali sit, siue post accedat, sem-
per uisui incommodat.Imminutio quæ utiq; à na
tiuitate incepit, acutissimi uisus est occasio: quæ
uero post incidit, mali, Reliquorum uitiorū neu-
trū,neq; si à natiuitate,neq; si post incidit, quicq;
quod æstimatione dignum sit,uisioni officit. Iam
enim subinde uidimus ex parua rhagoidis proci-
dentia,detortam pupillam, postq; cicatrice est in
clusa,nec tamē hominis uisum fuisse impeditum:
Vbi scilicet ante se corneæ particulā splendidam
habuit.Atq; hęc quidem experientia ipsa docuit. B
Sanè causa propter quā amplitudo foraminis ad
perspicaciam uisus semper sit noxia, angustia nō
semper, æstimatione nō indigna est. Videtur aūt
mihi neruus is qui à cerebro ad oculum pertinet,
quem ideo porum,siue meatū Herophilus appel
lat,q; eius solius foramen clare cernitur, sensibilis
esse spiritus uia. Eoq; ubi altero oculo conniue-
mus,alterius pupillam dilatari contingit, tanquā
in unum solum cōmeante spiritu,qui prius in du-
os est dispertitus. Itaq; etiam hoc maxime signo
intelligitur,an suffusi cōpuncta suffusione uisum
recepturi sint,an non. Quippe quibus altero ocu
lo conniuentibus,alterius pupillam dilatari con-
tingit,ijs si compunctio administretur, recipiēdi
uisus fiducia est.Quibus nō dilatatur, horum ne- C
mo unquam reuidit,neq; si minimo cum dolore,
ac commodissime ijs est administrata cōpunctio.
Ex ijs omnibus liquet,confluere ad oculos à cere
bro spiritum animalem, tum in crystallinū ipsum
humorem,tum uero locum omnem qui illi ante-
stat,quem scilicet rhagoidis foramē determinat.
Vbi igitur amplior reddita est pupilla, siue id ex
prima statim formatione,siue postea contigit, pa
rum commode tota animali spiritu impletur.Fun
di igitur dissoluiq; ac dissipari cogitur. Sicut con-
tra in minore pupilla colligitur,constringitur, ac
densatur.Atqui demonstratum in libris de parti-
cularum usu est,eius collectionem ac constrictio
nem,ad sensus bonitatem illi conducere: contra,
dissolutionem ac dispersionem, ad sensus noxam D
cedere. Qui igitur fit quòd pupilla morbi uitio,
non naturæ minor reddita, multo deterior effici-
tur quàm mediocris? An quia uitiosus affectus se
quitur,quorum culpa necessario peius cernit ocu
lus sic affectus, non propter pupillæ angustiam?
Quinam igitur hi sunt affectus? nam hoc etiam di
sputatio requirit. Vnus quidem ipsius rhagoidis
tunicę tantum,alter humoris tenuis qui medio lo
co inter ipsam rhagoidem & crystallinum humo-
rem habetur, effusi. Ac tunicæ quidem solius affe
ctus, extensio relaxatioq; sunt: qualis utiq; in ex-
trinsecus positis articulis subinde cernitur,cum li
gamenta redundanti humore sunt perfusa. Hu-
morum uitium in defectu cōsistit: Cuius occasio
ne rhagoides uacuato interno eius loco in se con
cidens,contrahitur ac rugatur,atq; idcirco pupil-
lā imminuit. Deterius ergo ex talibus affectibus
cernere contingit,non utiq; propter pupillæ par-
uitatem,sed propter humoris desiderium. Mon-
stratum enim est in his quæ de uisu, tum in libris
quos de utilitate particularum, tum quos de Hip
pocratis & Platonis placitis scripsimus, crystalli-
num humorem munimēto aliquo indigere, quo
externū splēdorem sine offensa sustineat. Vnum
igitur munimentorum eius is humor est: cum eo
etiam quòd substantiæ crystallini humoris nonni
hil conducit. Vbi igitur parcior redditus hic hu-
mor est: & siccior efficitur ipse crystallinus,utpo
te iam humore à quo largiter imbuatur defectus,
& rhagoides tunica in se cōcidens,spatium quod
inter ipsam et crystallinum interest,angustius effi
cit.Itaque fit,ut cum cogatur crystallinus humor,
paruo interstitio cum externo splendore cōmer-
cium habere,persimilem patiatur affectū, ijs qui
solem nictando contuentur. Horum enim aliqui
occæcati sunt:Omnes uero ita læsi, ut uix recupe
rarint pristinum uisum.Quippe monstratum no-
bis est,fieri non posse,ut splendidam lucem inof-
fense toleret uisus instrumentū: Eoq; factum esse
ut rhagoides tunica quæ nigra simul & cœrulea
est,illi sit prætēta: Quod scilicet hi colores uisum
ubi à splendida luce laborat, maxime consolen-
tur. Atq; hæc quidem causa est, cur imminutus is
qui in pupilla est humor, tum deterius cernendi,
tum foraminis rhagoidis tunicæ minoris redden
di sit occasio.Eoq; maxime insanabilis est eiusmo
di oculorum morbus. Alter affectus qui propter
humorem rhagoidis minorem reddit pupillam,
minus illo est noxius.Difficilius nanq; est simila-
rium corporis particularum cuiuis, cum siccata
est,humiditatem restituere, quàm eā cum hume-
cta est,siccare. Atq; hęc quidem medendi rationē
quodammodo iam attingūt. Dicamus aūt quod
à primo est propositum.Mala quidem est pupillę
paruitas quæ præter naturā accidit, bona quæ na
turalis est.Laxitas aūt eius nec quæ naturæ legē
habetur,bona est,nec quæ nō naturalis est.Cæte-
rum minus mala est q̃ angustia. Quippe laxitatis
generandæ causa(ut sic dicam)coniuncta, tensio
rhagoidis tunicę est.Sicuti paruitatis, eiusdem re
laxatio. Quoniam autē duplici ratione tenditur,
cum utiq; ex suapte natura id patitur, uel siccata,
ut corpus similare,uel humectata ut instrumenta
le:siccitas quidem eius difficile sanabilis est,humi
ditas non etiam.Siquidem phlegmonę & scirrhi,
siue durities sensu carentes, & abscessus, & alij id
genus morbi,instrumentaliū sunt partium,ex su-
peruacuis humiditatibus oriundi.Quos omnes si
in rhagoide cōsistāt, peritus medicus nō magno
negotio superabit.Sanè accedit rhagoidi nōnun
quam etiā ex accedenti tensio, à multitudine sci-
licet subiectorū humorum nata.Quippe cū uelu-
ti uter uesicaue, ijs quæ inter ipsum & crystallinū
humorem aceruantur est impleta, in omnem par
tem distēditur.Quoniam aūt non solum qui in fo
ramine rhagoidis sint,morbos disputatio percen
suit

fuit, sed etiã aliquos ipsius rhagoidis cõmemorauit, superq; qui tenuis sub ea sint humoris: sequẽs fuerit, quæ reliqua in ipsis sunt persequi, quorum uitio uel impeditur uisus, uel omnino aufertur. Ergo ex ijs qui in tunica rhagoide consistunt, ac uisui obsunt, unus adhuc morbus restat, tam similarium q instrumẽtalium partium communis. Is est unitatis diuisio. Quæ utiq; in hac particula, tũ uulnus est, tum ulcus. Cum igitur tale uitium magnum est, ita ut & ualenter diuidat rhagoides, & profundatur extra eam tenuis humor, ac iam corneam cõtingat, necesse est incidãt hoc casu incõmoda duo. tum ut concidat super crystallinum humorem tunica rhagoides: tũ ut spiritus à cerebro in pupillã totus non perueniat, quoniam per uulnus effluat. Quòd aũt non solũ ambo hæc coeuntia impedimẽto uisui sint, sed eorũ alterum, ijs qui prędicta nõ negligenter legerunt, manifestũ arbitror. Mihi uero tẽpestiuum iã fuerit ad tenuẽ humorẽ conuerti, de quo supra dictum hactenus sat tẽ est: q sive eius plus siue minus iusto est, uisum impedit. Quòd aũt etsi aut crassiori aliquando sit cõsistẽtia, aut colore quodãmodo alieno: sic quoque symptoma aliquod circa uidendi actionẽ excitabit, id dictum prius non est, sed iã eius dicendi est tempus. Ergo hic humor si crassior q prius erat, est redditus, tũ perspicaciã uisus adimet, tum ne longinque uideatur efficiet. Ita ut nec quæ longe posita sunt cernant, nec quę prope sunt admota exacte perspiciantur. Sin uehemẽter crassus est factus, ueluti in suffusionibus euenit, utiq; uidere hominem prohibet. Quòd si totũ foramen à crasso illic cõsistente corpore obtenebratũ nõ sit, sed aliqua pars eius pura supersit, utiq; per illam, quæ extrinsecus sunt, singula per se sola nihilo deterius q ante uidebuntur, non tamẽ similiter uno tẽpore multa. quod scilicet angustior q ante factus sit uisus conus. At si in pupillæ centro exigua suffusio cõstiterit, partibus quæ circa sunt puris, omnia ijs qui sic sunt affecti, ueluti fenestras habere uident. Quippe quod in medio nõ cernit, quasi excisum uidet. Iam si diuulsa, nec inter se coniuncta crassa corpora in iam dicto humore fluitãt, ijs qui sic se habent, tanq; culices quidã foris obuersari uideantur, imaginatio præbetur. Sæpenumero uero ex crassiore quoq; humoris consistentia, tanquam idolum aliquod sibi appareat, imaginãtur. porrò eiusmodi idoli apparitio postq; à somno surgit, plerunq; incidit, potissimũ pueris, et ijs qui plusculũ biberunt, aut aliàs capite sunt impleto. Quòd si colore immutatus sit humor, qui inter crystalloidem, & rhagoidem habet, siquidem ad fuscum inclinet, ueluti per nebulã fumumúe hominem uidere faciet: Sin ad alterum ullum colorem uergat, eius nimirum phantasiam uisibilibus impartiet. At si inæqualiter uel à naturali cõsistentia, uel colore recessit, quæcunq; eius pars sic affecta, ad pupillæ locum peruenerit, similem etiã sibi imaginẽ in uisibilibus repræsentabit. Quippe illius, tum colorem, tum consistentiam, tum figuram foris se uidere homo putabit. Ex hoc sympto-

A matum genere sunt, tum ea quæ suffusi imaginantur, tum quæ ijs quibus uel sanguis ex narib. profluxurus est, uel qui uomituri sunt, ab Hippocrate sunt scripta. Iã uero quibus adeo perfectus sincerusq; uisus est, ut eum ne uel minimũ sensibile fugiat, exhalationes uero quæpiam à uentre ascẽdunt, potissimũ ubi nõ probe cõcoxerunt, similia ijs quæ suffusis symptomata incidunt. Quippe purior natura crystallinus huumor ijs est, etiã hic ipse aquosus de quo nunc agimus. Magnitudo aũt symptomatũ in his, pro magnitudine passiõis semper respondet, non solũ in ijs de quibus paulo ante agebam, sed etiã in omnibus quę prędicta sunt. Verbi gratia. Similariũ partiũ intemperies si paruæ sunt, paruam noxã actioni afferunt. Sin maio-

B res habent, actioni ad portionẽ nocent. Sicut quę plurimũ à naturali statu excesserũt, omnino actionem tollunt. Aeque uero & quæ de qualitate & cõsistentia & colore aquosi humoris sunt dicta, si paululum à naturali statu sunt mutata, paruam etiam actioni afferũt noxã. Sin longius recesserũt, pro modo uitij sui etiam actioni incõmodant. Sicuti cum plurimũ à naturali sunt aliena, omnino actionem adimunt. Ad eundẽ modum & quæ de rhagoidis ruptura, & pupillæ magnitudine sunt dicta, uel paululũ aliquid actionẽ impediunt, uel amplius, uel omnino. Simili modo & animalis spiritus uel ad unguem purus est, qualis ęther, uel nebulæ ritu humidus ac turbidus. Præterea in modo substantiæ, uel plus eius habetur, uel minus. Ac si-

C quidẽ multus est & æthereus, etiam quæ longissime absunt, uidet, ac perfecte discernit. Sin paucus est, & purus, quæ prope sunt exacte dignoscit, quæ procul absunt non uidet. Quod si humidus simul multusq; est, longissime quidẽ uidet, sed non exacte. Sicuti etiam si humidus simul exiguusq; est, nec exacte nec lõgissime uidet. Et de hoc quidem, ut ad rem propositam, hæc abunde. Corneæ uero tunicæ pars quæ pupillæ antestat, & cũ crassior, & cum spissior, & cum humidior est facta, uisionem impedit. Ad eundem modum si colorem suum mutauit, & si ulcus maiusculum in se habet, & siquid eorum quæ extrinsecus illi præiacẽt inauctum, obscuritatem affert. Ac crassior quidem et spissior cornea hebetudinem uisus creat: Humi-

D dior autem siue ut instrumentum est, siue ut similare corpus, non solum uisus hebetudinem affert, sed etiam ut quasi per caliginem, uel nebulã, uel halitum quempiam, uel fumum cernatur efficit. Si uero humores non multi, sed colore mutato sint, pro eorum natura error in uisu respõdet, proinde qui regio morbo laborant, pallida omnia uidere se putant. Quibus autem ex plaga ruptæ recenter sunt in prima tunica uenæ, rubra. Vlcus uero maiusculum, nõ solum eo quòd superuacuum contrahit humorẽ uisionem lædit, sed etiã q exiguo interstitio crystallinum cum externo lumine cõmitti cogit. At si descendat introrsum, quod ante pupillam est ulcus, etiam aliquid aquosi humoris foras effundit. Proinde is qui sic est affectus, in summum cæcitatis discrimen adducitur. Eoq; fit

ut qui in parte corneæ quæ pupillæ prætenditur, uulnus acceperunt, si id uulnus introrsum descendit, magna ex parte occæcentur. Ceterum incredibile quiddam nec fieri uulgo solitum in puero uidimus, qui stilo in pupillę loco fuerat cōpunctus. Nam cum statim effluxisset aquosus humor, tum pupilla ipsa minor est reddita, tum tota cornea apparuit rugosior. Cæterum sanatus, postea recte uidit, collecto scilicet paulatim eo qui effluxerat humore. Verū hæc rara sunt. Cæcitates aūt eiusmodi uulneribus plerunq; succedunt, sicuti etiā omnibus iam dictis causis: ubi scilicet plurimū sunt inauctæ. Nam siue uehementer spissa, siue ad summū crassa, siue immodice humida, cornea est effecta, omnino tenebram uisioni offundit, ita ut qui sic est affectus, prorsus nō uideat. Et quid quæso miri si prædictorum singula cum inaucta sunt, uisum animali adimunt? ubi ipsa sola cornea rugata aliquando similem noxam affert. Incidit hoc uitium, ijs qui ad ultimum peruenere senium. Sanè consideranda hoc tempore diligenter est pupillæ magnitudo. quippe quæ si minor est facta, etiam aquosus humor in ijs est imminutus. sin ęqualis sibi permanet, corneæ solius uitium est. Verum eiusmodi discrimina pręsens opus nō requirit. Corneæ uero tunicæ morbi, si magni sunt, prorsus uisum impediunt. Et maxime cum uel phlegmone uel suppuratione laborans, uel insensibili duritie obsessa, aliudúe tale quippiam passa, ueluti instrumentalis pars, humoris morbis afficitur. Ac corneæ quidem tunicæ morbi qui uisum uitient, tales & tot incidūt. Membrana uero quæ super hāc habetur, ubi phlegmone laborat, ex accidenti uisus actionē impedit. At in ijs quæ Gręce uocātur chymoses, præterea in pterygijs, nō ex antecedēti, sed iam ex prima ratione, pupillā obtenebrat. Ad eundem modū magnæ palpebrarū phlegmonæ tumoresq;, si qui super has præter naturam orti, eò magnitudinis uenerunt, ut pupillæ umbram offundant. Atq; hæc omnia aut non uidendi, aut male uidendi sunt causæ.

III Et de oculis quidem satis hæc sunto. Quippe exempli magis causa, quàm ut singula membratim persequeremur, de his disputauimus, cum sit mihi institutum ad præsens per generales sermones, methodum indicare, qua usus quispiam, symptomatum causas inueniat. Quoniam aūt nō solum methodos ipsas nouisse oportet, sed etiam multifariam in particularibus exercitari, quod facere omnibus in promptu nō est, idcirco qualem fieri modū exercitationis oporteat, in oculis nūc ostendi. Ergo ad eius exemplar, reliquę sentiendi potentiæ sint adeundæ, æstimādaq; in unaquaq;, tum primum eius instrumentum, tum cætera quę illi usum aliquem præstant. Ad hęc discernēdum, ceu paulo ante est dictum, quinam ipsius potentiæ laborantis sint morbi, quinā instrumentorum cuiusq;, cuius culpa lædi functionem cōtingit. Siquidem audiēdi grauitas, & surditas, aut propter auriū ipsarum particulā aliquam, aut propter neruum, qui in has à cerebro pertinet, aut propter ce-

A rebrū ipsum, in ea scilicet parte læsum, unde neruus exoritur, animali incident. Atq; in neruo quidem & cerebro uitia sunt, similiter ijs quæ in oculis. Quæ uero in reliquis particulis sunt, ad portionē quidē, nō tamē omnino similiter lædent. Quā eñ habet in oculo crystallinus humor rationem, hanc habet in auribus audiendi meatus finis, ubi neruo dilatato coniungit̃. Omnia uero quę extra hunc in anfractu meatus sunt, ijs quæ prædicta in oculo de rhagoide sunt, ad portionē sehabēt. Itaq; etiā morbos eorū huc transferri ex illis cōueniet. Similariū quidem corporū, qui in intemperie & cōtinuitatis solutiōe cōsistunt. Meatus aūt ipsius obstructiones, siue hę tumoris alicuius ipsarū particularū non naturalis occasione, ipsum meatū obstruant, quēadmodū abscessus, & phlegmone &

B insensibilis durities, et œdema, siue propter tumorem aliquem acquisititiū, uel deniq; quisquis præter naturā sit, qualis in meatu sæpe oritur, porosa quapiā in eo carnosaúe substantia enata. Enimuero eorū quæ meatū obstruunt, & sordes sunt quæ in auribus colligi solent.

IIII Tanq; igitur in ijs particularū ratio symptomatū indicauit causas, ita & in lingua & naso indicabit. Modo in ijs quoq; tū primam sentiendi particulā, tum reliqua, quæ totum instrumentū complent, nouerimus. Monstratum eñ est linguā eo q duabus facultatibus, sensui uoluntatiq; subseruit, duas quoq; actiones habere. Nunc aūt eā ueluti sentientem cōsideramus. Odoratus uero sen-

C soriū ipsos cerebri esse uentriculos indicauimus. ac gustandi quidē sensus symptomata sunt, tū omnino nihil saporū sentire, tū non legitime sentire. Cū aūt non legitime sentire (ut monstratum est) dupliciter intelligat̃: aliàs cū diminute & confuse sentitur, aliàs cum uitiose, cōfuse quidem gustare, in uisu ambiyopiæ, id est uisus hebetudini, in auditu barycoię, id est audiēdi difficultati, portione respōdet. Vitiose aūt gustare, est ueluti cum oculis, colore, figura, magnitudine, uel situ mutata uidētur. hoc in auditu, obauditio nominat̃. Porrò morbi prædictorum symptomatum, uel in gustandi actione, uel quæ in potentia incidunt, partim in similari linguæ substantia & tunica qua inuoluitur sunt, partim in neruis mollibus, partim loco cere-

D bri, illo præsertim, unde hi nerui originem habēt. Ac reliqui quidē prædictorum omnium morbi in manifesto sunt. Lingua uero uitiose sapores sentire solet, cum extraneo humore est impleta. Quo casu quæ gustant̃ omnia uel salsa uidentur, uel amara, uel alia quapiā aliena qualitate dicibili indicibiliue affecta. Tanq; enim in suffusis uisiua uis foris se cernere iudicabat, ea quæ in ipsis oculis inerant, itidem gustandi facultas ea quæ sunt in lingua, sensibilibus imputat. In arcuatis quidē bilis amarorē non linguæ esse ipsius, sed eorū quæ gustat deputans. In alijs uero quibusdā affectibus salsuginē acorēue edulijs ipsis inesse imaginās: Scilicet succo qui extrinsecus accessit, uitiosum linguæ succū, qui prius quieuerat, excitante mouenteq;. Gustandi aūt ui nō eum qui accessit, sed eum

qui in se redūdat sentiente. Raro sane accidit, sed tamen aliquādo, ut lingua ex gustandi perfectione priusquam aliquid gustet, succos quos in se habet, sentiat. Simile huius symptoma est, ubi in stomachicis affectib. suffusiōis imaginatio oculis incidit, uel sonitus auribus cū nihil extra sonet, sed motus ipse circa cerebri membranas imaginationes creet, uel odoris in naribus, ab succo aliquo in his contento. Sed quoniā de naso meminimus, qui duplici facultati ueluti lingua subseruit (quippe qui & odoratus instrumentorum & respiratus ueluti finis quidā est) non alienum sit de hoc quoque sicut de prædictis egisse. Si enim accidit in eo morbus aliquis, qui eius meatum uitiet, aut deterius sentiet odores odoratrix uis, aut omnino nō sentiet. Ergo si uel uehementer sit cōtusus, uel polypo uel tumore aliquo præter naturā laboret, spiritus uiam occludet. Huius generis est et si qua circa internam eius membranam incidit phlegmone. Quinetiam quæcunq; in aliqua parte ossium colatoriorum, aut etiam in cerebri inuolucris, aut ipsis ossium foramentis obstruunt, hæc quoq; odoratricem uim impediunt. Atq; hoc magis si in processibus cerebri, qui ad has perueniunt particulas, fiant. At in catarrhis & coryzis & deniq; ijs quibus ab æstu, frigore, uel humore oppleti priores cerebri uentriculi sunt, nō locorum modo qui istic habētur obstructio fit, sed etiam tum spiritui ipsi qui in uentriculis est, tum cerebro quod hos continet, intemperies quædam accedit. Iam compressiones & diuisiones notabiles cuiusuis prædictarum particularum, tum non legitimum odorabilium sensum, tum odoratus priuationem inducunt. Vitiosus uero erransq; sensus hoc loco fit, propter uitiosum aliquem qui in eo cōtinetur succum: qui scilicet mali odoris aliquid exhalans, ascēdentes ab admotis corporibus ad odorandi facultatem halitus obturbat. Taleq; est in hac facultate hoc symptoma, quale arcuatis in gustatrice accidere est dictum.

V Quoniā aūt de sensibus qui in proprijs & sibi addictis animalis partibus exercent, abunde diximus, age nunc de eo qui omnibus qualitercunq; sentientibus est cōmunis (quem utiq; tactum uocāt) agamus. Sunt igitur huius quoq; ad aliorum portionē symptomata. Vtitur aūt is non proprijs appellationibus, sed cōmunibus, sicut etiam prædictorum aliqui. Neq; enim aut in gustatrice, aut in odoratrice ui, tale aliquod nomē habemus, qualia sunt in uisiua uirtute, amblyopia, id est, uisus obtusus, & cæcitas, & parorasis quædā, id est uisus prauitas. In auditrice uero, barycoia, id est grauis auditus, & surditas, et obauditio. At hæmodię siue dentiū stuporis, tum nomen, tum symptoma unius tangendi est uirtutis. Cæterum hoc tam in ore q; in dentibus post acidos & acerbos cibos, incidere maxime consueuit. Torpor uero qui ex tam motus quàm sensus difficultate est compositus, in toto corpore & maxime in artubus, manifeste uidetur à frigore & cōpressione neruosorū corporum incidere. Ad hæc etiā à torpedinis ma-

A rinæ contactu. Si autem sua sponte nulla tali causa præcedente incidat, omnino uita deses, & ciborum uel crassorum uel lentorum abundantia, uel consuetæ alicuius uacuationis suppressio necessario antecessit. Ac continens quidē huius symptomatis causa est, talis quispiā in neruo affectus, cuius occasione à principio ad ipsum uirtus trāsmitti prohibetur. Porrò prohibetur, si quidem meatū aliquem neruus habet, qualem qui ad oculos descendunt, manifeste habere cernuntur, uel ex obstructione, uel compressione. Si uero non habet, ex cōstipatione uel frigore uel cōpressione. Atq; q animalis quidē uirtus, siquidē meatum aliquē tanq; certā uiam à cerebro per neruū habet, hoc obstructo impediet, cuiuis arbitror pateat. Quin

B etiā q cōpresso extrinsecus neruo, angustia meatui eius continget, ne id quidē ullū lateat. Quod aūt & si nullus sit meatus, sed tanq; per aquam uel aërem solis radij transeunt, sic principij uis per ipsum corpus neruorum permeat, cum hi ad crassiorem habitum sunt mutati, transitus impediet: nec id mihi lōgis probationibus egere uidetur, recordanti præsertim ea quæ in aqua & aëre eueniunt. Quippe in aere nebula et fumus et nubes: in aqua lutum & limus, solis splendorem, quo minus per ea syncerus procedat, impedimento sunt, ac uetant. Ad eundem igitur modum & neruus, si crassiore habitu & duriore q; pro sua natura sit redditus, uirtutis transitū prohibebit. Sane crassiore habitu erit, si uel glutinosis, uel crassis alatur succis,

C uel uiolento frigore sit stipatus. Si aūt à duro aliquo corpore q̄d illi extrinsecus innitat pressus sit, ne sic quidem uirtutis transitum non morabitur. Proinde nerui qui uel funiculis, uel manibus sunt cōstricti, & qui ab externo aliquo, quod uel phlegmone sit obsessum, uel cū sensus noxa duratum (scirrhum uocant) premuntur, & qui aut laxatis aut fractis ossibus angustantur, omnes principio quidem torpent: postea uero omnino sensus motusq; expertes fiunt. Et uocatur quidem eiusmodi neruorum uitiū Grece paralysis, id est neruorum resolutio. Quæ cum in eodem genere cum torpore sit, magnitudine certe ab eo differt. Ac si in omnes incidat neruos, illico totum corpus sensu motuq; priuat, ac mortē celerē respiratus priuatione

D infert. Si aūt spinalis medullę principiū sit læsum, particulis quæ in capite sunt solis quoad uiuit homo, tum sentit, tum mouetur. Sin in cerebro ipso læsio incidat, statim omnibus partibus impotens insensibilisq; efficitur. Viuit autē uterius horum tanto tēpore, quanto uiueret si laqueo cōstringeretur. Quibuscunq; uero spinalis medulla infra neruorum exortum, qui pectus dilatant est læsa, siue uertebra aliqua loco suo mota, siue etiam aliter, si magna quidē est læsio, insensibiles immobilesq; omnibus quæ infra sunt partibus statim fiunt. Sin parua est noxa, torpent hi, non tamen moriuntur propterea quod respiratio ijs illæsa manet. At brachiorum sensus ijs quibus spinalis medulla circa quintam uertebrā est uitiata, totus simul cum motu amittitur. Quibus autem circa sextam, non to-

tus, quippe primæ brachij partes illæsæ perstant. Iam multo etiam minus eius desideratur, si circa septimam uertebram male sit affecta. Quod si circa octauam sit læsa, quàmminimum eius requiritur. Ac si quæ post hanc habetur, iniuriã est passa, prorsus nihil mali brachijs accedit. Cæterũ quib. spinalis medulla in collo est uitiata, ijs omnibus uox adimit. Quib. circa dorsi uertebras est lęsa, ijs utiq; non tota. Verum quantum eius, secundum unamquanq;, definitum in ijs est quæ de uoce scripsimus. Nunc enim mihi uideor plura quàm pro instituto dixisse. Neq; enim omnia symptomata mẽbratim persequi, hoc opere est propositũ: sed ea in generales causas reducere. Illud ergo generatim mihi de omni sensus læsione sit dictũ, quòd à quibus neruis ualentibus suppeditatã sibi uim habent, ab ijsdẽ male affectis lædũtur. Quòd si quis B cuiusq; nerui nosse uim studet, eorũ qui ad respiratũ cõducunt, in libro qui De respiratiõis causis inscribit uim discat: eorũ uero qui ad uocẽ, in opere quod de uoce habet titulũ. Ergo de his alibi scrupulosius est proditum. Qui autẽ colli, capitis, abdominis, brachiorum, & crurum partibus, nerui subministrarent, nõ alij modo ante nos nõ incommode prodiderunt, sed ipsi quoq; in libris De dissectione administrãda scripsimus. Ac propositus quidẽ nobis sermo erat de symptomatis quæ sensus comitantur. Quoniã autẽ partes quæ per neruum aliquem uoluntarie mouentur, eędem protinus sensum quoq; per eandẽ possident, duplicem ijs noxiã ex nerui iniuria necesse est accedere, alterã sensus, alteram motus. Qui igitur fit, quòd uidentur particulæ quædam ad uolũtarias quidem functiones resolutę esse, & tamen sentire? Rursus alię moueri quidem, minime autem sentire? Sanè in lingua & oculis nulla fit dubitatio: propterea quòd hæc duplici neruorum genere sunt prędita. At in quibus membris duri tantũ nerui sunt, in ijs distinguendis sermo ad hunc modum est. Si cute ablata, subiectus ei nudus musculus immobilis appareat, tangentẽ tamen sentiat, paruã illi noxam incidisse est putandũ: utpote per quã minime stetit quin tantũ animalis uirtutis ceperit, quantũ ad sentiendũ quidẽ esset satis, ad musculum mouendũ non satis. Consistit eñ in patiendo magis, q̃ agendo, tangendi sensus. itaq; etiam parua uirtute perfici potest. Musculorũ motus, cũ agendo, non autẽ patiendo obeatur (totũ nanq; corpus ab hoc trãsfertur) multa eget animali uirtute. Contra uero nunq̃ deprehendas musculum ullum moueri, ut idem non sentiat. At si superiacens musculo cutis sensum amisit, ipse autem moueat, nihil est q̃d mirere. Veluti nec si duorum musculorũ alter moueatur, alter moueri non possit, aut altero sentiente, alter sit insensibilis. Sicut enim in ijs alterius læsum neruum esse, alterius integrum licet: sic is qui in cutem dispergitur, iniuria affectus esse potest: qui autem in musculum, minime esse affectus: cõtraq; qui in cutem spargitur, nullam esse passus iniuriam, qui in musculo est, non esse noxæ expers. Ac de propositis symptomatis, hæc satis.

A VI Delectatio autem & dolor omnibus sensib. contingunt, non tamen pari euidentia: sed in oculis minus q̃ in cęteris euidenter: In tactu autem & gustu, maxime luculenter: ab ijs deinceps in odoratu: Et post hinc in auditu. Quænam igitur est tũ omnium communis, tum cuiusq; causa propria? Sanè communis ea est, quam Plato in Timęo reddit sic scribens. Violenta passio quæ præter naturam est, cum simul multa & celeriter fit, dolorem adfert. E diuerso, quod ad suam naturã confertim & celeriter redit, iucundum est. Quod autem sensim & paulatim fit, sensum latet. Atq; ita quidem Plato. Hippocrates uero eo antiquior: ijs, inquit, quibus natura alteratur & corrumpitur, dolores fiunt. Quippe illud, Corrumpitur, celeritatem simul ac magnitudinẽ mutationis indicat. Sanè tactui accedunt magnæ mutationes naturæ, à frigidi calidiq; uiolento contactu. Præterea ab ijs quæ quassandi, uel secãdi, uel distẽdendi, uel exedendi uim habent. Quippe humidũ & siccum, si absint calefactio & refrigeratio, citra uiolẽtiam corpus cõtingunt. Id quod opus de simplicib. medicamẽtis qui reuoluet, facile discet. In his eñ illud monstratum est, frigidum alia ratione oblectare, q̃ calidum. Quinetiam ipsum in substãtia diuellendo, dolorem afferre. Videntur autem et quę quassant & quæ tendunt, dirũpendi corporis periculũ afferendo, dolorum causæ esse: non secus autẽ & quę pungunt & quæ diuidunt. Neq; enim postquam aliquid diuisum ruptumúe est, dolorem infert: sed in ipso (ut sic dicam) fieri, talia omnia doloris causæ euadunt: nisi tamẽ ex accidenti aliquo, eos qui C sic affecti sint, dolor sequitur: alias quidẽ acri humore exulceratum corpus mordente, aliàs phlegmone superueniẽte. Quæ ipsa quoq; nunquam non distendendo contristat: non raro uero etiam caloris iniuria, uel humorum acrimonia. Diuellit autem & gustus instrumentum, quatenus utiq; tactus est particeps, à iam dictis. Quatenus uero gustus est propriũ, ab acidis, amaris, acerbis, & acribus succis: propterea q; horum singuli, sicut monstratum est, continuitatem diuidunt. Contristant uero & olfactum, qui à iam dictis succis exhalant halitus: quòd hi quoque continuitatem distrahunt. Auditum uero infestant, uox aspera & maxima & celerrima. Quibus etiam in magnis toni- D tribus in idem coeuntibus, aliqui auditus sensu omnino sunt priuati: ipsius scilicet instrumento soni uiolentia diuulso. Iam uero ipsum uisum maximi splendores nimia secretione, non infestant modo, sed etiam corrumpunt. Est autem ipsa quoq; secretio ex diuidentium genere. Videturq; omnibus sensibus commune, infestantem passionem ex secretione ac diuisione continui unitiq; corporis tum excitari, cum ea cõfertim, uel magnis portionibus simulq; celeriter, quod Græci una uoce athroos dicunt, incidit. Hoc autem & Plato profecto uoluit, cum dixit: doloris sensum, ex passionis tum uiolentia, tum quæ magnis portionibus cum celeritate sensibilibus corporibus incideret, prouenire. Nec refert tristem an grauem

aut dolorificũ sensum appelles: Nec an ipsam passionem, tristitiã, aut mœrorem, aut dolorem nomines: atqui perspicuum est Platonem ipsum pro eadem re dictis nominibus omnibus promiscue usum & in Timæo & in Philebo, præterea in alijs libris sicubi de ipsis sermo inciderit. Quòd autem & Hippocratis opinio eiusdem sit tum in nominibus ipsis, tum rebus sententiæ, non solum ex ijs constat quæ paulo supra sunt dicta, sed etiam ex omnibus libris quos scripsit. Ac quod contristat quidem in omnibus sensibus ad hunc modum prouenit: iucundum uero quod illi est contrarium, contrarijs ex causis. Quippe eius quo diuelli periclitabunt, reditus ad naturam confertim simul & celeriter factus, uoluptatem affert. B Id circo oculis iucundissimum spectrum cœruleum est. Sicuti ediuerso, grauissimũ tristissimũq; quod splendidum simul albumq; est, quemadmodum sol. Proxima ijs sunt, inter ea quidem quæ cõtristant, album, inter ea quæ delectant, fuscum: illud quidem quòd substantiam uisus segreget simul ac resoluat, hoc quòd citra uiolentiam congreget. Neque enim profecto sola congregatio satis est: cum sic nigrum quoque iucundum esset, nunc autem sic non est. Cum enim uisus substantiæ sit contrarium, uiolentius eam cogit, quàm ut eam ad naturam reducat. At uero quod nigerrimum est, eo quod splendidissimum est, minus infestat. Non utique quòd contrariũ minus sit triste, quàm excessus qui est in genere cognato, (quippe hac ratione magis contristaret nigrum, quàm quod est splendidissimum) sed quòd uisus instrumentum sit splendidum: talis uero substantia omnis, subtilium sit partium: nigrum uero semper crassarum. Est autem perpetuo quod tenuium est partium, magis actiuum natura, quàm id quod est crassarum. Ergo cum inter se committuntur quod tenuium partium est, & quod crassarum, remissius agit quod crassum est, in id quod tenue, quatenus scilicet id à tenui potius pati est natum. Ita igitur & sol uisum offendit, quòd cum magis tenuis substantiæ sit, facile eum segreget. Ac cognatione quidem substantiæ, minus contristat, quàm ea quæ sunt contraria: sed cum actionis uehementia sit uiolentior, hoc ipso celeritatem quoq; ad uisus noxam obtinet. Quod enim in minimo tempore uisus noster à solis splendore patitur, id non nisi in plurimo sentit, ubi omnino nullum splendorem uidit, sed in profundis tenebris est uersatus. Quippe is quoq; ad lucem reductus, uidere non potest, eo quòd extinctus ad quẽdam modũ crassatusq; sit, ac tenebrosus effectus. Iucundissimus igitur merito gratissimusq;, cœruleus color uisui est: si tamen is à sole non est digestus. Huic enim cum utiq; laborat, contrarium remedio est. Sicuti ei qui laborauit quidem, sed iam sanus est, cœruleum aut fuscum saluberrimum est spectrum: ut pote quod nec eum segreget, uelutitum album, tum splendidum, nec cogat & extinguat ueluti nigrum. Ac fuscũ quidem ex albo & nigro simul mistis efficitur: cœruleum uero ex

A albo ac splendido tum coeuntibus, tum in saturum nigrum incidentibus. Sic enim nos Plato de ambobus docuit. Ergo hi colores ex cõtrarijs immodicisq; mistis, medij ac mediocres fiunt. qui & excessum utrunque, quo uisus læditur, declinent, & mediocres ipsius fatigationes recreent: non secus quàm morbos qui ex segregatione prouenīunt, nigrum. Sanè uoluptas quæ ab ijs prouenit perinde euidens nõ est, ac in alijs fit sensibus: propterea scilicet quòd nec dolor par erat. Quippe substantiæ tenuitas in uisu nec dum segregat, propter substantiæ cognationem, uiolentum aliquid patitur, quando ad quod ducitur, ipse per se prior properat, neq; dum congregatur, propter mutationis imbecillitatem. Mõstratum enim est quod tenuis substãtiæ est, id ab eo quod crassum est, languide cogi. Atq; ita quidem in uisu se habent uoluptas, & dolor. In auditu uero, iucundissima uox est, quæ lenissima tardissimaq; est: ꝓpterea quòd ediuerso infestissima est, quæ asperrima celerrimaq; sit. Verum hæc sano integroq; sensui iucunda tristiaq; sunt. Ei uero qui ægrotauit, ea grata fit quæ præter lenitatem & tarditatem etiam parua est. At ei qui iam ægrotat, quæ simul & lenissima & tardissima, & maxime exilis est: atq; hac etiam magis, quæ numerosa ac concinna est. Quippe omnimodum silentiũ simile quid in auditu est, atque tenebra in uisu. Vnde etiam in quæstionẽ uenit, contrariumne luminis tenebra sit, an eius priuatio; sicuti uocis silentium, & motus quies. Vo- C luptas autẽ euidentior in hoc sensu est, propterea quòd substãtia est crassiore. Sicut in odoratu adhuc manifestior est delectatio, propterea ꝙ eius substãtia est magis crassa. Quantũ enĩ aer splẽdore est crassior, tantũ aere crassior est halitus. Est uero splendoris quidem sensus uisus, aeris uero auditus, halitus odoratus, æque scilicet ut humidæ naturæ gustus, & solidi corporis tactus. Quoniam autem cognati generis cum gustu odoratus est, sola substantiæ tenuitate ab eo dissidẽs (est enim halitus humor attenuatus) de ambobus simul agemus; à gustu claritatis gratia incipientes. Gratissimi igitur huic succi sunt, cum naturaliter se habet, omnes qui dulces sunt & pingues. Hi nanq; omnes monstrati sunt, corporis substantiæ maxime D cõsentientes: recenter autem ab aliquo quod contristabat affecto, pingues: quippe qui exasperatũ eum maxime leniunt. Iam uero laboranti, qui ijs qui affligant, sunt contrarij: crassis quidem, qui attenuant: tenuibus, qui crassant: glutinosis, qui dissecant: exasperantibus qui leniunt: ad eundẽ modum calidis, qui frigidi sunt: frigidis, qui calidi: sicut siccis, qui humidi: & humidis, qui sicci. Dictũ autem de horum natura est, in quarto De simplicium medicamentorum uiribus. Legendusq; non negligenter is liber est, ut qui tum ad cognitionẽ, tum curationem sit utilis. Siquidem uẽter uisceribus uenisq; subseruit: itaq; & quales hæc succos requirunt, tales appetit. Porrò huic pro discernendi instrumẽto lingua prostat: ijs scilicet succis maxime gaudẽs, quos uentriculus desiderat. Huius-

ce autẽ ſocietatis, tunica qua ueſtitur maxime eſt cauſa. Ac delectaſ quidẽ lingua diuerſis in temporibus, ex ſuccis qui ſibi extrinſecus admouentur ſanè alijs atq; alijs. Delectaſ aũt nonnunquam etiam dulce quod habet in ſeipſa, ſentiens. Porrò dulcis hic ſuccus pituitæ ſpecies eſt. Quoties aũt effuſum à uenis ſanguinem, lingua ut dulce ſentit, tale quid patitur, quale ab extrinſecus admotis. At in odorandi facultate, externorum quidem, tum iucundorum, tum triſtium ſenſus perinde ſe habet, ut in guſtatrice. Halitus uero quos in ſe habet, graue olentes quidem, ut dictum prius eſt, aliquando ſentit. Bene olentes aut in ſumma iucundos, non ſentit, ueluti nec uiſus nec auditus. Hi nanq; ſenſus cum tenuis ſubſtantiæ ſint, nulla in ſeipſis ualida paſſione afficiũtur. Tactus uero & guſtus B uehemens quidem tale aliquid, nec ipſi ſentiunt: confuſum tamen eiuſmodi aliquid nonnunq; patiuntur. Lingua quidem (ut dictum eſt) à dulci in ſe pituita: quam Praxagoras & Philotimus ſpeciali magis nomine dulcẽ ſuccum appellant. Tactus uero ipſum motum in ſe non raro ſentiens, quando ſcilicet ijs quæ ipſum exaſperant uel concoquendis, uel difflandis, uel ſenſibiliter excernendis ad naturã ſuam reuertitur. Quinetiã qui laſſitudine laborant, ubi molli frictione, uel in balneo teneritudinẽ corporis adepti, ab ijs quieſcunt, euidentem ſentiũt uoluptatem. Iam magis etiam ſub iam dictis motibus, in laſſatis ipſis particulis, dum ad ſtatum naturalem redeunt, oblectantur. Sanè non ſolum lauãdo, & molliter cum largo oleo fricando, uoluptas laſſatis partibus accedit, ſed etiã in maioribus doloribus pertractatio quæ mollis blanda & lenis ſit, ſolatium quoddam non exiguum affert. Cæterum talia externa ſunt, dicendũq; de ijs omnibus deinceps. Quippe de odorabilib. nihil opus eſt pluribus diſſeramus, cum ſe cum guſtabilibus ad portionem habeãt. Delectamur igitur in hoc ſenſus genere (ut uno uerbo dicam) dũ ad naturalem ſtatum reducimus. Cõtingit autem id nobis ſemper per contraria: modò ſaltem prout conſentaneum eſt cõtrarium quis accipiat. Eſt autem conſentaneum in omnibus talibus id accipere, quod primum, & ſecundum ſe, nec per alterum interpoſitum finis ſit cauſa. non quod Græce procatarchon & procatarcticon, Latine externam cauſam uocãt. Id quod Hippocrates tum in alijs multis nos admonere uidetur, tum cũ ait: Eſt ubi in tetano qui citra ulcus ſit, iuueni bonæ habitudinis ſeu quadrato, frigida, æſtate media, largiter affuſa, repercuſſum caloris facit. Calor autem hæc liberat. Quippe ſiquis de ijs in conſideratius iudicet, putabit aliquid eorum quæ præter naturam ſint, aliquando per ſimilia percurari: ueluti tetanum à frigida lauatione. Secus tamen ſe habet ueritas, cum perpetuo talia omnia ad naturalem ſtatũ per contraria redeant: ſicut etiã tetanus per caloris repercuſſum. Ac ſi quidẽ ſimul & celeriter id fiat, ſanatio cum delectatione perficitur: ſin paulatim, inſenſibilis erit ad naturam reditus. Similiter autem de abitione à naturali ſtatu ad nõ

A naturalem eſt ſentiendum. Quæ enim ſimul multa & celeriter fit, & uiolenta & cum dolore omni no eſt: quæ paulatim, inſenſibilis. Proinde cum non naturalis affectus qui paulatim in noſtris corporibus contrahitur, nullum ſui ſenſum excitet, eius ad naturalem ſtatum reditus, cum uniuerſim & celeriter perficitur, non ſolum ſentitur, ſed etiam delectationẽ ſecum affert: Potiſſimumq; quià maxime nobis cognatis efficitur: Cuiuſmodi ſunt in guſtu quidem, dulcia: in odoratu, quæ ijs proportione reſpondent. Vocantur aũt odorata ſiue odorifera. Egregium uero propriũ quiddã habet generatricium particularũ ſenſus: propterea q; etiam facultatem habent ualentiſſimam, in mare quidem, ſeminis expultricẽ: in fœmina uero, tum hãc ipſam in teſtibus & ſeminalibus uaſis, tũ attractricem in toto utero. Coniunxit enim natura & cum ſeminis effuſione, & cum eius conceptu, ingentẽ cupiditatem ſimul ac uoluptatem. Ceterum offenſa redundãtis & intus manẽtis ſeminis, quod paulatim multo tempore, ac idcirco plus colligitur, quanquam magnopere infeſtet, ſicut alibi dicemus: impar tamẽ eſt magnitudini uoluptatis, quæ in uenere ſentitur. Offendentis enim expulſio cõfertim ſimul & celeriter facta, etiam delectationis magnitudinem, celeritari reditus ad naturam proportione reſpondentem, habet.

VII Reliquũ aũt fuerit de ijs ſymptomatis quæ circa os uẽtris contingunt (cor uulgo appellant) diſſerere. Sunt enim hæc quoq; ex tactorio genere. C Cæterum nullum membrorũ aut ita exactum habet ſenſum, aut ita utrũq; principiũ unà ſecum afficit, ſicut os uentriculi. Nominatur autẽ in conſuetudine non uulgo ſolum, ſed etiam à medicis ſtomachus. Quæ nanq; ſtomachicæ uocãtur ſyncopæ, huius particulæ ſymptomata ſunt. Quemadmodum & cardialgiæ, quæ ab altera eius appellatione nomen ſunt ſortitæ. Inducit præterea & diſpnœas & apnœas & demorſus & epilepſias & deliria & melancholias. Atq; hæc quidem omnia ſocietatis ratione per cõſenſum. Inappetentias uero & diminutas uitioſasq; appetẽtias per ſeipſum. Voco aũt inappetentiã cũ quis nihil omnino appetit: diminutam uero appetentiã eam quæ imbecilla eſt. Porrò uitioſarũ, aliæ ad immodicã cibi & D potus ſumptionem ſunt deditæ, aliæ ad alienarũ qualitatum deſiderium propenſæ. Dicendum ergo ordine de omnibus, initio à proprijs eius ſymptomatis ſumpto. Sequuntur hæc ipſas naturales particulę functiones, quarũ utiq; gratia maximos à cerebro requirebat neruos: propter quos etiam excellentiã hanc ſenſus præter cæteras particulas poſſidet. Nam quoniam cute tenus unumquodq; animal in ambientem aerem digeritur, accidit ut membra quæ ſub ea ſunt, prima uacuentur: quorum ingenita uis (ut in opere De naturalibus facultatibus à nobis eſt monſtratũ) ex proximis ſibi alimentum trahit, id ſcilicet quod uacuatur reficiens: deinde rurſus illa, ex ijs quæ ſibi ſunt ꝓxima: ſicut quæ tertio loco ſunt poſita, ab ijs quæ ſibi. Atque ita ſemper per continuum, ueluti in choro

quopiā trãslatione celerrime facta, ad uenas quæ ad uentriculum pertinent, uacuatio peruenit. Hæ uero & solent pariter, & natæ sunt ex uentriculo nutrimẽtum trahere, perinde ut stirpium radices quæ in terram sunt dimissæ, ab ea. Cum enim hoc opus uniuersum naturale sit, non animale, similiter in stirpibus, & animalibus perficitur. At in stirpibus quidem, terra perpetuo paratum largumq; alimentũ rigantis ritu subministrat: quandiu cœlitus temporum status pro natura se habet. Quando si ex terra squaloris excessu siccatus est humor stirpes nutrimenti penuria marcescunt. Animalibus aũt, utpote terræ non affixis, præter utiq; pauca quædam, natura uentrẽ pro nutrimenti ueluti penu fabricauit, quemadmodum stirpibus terrã. Dedit aũt animalibus & penuriæ sensum: quo scilicet ad cibum potionemq; proritata, in tempore expleantur: Vocaturq; eiusmodi implendi desiderium appetẽtia: Fit autem ex penuriæ sensu: Cum scilicet uenæ ex ipso uẽtriculo, ueluti emulgentes sugentesq; aliquid trahunt. Non ferens autẽ eum suctum uentriculus, sed ueluti diuulsus, offensæ eius medelam cibum cõparat. Quippe uenæ hoc pacto ad obiectos cibos cõuertuntur: Atq; ex ijs nutrimentum trahunt, nequaquam ex uẽtriculo. Fitq; post cibi sumptionem, ut & uenæ simul ad cibos se conuertant, & uentriculus ex ijs, quantũ prius per uenas est exhaustum, in seipsum trahat. Ac suctus quidẽ ipsius sensus, fames est. Reliquorum duorum, alterum uenarum suctum precedit, uocaturq; appetẽtia homonymos cum altera: Est autem naturale opus, non animale. Talem uero appetentiam uacuatio præcedit. Existuntq; in totum quinq; symptomata, ordine quodam sese deinceps sequentia: Quorum primum uacuatio est: Secundum uacuatorum appetẽtia naturalis: Tertium uentris suctus: Quartum eius sensus: Quintum appetentia eius animalis, quæ omniũ est ultima. Itaq; etiam huius actionis amissio, aut eo accidit, quòd sensus suctus sit amissus, aut eo quòd suctus non fiat, aut eo quòd corpus non uacuetur. Ad eundem modum exiguæ & languidæ appetẽtiæ erunt, non perditis ijs quæ diximus, sed prope ut pereant perductis. Vitiosæ uero appetẽtię quę quidem in quantitate modum excedunt, uocanturq; à quibusdam caninæ, tum existunt, cum uel acidus quispiam uitiosus succus uentriculũ mordet, uel totum corpus immodice digestum, inops alimenti redditur. Vitiosus nanq; succus, qui frigidus est, similem suctui morsum infert: Appetentiam uero proritat, naturalis affectus similitudine: Alimenti aũt non potus desiderium excitat, propter frigus. At uitioso succo qui salsus & biliosus sit, uentrẽ mordente, potio magis ꝗ cibus appetitur. Præterquam enim quòd calefiat, sicceturq; ab eo uentriculus, quæ utique sitis causa sunt, etiam liquari fundiq; tum in eo, tum uenis succos cõtingit. Fundendorum autem succorum symptoma, ea quibus continentur implet: quemadmodũ (arbitror) frigiditas uacuat. Itaq; etiam nõ parum ad esuriem, frigiditas eorum quæ in uentre haben-

A tur, confert: Cum & corpora eorũ, tunicasq; uacuet, & cogendo constringendoq; ad appetentiam irritet. Non esuriendi uero cõtinens in primis causa est caliditas: ut quæ solida corpora laxãdo resoluat, atq; ad tractum, imbecilliora reddat: Liquida, liquando amplius extendat. Atq; una quidem caninæ appetẽtiæ causa est, uitiosus is succus qui acidus est: Altera (ut dictum est) amplior per totum corpus uacuatio, quæ non caloris robore, uel retentricis facultatis imbecillitate sit illata. Proinde in priore affectu accidit, ut plurima sumptorũ incidat deiectio: In secũdo, ceu qui ex uacuatione habitus sit conflatus, alimẽtum in corpus deduci. Atq; immodice quidem & appetentiæ & fames ob hæc fiunt. Vitiosas autem qualitates B concupiscunt hi, quibus uentris tunicæ uitiosum aliquod excrementum imbiberunt. Solet id maxime mulieribus, quæ uitiosi sint succi, cum grauidæ sunt incidere: Vocaturq; affectus Græce citta, picam aliqui latine appellarunt. Appetunt autem sub hoc affectu, acida maxime acerbaq;: Aliquando uero acria, sicut nonnunquam uel terram cimoliam, uel testas, uel extinctos carbones, taléue aliquod alienum edulium. Porrò sic afficiuntur earũ pleræq;, usq; ad secundum & tertium mensem. In quarto uero desinũt, partim uomitione uacuato uitioso succo, partim tempore concocto. Scilicet muliere ipsa præ cibi auersione, exigua comedente, partim etiam abundantia ipsa humorum uacuata. At primis duobus mensibus parum sanguinis C in fœtum attrahitur: Vtpote adhuc minimũ, cum scilicet quod in utero est hoc tempore, nec embryon Græce uocetur, sed cyema adhuc, id est conceptus. Hoc tamen auctius redditũ, tum ipsum ampliore nutrimento utitur, tũ non solum quidquid optimum in uenis est, id attrahit (ceu prius dixi) sed etiam quia plus indigeat, eius quod uitiosum est, aliquid una contrahit. Atq; ita totum corpus, tum plenitudine laborare desinit, tum minus uitioso est succo. Ipse autem fœtus alimenti quod attrahit excremẽta, in duplicibus membranis reponit. Ac fit quidem magna ex parte ipse quoq; & uitiosioris succi, & intemperatior, utpote ex uitioso nutritus sanguine: Nisi si quæ eum gestat in reliquo gestationis tempore, salubribus utatur ali- D mentis. Verum hoc nihil ad rem propositam. Vitiosæ autem qualitatis appetentia, de qua disputans picæ memini, aliquando in uiris quoq; incidit: Cum scilicet ijs quoq; in uentris os, similis aliquis uitiatus succus procubuit. Atq; hæc quidem circa cibi appetentiam, symptomata fiunt. In potionis autem appetentia, altera totidem ijs similia. Quæ quidem ueluti priuatio desiderij potus est, cum corpus uel propter excessum humoris & frigoris omnino potione non eget, uel uenter offensam ex desiderio in se non sentit: Quæ uero diminuta est appetentia, cum eadem ipsa remissiora sunt: At quæ uitiosa est, ad portionẽ se habet, cum ea quæ circa alimentum est praua: aliquando quidem immodicum postulans potum, utiq; cum in ipsis uentris tunicis malus quispiam succus salsus

aut

aut biliosus continetur: aliquando autem naturali humido in eo ueluti feruente. Alieni uero desiderantur potus, perinde utique ac cibi, pro dominantis uitiosi succi ratione. Atque hæc quidem in longo tempore ijs qui uitiosa uictus ratione sunt usi superueniunt. Inexplebili uero nouimus cruciatos siti, ex eaq; etiam perijsse, tum eum qui uiperam deglutiuerat (erat autem fortasse dipsas): Tum messores, qui uinum in quo talis serpens fuerat mersa biberant. Tum eum qui uetus uinũ usq; ad ebrietatem hauserat: Non minus eum qui pertinaciter sustinere sitim sibi imperauerat: Ad hæc alios in nauigio cui deficeret aqua dulcis, quorum qui ausi sunt marinam bibere, cum immodice supra cęteros sitirent, quidam etiam eorum & fluxa essent aluo, nec id sine morsu uehenti, celerius q̃ alij perierunt. Vidi autem & ex ijs qui ardenti febri laborarent, quendam cum morbus inualesceret, & frigidam affatim bibere, nec unquam quoad moreretur expletum. Ac talia quidẽ & tot numero circa uentris appetentiam sunt peccata. Superq; cardialgia, quod oris uentris infestum est symptoma, & ad sensum referẽ à succis mordentibus proueniẽs. Præter hæc est quod bulimos Grece dicitur: Est autem symptoma ex indigentia simul imbecillitateq; & refrigeratione huius loci ortum. Nec est mirandum si eius dolores, tum animi deliquia, tum uiriũ defectus comitantur. Vbi enim ex digiti ad aliquid offensione, uidentur aliqui animo linqui, mirum profecto non est, ex stomacho id pati, & propter eximium eius sensum, & quòd situs sui uicinitate, duo principia promptius in societatem doloris asciscere possit. Maximaq; symptomata maxime sensibiles stomachos ingerere deprehendas: Vtpote qui magis quàm alij, ex quolibet infestante contristentur: Eosdem etiam utriq; principio suam offensam transmittere inuenias. Cum autem uniuersum quoq; neruorum genus in quopiam magis sensile, magisúe patibile est, tum utiq; uel maxime ipsa quoq; principia in societatem noxæ promptius trahuntur, cum aut ex affectu aliquo, aut etiam natura infirmiora fuerint, & quum sanè quatuor simul confluant, maximũ necesse est fieri symptoma. Quatuor intelligo: tum affectum, qui stomacho nocet, cum scilicet uehemens est: tum sensum eius, cum maxime est acer: tum neruorum arteriarum ue genus, cum est imbecillum: ad hæc etiam uel cerebrum ipsum uel cor infirmum. Ita nanque & comitialibus morbis, & caris, & comatis, & catalepsi, & delirio, & melancholijs, quidam ex stomachi uitio corripiũtur, utiq; cum principium quod in cerebro & neruis est, simul afficitur. At quę cardiacæ uocãtur syncopæ, tum incidunt, cum quod in corde & arterijs principium habetur, cum stomacho laborat: Ad eundem modum & pulsus priuatio, itemq; tum paruitas eius tum prauitas. Apnoeæ uero, id est respirationis defectus, cum utrunq; principium in magni doloris societatem est adductum. Sanè dyspnoeæ etiam duplici ratione proueniunt: aliàs transuersi septi angustia, aliàs utriusq; principij sympathiâ. Sunt autem occasiones quæ animal ad eiusmodi symptomata ducũt, non paucæ. Nam & ualida refrigeratio, interim quidem ipsa per se, interim uero ex pituita, quæ admodum sit frigida. (Est autem talis maxime quæ fuso uitro colore ac consistentia sit similis, quem uitreum succum Praxagoras et Philotimus nominant) Non minime uero ex spiritu qui flatuosus sit idemq; frigidus, aut ex potu, aut cibo, aut medicamẽto aliquo, quod ualde sit frigidum, non solum ipsum os uentris perfrigerat, sed etiam unà cum ipso per neruos quidem cerebrum, per magnam uero arteriam cor ipsum frigidum reddit: Neruosi quidem generis societate cerebrum: situs autem uicinitate cor. Postquam enim maxima arteria à corde exorta, super spinam descendit: primum quidem gulæ, tum iungitur, tum per membranas annectitur: post hanc uero, & sub os uentris, & ipsum uentrem per longitudinem porrigitur, infraq; procedit. Ac per hanc quidem arteriam quæ & maxima est, & in ipso corde nascitur, alterum principiorum cum ore uentris simul afficitur: per neruos autem cerebrum. Nihil igitur miri est, ex eius ægritudinibus, maximis & uehementissimis symptomatis animal torqueri. Ac quis quidem cuiusq; symptomatis generandi sit modus, in sequentibus dicetur. Ad præsens occasiones ipsas dicere sat habeo. Hæ sunt fungi quidam, & buprestes, & cerusa, & gypsum, & lac cõcretum, & uteri perfrigeratio in uiduis, & ijs quæ non purgantur, præterea quæ in uiris ad horum portionem fiunt. Dicetur etiam alibi de respiratus priuatione seorsum. Ac tum de sensorijs omnibus, tum quæ in his sunt facultatibus, iam mihi absoluta disputatio uidetur.

VIII Nunc ad ipsam eorum originem, & quę ex se ueluti fonte mẽbratim ijs uires transmittit, conuerti tẽpestiuum uidetur. Est aũt ea, id quod primũ sentit. Quippe cuiusq; sensus alteratio quæ à sensibilibus infertur, in singulis instrumẽtis perficitur. Eius autem sentiendi uim habet, ipsa quæ alteratur particula, ex eo quod à cerebro delatam ad se per neruũ uirtutem recipit. Ipsum nanq; cerebrum sentiens organum à natura conditũ nõ est; sed quod ea quæ sentiant sentire possit. Quòd autem per neruos semper sentiendi uim omnibus animalis particulis trãsmittat, inde maxime liquet quòd præciso neruo quolibet, ilico particula in quam dispergitur, sentiendi uim amittit. Liquet autem non secus, & quod in somno aut omnino ferientur sensus, aut exiliter & obscure agant. Rationabile ergo est exiguum uirtutis à principio in singulos tum confluere. Et profunde quidem ac non profunde dormire, sicut uulgo loquimur, ex quantitate influentis uirtutis contingit: Cũ tanto minus eius influere sit credibile, quanto somnus est profundior. Igitur in toto eo tempore uidetur animalis uis quiescere, naturalis autẽ uehementius operari. Id aũt inde adeo coniectet quis simul q̃ fatigata prius, postquam dormitum est, uires recipit: potissimum ubi post mediocrem

cibum est dormitum: Simul quòd dormientibus nobis nutrimentum non in uentre modo, sed etiã in tota animalis mole concoquitur. Est alioqui nõ incredibile illud quoque membrum quiescere, in quo rationalis animæ principium residet. Quippe cor breuibus intermissionibus uidetur hoc facere, ita ut multo tempore ad requiem non indigeat. Cerebrum autem non ita, sed in uigilijs semper exercetur, in somnis quiescit. Eoq; fit, ut qui liberalius se exercitarunt, eos altior somnus premat: tanquam multæ ijs uires cum laborarent, à principio defluxerint. Igitur cerebrum, tum propter uirtutis quam trãsmisit absumptionem, tum propter fatigationem, qua propter multos labores est affectum, & requie simul & refectiõe eget. A

B Veluti autem ab exercitationibus & promptius & profundius dormitur, sic & à sumpto nutrimento. Quantoq; id humidius natura fuerit, tanto magis somnum conciliat. Idémque accidit & ijs qui plusculum uini biberunt, & qui caput liberaliter in balneo calido lauarunt. Quippe omnia talia uidentur cerebrum humiditate implere. Qua utiq; indiget, ubi in multo negocio & fatigatum est, & siccatum. At uero quòd caput impletũ somnum afferat, monstratum ab Aristotele abunde est. Nec est quòd de ea re nos nunc quicquam agamus. Qui enim libros eius de somno & uigilia leget, tum hoc ipsum quòd capite repleto somnus animali superueniet, clare perspiciet, tum quod apud eum in sermone claudicat, intelliget. Quanquam enim & ad ratiocinandum sit uehementissimus, & ad disceptationem quocunque uelit probabiliter perducendam maxime potens, tamen cur capite repleto primus sensus, si is (sicuti ipse existimat) in corde sedem habet, quiescat, nihil potuit probabile inuenire. Multo enim probabilius sit, ex pulmonis humiditatibus somnos fieri: Quem natura ob nihil aliud cordi circumdedit, quàm ut illi ministraret. Quis uero aut medicorum qui contrariæ sunt sententiæ, aut qui à nuda experientia produnt, in caris & lethargis & comatis, denique omnibus præter naturam somniferis morbis, non accedit ad caput, illudq; perfundit ac super cataplasma imponit, raditq;, & cucurbitas affigit, omniaq; molitur, tanquam hic morbi radix consistat? Ad eundem enim modum & cum deliria & phrenitides, omnes denique quæ præter naturam sunt uigilias, curãt, præsidia capiti admouent. Verum de ijs alibi pluribus est disceptatum. Ad ea uero de quibus nunc agitur, illud ad rem pertinet, quòd cerebrum ubi requiescere plusculum ab actione uult, naturalem somnum animali inducit. Quod etiam magis facit, cum nutrix in eo uirtus largum quo fruatur humorem habet. At cum à multo humore frigido grauatur, eũ qui in comatis & lethargis cernitur, somnum affert: Aliosq; similes ijs morbos, quorum caput, humiditas ac frigiditas sunt, uel alterutra per se solam in eo consistens, uel ambæ simul iunctæ. Talia igitur sunt cum medicamenta omnia, quæ uere somnifera sunt, tum quæ sic quidem uocantur: inferunt autem non somnum modo, sed etiam coma, & carõ, & totius corporis torporem. Ac quę quidem duntaxat humectant, omnia merito somnifera uocãtur: Quæ uero perfrigerant, nec somnũ, nec indolentiã afferre recte dicuntur: sed pro somno, coma & caron: pro indolentia, ob perfrigerationis excessum, uel prorsus insensibilitatẽ uel certe sensum diminutũ. Porrò dictum prius est torporis uitium sensum motũq; diminutũ neruosarum esse partium, fieriq; (ut dictum est) tũ ex alijs causis, tum ex intemperie, ueluti post medicamenta quæ perfrigerãt. Atq; ita quidem somni, & comata, & cari, & torpores fiunt. At siccitas immodica & calor quales in phrenitide propter succum aliquem mordentem & calidum spectantur, irritationes & uigilias quæ quidẽ tristitiæ uel curarum occasione non cõsistant, inferre solent. Tanquam autem alia symptomata toti corpori communia fiunt, ex eo ꝙ principium est affectum: sic alia omnibus uoluntarijs functionibus, ob principiũ affectum incidunt. Nam & apoplexiæ & epilepsiæ propter cerebrum affectum fiunt. Est tamen apoplexia eiusmodi uitium circa uoluntariam actionem, quale est in sentiendi actione, altus somnus. Aliud uero tale est in epilepsiis conuulsio, quale in sentiendi functione uigilia. Ambo enim hæc uitiosi motus cerebri sunt: ideoq; etiam partium sigillatim omnium. Reliqua uero duo, actionum

C eius, tum cohibitiones, tum quietes. At in conuulsionibus totius corporis quæ sine delirio sunt, uel caro id est sopore, morbus spinalis iuxta collum medullæ est. Quemadmodum ubi uel brachium, uel crus, uel musculus unus tenditur, ac uiolenter conuellitur, unius semper nerui qui particulã mouet, uitium est. Quę uero omnino morbi causa sit, cuius occasione partes cõtrahãtur, difficile dictu est: Aeq; ut palpitationis, & tremoris, & eius agitationis quæ Græcæ homonymos cum uehemẽtis frigoris sensu, Rigos dicitur. Est autem inęqualis totius corporis cõcussio ac uibratio. Vocetur si libet cõcutiens rigor. Quippe quæ omnia musculorũ genus, uel solum, uel magis quàm cæteras partes tẽtare uidentur. Exactius aũt id sciemus, si

D prius eorũ notiões distinxerimus. Ad pręsens eñ quatuor memorauimus appellationes, cõuulsionem, tremorẽ, palpitationẽ, & quod Rigos Græce dicitur. Qualia uero singula symptomata sint, quæ hæc uocabula signent, à nullo me priorũ definitum inuenio. Sed alij ad membrorũ substantias quibus superueniunt, statim se conferunt. Alij ea distinguere aggressi, in interpretationibus suis falluntur. Quod facile intelliget, qui lectis quæ à nobis tradũtur, euoluere libros eorum uolet. Neque enim difficile est ubi ueritatem noueris, quæ parum recte sunt dicta, deprehendere. Ergo de his omnibus proximo agetur libro.

De causis symptomatum functionũ animaliũ motricum. De causis resolutionis neruorum & stuporis.

Causæ conuulsionis, tremoris, palpitationis, tussis, inæqualitatis, pandiculationis, oscitationis, triplicis A lassitudinis, horroris, rigoris, sternutamenti, pruritus.

De causis functionum animalium principũ. Causæ apoplexiæ, morbi comitialis, cari, comatis, lethargi, delirij, stultitiæ, torporis, obliuionis.

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER SECVNDVS.



ONVVLSIO igitur, & tremor, & palpitatio, & rigor, et horror, et singultus, & tussis, & ructus, & sternutatio, & pandiculatio, & oscitatio, & dentium ex concussu strepitus, trysmon Græci uocãt: B omnia motum illegitimum pro cõmuni genere habent. Dissident inter se, uno primoq; potissimum, quòd alia eorum naturæ sunt opera, quæ tamen à morbosa quapiam causa uiolenter moueri sit coacta: Alia morbosos comitantur affectus: natura ad eorum generationẽ suppetias minime ferente: Alia fiunt ubi ad opus efficiendum simul coeunt et morbus & natura. Naturæ nomen in hac disceptatione pro omni facultate quæ animal siue uolũtatis nostræ nutu, siue citra hunc, regat, intelligas uelim. Quippe hoc loco omni causæ nõ naturali cuius uitio læditur & corrumpitur animal, totum illud facultatum genus, cuius beneficio seruatur, ex aduerso opponimus. C Eiusmodi ergo facultatis opera sunt, sternutatio, tussis, oscitatio, pandiculatio, & singultus. Vnius autem morbi opera sunt, palpitatio & conuulsio, Sicut amborum, morbi facultatisq; coeuntium tum torpentium omniũ motus, tum cæteri quos edunt ij, quorum nerui adhuc resoluũtur, nõdum autem sunt resoluti. Quibus etiã adnumeratur tremor. Atq; hæ quidẽ nũc nobis propositi symptomatum generis primæ differentiæ sunt: quarum cuiusq; propriæ quædam deinde habentur, de quibus nunc agendum, à motibus ijs quos naturalis aliqua uis ciet, auspicatis. Sanè societas quædam istis est, cum ijs qui omnino pro naturæ lege se habent. Quam utiq;, ut quæ sit eorum generatio doceam, necesse est prius exponam. Igitur cum quatuor facultates sint, D quibus omne nutriendi munus in nutritis corporibus administratur: Prima quæ ad se qđ utile est trahat: Altera quæ id retineat: Tertia quæ alteret: Quarta quæ qđ excremẽtũ est, expellat: quãdiu pro naturæ lege animalis actiões obeuntur, nullus earũ motus symptoma est. Cũ uero subsistit in corpore aliquid qđ alienũ à natura sit, ubi id expultriciũ uirtutũ aliqua abijcere nitit̃, aliquãdo insensibiles omnino earũ motus sunt, aliquãdo sensibiles euadunt.

II Ac de insensibilibus quidem post agetur. De sensibilibus uero quoniã cum uoluntarijs consortium habent, communis à me doctrina tradetur. Ergo uoluntariæ functiõis læsiones sunt, neruorum resolutio, cõuulsio, tremor, & torpor. Variant autem horum singula in particularibus instrumentis, non symptomatum specie modo, sed etiam nomine. Quippe spirandi iustrumentorum paralysis, apnoea uocatur: Eorũ uero quibus uox fingitur, aphonia: At linguæ paralysis nullum nomen habet: Ipsa tamen nihilo secius loquelã, quæ uoluntatis non leue est opus, prorsus adimit. Contra uero ischuria, apnoeę, atq; aphonię simile quid iudicare uidetur. Ceterum uoluntariæ actionis amissio nõ est, sed naturalis. Quippe quòd lotium præter uoluntatem fluat, uoluntariæ actionis est noxa. Simile quid ac in urina, in deiectionib. quoque accidit. Retẽtio enim eius, naturalis actionis est culpa: Inuoluntarius effluxus actionis uoluntariæ. Porrò demonstratũ uberius de ijs est, in lib. De Muscul. motu. Atq; ita quidem paralyses uaria specie sunt. Conuulsiones uero ad hunc modũ. Dentium inuita concussio trysmos Græce dicta, musculorum mandibularium est cõuulsio: Quam uero illosin Græci uocant, præterea strabismi, eorum qui in oculis habentur. Veluti etiam gonorrhoeas alia est differentia: si quidem rigido pene fiat, uelut quædam conuulsio est: si non rigeat penis, ad retentricis facultatis imbecillitatem referri debet. Non desunt & quibus uideantur tum singultus, tum duplex inspirandi aeris refractio, aliquando ex conuulsione musculorum, qui inspiratum faciunt, prouenire. Est & exspiratus species quædam ex conuulsione proueniẽs, quæ musculorum qui exspiratum efficiunt, connulsionem sequitur. Appellat hãc Hippocrates spiritum inter exeundum offendentẽ. Quòd autẽ & apoplexia totius corporis sit paralysis, & epilepsia totius corporis conuulsio, supra est dictũ: Nec minus quòd torpor leuis quædam sit paralysis. Sanè torpore laborantium particularum, nõ parua in excessu defectuq; differentia est: propterea q id symptoma ex morbo & facultate est mistum. Quippe si morbus uirtutẽ prorsus superat, omnino mẽbrũ transferre non ualet: sin uirtus uincit, haudquaquam impeditur. At si ueluti pugna eorum est, mouetur quidem membrum, sed ægre. Ac si iubeas, cum lęsum membrũ extendunt, ut id extensum seruent, nequeunt. Decidit eñ naturali pondere ferturq; propter imbecillitatẽ sustinentis id uirtutis, deorsum. Quod eñ attollit ac sustinet, uirtus est. Quod deorsum fertur, ipsum brachij crurisue est corpus. Causa uero huius rei reddita prius est, ubi de sensitiuis actionibus egimus. Ostendimusq; neruum uel frigore densatum, uel crassis & lentis humoribus obstructum, uel à quapiam extrinsecus causa pressum

pressum, in torporē & paralysim adduci. At conuulsio in eum affectum neruos musculosq; ducit, in quem si pro naturæ lege se haberent, ab anima ui uirtute ducerentur: Siue scilicet ad principium tensis, siue flatus influxu musculis impletis, uoluntarij motus essent obiti. Hæc autem in conuulsione accidēt, tum spiritu flatuoso in musculis gigni potente, tum multis qui tensionem creant (e quorum numero phlegmone est) affectibus. Quorū caput (sicut Hippocrates dixit) duplex est, impletio uacuatioq;. In phlegmonarum generis uitijs, impletio: in ardentissimis siccissimisq; febribus uacuatio. Porrò quod impletis uacuatisq; plus iusto neruosis corporibus, tendi eis omnibus contingat, docent non in postremis quę in instrumentis musicis intentæ sint chordæ. Quippe quæ siue in humidam & humectam, siue in siccam & squalentem domum tentæ sint repositæ, rumpuntur: Ideoq; eas artifices, priusquam reponantur, laxāt. Propter hoc igitur dictum est conuulsionis motū ex solo fieri morbo, immobilitati quæ in paralysi uisitur, non dissimiliter, ut quæ ipsa quoq; morbi occasione incidat. At naturalis animaliū tam motus quàm immobilitas, ubi sublatum quis brachium immotum seruare potest, uterq; ab animali fit potentia. Quòd si sanum brachium super solidum aliquid reclinans omnē musculorū relaxet actionem, nec propter morbum, nec propter uirtutem eo tempore quiescit brachiū, sed propter id pondus, quod animalibus naturale est. Ita trium quietum, ea quidē quę in paralysi cernit̄, à morbo fit, obligata (ut sic dicam) eo tēpore uirtute: Quæ uero in mēbro, cum extensum est, habetur, à potentia: Quam uero ultimo loco posui, à neutro: Non ignorantibus scilicet nobis quæ in lib. De musculorum motu de extento brachio sunt dicta, talem habitū ipsa re uera ex actionum motuūq; esse genere: Motum præterea hunc tensiuum à nobis nominari. Ac talis quidem habitus, alio quidem modo motus, alio immobilitas dici potest. Reliqui duo nullo modo participes sunt motus: Aeq; ut reliqui duo motus & cōuulsiuus & uoluntarius, nullo modo ad immobilitatē attinent. Pręterea dictum est porrectū extētumq; brachiū ex duobus administrari motibus, uirtute scilicet id sursum attollente, & naturali pondere cōtra pessum trahente. Ad eundē modū tremor quoq; ex duobus constat motibus, & eo qui pondere brachiū deijcit, & eo quem uirtus attollens cōtra opponit. Ac in ualente quidem brachio, ne uel minimū quidē uincitur uirtus à pondere, sed superior mēbri deorsum nutu, sustinet id, tantumq; in sublime attollit, quātum ille deorsum trahit, In tremore uero inuita uirtute, mēbrum ruit deorsum: Licetq; liquido cerni eorū pugnā, nec uirtute membrū decidere sinente, ueluti in paralysi, nec pondere permittente uirtutem id sublatū seruare, ita ut cū ualens erat. Inuicem igitur uincente uictaq; potētia, mutuoq; semper cōtrarijs succedentibus motibus, tremor efficitur: Estq; cōpositus motus, qualis est arteriarum pulsus. Verum in his sensibiles motuū quietes, dilatationē à cōtractione dirimūt. Si tamē nō adeo freques pulsus est, ut in ijs, qui propterea ꝙ formicarum motum æmulant̄, formicantes dicunt̄. hic uero nullam inter cōtrarios motus sensibilē quietem inuenias. Neq; eñ uicissitudo motus, ab una perficit̄ natura, sed ex pugna uirtutis & ponderis corporis. Cæterū ut maxime hunc motū alteri cuipiam qui in corpore habeatur assimiles, formicantis pulsus est non absimilis. Tanquā enim in hoc arteriæ motus, in minima spatij intercapedine agitur: sic in tremore animalis particula, quæcunq; ab imbecilla uirtute mouet̄. Patet ergo huius quoque symptomatis generatio & quòd omnino cum conatu sit mouendi, & cum uirtutis infirmitate. Sunt qui putent uoluntatē à tremore non esse inseparabilem: Vidētes uidelicet totum interim caput tremulo motu agitari, sine uoluntate mouendi. Sed hi ignorant ꝙ etiam in custodiēda quauis particula recta, tum uoluntas agit, tum tenduntur ab ea musculi, non aliter quàm in alijs actionibus tenderētur. Sanè hoc in lib. De muscul. motu à nobis demonstratū est. Sed & nunc non exigua ponemus indicia, & quòd uolūtas in tremoribus agat, & quòd imbecillitatis culpa rectam custodire partem non ualet. Illum enim cui caput tremit, si super molle aliquid supinū reclines, non amplius tremet. Ad eundē modū si quis scribēs secāsúe aut aliud quippiam factitans tremit, si manus ab opere abstineat, tremere iam desistet. Pari modo si quis cruribus cum ingreditur, sit tremens, si ingredi desinet, non tremet. Videas enim non raro robustissimos iuuenes, ubi maximum aliquod onus humeris imposuerunt, cum progrediunt̄, cruribus tremere, ubi progredi desierunt, aut onus abiecerunt, statim à tremendo liberos. Quippe cū graue leueq; ad aliquid referātur, fuerit nimirum & onus adeo magnum, ut etiam fortissimo sit graue. Ac ualidam quidem uirtutem maximū onus uincit: Quæ uero ualida non est, hanc non maximum modo, sed etiam paruum superat. Quòd si adhuc sit infirmior, ipsum eius naturale corpus oneris ritu graue erit. Eóque fit, ut senes omnes si quando maximarū uirium opus moliunt̄, statim particulis his quibus agunt tremāt. Sic etiam qui ad præaltum aliquem præruptumq; accedit locū, cruribus tremit. Deijcit enim uirtutem timor. Nō secus etiam bestiam feram quis cōspectā fugiens, tremens redditur. Quid qui formidabilem magistratum adit, nônne toto corpore tremit? quem si loqui is iusserit, ne uocem quidem non tremulam edet. Tanquam igitur animi affectus, ubi debilitatem motrici facultati intulit, tremulos facit: sic & corporis morbi cum uires labefactant, tremoris symptomata inducunt. Ac primum quidem maximeq; uirtutem lædunt, morbi qui in intemperie cōsistunt. Quippe cum senium quoq; propterea quòd intemperies quædam est, ad frigidius siccius q; conuersa, tremoris affectibus facile tentetur. Corripiuntur ijs nō minus & ex iuuenibus ij, qui uehementer sunt refrigerati, & qui uino meraco se ampliter impleuerunt, uel multis cruditatibus labora

laborarunt, uel longo tempore cibis repleti, inexercitati ociosiq; omnino exegerunt. Sunt & qui ex frigida intempestiue hausta tremebundi sunt redditi. Quippe talia omnia frigidam intemperiem creant, non raro quidem, in toto corpore, & ipso neruorum principio: interim uero, in quibusdam partibus, quæ scilicet & imbecilliores natura sunt, & ad noxam cæteris magis oportunæ. Iam crassi glutinosiq; succi, cum uirtutis uiam sic obstruunt, ut parcior influat, tremoris causæ fiunt, potissimum cum prorsus obstruxerunt, ac neruorum aliquorum partes ullas resolutas laxasq; reddiderunt. Quippe reliquæ fibræ ualenter musculum intendere non ualent. Vbi tamen humores qui uirtutis uias per neruos obstruunt, non penitus sunt impacti, sed concuti & dimoueri uirtute uiolentius se ingerente possunt: eiusmodi motus fiunt, quales in paralysi incipiente nonnunq; accidere prius diximus: membro scilicet, aliquando exaltato, statimq; decidente. Siquidem cum excitata collectaq; uirtus uehemẽtius se iniiciens, neruorum obstructiones amolita fuerit, membrum mouetur: Rursus autem humoribus in priorem locum cõfluentibus decidit, immotumq; manet, quoad rursus secundo uirtus uniuersa irruens, humores qui eius uias occuparant, dissipet. Verum de iis hactenus abunde. Palpitatio autem dilatatio quædam præter naturam est. Fit autem in omnibus corporis particulis in quibus dilatatio distẽtioq; accidere possunt. Non enim profecto os cartilagoue unquam palpitant, propterea quòd dilatari non possunt. Ergo in cute sæpe incidit, nonnunq; uero etiam in subiectis illi musculis: Nõ in postremis aũt in uentriculo, uesica, utero, intestinis, iecinore, liene, & septo transuerso: Vnoq; uerbo in omnibus quæ distendi dilatariq; possunt, ita ut tum arteriis tum cordi ipsi uideatur incidere, aliusq; in his præter pulsum motus esse. Est igitur passio hæc neq; uoluntariæ uirtutis propria, nec instrumẽtorũ ad hanc spectantiũ. quẽadmodum tremor & conuulsio. Sed ceu modo dictum est omnibus corporib. quę dilatari possunt incidit. Porrò ea sunt omia quæ naturaliter sunt mollia, ita ut tum dilatationẽ sui tolerare, tum rursus in se sidere possint. Sanè causam huius symptomatis ab iis quæ manifestissime apparent indagari conueniet: Nempe palpitationibus iis, quæ in palpebris, superciliis, fronte, malisq; contingunt. Cernitur enim in iis cutis exaltari inflariq; ad eum modum quo arteriæ dilatanť. Ergo qđ in iis quęsitũ est, utrumne ex sese dilatatæ, unà cũ dilatãdo cõtrahãt quod ipsas impleturũ est, ueluti fabrorũ folles, an utrium ritu cũ implenť dilatanť, idem primũ definisse in palpitantibus quoq; particulis cõueniet. Videť aũt quæstio genere quidem similis esse, ei quod in arteriis quæriť, facilitate aũt inuentionis dissimilis, Neq; enim sicut arteriis, quæ semper & naturaliter pulsant, rationabile est uim aliquã inesse naturalẽ quæ id efficiat, ita etiã particulis quę palpitant: Quippe & semper iis inesset, & cũ sanę essent pręcipue. Quãdo itaq; talis uis neq; semper

A neq; bene habentibus inest, liquet eas ex seipsis non dilatari. At uero si non ex se om̃ino ab aliqua quæ in ipsas intrinsecus influat substantia. Porrò hãc unã è duabus esse credibile est, uel succũ quẽpiam uel aereã aliquã naturã. Ac quo minus succus sit, repugnat palpitationis tũ motus, tum solutionis celeritas: Vt quæ & illico fiat, & statim desinat. Succus aũt nullus aut ita celeriter influit, aut refluit, potissimũ in iis quæ modo memoraui circa faciẽ partibus: Vtpote in quibus cutis super nuda propemodũ extendiť ossa. Ita necesse est causam unde palpitatio exoritur, aereã esse substantiã. At uero si hæc tũ exigua, tum subtiliũ esset partiũ, facile per corpus transflueret. Nõ alienum igitur à ratione est, substantiã quandam crassarũ partium halituosamq; esse, tũ quantitate, ut ad locum

B in quo consistit, semper satis magnã. Ergo dilatat (ut uerisimile est) attollitq; ac inflat, partẽ, quoad trusa & cõpulsa ad sui generis perspiret substantiam: Simili scilicet effectu, ei qui dũ coquunť succi, uisitur in bullis: Nisi ꝙ bullæ hic rumpunť: palpitans corpus ob firmitudinem nõ rumpitur, sed attollitur quoad flatus per id extrudatur ac transeat. Decidit rursus in pristinã sedẽ, ubi totus uacuatus est, & exiuit. Rationabiliter aũt iis quibus perfrigerata est aliqua particula, palpitationes accidunt. Quippe quod ab ea sub naturali ipsius statu attenuatũ, omninoq; per naturalẽ animalis calorẽ concoctum, effluxit: id nunc ubi ea propter frigus reddita est imbecilla, & halituosius & crassiorũ partium efficiť. Ita nec facile sicut prius per-

C spirat, sed cohibeť à cute, & transitus angustia impeditũ, in uia tardatur. Quòd si ipsa quoq; cutis sit dẽsata, utiq; duplabiť symptoma: scilicet ad crassitudinem transfluentis substantiæ, angustia quoq; uiarum accedente. Atq; ita quidẽ in palpitationibus distenditur cutis. Simili aũt modo et musculi, cum nõ dissimile in iis excrementum colligiť, dilatati aliquando totũ membrũ attollunt. Distat tamẽ manifestissime is motus à motu cõuulsionis, ꝙ membrũ neq; prorsus extẽdit, neq; inflectit. In palpitationibus em̃ membrum, nec quod notabile sit, extendiť, nec inflectitur. Concutiť aũt quodãmodo huc atq; illuc, quoad musculus palpitare cesset: Ad eũ sanè modũ motu obito, quo etiã in

D tremore: Eo aũt differente, ꝙ per magna fiat interualla: cũ tremor incidat, per exigua. Siquidẽ palpitans musculus cũ satis notabili magnitudine est, dũ dilatať, totum sæpenumero membrũ secum attollit: dũ cõtrahiť, ueluti rei inanimi deorsum ferri permittit: Ita ut totus motus pręter naturam sit, non aũt sicut in tremore, mistus quodammodo et cõpositus. Sanè qualis est palpitantium membrorũ motus, paucus simul tardusq; & rarus: talis iis qui rigorẽ patiunť, numerosus densusq; ac celer incidit. Intelligo numerosum, ipso motuũ numero: celerem aũt, ipso motus impetu: densum, ipsa breuitate quietũ. Est aũt motus hic non utiq; sicut palpitatio & conuulsio totus pręter naturã, sed alio modo, nempe quo tremor. Est igitur ipse quoque mistus quodãmodo ex causa quæ præter naturam

turã sit, et animalis uirtute: habetq; in hoc uirtutis plus ꝙ in tremore. Immo uero (si fateri uerũ oportet) motus omnis insitæ illius est uirtutis: quã nos excretricem & expultricem nominare solemus. Quod aũt hanc uirtutẽ ad uiolẽter mouendũ proritat & cogit, id causa est præter naturam.

III Quisquis igitur huius uirtutis functiones, dum sanum integrũq; animal est, nouit, estq; alioqui prudens: huic longiore sermone opus nõ est: Qui nec illas nouit, & mentis est hebetioris, huic suaserim, siquidem ei ueritas omnino cordi nõ est ab hoc lib. abstineat: sin ueritatis est cupidus, eãq; magnificat, ubi naturaliũ uirtutũ cõmentarios prius adierit, & se affatim in ijs exercuerit, ad hunc librum se conuertat. Si enim nihil horũ fecerit, nec demonstrationẽ eorum quæ à nobis dicentur intelliget, nec eorũ quæ prius dicta sunt, quod sine ulla demonstratione est positũ aduertet. Ac mihi quidem statutũ est, nullam in hoc opere opinionẽ refellere. Licet aũt ei qui uolet uigesimo quarto Athenæi libro perlecto, causas, quas priores eo tam medici quàm philosophi de affectu quẽ nos rigorem uocamus, attulerunt, quàm absurdæ fuerint intelligere. (Refellit enim eos omnes Athenæus) Licebit sanè & ipsam Athenæi opinionem examinet. Quæ ut probabilior superiorib. est, ita nec ipsa uera est. Verũ cui ueritas est curæ, is hæc scio quemadmodum exposui facere tentabit. Ego uero ueluti cum ijs agam qui ea quæ de naturalibus facultatibus scripsimus legerũt, pauca loquar: Sed si prius ad memoriam reuocauero quæ de utero, uentriculo, intestinis, ac uesica in ijs demonstraui. Siquidem mõstratum est uteros nullo alio modo ad fœtum edendum se cõparare quàm per expultricis facultatis actionem. Quippe qui tum fœtus grauitatem, tum sui distentionem nouem mensibus pertulerũt, atq; ita ad unguem toto hoc tempore cõniuente ore fuerunt, ut ne styli quidẽ mucronem reciperet, ij absoluto in ipsis fœtu, ad eius expulsionẽ se præcõparant, diuersa omnino constitutione affectus. Etenim collũ eorum quod prius se cõstrinxerat, tantũ aperit', quanto fœtui facilis præstetur exitus. Tunicæ aũt quæ ꝙ maxime prius fuerant distentæ, undiq; contrahuntur, ac fœtũ extrudunt: ita ut ꝙ celerrime per uteri ceruicem excidat. Sanè eadem uirtus quæ sic de fœtu est solicita, ut nouem mensium spatio eius sustineat pondus, atq; ut absolutus tuto emittatur, prouideat: si circa tertium quartũmue, aut alium mensem fœtus est corruptus, statim eum eijcit: Tum quoq; similiter collum adaperiens, sicuti cum pariendi tempus instabat, aperuit. Quippe præfinitum illi claudendi se aperiendiq; tẽpus est, nõ certi alicuius temporis circuitus, sed ipsius usus occasio. Ad eundem modum monstratũ est uentriculum quoq; inferius os suũ post cibos claudere, nihilq; sinere abire, priusq; planè sit concoctũ: si tamen eum nihil aliud intermittere actionem cogit quemadmodum uterũ fœtus corruptela. Quippe similis affectus uentriculo incidit, ubi cibi in eo sunt corrupti, immo uero non raro simul ac sunt

A deuorati: si scilicet ita uel uitiosi sunt, uel copiosi, ut eos ferre non possit. Atq; idcirco quæ quidem in se fluitant, per uomitiones eijcit: quæ deorsũ uergunt, ad exitum qui illic habetur detrudit. Sed & citra cibos uentriculi uis sæpe impetum ad uomitũ capit, aut bili urgẽte, aut mala pituita, aut alio quopiã eiusmodi succo sanieúe infestante. Est enim in quaque animalis particula facultas, quæ quod præter naturã in ipsa est collectũ expellat, ueluti in propria de eiusmodi facultate disceptatione est demonstratũ. Satis nanq; est ad præsentis disputationis claritatẽ, ea demũ ex huiusce facultatis operibus retulisse, quæ de utero & uentriculo sunt dicta, Quippe qualis est cum euomitur, expultricis in uentre facultatis actio: talis est cum B tussitur, in pectore & pulmone. Sanè nullum animal aut nauseare, aut uomere, aut tussire docetur: immo longo sæpe à natiuitate tẽporis spatio integra sanitate fruentia, tam alia cõplura animalia ꝙ homines nec uomitũ experti sunt, nec tussim, & tamẽ ubi contristans aliqua causa, uel os uentris, uel spiritus uias occupauit, illico & tussiunt & uomunt. Et in uomitu quidẽ sic mouet' uentriculus sicut in partu uterus. In tussi uero aliter fit motus. Neq; enim potest pulmo tali motu quod contristat expellere, sed inuenit sibi natura aliud remedium, magna solertia. Quippe cum externus aer in asperam arteriam trahatur, quæ & cartilaginea duraq; est, nec contrahi circa id quod in se continet potest, incitatum hũc excogitauit spiritus exi- C tum, quam uocãt tussim. Cuius generis & sternutatio est, ad persequenda protrudẽdaq; ea quæ nares offendunt, instituta, quę ipsæ quoq; respiratus sunt uiæ à natura inuentæ. Quippe expurgat spiritus sibijpsi uiolenter & cum impetu delatus uias, non aliter ꝙ tibias & fistulas expurgãt harum opifices. Ac qualis quidem mouendi modus sit, quo hoc fiat, in progressu docebitur.

IIII Quod ad rem propositam est utile, iam accipiamus. Nempe ꝙ eiusmodi motus naturæ quidẽ opera sunt. Sed tamen propter causas quæ naturam moueri sic cogunt, symptomatis quæ præter naturã sunt, adnumerant'. Atq; intestinorũ quidẽ & uteri & uesicę expultricis facultatis similes motus sunt, siue quid eorũ quæ secundũ naturã, siue D quæ præter naturã sunt, expellit'. Quominus symptomata ab ijs clare discreta sunt. At quæ in tenesmis, & dysenterijs, & lienterijs excernuntur, symptomata sunt: ueluti (arbitror) & quæ in stranguriјs & in urinæ diarrhœis. Quòd si quis exactè loqui uelit, etiã uentris crepitus, & dentiũ cõcussio, quæ trysmos Græce dicitur, & ructus, & uentris murmur, aliaq; id genus, de quibus etiam proximè dicetur. Verũ in uẽtre manifestius est, id quod in uomitibus cernitur: multiq; hos non esse naturæ opus, sed symptomatis dicunt. In tussi uero & sternutatione, clarius quidem est quod in tussi notatur. Sternutatio uero non similiter uidetur præter naturam esse. Cæterum sunt non hæc modo, sed etiam tussis, & uomitus, & diarrhœæ, taliaq; omnia ex illo symptomatũ genere, in quibus cau

sa aliqua quæ præter naturam sit, ad tales actiones naturam extimulat. Quanquam mouendi modus nec in omnibus idem uisitur, nec ab eadem facultate fit: sed circum ea quæ ab utero, intestinis, uentre, uesicáue excernuntur, ipse particulæ se contrahunt: ad eum modum id quod in se continent, extrudentes, quo manus nostræ aliquid exprimunt. Facultas autem quæ motum ijs præstat, una è quatuor naturalibus est. Verum cum in aspera arteria contineatur corpus quoddam, quum cartilaginea sit, duræq; substantiæ, atque idcirco constringi circa id quod intra se habet, non ualebat: natura spiritum cum concitato impetu extra deferri subigit, ac tussim mouet. Ea fit per eadem instrumenta, per quæ magnæ & uehemētes spiritus expulsiones (quos efflatus nominamus) efficiuntur: Sic ut tussis nihil sit aliud, quàm uehementissima quędam efflatio: Quo plurimus simul celerrimeq; foras actus spiritus, attrahat propellátque suo impetu, quæ uias suas obstruunt. Cumq; primo aggressu pellere quod offendit non ualet, bis terq; se inijcere in id non grauatur. Fitq; uoti plerunque compos: ubi scilicet tum spiritus ipse, cum uehementia defertur, tum quæ obstruunt contumacia ad propellendum nō sunt. Talia sunt quæ nec aquosæ, nec glutinosæ substantiæ sunt. Aquosa nanque propter tenuitatem, potius à spiritu dissecantur, quàm ultra deferuntur: Glutinosa pertinaciter arteriæ adhærent. Quoties igitur spiritus cum eiusmodi humoribus contendit, omnino sæpe uiolenter se inijcit: fiuntq; aliquibus ex eiusmodi humoribus plurimæ tusses, & uehementes, nec sine magno nixu. Porrò eos humores qui in arteria contumaciter hærent, & qui difficulter reijciuntur, magis expediunt sternutationes: utpote in quibus maior etiam est spiritus impetus, quàm in tussi, Causa uero generationis altera. Quippe propter ea quæ in naso, non propter ea quæ in arteria offendunt, emittitur in ijs spiritus uehementer. Emittitur autem cum eo, etiam ex prioribus cerebri uentriculis aliquid. Atque idcirco tusses quidem, caput nihil iuuant. Sternutationes (si tamen ex catharrho non fiunt) maximum remedium capitis halitu repleti sunt. Nec mirum uno impulsu tum à pulmone, tum à capite spiritum emitti. Monstratum enim est, ubi de musculis disseruimus, cerebrum quidem, pectori motus principium tradere, pectus autem pulmonem & dilatare & contrahere. Cum igitur quæ in naso offendunt, persequi properat, utrisque emittendi spiritus uijs simul utitur: altera quidem ea quam ipsum per se facit, altera quam per neruos, ueluti per quædam longa brachia, quæ in pectus descendant. quippe per hos id contrahit: Halituosum autem spiritum per colatoria ossa, ipsum per se exturbat. Atque hæc quidem symptomata, uoluntariæ sunt facultatis. Vomitus autem quanquam ad portionem horum se habet, naturalis facultatis est symptoma. Veluti autem uomitiones nauseæ præcedunt, ita tussim, stridula quædam asperitas, quæ cerchnos Græce dicitur. Est autem non tussis, sed exiguus quidam ad tussiendum impetus. Præterea sicuti nonnulli nausearunt, nec tamen uomuerunt, ita nonnullis symptoma modo dictum incidit, nec tamen tussis propter causæ paruitatem est secuta. Quippe interim ex parua gutturis asperdine: interim uero ex tenui aliquo exiguoq; prorsus humore contingit. Perpetuo em̄ spiritus quicquid illi sit obstaculo, reijcere id per tussim conatur. Est autem id uel humor aliquis à capite descendens, sicut in catarrhis: uel in asperis arterijs aliquid collectum, ueluti in peripneumonia, & pleuritide, & gibbi iecinoris phlegmone, uel gutturis asperitate. Præter hæc uero sunt ad portionē eorum quæ à capite defluunt, quæ bibentibus edentibúsue nobis in arterias præterlabuntur. Est & aliud tussis genus ex instrumentorum spirandi ortum intemperie: quod agnouerunt quidem etiam Pneumaticæ sectæ probatissimi, quorum est & Athenæus. Necessitatem tamē propter quam ex intemperie tussis oriatur, alij eorum om̄ino ne conati quidē sunt reddere, alij in seipsum impingere spiritum aiunt, alij etiam obscuriore q̄ hoc, uerbo usi, putant se aliquid dixisse. Sunt autē non tam quòd causam ignorarunt accusandi, quàm q pulchrum theorema & suo studio dignū inuenerunt, laudandi. Fit igitur ea tussis spirandi organis perfrigeratis, nihilq; in ea expuitur, nec est omnino uiolenta, sed adeo parua ac sine ui, ut eam cohiberi & generationem eius, uel plurimum, uel omnino prohiberi liceat. A c uiolentæ tusses spūs cohibitione non uincuntur. Porrò cuiusmodi res sit spūs cohibitio, sæpe mihi in alijs est dictū. Tussim autem ex intemperie non solum in præsens fieri spūs cohibitio prohibet, sed etiā eam sanat: modò ne admodum sit magna. Auget̄ nanq; in respiratorijs organis spūs cohibitione calor, permeat spiritus uiolenter à pectore pressus, ac compulsus per omnes angustos meatus: quibus utrisq; peractis, æquātur omnia, atq; in similitudinem temperamenti ueniunt. Cur autem ex inæquali spirandi organorum intēperie tussiatur (id enim dixi nō admodum cōmode à Pneumaticis medicis doceri) ipse reddere tentabo: orsus sicuti congruū est ijs qui aliquid cū demonstratione dicturi sunt, à rei substātia. Intēperies igitur aliàs ex nudis prouenit qualitatibus, ipsis corporibus, aut calidioribus, aut frigidioribus, aut siccioribus, aut humidiorib. redditis, aut etiam ex horum coniugatione affectis: interim uero unà cum disperso in ijs roris specie, aliquo intemperato. Atq; æqualis quidem intēperies omnino sine dolore est: ueluti indicāt & hecticæ febres, & multi frigidi affectus, ubi æqualiter particulas occuparūt. Fit em̄ talis intēperies singulis qui sic sunt affecti, uelut acquisititia quędā natura. Nullū em̄ corpus offendit à propria natura. Veluti enim Hippoc. dixit, his quibus mutatur corrumpiturq; natura, dolores fiunt: non quibus corrupta iam est & mutata. Inter enim ipsum mutandū & à sua natura recedendū (quēadmodū in priori lib. demonstratum est) corpora dolent.

Cum

Cum igitur in aliquo sensitiuorum corporum temperies inæqualis gignitur, tanta est doloris magnitudo, quanta est intemperiei. Atque in acutissimis & uehementissimis febribus dolore afficiuntur solidæ partes, dum à calido quod præter naturam est, mutantur atque alterantur. Præterea incipientibus morbis plerique homines priusquam febricitant, sentiunt interdum in tota corporis mole inæqualitatem quandam: quam tamen, qualis sit, explicare uerbis nequeunt. Ac miramur quidem si quis eorum qui hos libros reuoluerũt, ita fuit fortunatus, ut ipse symptoma hoc nunquam senserit. Quippe profundus quidem fit sensus in tota corporis mole, ceu disperso aliquo in ipsa, à natura nostra alieno. Id autem quod dispersum est, aliquãdo quidem ueluti subcalidum esse uidetur, aliquando mordax citra calorem, aliquando utroque modo afficiens, aut sine ijs leuiter omnes carnes distendens.

V Atque in omnibus eiusmodi symptomatis, tũ inęqualitatem quandam sentire se aiunt, tum pandiculãtur, omnes corporis particulas naturæ quodam instinctu distendentes: qualem scilicet dudum diximus, omnibus animalis partibus ad salutem statumque earum conseruandum à natura datum. Maxime autem distenduntur post somnum: cum in carne halituosum excrementum sentiunt: quod & ex concoctione nutrimenti & per cessationem ab eiusmodi motibus est collectum. Atque id uel minimi puerili sine doctore faciunt. Verũ ad talem motum animalia impellit ipsa natura, cũ perspiratum halituosis excrementis molitur. Diuersum ab hoc tristis sensus hoc genus est, quod in lassitudinũ affectibus sentitur, siue id post multos labores, siue sua sponte incidit. Ac triplex quidem in lassitudinibus sensus, utique putantibus qui ijs laborant uel conquassatum sibi aliquid pulsatumque, uel tendi sibi undequaque corporis molem, uel tanquã multa ulcera in ipsis quoties mouentur sint dispersa. Ac cum tendi quidem corporis putatur moles, si citra exercitationem id incidit, lassitudo tensiua spontanea nominatur. Fit autem maxime ex plenitudine, quæ corpora in quibus continetur distendat, nec ab ijs contineatur. At cum ulceroso sensu afficiuntur, fit quidem & is, motis magis quàm quiescentibus, nisi si admodum magna lassitudo est. Pungi uero, ceu multas spinas habeant infixas se putant, cum à mordaci humore symptoma oriatur. Tertia lassitudo, sub qua se ostocopo, id est ossium dolore laborare loquuntur, ne minimum quidem motum sustinet. Sentiunt tamen quos ea male habet, manifestum calorem, unà cum demorsu, & tensione: uitioso humore in totam animalis molem ampliter transfuso. Eorum uero qui hac laborant, nemo pandiculari tentat: ut qui omnem motum formident. In reliquis duabus lassitudinibus, quarum alteram ulcerosam, alteram tensiuam nominare solent, fit etiam talis aliquando motus: cum uidelicet uel exiguæ omnino sunt, uel ex flatuosis & halituosis excrementis proueniunt. Quippe si ulcerosa lassitudo maior euasit, nec qui ea laborãt, motum ullum sustinent: sed dolorem ueluti ulceris per corpus sentiunt, horrentque. Quòd si augetur symptoma, ad horroris affectum propè perueniunt: In illo enim horrent prius quàm etiam moueantur. Tanquam autem cum ulcerosus fit sensus, quoties mouentur horrent, magisque, si uehementius: sic horroris affectus, cum in motum agitur, rigorem efficit. Hæc namque omnia ex mordacibus oriuntur excrementis. Differunt inter se, tum excrementorum multitudine, tum motu. Præterea quòd excrementorum, alia magis sint mordentia, alia minus. Et quòd corpus laborantis facile uel non facile afficiatur, uel imbecillum sit, uel acuti naturaliter hebetis'ue sensus. Nam quod acuti sensus est, & imbecillum, etiam ex leuissima causa dolet. Contra quod ualentissimum nec facilis sensus est, magnam causam ad talis symptomatis generationem requirit. Vtrúmne igitur in ijs solis, an etiam in mouendo aut non mouendo: præterea quod mouetur, in eo quod uel celerius, uel tardius mouetur, plurima est in symptomatis differentia? Ac mihi quidem sic uidetur: eundemque hominẽ sicuti quiescẽtem quidem solam inæqualitatẽ sentire, ita motũ horrere, & exercitatũ rigore cõcutiente urgeri. Ideoque & medici ijs qui ita laborant, experientia docti, cõsulunt, ab omni motu abstineant. Iam aliquos qui cruditate laborant, scimus cũ quieuissent nullo affectos dolore: cum balneũ fuissent ingressi, aut in sole stetissent, horruisse: atque hoc magis, si se exercitassent. Nam & sol, & balneũ, & exercitatio, excrementa quæ prius quieuerãt, calefaciendo, attenuando, ac in spiritũ uertẽdo, ad motũ excitant, quẽadmodum & ex animi affectibus ira. Nec mirum corpus, cum excrementa quiescunt, minus dolere: cum mouet̃, & magnopere angi, & uibrari, & concuti horrens scilicet ac rigens, & febricitans: quãdo etiam dura corpora quæ oculis incidunt, conniuẽtibus nobis palpebras, & particulam sub quiete habentibus, uel parum omnino, uel nihil contristant: mouẽtibus, uix tolerabilem afferunt cruciatum. Sed & citra exemplum, ex ipsamet re inuenias licet, motam causam, quiescente magis esse infestam: quoties uidelicet agitur per corpora sensitiua, ueluti in oculis est propositũ. Neque enim de succis qui in uenis, & arterijs fluunt, est disputatio: sed de ijs qui in carnib. sunt, & toto corporis habitu. Quoties igitur aliquid per hæc uiolenter agitur, ac ad cutim defert̃, necesse est dum carnem cutimque permeat, omnia in quæ incidit pungat, stimulet, diuidat, ac uulneret. Quòd aũt omnis mordax & dimota causa, siue ea calida siue frigida sit, animal in horrorẽ ac rigorem ducit, primum quidẽ ex talib. intellexisse licet. Si sano corpori feruentẽ aquã subito infundas, aut ignis scintillas incutias, statim horrore uexabit̃. Iam cũ ulceratæ particulæ causticum medicamentũ imponitur, primum quidem horrent, deinde rigent, mox etiam febricitant nõnulli. Quid quod tertianæ febres quæ omnium febrium maxime biliosæ calidæque

sunt, omnino maxime horrore infestantur. Quanto´q; synceriores tertianæ sunt, tanto etiam rigor in ijs incidit uehementior. Quinetiam eum qui ardente febri laborat, rigor superueniens à morbo liberat, Hippocrates ait: quoniam scilicet bilis quę prius in uenis errabat, à natura decretorie per carnes ad cutim truditur. Ergo motus eius delationis´q;, quæ per sensitiua corpora agitur, simul & symptoma & signum, rigor est. Quinetiam sudant deinde qui ita obriguerunt: uacuata´q; ijs bili, à febre liberantur. Interim uero, ubi non ad cutim, sed ad interna loca bilis impetũ capeßsit, per uomitiones simul & aluum uacuatur. Non raro autem simul intrò forásque, eodem die est delata: ita ut & sudata sit: & uomita, & deiecta. Quicunq; uero rigorem profligandæ ardentis febris salubrẽ esse causam propter frigus putant, (quippe contraria contrariorum esse remedia) omnino falluntur. Iam primum enim si id uerum esset, liceret ipsis rigorem excitare: partim quidem frigida aqua inspersa, aut affusa: partim ægro ipso nudo in frigidum aerem delato, aut in frigidæ aquæ labrũ demisso. Deinde si per mutationem ad contrarium habitum, ijs qui in ardenti febre obriguerant, solutio accidit morbi, debebant post rigorem febricitare desistere, quod tamen non faciũt. Adeo enim cum rigent febricitare non desinunt, ut etiam multo grauiore febri post rigorem urgeantur, quàm ante. Sed postquam largiter sudarunt, aut flauam bilem uomuerunt, aut per intestinum deiecerunt, tum febris cessat. Quippe ex ualentiore bilis motu, uehementiorem accendi febrem est rationabile. Ac quòd homines non solum ex frigidis causis rigore tententur, sed etiam calidis, iam monstraum est. Verum quam ob causam, occasionibus maxime contrarijs, idem symptoma succedat, deinceps docebimus: sed admonitis prius quæ de expultrice facultate monstrauimus. Non enim ea quæ in amplis instrumentorum capacitatibus sunt expellit, ueluti quæ in uentriculo sunt, & utero, & utraq; uesica, & intestinis, & pulmone, & naso, quæ uero in ipsis corporibus excrementa colliguntur negligit: sed ab ijs quoq; quotidie quicquid superuacaneum est, citra ullam animalis offensam insensibili perspiratu eijcit: ubi scilicet lege naturæ animalis functiões administrantur. Verum ubi mordens aliquid in ijs constitit, ac potißimum quod uehementi agatur motu, & angitur, et id expellere festinat, eo modo quo maxime licet ex ipso membrorum corpore aliquid eijci: scilicet particulis ipsis sese contrahentibus, atque constringentibus: mox unaquaq; earum partem excrementi quod in se habet protrudente. Verum si omnes hoc motu simul motas intelligas, concusßionem uibratum´q; totum corpus comprehendere intelliges, quales id in rigoribus comprehendere cernuntur. Quippe necesse est musculis omnibus uibratis, articulos quoq; cum ijs unà uibrari: quibus sic agitatis etiam extensiones quasdam inflexionesque præter uoluntatem incidere. Est tamẽ hic motus diuersus ab eo qui in

A conuulsione palpitatione´q; uisitur. In conuulsione nanq; similiter quidem, non tamen ab eadem saltem facultate, motus ciẽtur: in palpitatione nõ similiter, sed sicuti prius est dictũ. Nẽpe q̃d membrum unà cum musculo qui à flatuoso distẽditur spiritu, exaltat̃: at in rigẽtibus, ceu dudũ est dictũ, mouet̃ omnis particula, musculo seipsum expurgante. In illarum uero motu, totus musculus concussus uibratus´q; articulum in quẽ inseritur, unà secum uibrat. Talis etiam motus & pectoris musculis sub intemperie inæquali accidit. Eam´q; ob rem leuis quidam tußiendi impetus & stridula asperitas, quem Græci cerchnon uocant, ijs superuenit. Concutiuntur enim musculi, dum student ea quę contristant, à carne sua per pulmones & arterias expellere.
B In cæteris autem tußibus uehementer eos pulmoni se inijcere est monstratum: quò scilicet multum simul & celerem efflatũ moueant. Iam etiam uehementius huic se in sternutatione incutiunt, spiritum simul uniuersum expellentes, cum quod in naso est expurgare nituntur. Id quod nonnulli qui infirma erant uirtute cum intelligerent, expuendum´q; per pectus & pulmonem aliquid haberent, sternutationem sibi nares lacessendo mouerũt: quò scilicet quod per tußim eijcere non ualuerunt, huius motus uiolentia educerent. Verum de eiusmodi tußi diligenter prius est dictum. Quæ uero ex spiritualium instrumentorum intemperie incidit, ex eodem est cum rigoribus horroribus´q; genere. Differt autem eo,
C quòd celerior eius sit sensus: nũquam scilicet qui escentibus spiritualibus organis. Monstratũ nanque prius est, quòd motus, etiam in toto corpore eiusmodi affectiones maxime prodit. Ac cum humida quidem natura sunt quæ offendunt, uiolento hoc concussu, ac uibratu, qui in tußi & rigore cernitur, ab excretiua facultate trusa, undiq; ad loca cedentia feruntur, quædam sursum, quædam in imum uentrem, quædam foras ad cutim, ita ut sensibilis eorum uacuatio sit. Cum uero flatuosa tantum sine humore substantia uel iusto calidior uel frigidior per corpus permeat, utique horrent tunc quoq;, aliquando etiam rigent, eadẽ ex causa. Nihil tamen sensibile his uel uomitur, uel sudatur, uel infra deijcitur: utpote cum aerea sint quæ
D expultricem uim lacessunt. Sic in balneis præcalidis, si subito præsertim confestim minime præcalfacti ijs accesßimus, statim horrẽtes reddimur: æq; ut cum in frigidum aerem confertim transferimur: aut si non confertim, saltem si diutinam in eo moram facere cogimur. Quemadmodum in itinere agendo accidere aliquando consueuit. Eiusmodi rigoris remedium calfactio est non sudor, uomitus úe, aut alui deiectio. Quoniam autem (ut dictum est) & frigida causa & calida rigorem creat, ad calidam quidem quæ scilicet aerea est, refrigeratio satis pro remedio est. Humidam uero febris necessario comitatur. Sanatio uero eius uacuatio est. At frigidæ quæ aerea sit, calfactio remedium est. Ei uero quæ humida est, aliquando sola concoctio sufficit: aliquando uacuatio

tio

tio desideratur: est uero quando ambo cōpetunt. Ac uetus quidem sermo est, rigori febrē semper succedere. Non tamen est in totum uerus, etiam si quis eum cōmode determinet. Id quod etiam facere par est, amice potius ueterū dicta interpretātibus, q̄ maliuole arguentibus. Veruntamen ne sic quidem uerus eorum sermo est, neq; si determinans dixeris, qui citra externam occasionem ex corpore nostro rigores oriuntur, hos febris necessario sequitur. Quippe non nobis modo, sed etiam multis qui nos præcesserunt, iam uisi rigores sunt sine febre: non tamen ita ualidi, ac qui legitimas tertianas quartanasúe præcedunt, aut qui ardentes febres finiunt. Solent sane eiusmodi rigores uitiosam sequi uictus rationē, cum homines in desidia se repleuerunt, ac sæpe à cibo se lauarūt. Cum uero ipsæ ciborum qualitates frigidioris sæpe ac pituitosioris temperamenti sint, promptissime qui sic sunt affecti, rigoribus qui ægre recalfiant capiuntur. Nihil igitur miri est, antiquos medicos nullum eiusmodi rigorem uidisse: hominibus qui tunc uiuebant, nihil perinde ac qui nunc uiuunt in salubri uictu peccātibus: sed nec balneorum usu tam frequenti. Cæterum (sicuti dictum mox est) eiusmodi rigores horridi magis sunt, q̄ cum uibratu cōcutientes. Primum enim quod ex uitiosis excrementis sentimus inæqualitas est: cū uero acria fuerint, mordicatio: secundo loco horror exiguus, deinde maior, post magnus, ita ut iā rigoris aliquatenus sit particeps. Deinde rigor ipse solus, qui dimoueat concutiatq; particulas. Hic rigor à frigidis succis nunquam creatur. Omnino enim eiusmodi succi præ crassitudine sua concitato motu non mouentur. Quòd si aliquando attenuantur, rigorem quidem excitant, non tamen uehementem. Neq; enim potest eandem recipere tenuitatem attenuata pituita, quam attenuata recipit flaua bilis. Ac talem quidem rigorem non admodum norunt antiqui medici. Qui autem in letalibus incidit febribus, hunc norunt. Ait igitur Hippocrates in sententijs: Si rigor in febri non intercisa incidit, ęgerq; infirmis sit uiribus, letale est. In talibus enim rigoribus incipit quidem natura persequi quod offendit, sed uicta concidit atq; extinguitur: eoq; mortale est symptoma. In quartanis autem mistus rigor ex calido frigidoq; est. Nigra nanq; bilis, frigidus natura succus est: sed cum putredinem sibi adiunxit, cuius causa febrem accendit, tantum possidet caloris, quantū etiam putredinis. Ac q̄ rigores quidem calidis etiā causis succedant indicauimus. Quòd aūt in talibus quoque omnibus perfrigerantur, ac sanguine deficiūtur, maxime quidē extremæ corporis partes, cum his uero tum cutis uniuersa, tū quæ proxime sub ea sunt, & quam ob causam id accidat, deinceps æstimemus. Est igiť ex primis, ac (ut sic dicā) qui maxime principalis sint notæ motibus, ipsa naturalis caloris intrò forasq; delatio, multas animi perturbationes passionesq; sequens. Simul autē cum ipsa spiritus quoq; ac sanguis, aliàs intrò & ad ipsum principiū feruntur, ac contrahunť, aliàs foras tendūt, & fundunť. Ipsius nanq; animæ substantiā, uel alio quouis opere definisse fortasse sit audacia: in eo uero quod nunc proponiť, non solum audacia, sed etiā superuacuū. Videtur tamen quæcunq; ea fuerit, duorū alterum, uel primis ad omnem actionem instrumētis spiritu sanguineq;, preterea calore, tū qui in altero, tum qui in utroq; est uti, uel in his ipsis esse. Licet aūt motus eius euidenter contemplari, cū in alijs multis, tum maxime in ipsius perturbationibus. Timor enim intrò & ad principiū, tum spiritum, tum sanguinem unà cum refrigeratione eorū quæ in summo corpore sunt abducit ac cōtrahit: ira uero & foras agit & fundit & calefacit: quæ uero composita ex ambobus est, quam Græci agonian id est anxietatem dicunt, inæquales habet motus. Itaq; etiā pulsus tum arteriarum, tum cordis ijs qui timēt minimi ac maxime imbecilli sunt: iratis cōtra maximi & uehementissimi: his aūt qui ex anxietate cōposita ex ijs passione laborāt, inæquales. At in uerecundia, primū quidem intrò agitur animalis potētiæ motus, deinde rursum foras celeriter uniuersus. Quippe cū nisi redeat, timor sit nō uerecūdia. Siquidem uerecundia de repente fit, omnino nihil expectāte mali animali facultate: sed (ut sic dicam) præ mollitia & timiditate naturali, cum homine longe meliore uersari non sustinente: sed refugere, & si possit à cōspectu subducere properāte: ideoq; ueluti refugiens tantum, citra ullam perfrigerationem in profundum recedit: ratione uero patibilem partem animi, id est quæ terretur & uerecūdať, excitāte atq; inhortāte, recedit, extrorsumq; mouetur: simillimo motus modo atq; cum ex frigida lauatiōe caloris fit repercussio. In timore uero, cum ratio patibilem animi partē nec excitet, nec inhortetur, magis magisq; extinguitur calor: ita ut etiam rigeant eorū nōnulli. Quod aūt in timore semel & confertim, id in tristitia paulatim patiuntur: dissidentibus scilicet inter se passionibus ijs nō toto genere, sed magnitudine & uehementia. Itaq; etiam ex subito timore nōnulli iam interierunt, cum scilicet animulus eorum naturaliter imbecillus à forti affectu occupatus, semel & confertim extinctus est & suffocatus. Quippe extingui eum accidit propter affectus ipsius naturam, ut cuius generatio in frigerando cōsistat: suffocari aūt, eo q̄ totus sanguis unà cōmeet, atq; ad principium deferatur. At ab ira nemo interijt, utpote nec calore perfrigerato, nec eius robore soluto. Ex gaudio tamē ingenti, nonnulli pusillanimes perierunt, ęque atq; ex timore. Nō enim unà cū robore et feruore mouetur extrorsum animalis facultas, sed contra siquid etiā prius habuit roboris id nunc remittit ac resoluit. Ergo cum plurimum relaxata resolutaq; extrorsum fertur, digeritur. Dolor autem cum animum cōtra cogat moueri, similia maximo timori affert symptomata. Quippe sub eo & color abit, & perfrigerātur, tremuntq;, ac pulsu sunt paruo, demum moriuntur, similiter ut cōsternati: refugit eñ in his quoq; ad principiū innatus calor, resoluiturq; pariter & ex

tinguitur. Cum autem mortem afferant eiusmodi perturbatiões passionesq́, nihil profecto miri est si animi excitant deliquia. Quo minus etiam mirum est, si reliqua quæ animi deliquia sequuntur symptomata inuehunt: cum cætera, tum excrementorum præter uoluntatem exitum. Cæterum pluribus in his morari præsentis occasionis non est: sed ad propositum redeundum. Cum igitur rigor à calidis & mordentibus succis excitatur, mirum non est, si frigerantur omnes externæ partes, animali uirtute unà cum sanguine in profundum commeante. Sentiunt enim hoc tempore qui sic rigent, externarum partium frigus, non earũ quæ sunt in profundo. Quippe cum sitiant sensibiliter eo tempore nonnulli: tanquam calore ijs in internis seruato. Quòd autem talia rationabiliter rigẽtibus accidant, licet inde colligi. Si eñ in una quapiam parte dolor uehemens infixus, tũ animi deliquia, tum perfrigerationem infert: mirum non est, eum qui in toto sit corpore, etsi non animi deliquia mortemq́, certe perfrigerationem efficere. Sunt enim dolores rigentium, eiusdem cum cæteris omnibus doloribus generis. Deficiunt autẽ ab ijs qui interimũt, magnitudine & tẽpore. quippe cũ & minores multo sint & breuioris tẽporis. Coli namq́ siue pinguis intestini dolor, sæpe duobus cõtinuis diebus torsit. Rigor quãto est uehementior, tanto breuioris est temporis. Est eñ qui in eo habetur motus non ei qui in timore, sed ei potius qui in uerecundia ac frigida lauatione uidetur, similis. Pugnat enim uirtus ac certat cũ ijs quæ offendunt: quoad excusserit profligaueritq́ omnia. Ergo cum ex ualido eius in ea quæ offendũt impetu, tum quòd ubi in profundo corporis est collecta, cum magno calore reuertitur, febrim post rigores accendit: materiam scilicet habẽs ad magnitudinem eius coadiutricem. Si quando autem certans, prius fatigatur, q̃ quæ infestant profligauerit (fit enim hoc uel ob uirtutis imbecillitatem, uel causæ magnitudinem) necessario mors sequitur, ceu prius est dictum.

VI Ergo quãdo huc in disputatiõe peruenimus, imponamus illi finẽ, non solũ quæ iã dicta sunt omnia breuibus summis cõplexi, sed etiã quæ reliqua sunt adiectis. Tussis quidẽ, sternutatio, & singultus, & rigores, expultricis uirtutis ualidi motus sunt: pandiculatio & oscitatio, eiusdẽ quidem uirtutis motus sunt, sed mediocres. In horrore uero etiam magis mediocres quàm in prædictis motus sunt. Ac multo magis adhuc ijs mediocres sunt, quos inæqualitas ciet: ita ut eiusmodi motus dixeris propemodum motus non esse, sed tãtum sensus. Cuiusmodi scilicet sensus in ulcerosa lassitudine aduertunť: atq́ hoc etiã magis in pruritu. Quippe in quo symptomate prurituosorũ excremẽtorũ est tantũ sensus: neq́ enim aliter ea nominare dať: nisi quis nitrosa ea & salsa, uel amara, nominare uelit. Talis nanq́ natura eorũ est. Licet autem id intelligas, tum per ea quæ extrinsecus habenť, ueluti urticam, & scillam, & muriam, & mare, aliaq́ id genus. nihiloq́ minus per ea quæ in ip-

A so sunt corpore. Quippe illotos et sordidos, et qui cruditate laborant, & qui nutrimẽta mali succi comedunt, hos pruritus exercet: multoq́ magis scabiosos & leprosos: Propterea q; in his affectibus & copiosior, & crassior est uitiosus succus. Quo utiq́ & diutius & magis scabunt, q̃ ulli alij, qui citra talem affectũ pruriunt: nec tamen iuuanť: nec si seipsos immodice scabendo excorient: propterea nimirum q; eiusmodi succus infixus in ijs manet, ac (ut sic dicam) cuti impactus hæret. Non enim adeo exiguus & tenuis est, sicut in illotis aut sorde affectis, sed plurimus & crassus: interim uero & glutinosus. Oĩa igiť eiusmodi symptomata à uitioso succo proueniũt. Dissidẽt inter se causæ, tum qualitate, tum magnitudine, itemq́ quie-

B te & motu. Quippe paucus tenuis salsus immotusq́ succus in ijs est qui pruriunt. Paucus, tenuis, mordens, & immotus in ulcerosis affectib. Multus, salsus, crassus, & immotus, in lepris & scabie. Paucus, tenuis, & mordax cum exiguo motu in horroribus. Quod si uel uehementius mouetur, uel copiosior mordaciorúe est, rigorem infert, nõ horrorem. Maximum quidem, qui plurimus est, & uehementissime motus, & mordacissimus. Minimum uero qui propter unum aliquid horũ, mediocriter auctum, ex horrore in rigorem transire facit. Sanè complures aliæ inter maximum minimumq́ rigorem differentiæ sunt: excessu & defectu inter se dissidentes: & propterea q; causa magis minusúe moueať. Itemq́ quòd magis minus-

C úe sit mordens: ad hæc quòd in causæ quantitate sit diuersitas: his amplius q; causa quæ rigorem facit, uel omnibus prædictis differentijs, uel aliquibus, uel aliqua sit adaucta. Atq́ hæc quidem omnia symptomata, causa circa cutim, & quæ sub ea sunt carnes aceruata, incidere cõsueuerunt. Tusses autem & sternutationes & singultus, alibi: illæ quidem in pulmone & gutture ac pectore subsistente causa: hæ uero in naso: singultus cũ in uentriculo & stomacho substitit. Commune in omnibus iam dictis est, q; expultrix uis ad uehemẽtiores motus se cõcitat, ad ea quæ contristant (sicut prædiximus) persequenda. & præterea cum cætera quæ ad generationẽ eorum spectãt dicta sunt, tum quòd sternutatio ex accidenti aliquando hu-

D morum qui in pulmone colliguntur, remedium est, quanq́ eorũ causa nõ fiat. Ad eundẽ modum ea quæ in uentre & stomacho singultus excitant, sternutationes ex accidenti purgant, itaq́ fiũt singultuum remedia. Quippe abdominis musculi intenti applicitiq́, uentrẽ unà cõtrudunt, ita ut uiolentiorem impetum faciat in ipsas affligentes causas, quas conatur expellere. ac dixi fermè omnia tum actionum, tum facultatum animalium unà cum causis quæ ipsa gignunt, symptomata. Verũ in primo libro nullius quod naturalibus actionibus facultatibusq́ superueniat, symptomatis mẽtionem feci. In secundo ex disputationis consortio, de illis quoq́ pauca locuti sumus. Verum absolutam & propriam de ijs disceptationem, in libro qui hunc sequitur faciemus.

Nunc

VII Nunc quòd omnia quæ animalibus, facultatibus superueniũt symptomata, duobus ijs libris sint absoluta, ea quæ rectrices actiones comitantur, symptomata dicemus. Sunt igit̃ in ijs tria prima symptomatũ genera. Vnũ, actionis amissio, alterum, actionis læsio, tertium, eius in alteram speciem mutatio. Et amissio quidem in stoliditate & obliuione. Visum nanq; non raro est, morbos ubi in abscessum aliquem abierũt, stultitiam, obliuionemúe intulisse. Vidimus enim quosdã qui & literas & artẽ omnino fuerãt obliti, immo nec propria nomina meminerant, cuiusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides: quosdam eñ ex ijs qui euaserãt, & seipsos & suos ignorauisse. Iam uisi sunt & propter extremum senium nonnulli similibus symptomatis tentari. Ex quo manifestum fit, & fatuitatem, et obliuionem, ex refrigeratione creari. Quinetiam medicamenta quę eiusmodi symptomata inducunt, frigida uiribus sunt. Ac talia quidẽ symptomata ipsum cerebri corpus perfrigeratum esse docent. Sicuti apoplexiæ & epilepsię ex pituitosi succi multitudine, in ipsius cerebri uentriculis collecta, gigni uidentur. Eoq; fit, ut subitanea sit earũ tam generatio q̃ discussio: quod accidere in corporum intẽperie nullo modo potest. At mediocres tum rationis, tum memoriæ noxæ, quasiq; torpores, ex minore refrigeratione incidunt. Veluti aut ex medicamento aliquo refrigerãte in corpus assumpto, aut capiti imposito, aut etiã frigido succo in cerebro collecto. Iã deliria omnia, tum praui motus regẽtis facultatis sunt, tũ uel ex uitiosis cõtracta succis, uel eorũ quæ sunt in cerebro intẽperie. Nominant̃ autẽ ex ijs, quę quidem cum febri sunt, phrenitides, quæ sine febri sunt, insaniæ, Græce maniæ. Ac reliqua quidem deliria ex mordentibus

A & calidis oriuntur succis, qualis maxime flaua est bilis: sæpe etiam ex calidiore cerebri intemperie. Sola uero illa quæ melancholica uocantur, frigidum succum pro causa habent. Quippe phrenitis non tantum ex calidis ortum habet succis: sed supra id, etiam phlegmonen in cerebro & eius inuolucris excitat. In reliquis uero febribus deliria fiunt, eiusmodi succo in cerebro exuberante. In ijs uero quæ in acutissimarũ febrium summo incremento incidunt, uapor aliquis mordẽs ac calidus ad cerebrum ascẽdit. Melancholica uero deliria, multarum sunt specierũ: ex corruptis scilicet speciatim imaginationibus: uerum tamẽ illud quod ab Hippocrate perhibet̃, omnibus cõmune esse uidetur. Si timor & mœstitia multo tempore du-
B rant, melancholicũ eiusmodi symptoma est. Sunt enim omnes sine causa mœsti. Nec si roges quam ob rem mœreant, reddere causam possunt. Timẽt autem eorum nõnulli, tum mortem, tum alia quæ minime sunt timenda. Non desunt & qui mori uehementer expetant. Cæterum quòd ex atra bili, cum principium rationalis animæ occupauit, timor mœrorq; ac mortis expectatio accidant, nihil mirum: Siquidem etiam eorum quæ extra corpus sunt, nihil uidemus, quod nos perinde terreat, ac tenebræ. Ergo cum tenebræ rationalis animæ parti sunt circumfusæ, necesse est hominem timere: ut qui semper unà cum corpore suo timoris causam circũferat. Quod enim nobis extrinsecus fit, altissimis tenebris circundatum nobis aerem
C ad tempus aliquod occupantibus: id melancholiæ uitio laborantibus, ab interno, & ipso corpore contingit: scilicet uel ipsa nigra bili cerebrũ occupante, uel aliqua melancholici halitus exhalatione, ueluti in morbo quem flatuosum & hypochondriacon uocant.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER TERTIVS



VAE uero in naturalibus functionibus facultatibusq; symptomata fiunt, eandẽ quã ea quæ in animalibus actionib. incidũt, inuentionis rationẽ habent. Præstiterit tamẽ fortassis, in horum quoq; speciebus exercitatos esse: quemadmodum etiam in ijs quę animaliũ sunt actionum, sumus exercitati. Ergo omnium quæ uirtutibus nocent inueniendarum causarum caput est, modi quo per sanitatẽ operabantur, cognitio. Si eñ atterendo concoqueret cibos uentriculus, cum attritio eius esset impedita, concoctionis symptomata existerent: scilicet cum prorsus non attereret, ut prorsus non concoqueret: cum uitiose attereret, ut uitiose cibos coqueret. Eadem ratio si putrefaciendo concoqueret, cum non putrefaceret non concoqueret. At si ueluti nos demonstrauimus, ipsa concoctio alteratio in qualitate est: fit aũt à uẽtriculo cibũ sibi assimilante: palàm est frustrationem in alteratiõe, cõcoctionis symptoma fore. Ac siquidẽ nulla om̃ino alteratio sit, symptoma id apepsia siue cruditas nominat̃; ad eum mo

dũ quo in animi functionibus immobilitas et insensibilitas: significantibus scilicet his uocibus actionis in primate animæ particula amissionem, ac priuationẽ. Sin altereť, nõ tamẽ sicut oportet, cruditas quidẽ siue apepsia id quoq; appellať. significatur tamẽ nõ utiq; sicut prius priuatio, sed deprauatio dũtaxat. Cum aũt sit deprauatio duplex, uel ꝙ tarde & nondũ cõuenientem mutationẽ cibus suscipiat, uel ꝙ corrumpať omnino, ita ut naturalẽ gratiam prorsus recipere nequeat: priorem quidẽ bradypepsian, id est, tardã concoctionẽ nominant: secunda nomen propriũ non inuenit. Ac tot quidem concoctionis sunt noxæ. Causa uero earum cõmunis quidem est, alteratricis facultatis frustratio. Ea diuidiť in species & genera. Ac prima quidẽ duo genera frustrationis sunt: alterũ ex facultate ipsa læsa: alterũ ab externo quopiã errore proueniẽs. Diuidiť rursus horũ utrũq;: uirtutis quidem læsio bifariam: aut ẽm substantiæ suæ incidit culpa: aut morbi alicuius instrumentalis. Externus error triplex est: alius in excrementis, quæ in uentre habenť: alius in cibis: alius in tempore somni. Verũ quæ in facultatis substantia noxæ incidunt, intemperies quædã sunt actiuarum qualitatum: quæ uero ab instrumentalibus oriunť morbis, eæ in ijs quæ erysipelata Græce uocantur, & œdematis, & phlegmõis, & scirrhis, & abscessib. & carbũculis, & alijs circa uẽtrẽ id genus, partim simplicibus, partim compositis morbis cõsistunt. Ac horũ quidem omnium occasione, uẽter male concoquit, ipsa scilicet facultate eius cõcoctrice læsa: In temperamenti quidem uitijs, propria eius substãtia labefactata: In cæteris morbis qui tantũ sunt instrumentales, dũtaxat impedita: Qui uero ex intemperie simul & instrumẽtali morbo compositi affectus sunt, utroque modo sunt noxij. Atque omnibus ijs occasionibus uẽter male concoquit, etiam si in nullo alio eorum quæ intrinsecus sunt, peccetur. Rursus uentre ipso minime affecto, non concoquit animal, uel propter cibi ac potionis immodicã copiam, uel propter qualitatem alienam, uel propter intempestiuitatem, uel incõgruum ordinem, uel uitiosum excrementum, uel somnum exiguum. Verum à uitiosis ciborũ qualitatibus, & excrementis quæ in uentre habentur, cum corruptione non cõcoquunt. Sicut interim etiamsi quæ parum conuenienti ordine, & intempestiue sunt sumpta. Dico autem parum conuenientem ordinẽ, si mala, uerbi gratia, & punica primo loco sumantur, olera ex oleo & garo ultimo loco. Intempestiuitatem uero, si mane antequam prior cibus descenderit, uel paulo ante exercitationem prandeatur. Porrò corruptelæ quæ quidẽ fumosę sunt, ex calidioribus magisq; biliosis ueniunt cibis: acidæ uero, ex ijs qui frigidiores natura sunt, magisq; pituitosi. Similiter autem et in excrementis fit: acidas quidẽ creant quæ pituitosa sunt & frigida: fumosas quæ calida & biliosa. Etenim ipse uenter, sub frigidioribus quidem morbis acidas: sub calidioribus fumosas mutationes facit. Tarditatem uero concoctionis efficiunt, ea quæ

A ægre quidem corrumpuntur uerum plus ualent quàm uirtus aut somnus. Vbi autem citra corruptelam concoctionis omnino est priuatio, scire licet eo casu prorsus superatum esse uentrem, uel ab immodica multitudine, ut ad uirtutis imbecillitatem, uel à ualido frigore. Adeo enim in tali statu uenter non concoquit, ut etiam concoquere prorsus non tentet. Ergo hæc tibi eius quoq; cruditatis quæ in uasis accidit, exempla sunto. Siquidem hanc quoq; ad eosdem modos reduces: sicuti ad hanc, etiã eam quæ in tertia est concoctione, quam totius habitus nutritio sequitur: Scilicet eãdem proportionẽ habente alimento quod ex uẽtre in uenas deducitur, & quod ex uenis ad carnes deducitur, quam habent ad uentriculum, quę

B comeduntur & bibuntur. Hæc igitur omnia nobis indicauit concoctionis modus præcognitus. Scientes enim ꝙ quatuor elemẽtorum certa quædam temperies, quæ proprietatem corporis uentriculi efficit, mutationis ciborum est causa, tum quòd plurimam in id uim calidum elementũ confert: ueluti à manu ad causarum in cruditatibus inuentionem ducti sumus. Est porrò non in cruditatibus modo, sed etiam in omni symptomatum genere, aliud actiõis ueluti amissio seu priuatio, seu quomodocunq; aliter id nominare libet, aliud uelut inchoata deficiensq; actio, aliud praua & errans. Atq; in uentre quidem ceu mox est dictum, priuatio quidẽ actionis est, cum cibi ne uel minimam quidem mutationem accipiunt: deficiens

C autem concoctio in tarditate concoctionis consistit: Sicuti praua & errãs in corruptelis. In uenis autem priuatio actionis est, cũ succi omnino sunt crudi: Deficiens actio cum semicocti, praua cum uitiosi. Ad eundem modum in tota quoq; animalis mole, quæ uelut priuatio est, in crudis istic cõstit succis: quæ tanquam deficiens est functio, in semicoctis: sicut praua, in uitiosis hoc loci succis. Porrò ex ijs uitiosis succis, erysipelata, cãcri, gangrenæq; nascuntur: præterea phagedenæ, carbunculi, ulcera serpẽtia, aliaq; eiusmodi. In nutriendi autem actione, priuatio quidem actionis in atrophia est: Deficiens uero nutritio in gracilitate: Vitiosa, in leucis, & elephantiasi cernitur. Causæ omnium quæ prædicta sunt symptomatum, eædem

D genere sunt, cum ijs quæ supra de uentre sunt dictæ: quædã scilicet in uirtutis imbecillitatẽ: quædã in nutrimenti uitiũ: Tertiæ in uitę rationem, & ea quæ extrinsecus animali incidunt reductę. Ad eundẽ quoq; modũ uirtutis imbecillitates: Quæ quidem propriæ sunt similarium intemperiem: quæ non propriæ, instrumentales sequunť morbos. Vitia uero nutrimenti, in abundantiam & qualitatem diducuntur. Non secus arbitror & uitæ rationum, & eorum quę extrinsecus appropinquant errores, in ordinem uitiatum, et intempestiuitatem quandam diuiduntur. Voco rationem uitæ, equitationem, piscationẽ, uenerem, balneas, ambulationes, uenationes, omnia deniq; in quibus aliquid corpore agimus. Oportet aũt medicum nõ solũ symptomatũ agnoscendorũ facultatem

tem habere, ac generationis eorũ inueniendæ peritum esse, sed etiam modi quo generetur, qui inter effectricium causarum differẽtias numeratur. Neq; enim illud tantum scisse, an uenter omnino non concoxit, par est, nisi etiã norit quamobrẽ id acciderit, utrúmne propter nimiã concoquẽtis facultatis imbecillitatem, an copiam aliquã immodicam, an pessimam aliquã ciborum qualitatem. Quippe symptoma quod ex cibis oritur, ex facili corrigitur: Quod autem ex ultimo uirtutis incidit collapsu, in lienteriam, aut tympaniã hydropa finitur. In uenis quoq; simili ratione, nõ solum sanguinis frustrationẽ æstimari conueniet, sed etiam qua ex causa ea cõtingat, utrúmne ex sanguificæ uirtutis imbecillitate (non enĩ incõmode ita nominẽ) an ex multitudine succorũ crudorũ ac frigidorũ, qui à uentriculo diducũtur. Quippe hoc facilis sanationis est: illud in hydropem terminatur. Ad eundem modum in carne. Qui nãq; à morbis immodice se satiant, propter crudos humores flatuosi, ac toto corporis habitu turgidi redduntur. Ex imbecillitate uero uirium, qui ana sarca uocantur hyderi existunt. Atq; omnes quidem magnæ intemperies, uirtutem deijciunt. Verum quæ ex frigido superante constant, frigidos affectus excitare sunt idoneæ: Quę uero ex calido, contrarios: Eodem autem modo, & in reliqua oppositione coniugationeq; intellige. In omnibus uero (ceu dictum est) cõmunis est à naturali statu maxima mutatio. Circa mediocres enim & consuetos cibos, nihil in totum effecisse maximam uentris intemperiem prodit. Verũ si propter exuperantem calorẽ tale quid accidat, protinus etiã corrũpuntur cibi. Generatim quidem corruptela quadam, quæ ad fumosum nidorẽ inclinet: speciatim uero pro sua quisq; natura. Quippe alij cũ corrumpuntur, tanq; uirus, alij tanq; lutũ, alia crudos pisces, aut indicibilem alienamq; putredinẽ olent. Nullũ enim edulium uehementer calfactũ, durare impu trepotest. Protinus aũt sitiunt quoq; immodice, qui ita sunt affecti, febricitantq; interdũ tenui paruaq; hectica febri. Sin ex frigore immodico perditur omnino ciborum concoctio, nec siti nec febri affliguntur, & ciborum ipsorum qualitates, siue ructare uelint siue uomere, planè seruant. Quòd si exigua quępiam circa concoctionem eorum sit actio, & ciborũ natura uel medij temperamenti uel frigidioris fuerit, acidi ructus fiũt: Sin calidiore temperie sint cibi, aut etiã natura flatuosi, uentriculus halituoso impletur spiritu. At in eiusmodi quidem intemperies breui perducitur uẽtriculus. In humiditate uero & siccitate adeo intemperatus uenter esse ut actionem amittat, nõ potest sine prolixo tẽporis spatio: debetq; præcessisse humiditatem quidem hydrops: siccitatẽ uel senium uel marasmus. Verũ tales distinxisse differẽtias, alterius est operis. Modo autem ad retẽtricem ueniendũ est uim. Est enim in hac quoq; prima symptomatum differentia triplex: Ea uidelicet uel omnino cibos non complectẽte, uel diminute, uel uitiose. Ac cum uel prorsus nõ complectitur, uel

A debiliter, flatus & fluctuationes cum sonitu, Græce clydones dicti, succedunt: Flatus quidem, ubi & cibi flatuosi sunt, & uentriculus nõ admodum frigidus: Fluctuationes cum sonitu, cum uel nihil in eo continetur, quod uerti in flatũ possit, uel ualenter sit perfrigeratus. Quippe talis affectus nullum gignit halitum. Constat aũt citra potionem nõ posse fieri in uentre sonoras fluctuatiões. Porrò ꝙ infirmus ad ultimum uenter sit, in causa morbus est: Alius ut similaris est particula: alius ut instrumentalis. De prauis aũt in eo motibus ꝙ uel tremulenti sint uel palpitantes uel tanq; cum concussione uel conuulsiui, dictum supra est in symptomatum differẽtijs. Qualis uero dictorũ quisq; sit motuum, tum quæ cuiusq; eorum causa, primo B huius operis libro est indicatum. Nunc tantulum etiam adijciendum est, ꝙ tam expultricis quàm retentricis uirtutis, tum morbi, tum symptomata miscenť. Verbi gratia conuulsiuus uentriculi motus, qui in singultiendo accidit, cõuulsio quidem in totũ nõ est, (utpote quæ in solis accidit musculis. Vẽtriculus aũt nec ipse musculus est, nec eius os.) Sed ueluti conuulsio quædam ambarũ uirtutũ commune symptoma est, Retentricis quidẽ, ꝙ uenter cum singultit praue & non naturaliter cibos complectiť: Expultricis, propterea quòd primum eius est ipse motus prauus, dum scilicet cupit, quod cõtristat reijcere. Sanè non idem est uomẽtibus atq; singultiẽtibus motus: propterea scilicet ꝙ nõ idẽ affectus. Quippe in uomitionibus, C ea quæ in capacitate sunt uẽtris reijciũt: In singultu quæ in ipso uentris sunt corpore: Simili scilicet tum affectu, tum motu, qualem in ijs qui ex intẽperie tussiũt monstrauimus: Omnibus nimirum uentriculi partibus quod se contristat expellentibus. Proinde eiusmodi symptoma tum ijs quibus uentriculus perfrigeratus est, tum qui piperis alteriusúe perinde calidi medicamẽti multũ & semel liberaliter sumpserunt, deinde super id calidã potionem biberũt, incidit. Quibus utiq; magis etiã singultire contingit, ubi piper ad subtilissimũ puluerem est redactũ: Quippe eiusmodi piper altius in ipsum uentriculi corpus inseriť. Ad eundẽ modum & cæteris omnibus frigerantibus calefaciẽtibusq; quæ in corpus ipsum uẽtriculi descendũt D singultus superuenit. Estq; is singultus primum expultricis uirtutis motus quidã nõ legitimus. Secundo loco retentiuæ ac cõplectentis. Pari modo nausea quoque & uomitus expultricis facultatis praui motus sunt, ad ea quæ uentris corpus cõtristant, quamcitissime per stomachum uacuãda. Simile huic symptoma est, et quod in lienterijs, siue intestinorum leuitate apparet: Cum uenter ab aliquo, quod morsu, ponderéue, cõtristet, uexatus, eijcere id statim cupit. Cum autem duo eius sint ora, supernum quidem in gula, infernum in pyloro: ad utrũcunq; horum uergit quod offendit, eo abutitur ad expulsionem. Quòd si toti illi talis affectus aliquando contingit, etiã utroq; ore simul utitur. ueluti in uocatis choleris. Reliqua uero quartaq; facultas, nempe tractrix, triplici genere sympto-

ſymptomatũ tentatur, uel cibos trahere in totum non ualens, uocaturq; id ſymptoma, ſtomachi paralyſis. Vel ægre trahens: Quo tempore relaxari quidem incipit, relaxatus tamẽ adhuc nõ eſt. Tertium præter hæc eſt, ubi aliquid praue & non rite trahit. Praui aũt & non legitimi motus ſæpe iã dicti ſunt: Non ſecus autem & affectus quorum occaſione incidunt. Sanè accidit aliquando, ut etiam carnoſum aliquid (qualia ſępe foris uidemus) in ſtomacho naſcatur, quod uel omnino ciborum uiam obſtruat, uel aliquatenus impediat. Vocant aũt eiuſmodi morbi inſtrumentales. Et proditum de ijs eſt in lib. De morborum differen. Ac uenter quidem cum pro naturæ lege ſe habet, trahit quidem ad ſe ſuperne per ſtomachũ, deorſum uero excernit: Cum præter naturam eſt affectus, etiam ab inferioribus aliquid capit. Nam & clyſteris aliquid nonnullis in uentrem ſubijt, ita ut uomerẽt, præterea ſtercus in letalibus uoluulis. Satius em̃ eſt exiſtimemus eum in eiuſmodi affectibus non trahere, ſed quod ab inteſtinis uiolẽter retrudentibus aſcendit, duntaxat recipere. Quippe in inteſtinis (iam em̃ & de ijs agere tempeſtiuũ eſt) complexio comprehenſioq; eſt, ceu alibi eſt monſtratum: & hac utentia, nutrimentum ad inferiorem ſuum exitum propellunt. In quibuſdam tamẽ affectibus cum cõſtringendi cõplectendiq; motus inferne incipit, ea quæ in ijs continentur, ſurſum feruntur. Qua ratione acer quoq; ſuccus quiſpiã, qui ad ſedem aliquãdo fuerat delatus, ac uel in foro, uel alio quopiã loco uerſatis, aut negocio aliquo quod deſerere non licuit diſtrictis, uiolenter retentus, rurſum eſt ſurſum reductus, uentremq; momordit, ac caput uaporando impleuit: principio quidem motus ab animali organo ſphictere, id eſt muſculo ad imum inteſtinum accepto: hinc uero unoquoq; inteſtino retro illum à ſe ad ſupra ſe poſitum trudente, ſimili modo ac prius in præceps trudebat. Ad eundem uero modum crepitus quoq; deſcendere prohibitus, interim reuertitur. Ergo mirum non eſt, clyſmatis quoq; aliquid & ſtercoris, ex tã uiolenta inteſtinorũ conſtrictione ad uentrem aliquando præter naturam reuocari, deinde ad exitum properare. Cæteri uero eorum motus ex genere quidem naturalium motuum ſunt: uerum uel diminuti, uel alieni: Atq; idcirco etiam ſymptomata. Accipiẽdi uero ſunt, ad eorum qui de uentre ſunt dicti portionem. Pari modo & motus eorum priuatio, ipſa nõ leuiſſimum ſymptoma eſt. Ex quali cauſa gigni etiam uoluulus poteſt. quemadmodum etiã tumores qui præter naturam ſunt aliquando deſcendere excremẽta aut ſub iuſta menſura aut omnino prohibebũt. Sicut durum etiam ſtercus in aliquod inteſtinorũ inuolucrũ impactum quod ſupra eſt, deorſum ferri aliquando uetabit. Ac ſeruaťhic quoq; ad ea quæ de uentre ſunt dicta, proportio: omnibus ſcilicet inteſtinorũ ſymptomatis, uel ex intemperie, uel propter collectiones aliquas nõ naturales, uel ipſa quæ continẽtur excremẽta factis. Itaq; ſatius eſt in his nõ amplius morari, ſed ad aliud ſymptomatum genus tranſire. Eſt igitur naturale quoddam opus, alimenti ipſa ex uentriculo in iecur, ex iecinore uero in totum corpus diductio. Hãc perfici monſtratum eſt, ſingulis particulis conueniẽs ſibi nutrimentum trahentibus. Quare ſymptomata circa huiuſmodi quoq; actionem triplicia incident: Aliàs diminute, aliàs non rite, aliàs omnino non peractam. Cauſæ uero triplices ſunt, quemadmodum in ante dictis, uel intemperies trahentium, uel inſtrumẽtales eorundem morbi, uel nutrimenti quod diducitur uitium. Ac intemperies quidem uirtutem ipſam reddunt imbecillem: inſtrumentales morbi uias anguſtant. alimenti uitia ſunt, craſſitudo & lentitia: de quorũ agnitione dicendi tempus nunc non eſt, ſed ad ſeparationẽ excrementorum ueniendum. Sunt uero in hac quoque cauſæ triplices. Vna quidem particularũ quę excrementa expurgent imbecillitas. Secunda uiarum anguſtia. Tertia excrementi ipſius uitiũ. Ac imbecillitatis quidem cauſa intemperies eſt. Viarum anguſtiæ, obſtructio uel aliquis in inſtrumẽtis tumor. Verum tumoris eiuſmodi cauſa fluxio humorum eſt, quę in ipſum inſtrumentorum corpus procumbit. Obſtructionis uero, uel craſſitas ſuccorum, uel lentor, uel germinis ritu aliquid adnatum. Excrementorum ipſorum uitia ſunt, multitudo, craſſitas, & lentor. Cum autem triplex ſit in uenarum concoctione excremẽtum, unum amara bilis, alterũ nigra, tertiũ ſeroſum: Bilioſum quidem ueſica quę iecinori ſubeſt, expurgat: Melancholicum lienis: Seroſum, renes. Itaq; etiam parum cõmode purgabuntur horum ſingula, uel ex debilitate propriorum inſtrumentorũ cuiuſq;, uel uijs quomodocũq; obſtructis. Cum aũt hæ duplices ſint, aliæ per quas trahitur ſuperuacuum, aliæ per quas emittitur: in utriſq; ſanè ſeparationi oberit anguſtia. Aliquando horũ nullum eſt in culpa: ſed excremẽti multitudo, cum immodica eſt, nec tota ſimul expurgari potens, unà cũ ſanguine per totum corpus defertur. Hanc immodicam excrementi uim, duplices pariunt cauſæ. Alteratrix facultas parum cõmode ſe habens, & ciborum uitium. Ac lædendæ quidẽ uirtutis, intemperies particularum eſt cauſa, ceu ſæpenumero eſt dictum. Ciborũ uitiũ, cuiq; excremento reſpondet ſuum. Alij nanq; magis melancholicæ naturæ ſunt: alij magis aquoſæ, alij magis bilioſæ, ueluti definitum in libris de ijs eſt. Sed & alteratricis potentiæ intemperies quæ ad calidius ſit uerſa, aliàs bilioſum aliàs melancholicum efficit excrementum. Quale autem eſt utrunq;, in alijs eſt traditum. Ad frigidius uero mutata, uel pituitoſius, uel aquoſius facit excrementum. Porrò ſingula excrementa, propria ſymptomatis ſpecies comitatur. Amaram quidem bilem cum in toto corpore redundat, regius uocatus morbus: Cum unam quampiam particulam obſidet, eryſipelata, & ulcerum ſerpentia. Nigram uero in toto quidẽ corpore, elephantia: In una quapiam particula, cancer. Pituitoſo excremẽto in toto quidẽ corpore ſuccedit hydrops leucophlegmatias dictus: Cum in una inſedit particula

ticula, tumor qui œdema Græcè dicitur: Vocant ita, indolentem ac laxum tumorem. Ac serosa excrementa cum redundāt, tum ascites uocatus hydrops excipit, tum papularum in ijs animalis partibus, in quas perducta superflua sunt, prouētus. Atq; ita quidem fit ubi quodq; excremētum syncerum redundat. Vbi autē & inter se, & cum sanguine miscentur, complures tam symptomatum, quàm morborum species existūt. De quibus hic pluribus disputare nō est necesse: sed ad propositum redeūdum. Naturalium actionum prima ac propemodum omnium maximè necessaria nutritio est: quæ alteratricis actionis quædam est species. Est enim & concoctio quæ in uentre agit, alteratio. Non secus autē, & quæ in uenis. Quibus accedit ea quæ in quaq; est particula. Post quam quarta est, quā assimulationē uocāt: nomine quidem à nutritione dissidens, re autē non dissidens. Frustratur autem & nutritio, cū uel prorsus non fit, uel intra iustum modum uitiosèue fit. Idq; uel culpa nutritiuæ uirtutis, quæ alteratricis est species, uel materiæ defectu uitioue: Defectu quidem in atrophijs: quæq; ob defectū, quæq; ob priuationem nominant: uitio uerò, ut in elephantiasi & leucis, cæterisq; id genus. Accidit enim dum agglutinat carnibus nutrimentū, ubi pituitosior sanguis est, carnē quoq; effici magis pituitosam. Neq; enim idem est carni esse, & pituitosæ carni esse, sicuti nec carni esse et melācholicę carni esse, nec biliosæ atq; tēperatæ & intēperatæ esse, & à primis qualitatib. nomināti, humidiori & sicciori & calidiori & frigidiori. Certiorē fidem sermoni nostro adhibebis, si animaliū carnes, tū sanguine præditorum, tum exanguium æstimabis. Ad hæc etiā reptilium, quæcunq; ueris tempore gigni cernuntur. Maximeq; ex ijs quęcunq; uiridium herbarum colorem pręferunt. Cęterum horum caro simillima ipsis herbis est: aliorū alba & exanguis, ueluti locustæ & polypodis: atq; aliorū alia quædam. Neq; enim nominare facile est eorum differētias: adeò infinitæ multitudinis sunt. Ergo cum (sicuti diximus) caro longo tempore pituitoso simul ac glutinoso sanguine nutritur, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen eius forma, & in alteram speciem uertitur, fitq; media quędam inter sanguineā exanguemq; carnem. Vbi autem talis est reddita, accidit ei, ut de cætero allatum sibi nutrimentum nō magis uel tentet in rubram carnis speciem mutare, quàm polypodes & locustæ. Ita fit, ut tum alba, tum pituitosa tota quàm citissimè euadat, cum nec ipsa possit nutrimentū ad ruborem uertere, & simul pituitosum illud affluat. Ergo qualem ab initio locusta carnem habet, fereq; omnes ostreæ, talē ex transmutatione habent qui leucis fœdantur. Ita enim carnis uitiū nominant, à colore scilicet albo nomen imponentes: sicut nigræ & callosæ carni ab elephante nomen ferunt. Fit itaq; eodem quo leucæ modo, melancholico nutrimento ad carnem longo tempore confluente. Vitiliginum autem generatio cū prædictis uitijs similis est generis. Non tamen sub ijs tota ca-

A ro uitiatur: sed in summo corpore, ueluti squamæ quæpiā, uitiligines insigunt: Albæ quidē ex pituitoso, nigræ ex melācholico succo exortæ. Quàm magnam uero uim habeat nutrimentū ad carnis mutationē, etiā ab Aristotele est traditū, ubi meminit regionum in quibus pecora tam colore q̃ cæteris differētijs sensibilibus mutantur atq; alterantur. Qui uerò à nutrimento alterari nutrita inficiant (quippe nutrimentū nō uincentis esse nomen, sed eius quod uincit) hi de mutatione quæ in animalibus cernitur, quid recti dicant, non habent: multoq; minus de ea quæ in stirpibus notatur. Sed à rebus quæ luculēter omnibus apparet, quid dicant, incerti hærentesq; redduntur. Siqui- B dem quod de Persica plāta, quę ex Perside in Aegyptū est translata, proditur, nemini est incognitum. Letalis eñ erat in Perside, uerū in Aegyptū trāslata, noxia esse desiit: ueluti (arbitror) nec q̃d apud nos in uitib. apparet, quæ cū loca mutāt, diuersum afferūt uinū. De alijs uero stirpib. tradiderunt qui de agricultura scripserūt: sicuti etiam de herbis, ij qui de his prodiderūt. Transportatæ eñ ex alijs in alia loca, sæpe minus q̃ duorum stadiorum interuallo, multis modis alterantur. Conueniebat igit, qui aiunt nutrimēti nomē, eius quod uincitur alteraturq; ac mutat duntaxat esse, non id modo scisse ac dixisse, sed etiam de leuces generatione disserere tentasse. Quippe aut ipsa nutrita caro, eius morbi causa est, aut ipsum nutrimēti uitium. Sed si nutrimentum causa non est (ita enim C uolunt) necesse est carnem dicant. Quid ergo patitur hæc q̃ nutrimentum sibi in totum non assimulat? Fiet enim eo certè pacto natura uitij causa. At multo (arbitror) satius erat nutrimento causam imputare. Iam uero nec propterea quòd nutriti opus sit, ut sibi nutrimentū assimilet, assimilari uero ac mutari nutrimēti sit passio: nō potest idcirco quod patitur, uicissim aliquid tametsi minimum in id quod agit facere. Cū eius sentētiæ maximè contrariū in disputatione de ijs nō nos modo ostēdimus, sed etiam ex philosophis ij qui omnium naturę affectuum, ac passionum grauissimi interpretes fuerūt. Apparet enim omnia tametsi multo ijs quibus appropinquant sint ualentiora, D aliquid tamen ab ipsis sensibile manifestumq; pati: & si non primo statim occursu, at certè temporis processu. Nam & ferrū acutissimū, mollissima secanda carne est hebetatum. Et durissimus lapis à guttula, longo tempore ictus, cauitatem contraxit. Quid uero in ijs quę mista sunt fiat, omnes norunt. Siue enim in amphoram aquæ feruētis, frigidæ heminā inijcias, quod mistum ex ambobus est, non solum quòd hemina uincatur, indicabit, sed etiam quòd uincens patiat. Siue contra heminam calidæ, immittas in amphoram frigidæ, uincetur quidem hemina, patiet tamen pusillum aliquid & amphora. Verum (ut suprà quoque diximus) nec refellere hoc loco opiniōes institui, nec prolixus esse: sed quoad fieri potest maxima cum celeritate docere. Ergo leucæ maximus quidē alteratricis uirtutis error est. Parui autem alij com-

plures sunt: carne scilicet in humore, siccitate, frigore, & calore mutata. In atrophia uerò erit, id est non fruetur nutrimento pars, nõ solum alteratricis uirtutis imbecillitate, sed etiã attrahente ui infirma, aut excretrice immoderatius mota. Porrò ad immodicũ motum excretoria uis excitat͂ (sicuti prius est dictũ) quoties retẽtiua uis uel ex multitudine excrementorũ acrimonia'ue, uel ex propria imbecillitate laborat. Hoc enim casu necesse est excernatur cum superuacaneo bonum, ueluti in lienterijs, dysenterijs & choleris: cum ex imbecillitate expultricis necesse sit carnem & humidiorem esse, & magis excrementosam. Sed excrementa ipsa plura proueniunt alteratricis imbecillitate. Vbi igitur simul euenit, ut trahẽdi quidem uis multum succum attrahat, sed eum totum alteratrix uis conficere non ualeat, atq; idcirco multa excremẽta gignãtur, expultrix autem uis id temporis & deterius & imbecillius, quàm prius moueatur: necesse est ita excrementorum uim in carnibus aceruari: atq; interim pro excremẽti tũ specie tũ multitudine, aliàs aliã fieri carnẽ, modo quidẽ tumidã, modo flatuosam, modo qualis est hydropũ. Quippe etiã hyderos quẽ ana sarca uocãt, ex hoc est genere. Verũ de talibus producendum amplius sermonẽ non arbitror. Neq; enim omnia in hoc libro recẽsere membratim symptomata statui, sed in plurimis studiosos exercitare. quare mihi ad alterũ symptomatũ genus, ijs quæ in læsa cõsistunt actione uicinũ, conuerti est tempestiuum.

11 Ipsum igit͂ genus in multitudine & qualitate excretorum cõsistit. Incidit autem aut ꝙ uirtus aliquatenus sit læsa, aut ꝙ ex intempestiua uexatiõe, aut uitioso motu excitata, aut propter instrumentũ aliquod reclusum, ruptúmue, aut erosum, sicuti etiã sanguinis profusio. Nihil enim deterius ab hac accepisse, propterea ꝙ genere ipso præter naturã esse magna ex parte uidet͂. Præter eñ eam quæ mulieribus per uterum erumpit, cæteræ sanguinis plusculæ uacuationes, toto genere præter naturã sunt: illæ uero sola multitudine. Ac ruptio quidem uasorum, uel ob plagas aliquas extrinsecus illatas fit, scilicet uel calcitrante pulsantéue aliquo, uel aliter quomodocunq; uulnerato fortiter homine. Accidit autem & ijs qui magno utuntur saltu, & qui ab alto in terram labunt͂, & ex clamore acuto ac magno, cum utiq; in eo omnia uocis instrumẽta q̃ maxime tendunt͂. Sanè tẽsionis ratione rumpunt͂, & quæ ex saltu sunt læsa. Quæ uero ex lapsu ab alto, plagarũ generi adnumerantur. Quippe nihil interest, ex lapidisne casu contusa pars aliqua sit, an quæ delabit͂ pars, uehementer in solum impingat. Atq; hæ quidem rumpẽdi uasis manifestæ causę sunt, nec est earũ quisquam ignarus. Aliæ sunt quę ex corporis affectib. oriuntur: cũ scilicet alicui per nares sanguis sponte profluit, aut cum aliquis sanguinẽ aut uomit, aut extussit, aut excreat, aut deorsum deijcit, aut mingit. Atq; hęc quidem toto genere pręter naturam sunt. Mulierib. aũt (sicut dictum est) qui ex utero sanguis profluit, toto genere pręter naturam non

A est, sed quantitate duntaxat. Sanè talia omnia tribus ex causis incidũt. Aut uirtute ipsa uas sanguinis recludente: ueluti in profusionibus, quib. sanguis è naribus excernit͂: aut sanguine ipso, eiusue uase aliquo uitiose affecto. Ac sanguinẽ quidem uitiose affici dico, & cum adeò uitiosi est succi, ut erodat ea quib. continet͂: & cũ ita est immodicus, ut intra uas suum nõ contineat͂. Quippe id quoq; quod sanguinis uas rumpat uel recludat, est satis. Ipsorum uero uasorũ uitium in immodica mollitia, & duritia, & tenuitate consistit. Fiunt aũt hæc nõnullis quidem, etiam in utero statim uitiose formatis: Mollities uero non minus & ex immodica prouenit humiditate: sicut duricies ex siccitate: tenuitas ex atrophijs. Ac quod molle quidem im- B modice est, ut rumpatur ob debilitatem magis est opportunum: Quod uero admodũ durum est, eo quòd non potest ãplius extendi: Quod tenue est amborũ eiusmodi in uenis affectuum occasionẽ, non solum à causis internis facile ad rumpendum est, sed etiam ab externis. Eroduntur aũt nõ omnia pari modo. Quod enim durum est & crassum non facile erosioni patet. Similiter autẽ & recludi, ei q̃d imbecillũ & molle & tenue est, in promptu est: ei quod firmum crassum & durum est, nõ promptum. Fit aũt uasorum reclusio, tum ab alijs quæ ipsorũ oscula irritant, tum à multitudine quę ea recludi urgeat. Interim uero & natura ipsa expellente ea quæ contristant. Sunt qui sanguinis diapedesin, hoc est persultationem ceu quartũ su- C pra iã dicta genus nominẽt. Est aũt minime quartũ: sed uel exiguorũ sanguinis uasorũ apertio, uel seri nõ sanguinis excernẽdi species. Qua maxime ratiõe, ex iecinoris renũq; debilitate meit͂, ac sæpe deorsum deijcit͂ sanguinolentũ serũ. De ijs aũt paulo post dicet͂: sed prius de ijs quæ uomunt͂, egerimus. Quippe expellunt͂ hæc quoq; aliàs ceu immodica, aut uentriculo grauia: quale alimenti aliquãdo est copia: aliàs uero ceu infestantia mordentiaq;: ueluti cũ uel acidũ, uel fumidũ, uel amarum & acre ex cõcoctionis defectu assumptũ nutrimentum est redditum. Sanè huius generis sunt & biliosa, & pituitosa, & serosa excrementa, tum quæ in ipso sunt genita, tum quæ in eum ex toto corporis habitu confluere sunt apta. Est autem su- D per hæc & tertium genus causarũ, quæ uentriculum ad uomitionẽ lacessunt, licet nec degrauent, nec mordeant, sed à natura duntaxat sint alienæ. Porrò omnium quæ à natura sint aliena, cõmunis terminus est, si quamuis concocta sint, nutrire tamen non ualent. Hac arbitror ratione, non solum acida pituita, & salsa, sed etiã dulcis in uentre collecta, nõ raro eum ad uomitum prouocat. Sed & sanguis ipse qui in uentriculum est effusus, eo pacto ipsum uomere cogit. Iam infra quoq; deijcit aliquando citius, aliquando serius, præterea plus uel minus, item raro uel sæpe, uel utile nutrimentum, uel corruptũ, uel quod in eum superne confluit, uel quod in eo est genitum. Verum expulsio quæ consuetum præuenit tempus: uel degrauato uentre, ueluti à liberalius assumptis, uel de-

morso & cōpuncto, ueluti à mordacibus, uel tanquam alienum amoliente, incidit: non oblitis scilicet nobis, cum multum assumptum dicimus, triplicem id habere generationē, uel propterea ꝙ uirtus imbecillior sit quàm prius, uel quòd supra mediocritatē sit quod assumptū est, uel utriusꝗ occasione. Extra uero iam dicta celerē efficit deiectionem, humidiorū quoꝗ ac magis glutinosorum ciborū sumptio, utpote promptius delabentium: maxime si qui eos sumpserunt, postea lente inambulēt, ita ut ij quidem concutiant̄, nequaꝗ aūt ante tēpus in corpus diducant̄. Accidit nāꝗ tale aliquid in cōcussione. Cum enim cōplures intestinorū sint orbes spiræūe, necesse profecto est in singulis eorū à superioribus in inferiora cibos deferri. De cætero uerò grauitate quidem nō amplius manere possunt. Sed qui in spiris sunt impacti, intestinorū ipsorū opera protrudunt̄: ipsis nimirum repellendi quæ se contristēt, uim insitam habentibus. Humidi uero & glutinosi cibi, siue grauitate ipsa & corporis cōcussione, siue intestinorum opera propellant̄, facilius permeāt. Ac celeris quidem trāsitus dictæ causæ sunt. Serius autem quàm ex cōsuetudine excernitimus uenter, uel propter intestinorū imbecillitatem, uel hebetem eorū sensum, uel ob ciborum paucitatē qualitatémue. Quippe quę imbecilla sunt, propellere nō ualēt. Quę hebetis sunt sensus, nō satis quæ contristāt, sentiunt. At uero expulsio, sanatio ijs erat tristis sensus. Iam ipsorū quoꝗ ciborum qui iusto sunt pauciores, parum habent excrementi: itaꝗ nec similiter grauāt. Crassi uero & acerbi omnes tardi sunt trāsitus, cōtra scilicet ꝙ glutinosi & humidi. Non solum aūt propter intestinorum imbecillitatem, sed etiā musculorum abdominis deiectio tardat̄: potissimum cum excrementa duriora euaserunt. Tum enim nō musculorum modo qui sunt in abdomine, sed etiam qui in thorace habent̄, ualenti actiōe est opus. At minor fit ꝙ pro multitudinis comestorū ratiōe deiectio, cum ex ijs in corpus plus est diductum. Contra plus ꝙ pro sumptorum portione deijcitur, aliàs ob diductionis defectum, aliàs confluentibus superne aliquibus in ea quæ circa uentrē sunt loca. Assiduæ autem excretiones fiunt, uel propter imbecillitatem, uel demorsum. Atꝗ imbecillitas quidem instrumentorū quæ in uentre sunt, ceu sæpe iam dictum est, ab intēperie prouenit: demorsus autem ab ijs fit, quæ in ipsis continentur. Porrò quatuor causæ generationis sunt eorum quæ sic mordent, uel medicamentosa quæpiā uis, eaꝗ uel unà cum cibis, uel per seipsam assumpta, uel etiā ciborum corruptiones. Præterea tū quæ ex corpore in uentrem mordacia excrementa cōfluunt, tum quę in ipso id genus gignūtur, ueluti in dysenterijs, quæ ex ulceribus quæ cacoethe uocant, cientur. Licet aūt addas & quintā eiusmodi symptomatum causam, corporum nimium sensum: siue is à natura cōtigit, siue ab exulceratiōe. diuersus assiduæ excretionis modus est, ab omnibus iam dictis genere causæ euariās, qui ex relaxatis musculis ijs, qui

A fini intestinorum superiacent, contingit. Quippe inuoluntaria in ijs est excretio: proptereaꝗ tū intempestiua, tum inordinata, tum assidua. Verum de deiectionib. sunto hæc satis. De halituosis spiritibus, quos etiam flatus uocant, deinceps dicendum. Est autem & horū generatio in ipsis quæ in uentre sunt locis: succis quibusdam pituitosis, uel cibis inibi à deficiente calore, in halitum solutis. Quippe syncera frigiditas prorsus halitum nō facit. quòd scilicet ea omnino nec attenuat, nec conficit, nec alimentum dissoluit. Fortis autem calor cum longo interuallo nutrimentum superet, ampliusꝗ ꝙ pro halitu generando, id attenuat: nisi tamen flatuosum sit natura. Tum autem gignit̄ quidem spiritus quippiā turbidum, ac (ut sic dicam) nebulosum, cæterū exiguum & breuis temporis: B ita ut uno uel altero ructu uacuet̄. At calor qui in cibos agit quidem, cęterum diminutè, is eos quodammodo dissoluit, non tamen prorsus conficit. Atꝗ hinc oritur flatuosus spiritus. Vnoꝗ uerbo tanquam extrinsecus, tum frigidissimi status sunt sereni, solentꝗ maxime flante borea fieri: tum calidissimi qui æstatis tempore incidūt, ambientem aera purū reddunt, qui uero inter hos sunt, nebulam gignūt: itidem in animalibus, neꝗ in caloris summa imbecillitate, nec cum idē nimiū est uehemens, sed in ijs qui inter hos sunt statibus, flatuosum excrementū gignitur. Atꝗ id cum per os excernitur, ructum creat: cum per sedem, sonorū silentémue flatum: cum uero neutra parte emittit̄, C symptoma creat, quod inflatio uocatur: uentre scilicet impotēte ad excrementosum nebulosumꝗ excernendum spiritū. Iam intestinorum aliàs alię partes, ubi talis spiritus in ijs constitit, ac mouet̄, multiformes edunt sonitus: quorū nō omnes nomina sunt sortiti: cæterū prudēti uiro quale quantumꝗ excrementū sit, ac quo maxime loco uoluatur, indicare possunt. Quippe si eiusmodi spiritus acutum & tenue sonet, per uacuum & prorsus angustum intestinum defert̄: estꝗ tum purior, tum magis aëreus. Flatuosior autē redditus, similiter quidem sonū edit exiguum, cum in tenuibus intestinis uoluitur: cæterum nec prorsus acutum, nec tenuem. Atꝗ eiusmodi soni omnes in ijs quæ circa ieiunum sunt locis maxime consistūt. In quan- D tum autē hinc ad alia tenuia intestina descendūt, in tantū minus sunt sonori. Alij uero bombos imitantur: his qui ex amplissimis tibijs edunt̄ similes, quo genere utuntur, qui tymbauli uocantur. Hæ nanꝗ materiei ex qua fiunt culpa, pure sonare nequeunt: propter autē spiritus uiæ amplitudinem, grauiter sonāt. Tales aūt omnes in crassis fiūt intestinis, cum excrementorū sunt uacua. Quòd si humor quispiā in his cōtinet̄, accedit hinc quoꝗ bombo forma quædam: uocantꝗ omnes eiusmodi sonum, uel potius murmur, Græcè borborygmon, qui humidum excrementum excernēdum denūciat. quippe species ipsa soni hæc ambo prę signat: utiꝗ quòd à flatu fit moto, expulsionem nuncias: quòd autem cum eiusmodi murmure siue borborygmo, etiam humidā. Eorum præterea

flatuum qui extra feruntur sonitus, alius quidem borborygmo cuipiam similis est, expulsionẽ iam futuram indicans: alius purus atq; (ut sic dicam) sonorus & aereus, qui uel uacuũ esse intestinum docet, uel etiam prædurũ quodpiam superius alicubi habere excrementum. iam alius quidam horũ est medius, uelutiq; bombosus, ex medio quodam prædictorũ affectu proueniens. Tenuis aũt sonitus & ueluti stridor, qui Græcis trysmos siue trismos dicit (quippe utroq; modo appellant, alij per υ, alij per ι scribẽtes) ex instrumentorũ angustia, simul & flatuoso spiritu, cum exiguo humore efficit. Quoniam aũt & de ijs (ut ad rem propositam) satis est dictum, ad ea quæ superne in uentrem confluũt, redeamus. Quippe dictum est hęc quoq; tum humiditatis deiectionum, tum multitudinis esse causas. Defert igitur superne in uentrem sæpenumero excrementũ, naturæ expellentis robore: aliquando uerò propter imbecillitatẽ, nec quod utile est portare ualẽtis. Ac excernitur quidem quod superuacuũ est, tũ in crisibus, tum uero sanitatis nonnunq; tempore, ueluti mulieribus omni mense. Tales uero etiam sanguineas dysenterias Hippocrates in ijs accidere dixit, quib. artuũ aliquis esset præcisus. Nos autem uidimus, nõ in ijs modo, sed etiã alijs quibusdam certo circuitu repetẽtes. Omnes autem quos ita uacuatos uidi, ab exercitata prius uita, ad omnino desidiosam se transtulerant. Atq; hoc quidem excrementum, quantitate sola est alienũ: alterũ uerò qualitate, in acutis morbis decretorie plerũq; excretũ: aliquando uero tabescentiæ, siue liquationis more. Inter hoc autẽ omnino inutile malumq; excrementum, & illud iam dictum bonũ, aliud tertium excrementi genus est, quale est in uentre cibus semicoctus. Excernit id maxime in hepaticis affectibus. Voco ita in quib. morbus ipse iecoris est imbecillitas, licet nulla sit phlegmone adiuncta. Hoc eñ casu, similis passio uisceri incidit, ijs quæ imbecillo uentri accidunt: quando is quidem appetit, sed cibos quos sibi admouet, cum non concoquat, ijsdem grauat, & semicoctos ad intestina demittit. Atq; is quidem ad uomitũ quoq; concitatur. Iecur autem uomitionis aliquid ad portionem facit, quod nutrimentũ per uasa quæ in mesenterio sunt, ueluti per ora quædam attraxit, rursus per eadem semicoctum ablegat. Est autem eiusmodi excretionis species (ueluti etiã eam assimilarunt qui ante nos fuere) maxime similis carnium loturæ. Præstiterit autem fortasse nõ ita solum dixisse, sed quò exactius sit exemplar, cruentarum atq; recẽter enectarum, sermoni addidisse. Quinetiam si quis quod ita excretũ est, aquosum sanguinem nominet, sic quoq; mihi illud clarè interpretari uidet. Atq; hoc quidem symptoma semicoctorum ciborum uomitioni ad portionẽ se habet. Alterum quod dicturus sum, humidæ deiectioni uentris est assimile: quæ ad exactã quidem perducta est concoctionem, non tamẽ in corpus diductionẽ est consecuta. Nam sicuti hanc quoq; uenter omnino ab ipsa grauatus excernere cupit,

A sic iecur ubi affatim diducti in ipsum nutrimenti fructum cepit, non patitur id amplius apud se morari. Cum ergo id rectà progredi quauis ex causa nequeat, necesse est retro ad uentrem recurrat. Apparetq; is qui tum excernit sanguis, & nigrior q; pro natura & splendens: utpote ex sanguine & nigra bili commistus. Quippe sanguis ipse per se cum ex frigore fit niger, adeo nullũ splendorem acquirit, ut etiam quem ab initio habuit, amittat. Nigra uero bilis, etiam sanguine ipso splendidior est. Sicuti etiam bitumen, quod ex mari mortuo affertur: Iudaicum id appellant. Non enim cum perfrigeratur sanguis, nigram bilem creat: sicut in sanguine concreto, sed cum supra modum est coctus, ideoq; etiam splendorem suũ tuet. Non eñ

B sicuti concretus sanguis, qui græcè thrombos dicitur, sanguine fit perfrigerato, sic etiam nigra bilis generat. Imò contra omnino ex immodicè cocto & feruẽte, ueluti cinis quidam nigra bilis efficitur: frigida quidem, eo quòd terrea: caloris autem particeps, sicuti cinis & acetum. Deuenit autem ad dictum statum, qui ex uẽtre in iecur diductus est succus, cum is propterea quòd ulterius in corpus non diducitur, inibi diutius moratur. Nominat aũt talis excretionis species à nonnullis dysenteria. Quippe & mordentur non raro, perinde ac dysenterici, ceu flaua bili in percoquendo sanguine acri illis reddita. Ac uocet quidem quisq; prout uolet. Cæterũ differẽtiæ sanguinolentę excretionis quatuor in uniuersum sunt, quatuor succedẽtes affectibus. Vna quidem ipsius sanguinis

C in ijs quib. artuũ aliquis est abscissus, uel qui exercitationem dimiserunt, per circuitũ repetens: altera cum ex imbecillitate iecinoris aquosus sanguis deijcit: quem utiq; loturæ carnis assimilant. Tertia quæ mox est dicta, melancholici splendẽtisq; sanguinis. At hæ quidem tres, ut multũ simul excernat, efficiunt. In quarta & minutim & exiguo tempore expulsio facta uisitur: aliàs quidem ueri sanguinis, aliàs concreti. In hac & puris non raro exiguũ aliquid excernitur: etiam ulcerũ crustula, quæ græce ephelcides dicuntur: præterea membranosa quędã corpora, quę intestinorũ ipsorum sunt particulæ: sed & stercus in his collectum sæpenumero excernit, sanguinis in se guttas habẽs.

D Affectus uero quibus tres primæ superueniunt, paulo ante sunt dicti. Quartæ autẽ, de qua modo egimus, intestinorũ exulceratio est affectus. Quã etiam solam nonnulli dysenteriã nominandã censent. Sed (quod sæpe dixi) quò nulla res omittatur, magna solicitudo est habenda: de nominibus minime curandũ. Est autẽ ex eodem quo iam dicta dysenteria genere, & qui tinesmos dicit, cum ulcus in recto intestino est factũ. Is cætera quidẽ symptomata infert dysenterię similia: nixus tamẽ multo uehementiores. Vrinarũ aũt tum suppressio, tum mala uacuatio, uentris excrementorũ retentioni, & alienæ à natura expulsioni, ad portionem se habent. Retinentur enim uesica uel excernere non ualente, uel eius collo occluso. Atq; hi quidem duo uesicæ morbi, unũ cõmune symptoma

ma ischurian habẽt. Detinentur enim in ea urinæ. Vocat autem uulgus medicorum non secus ischurian, quanquam ischuria non sit, illud quoque symptoma, cum urina in uesicam omnino non uenit, perdita scilicet renum actione. Et permittendi profecto sunt ita nominare, cum propriam appellationem non habeant. Non tamen latere debebit amborum affectuum differentia. Siquidem alter eorum est cum uesica quidem est plena, sed nihil excernitur: alter, cũ uacua est, nihil omnino in se continens. Sub tali enim affectu in quo plena est uesica, uel occlusum est eius os: uel si hoc se pro lege naturæ habet, ipsa ad sese constringendam, ac lotium foras extrudendum, est imbecilla. Et collum quidem eius clauditur, uel propter obstructionẽ, uel conniuentiam. Fit autẽ obstructio tum ex concreto sanguine, tum crasso pure, tum calculo, tum tofo: præterea cum in eius meatu ueluti germen aliquod est enatũ: qualia in reliquis omnibus quæ extrinsecus sunt, aure, naribus, pudendo, sede fieri uidentur. Conniuentia uero, aut propter tumorem aliquem, qui præter naturam sit, aut propter nimiam siccitatẽ accidit. ac tumor quidẽ ex phlegmone, scirrho, atque alijs laxis tumoribus fit, qui uesicæ collum attollentes, in internum meatũ tumorem diffundunt: siccitas autem in ardentissimis ac siccissimis febribus: in quibus laborantem sæpenumero, nec loqui posse uidemus, nisi os madefecerit. Imbecillitatis uesicę causas, nihil opus est recenseam, ut quæ expositæ iam mihi in multis particulis sint: siue ijs ut similaribus, siue ut instrumẽtalibus incidunt. Maius autem quiddam accidere in uesica uidetur, cũ immodice est repleta. Quod fieri non nos modo uidimus, sed etiam ab alijs audiuimus. Quippe ubi impleta fuit, cum scilicet surgere e conuiuio ac meiere quosdã puderet, actionem eius destrui contigit: nec urinam qui ita sunt affecti, quamuis magnopere connixi, excernere præterea potuerunt. Sane uidetur & in uentre, & in intestinis tale aliquid accidere, sed uulgus latere: his qui in uentriculo id patiuntur celeriter suffocatis: qui uero excrementum in omnibus intestinis collegerũt, propter sequentia symptomata, ad alia conuersis. Quippe in solis purgationibus, quę in intestina sunt dimissæ, atque inibi manent, tale quid incidere solet. Atque hi quidem affectus, ueluti priuationem inferunt excernendæ urinę. Qui uero eiusdem sunt cum illis generis, magnitudine tamen deficiunt, ueluti oblæsas torpentesque actiones edunt. Alijs autem affectibus, tertium symptomatum genus, quod in prauis uacuationibus consistit, superuenire solet. Sunt autem multę eius species. Prima quidem quę stranguria dicitur, quę ex imbecillitate uesicæ uel urinæ acrimonia incidit. Secũda fluxionibus ijs, quæ uentriculo accidunt, est similis. De qua melius est semel hoc loco dicamus. Fit igitur quædam ueluti colliquatio, siue resolutio, siue quomodocunque aliter nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando succorum qui in uenis sunt duntaxat. Quod autẽ ex ea colliquatione prouenit, aliàs ad uentrem cõfluit, aliàs

A ad urinas, aliàs ad sudores pellitur. Ac succis quidem qui in uenis habentur, in serosam saniem solutis, renes qui ad excrementũ id trahendum sunt nati, potissimũ cum sani sunt, serum quidem à uenis expurgãt, fluxionẽ autẽ ad uesicã assidue mittunt. Vbi autẽ renes trahere non ualent: aut uenæ eiusmodi serũ in uentrẽ mittũt, aut toti id corpori partientes, subitaneos hydropũ status inducũt. Si aũt quod liquatũ est, crassius sit, qualeque renes trahere nõ possunt, totũ in uentrẽ necessario cõfluit. Carnoso uero genere ita colliquato, tum uẽter fluxionẽ eius recipit, ubi scilicet ea est crassior, tum sudores multi superueniunt, ubi in halitus est resoluta. Atque hęc quidem, tum de carnis colliquatione, tum sanguinis, ad præsens satis. Reliquorũ uri-
B næ symptomatũ quædã uel uesicæ, uel renũ, affectum quendam indicant: de quibus Hippocrates in aphorismis prodidit. Quædam quousque concoctionis cruditatisúe sanguis peruenerit, docent: scriptum autẽ de ijs est in præsagijs. Quare nũc ad sudores transeundi ẽst tẽpus, de quibus hactenus saltẽ dictũ est, quod interim resoluto corporis habitu proueniunt, uocaturque ea passio syncope. Cui contrarius status est, qui in decretorijs incidit sudoribus, qui utique robustam naturam indicant, non autem resolutã. Atque eiusmodi quidem sudores, corpus expurgant. Similes ijs sunt quos mediocres exercitationes & balneæ & calor æstiuus excitãt. In immodicis uero exercitijs, etiam boni aliquid effluit. Porrò odorẽ coloremque excremento quod
C uacuatur, similem habent. Copia uero eorum, uel propter corporis raritatẽ, uel propter excrementi abundantiam, uel propter eius quod uacuatur, tenuitatem prouenit: sicut propter horum contraria, morari quoque solent, cum scilicet uel quod superfluit, exiguũ est, uel glutinosum, uel crassum, uel meatus sunt angusti. Accidit autem id, uel ob structionis occasione, uel cõniuentiæ. Ac obstruuntur quidem crassis & glutinosis succis. Conniuent siue contrahunt ora, propter atrophian, uel perfrigerationem, uel molliciem. Incidit autem & ex imbecillitate uirtutis in carne, sudoris tum retentio, tum expulsio: ueluti etiam reliquorum excrementorũ. Quippe tam uesica quàm uẽtriculus contenta in se superflua aliquãdo magis tolerant,
D eaque expellere contantur: sæpe contrà, ne uel minimum sustinent, sed grauantur, statimque abijciunt.

III Sane sermonẽ hunc omnium particularum cõmunem ultimo loco simul tractandum, reseruaui. quippe parum rationabile uidetur esse, ut corpore aliquo læso, non etiam ex æquo omnes eius uirtutes simul lædanť, sed aliæ magis, aliæ minus, aliæ illæsæ in totum sint. Atque illud quidem neminem latet, non posse nisi læsa in aliquo cuiusque substantia, actionem eius impediri. Sæpenumero uero quacunque particula operante, aliàs alia eius læditur actio. Non enim similem statum requirit ad alterandi actionem, atque ad actiuam functionem. Siquidem fit omnium quę sibi ipsis mutuo appropinquant alteratio corporibus ipsis minime desiderantibus, aut locum ex loco mutare, aut aliquid

apprehendere, aut tenere, aut alicui inniti. At quæ uel tractura quid sunt, uel tentura, uel repulsura, eorũ actionẽ cum loci mutatione necesse est fieri. Qua ratione quod ita est molle, ut tum humidum sit, tum fluxile, tum nulli innitens: id nec trahendi similiter, nec tenendi, nec repellendi uim habet. In omni nanque eiusmodi opere, innixũ tensionemque esse in operante oportet. At uero alterare propinquantia potest, uel quod humidissimum est: maxime, si etiam calidissimũ est. Nulla enim actiuarum qualitatum adeo breui quod appropinquat, alterare uidet ac calor. Vnde palàm est corpus quod humidissimũ calidissimũque sit, celerrime alteraturum, id est, tum concocturũ propriũ nutrimentũ, tum sibi ipsi assimilaturũ esse. Quod uero durũ hactenus est, ut nec difficile ad flectendum sit, & firmiter innitat, & id trahere ualenter quicquid uoluerit, potest, & uiolenter trudere, & fortiter tenere. Neque enim, sicuti quæ ualde sunt mollia, remittitur quum id tendis: nec si uehementer tenditur, frangi periclitatur: & quæ semel apprehẽderit, ea complectens tenet: nullo nec quod propter duritiem difficulter flectitur, nec quod propter humorem est molle, sic agere ualente. Illa enim non firmiter complectuntur: hęc imbecillo cõplexu usa, quæ apprehenderunt, facile elabi sinunt. Atque optime quidẽ nutriuntur calida humidaque corpora: quippe quæ nutrimentũ non solum alterant celerrime, sed etiã in se recipiunt, & agglutinant, & assimilant: pessime uero frigida & sicca, ut quę neque alterare, neque in seipsa recipere, neque agglutinare, neque assimilare queant. Ac quod celerrime alteret quod calidissimũ est, prius est dictũ: In hoc enim est concoctio. Quòd uero id quod humidissimũ mollissimumque est, prompte quod alteratum est, in se recipiat, admonendum potius est quàm probandum: sicuti contrà quod siccũ durumque est, nihil in se ingredi sinit, prius quàm ipsum ex aliqua parte diuisum sit, ac uelut exulceratũ. Siquidem & quod facilius ac celerius tum agglutinantur, tum coalescunt quæ humidiora sunt: quæ uero duriora, partim nunquam, partim uix: nemo est qui ignorat. Vt enim æs, ferrum, aurum, & lapidem omittamus, atque de plumbo agamus, experimur id cum altero plumbo omnino non coalescere, nisi prius excalfiat ac liquet. Et pusionibus quidem & alijs quibus calidior & humidior est corporis temperies, optima tum cõcoctio est, tum appositio, tum affixio siue agglutinatio, tum nutritio. Quippe cõcoctio & nutritio alterationes sunt. Appositio uero fit, cum id quod nutritur, halitus specie alimentũ in se recipit. Affixio uero alimenti, agglutinatio quædam eius unitioque est. Post quæ omnia, non leue cõmodum ad assimilationem est, corporis quod nutritur humiditas: cum ei quod nutrit, in cõsistentia est similis. Diductionis uero instrumenta in pueris, & si admodum ualida ad agendum non sunt, tamen operi suo sufficiunt, nec ei in ullo sunt imparia. quippe mediocrẽ iam duritiam ac robur uenæ eorũ habent. Retẽtrix autem uis, imbecillior ijs est. Atque idcirco siue ab aliquo põdere prematur, siue alias infestetur, celerius excernunt. Similiter his uirtutibus etiam excretricem mediocrem in imbecillitate habent. Quanquam uidetur saltem retentiua uis, non solum pueris, sed etiam cæteris omnibus expultrice esse imbecillior, etiam si similiter se habent, propter scilicet diuturnitatem actionis. Maxime enim diuturna est retentiuæ uirtutis actio: ut quæ illud pro opere suo habeat, ut teneat. Expultrix uero uis, breuem habet actionem: utpote quæ una impressione quod contristat, retrudere abijcereque potest. Tanquã igitur in ijs quæ extrinsecus sunt, idem homo qui ad deijciendum onus maxime sufficit, portare id tota die non ualet: sic etiam internis instrumentis retrudere quod contristat, quam diu retinere est promptius. Pueri nanque (de quibus sermo est) alteratricem quidem facultatẽ ualentiorẽ habent, ijs qui in ætatis sunt uigore: trahendi uero uim ijsdem imbecilliorẽ, non tamen non ad suum usum sufficientẽ: reliquas uero duas facultates imbecilliores possident, quam ætate florentes. Cęterum non perinde patet expultricis imbecillitas, propter actionis suæ breuitatẽ. Quippe tum uomunt, tum deijciunt sępius quàm ætate florẽtes, non utique ob expultricis robur, sed retentricis debilitatem. At in uentris concoctione, quę humida & mollia sunt, similiter ac ætate florentes concoquunt: quę uero dura, deterius. Pueris enim halituosior est calor: florentibus ætate siccior. Iam uero quibus humidius est corpus, ea quæ nutritura id sunt, humidiora postulãt: quibus siccius, sicciora. Ergo si concoctio alteratio est in propriam nutritorum qualitatem: pueris quidem quæ molliora humidioraque edulia sunt, magis congruunt: florentibus ætate, quæ duriora sunt. Sanè senũ corpus ad omnem fermè actionẽ male comparatum est. Quippe multo & siccius est, quàm eorum qui ætate florent, & ipsis solis frigidũ. Neque igitur cõmode concoquunt, caloris defectu: neque nutriuntur, propter tum siccitatem, tum alteratricis facultatis imbecillitatem. Diductio illis insuper ueluti à iam torpentibus præ frigore instrumẽtis, & tarda & imbecilla fit. Expulsiones præterea quæ quidem breuis temporis sunt, facultatis eorum imbecillitatẽ non detegunt: quæ diuturniores sunt, male obeuntur. Porrò ad functiones actiuas siccũ & calidum instrumentum magis est idoneum: humidum & frigidum magis imbecillum: horum in medio duæ reliquæ coniugationes sunt. Atque in ætatibus quidem humidum & frigidum corpus non inuenias: senum enim corpus frigidum esse & siccum est monstratum. In malis autem temperamentis, quæque ex natura propria cuiusque sunt, quęque in acquisitis affectibus fiunt, inuenias. Sicut uerbi gratia phrenitis quidẽ calidus & siccus est morbus: ideoque in actionibus actiuis maximum habet robur. Lethargus autem imbecillus, ut qui particulas humiditate copiosa frigidaque imbuat. Tale quippiã est & hydropũ genus, maximeque ex ijs leucophlegmatiæ & ana sarca. Vbique autẽ frigidum, siue cum siccitate coniunctũ sit, siue cum humiditate, tum imbecillius est tum torporiferũ. Ad eundem

eundem modum retentiuæ uirtutes quæ naturales sunt, in siccioribus & calidioribus instrumẽtis ualidiores sunt: in humidioribus & frigidioribus, siue à primo natali alicui, siue aliàs contigerint, imbecilliores. Attendenda tamen est in quaq; particula magnitudo excessus: sicut uerbi gratia, nerui & tendones & musculi & ligamẽta quãto sunt sicciora, tanto sint ualentiora est necesse: si tamen intra illum excessum fuerint, sub quo & difficile flexibilia fiant propter duritiem, et ueluti friabilia propter siccitatem. quippe ita cõuulsionibus tentantur. Rursus naturalia instrumenta, quanto sunt humidiora, tanto sunt ad nutriendum magis idonea, etiam si subhumida in ultima temperie sint: ad concoctiones uero, nec seipsis meliora, nec ijs quæ sicciora sunt: etiamsi similiter sint calida: nisi scilicet sicco & squalenti instrumento, siccum nutrimentum humore largo non admisto dederis. Ad digestiones uero & expulsiones, dura corpora sunt inepta. quippe cum difficilius, tum aperiantur, tum contrahantur, quorum altero tractus fit, altero expulsio. Quò uero ad paucos dirigatur quis scopos, in summis rem totam distinguam. Calor adauctus ualentius alterat: modò tamen non eò incrementi perueniat, ut iam colliquet: tũ namque ad omnia est inutilis. Frigus uero nulli functioni est in usu. Siccitas ad robur & nixum conducit: si tamen nec difficile mobilia nec frangibilia facit. Humiditas ad nutritionem maxime est accõmoda. Ad alias autem functiones maxime contraria, auctione tamẽ excepta, ad quam magis utique quàm ad nutritionem est idonea: debentibus nimirum quæ probe sunt augẽda, tum tendi, tum perflari undique.

IIII Ac licebat hoc loci iam opus finire, cum sicut antea diximus, non quò omnia particulatim persequerer, in multis exemplis multas symptomatũ species & genera examinarim, sed quò studiosos exercitatos redderem. Cæterũ permittente id libri adhuc magnitudine dicemus aliquid & de ijs quę prætermisimus. Siue namq; ex naribus, siue auribus, siue palato, siue oculis, siue faucibus, siue utero, siue ex reliquorum quouis excernatur quid, tum quantitas eius attendenda est, tum qualitas: Itemq; excernẽdi eius modus: atq; id ad iam dictas causas reducendũ. Quippe omnia symptomata ex intemperie similarium & instrumentorũ morbis; præterea materiæ ipsius tũ qualitate, tum quantitate prouenire deprehendes. Verbi gratia. Catarrhi & coryzæ causa est cerebrum, cum perfrigeratũ quidem est, ceu similaris pars, in intemperiem uersum, similiter etiam quum æstuat. Verum ceu instrumẽtalis, quum est impletum. Ergo qualis in uentre passio profluuium ex mala cõcoctione fit, tale est in cerebro prædictorũ utrunq;: Catarrhum scilicet nominantibus nobis, cum q̃d superuacaneum est in os defluit: Coryzam, cum in nares. Branchos autem siue raucitas, catarrhis superuenit: faucib. scilicet humore imbutis. Quòd si in gargareonem fluxio procumbit, aut quam ex similitudine Græci staphylen, id est acinum uo-

A cant, in eo gignit, aut aliàs eum in tumorem attollit. At si in glandulas quæ sibi ex aduerso in oris termino utrinq; iacent, antiadas: si autẽ in ea quæ ijs proxima sunt, paristhmia. Defertur capitis fluxio & in uentriculum, & in asperam arteriam, utrunq; magnopere lædens. Cæterum eiusmodi fluxionum incommoda, tum alij ante nos diligẽtius exposuerũt, tum nos prolixius in medendi libris de ijsdem scripsimus. De ijs uero quę ex pulmone & pectore reijciuntur, in libris De crisibus iam egimus. Sed nec eorum quæ ad mensium retentionem, aut indebitam omniũ quæ ab utero manant expulsionem pertinent, etiam difficile est causas inuenire, si quis ad similes dirigat scopos. Nã aut uteri corpus cum densum durumq; fuerit, retentionis B causa erit, tale scilicet à natura conditum, ut omnino nunquam purgetur, nisi quis ipsum medicamẽtis longoq; tempore ad meliorem habitum transferat: Aut certo tempore sub illo affectu quicunque semper uteros occupauerit. Etiam uenarum angustia statim à principio congignitur, ubi scilicet hac parte fœmina male est formata. Ad huius affectus portionẽ & compressio se habet quæ ex ijs quæ circumiacenti uasis fit: cum uidelicet corpus immodice gliscit. Vteri uero intemperies, tum natura, tum sub affectibus quibusdam oritur: æque ut densitas. Incidet sane aliquando & ipsius materiæ occasione, menstruæ consuetudinis retentio: quoties quod uacuatur, uel crassum est, uel glutinosum. Quinetiam si ipse menstruus C sanguis sine uitio est, cæterum obstructio quæpiam in uasis quæ ad uterum pertinent prius est facta, sic quoque retinebitur menstruum. Sed & totius corporis culpa, aliquando prorsus non purgabitur fœmina, aliquando parcius, aut liberalius, aliquando malum uacuabitur. Et prorsus quidem non purgabitur, cum propter plura exercitia, tum propter tenuem uictus rationem, tum propter succorum ad alias particulas inclinationem. Iam propter hæc ipsa, cum mediocria sunt, minus quàm pro naturæ debito purgabitur. Sicut propter longam desidiam, & uictum liberaliorẽ, plus iusto uacuabitur. Sed & mala expurgabuntur per uterum rheumata: Vocatur autem id symptoma, fluxio muliebris, expurgato scilicet per D eam particulam toto corpore. Est autem perpetuo quod euacuatur, tale specie, quale est quod in animali redundat: aliud, rubra sanguinis sanies, aliud album à pituita, aliud pallidum, aliud biliosum. Est autem & præter hæc eorum quæ ab utero fluunt uacuatio mala, propter affectũ aliquem, qui in ipso sit exortus. Est præter eas quæ prædictæ sunt, & talis mensium moratio, in qua nec ex sanguinis defectu, ueluti post plurimas exercitationes et tenuem uictum accidere est dictum, nec propter affectum qui in ipso ortus sit utero, purgationes uteri sistuntur: sed aliquando etiam sanguine propter robur in alias particulas delato. Verum (ut mox dixi) nihil arbitror difficile quisquis hos commentarios perlegit, cum iam in multis sit exercitatus, ipsum quoq; talia inuenire. Quippe

quòd & propter uteri proprios morbos, tum qui in processibus eius supernis & lateralibus consistunt (ceræas hoc est apices Græci uocant) tum qui in collo, tum etiam qui in toto eius tergore, aliquando quidem uel plura quàm prius uel pauciora ueniant menstrua: aliquando autem prorsus non ueniant, uel mala ueniant, neminem arbitror latet: etiam Atretis fœminis, id est quarum natura qualibet ex causa peruia non est, in sermonis nostri diuisione sub hoc alicubi genere inuentis. Similiter autẽ & qui priapismus uocatur, tumor & inflatio inuoluntaria est marium pudendi: symptoma scilicet à flatuoso spiritu natũ. Quinetiam gonorrhϾ quæ absq; tensione pudendi sunt, ex imbecillitate retentricis seminalium uasorum uirtutis fiunt: Tenso uero quodam modo pudendo, quasi cum cõuulsioni quid simile instrumenta patiuntur, eueniunt. Non est igitur quòd de eiusmodi symptomatis pluribus disseramus: sed conuersi ad reliquum eorum genus, quod nec ipsum multa uerba requirit, propter ea quę iam dicta de succedentibus sibi symptomatis sunt, iam opus hoc loco finiemus.

V Ergo colores mutabuntur (ut generatim dicam) uel succorum occasione, qui à naturali specie recesserunt, uel qui in altum corpus sunt reuersi, uel cutem ueluti perfuderunt: Membratim uero, propter causas quę succos ad tales tum motus, tum affectus impellunt. Sunt porrò hę tum animi perturbationes, tum ambientis nos aeris in calorem & frigus mutationes, tum ipsius corporis affectus, cui sanguis, uel calidior sit, uel frigidior, uel parcior, uel uberior, uel foras protrusus, uel intro retractus. Huius sanè generis est, omnis uitiosus succus, qui sua specie etiam totius corporis colorem alterat, ut in morbo regio, & hydericis, & elephantia, & splenis & iecinoris imbecillitate. Existit autem ad portionem & in quaq; particula, caloris mutatio. Figuræ uero naturales mutabũtur, particulis uel immodice refertis, uel inanitis, uel à proprio loco translatis, uel conuulsis. Causæ uero cuiusq; horum, plures sunt, quas etiam meminisse difficile non est, sicui superiora non negligenter sunt perlecta. Ad eundem modum nec graueolentiæ aut mollitiei, aut duritiei, aliorúmue his similium causas inuenire operosum est ei, qui ad supradictorum exempla procedet. Quinimo iam dictæ à me sunt in fine libri qui de symptomatum differentijs inscribitur, quo minus opus est de ijs nunc simus prolixi. Sed hoc loco opus de symptomatum causis finiamus: Illud tantisper adijciẽtes, quod in libro de symptomatum differentijs huc docendum distulimus: quæ nam symptomata necessario sibi succedant, quæ nõ necessario. Quod ipsum quoq; non longa mihi disputatione uidetur indigere, sed satis erit sub unico exemplo methodo indicata, à particularium multitudine fugisse. Censeo igitur ut id quod fit, unicáne ex causa fiat cõsideres, an ex pluribus. Si enim ab unica,

A necessario efficienti succedit: sin quo fiat pluribus eget, non necessario. Atq; hæc quidem in omni re cõmunis est methodus. Ad hunc igitur modum in symptomatis æstimationem insibis. Quippe si symptoma unum ab unico fiat, necessario illi succedit: sin ad secundi symptomatis generationem aliæ quæpiam causæ necessario concurrant, minime necessario priori succedet. Non enim si quis male concoxit, necesse est spirituosum flatum sequi: sicuti nec morsum, nec humidam multámue deiectionem nec nauseam, aut inappetentiã, aut intensam appetentiam, aut pigritiam ad actiones, aut intelligentiæ tarditatem, aut capitis grauitatem, aut uigiliam, aut cardialgian, id est oris uentris dolorem: Multoq; minus aut epilepsian, aut

B amentiã, aut extasin, aut coma, id est soporem: sed nec mœstitiã ullã, nec aliã quamlibet, nec multo minus melancholicam: Præterea nec plenioris intestini, uel renum, uel lienis, uel iecinoris, uel pectoris, uel articulorum dolores: æque ut nec inæqualitatem, aut horrorem, aut rigorẽ, aut febrim. Quanquam tum horum, tum reliquorum fermè omnium symptomatum, nullum est quod non aliquo tempore in ijs qui male concoxerunt appareat: imò pro cruditatis magnitudine, ac differentia, præterea naturæ hominis facili aut hebete sensu, singularumq; corporis particularũ robore, aut imbecillitate, aliàs aliud symptoma gigneť. Quippe magna cruditas, & maiora & plura symptomata creat: parua contrà, pauciora minoraq;. Iam uero eorum quæ male cõcocta sunt differentię, quæ

C quidem ad frigidum & pituitosum sunt conuersę, aliorum symptomatum sunt causæ: quæ ad fumosum & calidum, aliorum. Ad eundem modum & quæ mordent, uel quæ non mordent, & quæ in halituosum spiritum solutę sunt, aut non solutæ. Sed & hominis natura (ut dictum est) ad symptomatum generationem tum facit, tum repugnat. Verbi gratia. Quibus hebetis sensus uentriculus est, ij nec uehementer mordentur, nec dolent, nec multa excernunt, sed nec cardialgia laborant, nec facile capite infestantur. Quibus boni est sensus, ijs omnia ex facili superueniunt: superno principio symptomata immittẽte. Quid dicam singulis qui cruditate laborant, eam partem maxime nocumentum sentire, quæ maxime est imbecilla: pro-

D inde dicendum non est, symptoma ullum necessario cruditatem sequi. At uero actionis digerendi in corpus alimẽti, siue priuatio, siue imbecillitas, atrophian necessario inducit: Sicuti etiam alteratricis in quaq; particula uirtutis noxa. Iam separationis excrementorum à sanguine frustratio, quæ separatricis actionis est symptoma, necessario coloris symptomata inducit: Vocaturq; alterum eorum morbus regius: alterum quod melancholico excremento succedit, sine nomine est. Simili modo in omni symptomatis genere, & quæ semper sibi succedant inuenies, & quę nõ semper. Ego uero longitudini parcẽs, hic libro finem imponam.

CAPITA LIBRI PRIMI GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM, SEcundum diuisionem quæ in Nic. Leoniceni interpretatione habetur, quæ communi siue maiori per textum numero notatur.

Cap. I. De generali febriũ diuisione. II. De generali notificatione febris ephemeræ. III. De causis exterioribus febrium. IIII. De febre pestilentiali. V. De reprobatione ponentium omnium febrẽ esse putridam. VI. De proportione quæ est inter putredinem apostematum, & putredinem uenarum. VII. De signis distinctiuis inter ephemeram & putridam. VIII. De generatione febris hecticæ. IX. De cognitione febrium hecticarum. X. De signis febris hecticæ cum putrida coniunctæ. XI. De complemento aliquorum signorum febris ephemeræ relictæ.

ALITER, SECVNDVM DIVISIONEM in Laurentij Laurẽtiani Florentini translatione, quam ciphra siue minore numero in textu notauimus.

Cap. 1. Quænam sint febrium differentiæ principales: & ꝙ essentia febrium sit in genere caloris præter naturam. 2. Calorem accendi interdum in spiritibus, interdum in humoribus, interdum in partibus animalis solidis, quas Hipp. cõtinentia nominauit. 3. Quomodo febris diaria ex causis externis atq; euidentibus prehẽdat. 4. Multas esse causas caloris præter naturã, ex quib. gignitur febris, quoties suscipientia corpora prompte se habent ad continendam diutius caliditatem. 5. Ex putredine accendi febrem, cuius causa est obstructio: ac potissimum putrescere quæcunq; calida atq; humida sunt. 6. Pestilẽtis febris causam esse inspirationem, potissimum quoties corpus in eam dispositionem sit præparatum, quoniam maxima pars generationis morborum, est corporis præparatio. 7. De præcautione, & quonam modo diaria febris ex bubone consistat. 8. Quòd pus sit candidum, & crassum, & minime fœtidum: & ꝙ optima urina habeat sedimẽtum cãdidum, æquale ac minimè fœtidum, Et quibus indicijs febris diaria cognóscatur. 9. Quibus indicijs cognosci conueniat febrem putridam, ac de duritie pulsus nõnulla contra Archigenem. 10. Quibus indicijs febris hectica cognoscatur. Et quonam modo cõsumpto admodum humore cordis dispositio efficiatur, quam Philippus nominat ex morbo senectam. 11. De febre hectica, & ꝙ diaria sæpenumero transmeet in hecticam, cuius rei indicia multa existunt. 12. De indicijs communibus cuiq; hecticæ febri, & quam ob causam post ingestum cibum calorem ipsum augeri contingat. 13. Maximum indiciũ esse febris hecticæ, quoties arteriæ ipsæ sint, quàm corpora quæ circa sunt, calidiores: Et ꝙ non oportet solum circuitionem, sed ipsum febrium genus considerare. 14. Quibus indicijs febres diariæ ab æstu, aut astrictione, aut frigore excitatæ à se inuicem discrepent.

CL. GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBRI DVO

AD FIDEM CODICVM GRAECORVM RECOGNITI, Nicolao Leoniceno interprete.

LIBER PRIMVS.



EBRIVM differentiæ, quæ quidem maxime propriæ sunt ac principales ab earum sumuntur substantia, aliæ uero ab accidẽte aliquo. At quoniã neq; horũ ipsorũ est natura una, sed nonnulla quidem proximiora, ac magis sunt diuisæ substantiæ propria, nonnulla autẽ magis remota atq; extranea; idcirco neq; earũ quæ ab ipsis accipiuntur, differentiarũ est genus unũ. Plurimũ autem aberrant qui ab his quæ maxime propriæ ac principales, abscedunt. Secundo autẽ loco quicunq;, licet harũ cõmemorauere, eisdem tamẽ eodẽ modo cõmiscent omẽs quę ex aliquo sunt accidente receptæ, utiles ab inutilibus minime secernẽtes. Neq; uero solũ in differentiarũ generib. plures medici deliquerunt: uel quia uidelicet superaddẽtes fuerũt, adeo ut eas etiã quę nullius usus essent cõmemorarent, aut utiles etiã prętermittẽdo defecerũt: sed unà etiã in ipsa generũ in proprias differẽtias sectione aberrauerũt. Statim enĩ cum primũ atq; præcipuũ differentiarum genus ab ipsius rei diuisæ substãtia sumat, intueri licet, medicorũ nõnullos genus hoc penitus prætirire, nõnullos autẽ uel superfluos esse in diuisione uel deficere, licet Hipp. in lib. Epidemiarũ sexto: optimã fecerit diuisionẽ. Sunt autẽ hæc eius uerba. Febriũ hæ quidẽ manu sunt mordaces, hæ uero mites: hæ aũt non quidẽ mordaces, sed resurgentes: aliæ uero acutæ, sed quæ manu succumbunt: aliæ sunt statim exardentes: quædã semper pusillæ, siccæ: quædã uero salsuginẽ quandã præ se ferẽtes: quædã flatibus plenæ, aspectui graues: nonnullæ ad tactũ humectæ: nonnullę uehementer rubidæ: aliquæ uehementer croceæ: aliæ liuidæ. Et alia huiusmodi. Apertissime enĩ in hoc loco, ut ab ipsius rei substãtia ac dignotione in proprias differẽtias fecit sectionẽ. Siquidẽ febris substantia in eo qui præter naturã calore cõsistit. Caloris aũt differẽtiæ, & ex eo ꝙ magis & minus, & ex materia in qua hic præter naturã calor accẽditur, & ex modo motus caloris eiusdẽ accipiunt, quas omẽs unà cũ dignotionis modo, quẽadmodum in superiori sermone ostẽdimus, annotauit. Sunt aũt omnino euidentes, quæ in eo quod magis aut minus consistunt. Quo in genere differentiæ cõsueuerunt medici magnã ac paruã febrem nominare nõ proprie quidẽ rei quali nomẽ quãti accõmodantes: hoc tamẽ facere assueti, non in febribus tantũ, sed in mille alijs rebus, quæ licet in qualitate cõsistant, magnæ tamen ac paruæ dicuntur. Quæ uero à materia differentię sumũtur, in qua hic calor præter naturam accẽditur, maxime pro

me propriæ sunt: quia uel idem calor ipsius cordis corpus occupauit, aut eos qui in eius uentriculis continentur humores. Tertia autē est differentia cum sola aerea substantia sufficienter incaluit, humores autem & solida corpora calescunt quidem adhuc, nondum autē sunt calefacta. neq; enim parum refert, si calescere dicamus aut calefacta esse. Quid autem dicamus, hæc tibi exempla manifestissime ostendēt. Cogita aquam calidam lebeti frigido iniectam, deinde ex eius uicinia lebetis corpus calefieri, nondum exquisite esse calefactum. Excogita iterum in calidum atq; ignitum lebetem aquam frigidam infusam, deinde ab eodem lebete adhuc quidem calefieri, nondum autem esse calefactam. Horū quidem exemplorum secundum, primam febrium differentiam ostendit, quas diximus ipsum cordis corpus occupasse: Primum uero eas quæ in ipsius cōsistunt humoribus: Reliqua uero & tertia differentia simile quidem omnino non habet exemplum, at manifestioris quidem doctrinæ gratia, concipe animo fabrilem follē trahētem quidem ad seipsum aerem calidum, deinde ab eodem calefieri, nondum tamen esse calefactum. Sed & rei quam monstrare uolumus naturam exemplum ipsum magis ostendet, si humorē in folle contentum cogitaueris; adhuc uero magis si foramina per quæ aerem trahit atq; efflat, adeo arte fabricata, ut humorē quidem non admittāt, aeri autem peruia existant. In quo sanè plurimū differunt naturæ opera ab his quæ humana arte sunt fabricata. Nam mista est in omnibus arterijs per multa foramina spirantibus aerea substantia sanguini, ac nihilominus in corde ipso, ut quæ ad idem cōfluat cum omnibus ipsis.

2 Incipit hic igit[ur] præter naturā calor quē febrē nominamus, aliàs ex alijs eorum quæ nuper diximus: spargitur autem, atq; unà cum patiente afficit duo reliqua genera. Facillima igitur ab humoribus ad spiritū caliditatis transumptio, non æque autem prompte unà cum spiritu accēduntur humores. Corpus etiā solidū humoribus atq; aereæ substātiæ facilius calorē impartit, q̄ ipsum ab eisdem suscipiat. Omnis siquidē substantia tenuis prōptius alteratur, q̄ crassa. Est autē tenuissima quidem aeris, crassissima uero corporū solidorum, media humorum est substantia. Nihil autem in præsenti opere differt, siue spiritū siue aerem dicamus: nam de hisce omibus alibi diligentissime diffiniuimus. Nunc autem hoc tantūmodo sufficiat intelligere, quod & Hipp. (ut arbitror) ostendit his uerbis: Continentia, cōtenta, & impetētia. Continentia siquidē solida appellans, Contenta uero humores, Impetētia aūt spiritus. Nam dispositio febrilis aliàs ex alijs eorū quæ ante diximus sumit initiū: At in genere primo iam læso nō sistit, sed duo reliqua genera inuadit, ac nisi antea soluat[ur] progressu tēporis, illa quoq; similiter afficit. Hæc quidē sunt totius sermōis capita.

II Et oportet quæ iam dicta sunt demonstrare, atq; uniuscuiusq; generis febriū dignotiones A exponere: quamprimū autem necessariū est de earum generatione aliquid differere.

3 Quòd igitur ex laboribus, ira, & tristitia, & solis ardoribus, atq; frigoribus, uigilijs, & cruditatibus, ebrietatibus, & crapulis quidam febricitare conspiciūtur, nemo est qui ipsa doctus experientia nō agnoscat. Et quidem quòd aeris pestilens status febrem afferre consueuit, nemo sanæ mentis dubitauit, sicuti & pestilenti morbo laborantiū conuersatio periculosa, ne inde cōtagium contrahatur, quemadmodum ex scabie & lippitudine. Est etiam eorū qui de tabe correpti sunt consuetudo nequaq; secura, atq; omnino eorum qui putridum expirant, adeo ut domus quas habitant fœtidum exhalēt odorem. Illud quoq; B longa experientia cōpertum, quòd qui cōsueta exercitia omiserint, & alijs morborum generibus, & febribus maxime corripiūtur. Et quidem omēs, ut ita dixerim, homines norunt, quòd & quæ plethora uocatur, & cibi uitiati, & medicamina, æstusq; circa Canis ortum, pluraq; huiusmodi alia afferūt febres. Qui uero ab eisdem causis nostris corporib. adueniat affectus, in quo febricitemus: hoc sanè multos latet, & à plerisq; etiā qui se medicos profitentur, ignoratur. Duplex autem hæc ignorātium medicorum genus. Alterū eorū qui soli experientiæ nituntur, aiuntq; nullius rei naturam posse à ratione inueniri. Alterū est genus hominum, qui sibi nomen sapientiæ uindicarunt, & licet parē habeāt cum prioribus ignorantiā, C opinionem tamen sciētiæ sunt aucupati. Sed eorum inscitia inde habet initium, q̄ in rationalib. scientijs nequaq; sunt exercitati, quæ nos distinguere ac secernere docent eas propositiōes quæ demōstrandi uim habent, ab his quæ probabilitatē quidem continent, nihil tamē ueri possunt aut inuenire aut demōstrare. Cum uero ad hanc ignorantiam accesserit arrogantia, ex ipsis quidam nonnulli ad tantā infantiam ac temeritatē peruenerunt, ut neq; ea quæ homines experientia magistra, febrium causas esse didicerunt, uelint ipsi cōcedere. De quib. cum à nobis sit in libro de præincipientibus causis sufficienter disputatum, superfluum esset eorundē hominū nugas in hoc loco repetere: cum nō sit præsentis operis institutum, D aut alijs contradicere, aut sophismata soluere, sed scientiæ potius doctrinæ intendere, cū hic suppositionum loco habeant quæ alibi à nobis sunt demonstrata, ac febrium differentiæ doceantur.

III Sunt igitur suppositiones hæ, calidū, frigidum, humidum, & siccū, esse corporū elementa, primasq; ex eorū intemperaturis constitui ægritudines, ex quarum numero febris est una; quoniam in corde quædam preter naturam, caliditas generatur. Caliditatis autem differentiæ, de quibus præsens transigit sermo, à materiarum differentia sumebātur quæ febrilem caliditatem suscipiunt. Cum autē earundem triplex sit genus: uel enim in ipso cordis corpore accendi dicebātur, uel in humoribus, uel in spiritu; præincipere autem in omniū febriū cōstitutione causas, quæ ab

omnibus manifeste noſcuntur, quas etiam paulo ante commemorauimus, in quibus medici, qui ſe ab experiētia Empiricos uocāt, ex obſeruatione ad curationē aliquid proficiunt. Rationales autē ad ipſius rei naturā uenientes, cum iudicationibus utanť ad prænoſcēdi futura, atq; ad curatiōis iuuantur inuentionem, neq; eorum uſum præter mittunt, quæ ex experientia fuerint inuenta, ſed multa ex rationali doctrina illis adiungunt. Quæ nam uero ſint quæ utraq; inueniant uia, experiētia ſcilicet ac ratione, alibi eſt à nobis demonſtratum. At quam ſingulæ præincipientes cauſæ in corpore faciant diſpoſitionē, quæ febrem accendant, nunc oſtendere intendimus.

4 Quoniam non unum uidemus modum generationis aut augmētationis caliditatis (ſiquidem neq; ignis ipſius) ſed uel propter motū, uel propter putrefactionē, uel propter adhæſum alterius caloris, aut propter detentū calidi effluxus, aut propter miſtionē calidæ ſubſtantię, quodā ueluti ex fonte efferueſcētis, quæ quo ad noſtrū ſenſum uel generet, uel augeat caliditatem, neceſſe omino & febriū cauſas reduci ad eos quos proxime diximus modos. Veluti ſtatim exuſtio, ſiue ipſa ſolis operatio talem ſortiať appellationē, aut qui ab eodem fit in corpore affectus, ſiue ille qui iam effectus eſt: nā & hoc ipſum calor præter naturā, nondū tamen febris exiſtit, niſi cor una cale fiat. Omne quidē huiuſcemodi cauſæ genus fieri cōſtat ex rei calidæ adhæſu, ſiue ſol, ſiue ignis, ſiue medicamē calidum cōtingat extrinſecus, aut proximum fiat, aut adhæreat, ſiue quouis aliquo uocabulo quiſpiā uti uoluerit. Ira autem eſt ueluti quidē feruor quidā, ac uehemens motus potentiæ iraſcibilis in ipſo cordis corpore ſita: ſimul autem cū hoc feruore calefit ſpiritus aliquando, aliquando uero & ſanguinis ſubſtantia. Quòd ſi ita cōtigerit, ut ea corpora quæ in ſe caliditatē admiſerūt, longo eam tēpore retinere natura apta ſint, licet motus cordis ſedeť, in hiſce tamen remanet calor præter naturā, atq; inde hominē febricitare eſt neceſſariū. Huiuſcemodi aūt febris habet originē à motu atq; feruore natiuæ caliditatis. Quæ autem ex triſtitia fit, ex ſolo motu, non autem ex feruore generať. Eius autē quæ labores ſequitur, principiū eſt, muſculorū, neruorū, copularū, & articulorū nimia cōfricatio, quę quidē primo quendam calorē cōcipiunt, hinc uero continuatim calor aſcendit ad cor, atq; inde homo neceſſario febricitat. Quæ aūt ex denſitate cutis accenditur febris, qualis maxime frigefactis atq; adſtrictis corporib. ſolet accidere, mordaci effluxu in corpore aceruato cōtingit. Semper enim animaliū corpora difflantur, idq; duplici modo effuſis ad exteriora uaporoſis atq; fuliginoſis ſuperfluitatibus, ac rurſus attracta refrigerāte ac uentilante natiuū calorē aerea ſubſtantia. Cum igitur aliqua cauſa potentior eos de quibus diximus meatus anguſtiores effecerit, ſępius in plethoricā diſpoſitionē incidit corpus, quādo & uaporoſum & optimū q̄d effluit, extiterit. At cū acre fuerit, ſatiſq; mordax, nonnunq; in febrem, quo tempore maximè intra corpus quod refrigerandi uim habet non attrahitur, calor augetur. Acris autem ac mordax defluit ſuperfluitas his qui aut natura uitioſos habent humores, aut prauis cibis utuntur, aut ſæpius cruditatem patiunť: at tum præſertim cū poſt huiuſcemodi cibos aſſumptos, fęculentā uel lutulentam atq; ex lacunis uel piſcinis ſiue paludib. ſiue quouis alio uitiatam ac putreſcentē biberint aquam. Idem his quoq; accidit, qui ſupra modū laborant aut uigilant aut cogitāt aut medicamina acuta ſugiter ſumunt. Voco autem prauos cibos, quibus hoc ipſum eſt à natura inſitū, ſicuti allia, cæpe, naſturcia, porros, braſſicas, ocyma, & urticas, & quæcunq; alia agreſtia dicunť, ueluti quæ apud nos lampſanæ uocantur. Et quæ præterea natura quidem optima ſunt, ſed ob quoſdam putrefactionis modos æquale prædictis, aut maius aliquando uitium contrahunt, ueluti frumenta, hordea, atq; omnes aliæ fruges quę ad uſum cibi aſſumuntur: quarum nonnullæ temporis longitudine ad putreſcibilē ducunť diſpoſitionē: aliæ quoniā male repoſitæ fuerint, humiditate replenť: quædam uero & in primo ortu rubigine deprauanť. Tales cibos hodie quoq; urgente fame plures coacti cōmedere, nonnulli quidem à putridis ac peſtiferis febribus interierunt, nōnulli autem puſtulas inſtar ſcabiei ac lepræ in corpore contraxerūt. Cum igiť plenum fuerit corpus huiuſcemodi humoribus, nulla uero obſtructio aliquod ex uiſceribus obſidet, liberè autē in totum animal per cutē difflať ac refrigeratur, ſanitate quidem fruiť animal, ſed dubia ac momentanea. Cum aūt cōſtringi terminum exteriorem, ac obſtrui penitiorū partium meatus cōtigerit: in cōſtrictionibus quidē, quod nuper diximus, febriū genus conſequiť: in obſtructionib. aūt, quod paulo infra dicemus. Nihil ergo mirū, ſi ex his qui cruditatē paſſi ſunt, nōnulli quidē à febribus correpti fuerunt, alij uerò minime. Nam hi qui iam humores habent uitiatos, ac male difflanť, aut intempeſtiuè laborant, aut balneis ſuperfluis utunť, hi facile febrib. corripiunť. Et qui boni habitus ſunt, ac bene difflanť, & quieſcunt, & uentriculū atq; hepar calefaciunt, his febrire eſt impoſſibile. Nam in eiſdē reſidet uentriculi ac hepatis partibus quodcunq; corruptū eſt, ac paulatim per tēpus coquiť, atq; optimū fit: ſicuti his qui ſe poſt uehementes motus exponūt, aut æſtiuo ſoli, aut balneis calidis dulcium aquarum, quicquid uitiatum eſt, in habitum corporis recipiť. Sic & quibuſcunq; cibi corrupti per aluū deijciunť, febris non ſubſequereť, niſi alia cauſa accederet, aut quia ſupra modum fatigati eſſent ob frequentius ſurgendi neceſſitatem, aut inflammationem in uentriculi partibus ſubtenuiſſent.

5 In obſtructionibus quidem foraminum atque humorum intruſionibus (nam & de hoc dicere diſtuli) ex putredine patiuntur febrem animalia. Promptiſſimè enim putreſcunt quæcunq; calida ac humida, atq; in calidis locis, niſi difflari ac refrigerari cōtigerit. Nihil igitur mirū, ſi ex repletionibus

tionibus febres eueniunt: etenim obstructiones multę fiunt, atq; uniuersum corpus in huiuscemodi affectibus male difflatur. Sicuti igitur in altera multitudine, quæ ratione potentiæ dicit, citò ad corruptionē humores deueniūt, quoniam nō bene cōtinentur neq; concoquuntur, cum ea à qua conficiuntur, uis inualida existat. Propterea autē quicunq; cibi glutinosi sunt ac crassi, sunt magis morbis obnoxij. Obstrui enim atq; intrudi eum qui ab ipsis generatur humorem facilius existit. Quid igitur? Nonne contraria ratione acria atq; extenuantia morbosa? Videnť enim similiter à febribus infestari, qui utranq; uictus rationē nimiū sequuntur, quoniā & supra diximus omnes tales mali succi esse. tali igitur ratione hi: ob putredinē autē, quicunq; glutinosi sunt ac crassi, febriū sunt causæ. Partes etiā quæ inflammationē patiuntur, ratione putredinis febres accendunt: intrusus em̄ in ipsis influens humor, cū non bene difflet, putrescit. Cum igitur fluxio hæc amaram bilem dominantē habuerit, caliditas quædam erysipelatodes proprie occupat partē: cum uero sanguinem, phlegmonodes: cum uero humorē, ex utrisq; cōmistum, uel fit erysipelas inflammationis participans, uel inflammatio erysipelatis: nomen quidē ab humore superabundante suscipiēs, cognomē autem ab altero. In hisce autem omnibus communicationis ratione febris accēditur: semper enim calefacta proxima pars simul calescit, donec ad cor communicatio pertingat. Nam & in carbunculis id quod continuum existit una calefit: fiunt autem ex sanguine quidē satis calido, & ad atræ bilis naturam propter adustionem conuerso.

6 IIII Calidiores autem ambientis aeris status, quales maxime circa Canis ortum contingunt, per inspirationes quidem manifeste cor calefaciunt: corpori autem extrinsecus circunfusi totum ipsum calidius efficiunt, sed præsertim arterias, ut quæ ipsius substantiæ aeris ambientis aliquid trahant. ex quibus omnibus simul cor affici est necessariū: & cum supra modū incaluerit ipsum primum atq; potissimū febrilē calorē suscipere, atq; ad uniuersum corpus transmittere. In pestilēti uero aeris statu, inspiratio plurimū est causa. Fit em̄ & aliquādo ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos, cum breuem aliquam occasionē ad febris originē ab aere ambiente acceperit animal. Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circūstantis à putrescibili euaporatiōe uitiati. Putredinis autē principiū, uel cadauerum multitudine non crematorum quemadmodū in prælijs contingere solet, aut ex aliquorū uel lacuum uel paludum æstatis tēpore euaporatiōe. Contingit autē quādoq; præcedere ambientis aeris caliditatē immodicā, quemadmodum in ea pestilētia quæ Athenieſes inuasit, ut Thucydides inquit. Sed in tugurijs suffocantibus æstatis tempore habitantium corpora corruptione laborabāt. At quia humores corporum ex uictus prauitate erāt putredini obnoxij, hinc febribus pestilentibus origo data est. Forte autē per cōtinuum ex Aethiopia quædam putredinis fluxere contagia, his quorū corpora erant ad patiendum parata, febrium causæ futura. Oportet enim hoc in toto sermone memoria repetere, quòd nulla causarum sine patientis aptitudine agere potest: Alioquin omnes qui sub æstiuo sole commorantur, febricitarent, aut qui nimio motu exercētur, aut uini potu grauātur, aut ira excādescentes, aut tristitia afflicti, febricitarēt: alioqui etiam, ut arbitror, circa Canis ortum omnes ægrotarent, ac in pestilentijs morerētur. At ut diximus, magnam in generatione ægritudinū partē habet, eius qui passurus est, habilitas corporis. Supponať igitur ut in exemplis, in ambiente quidem aere nonnulla pestilentiæ semina cōtineri, ac ea quæ ab ipso corpora continguntur, nonnulla quidē esse uarijs superfluitatibus plena iam ex seipsis ad putrescendum parata: nonnulla autē pura, atq; inutili materia carentia. Ac primis quidē adiungatur in multis corporis partibus obstructio foraminū, atq; ea quæ plethora uocať, & uita ociosa in multis crapulis, ac rei uenereæ usibus immoderatis, atq; his quæ necessario omnia quæ nuper diximus cōsequuntur, cruditatibus: reliquis uero omnibus corporibus puris ac superfluitatibus omnino carentibus adsint præter hæc bona, libera in omnibus spiratio meatibus, cū obstructionibus atq; astrictionibus carēt. Exercitia etiā sint moderata, uictus tēperatus: Ac deinceps his suppositis cogita quomodo utraq; corpora affici sit necessarium ab eo quē inspirant aere pestilenti. An non rationabile est, illa quidem statim à prima inspiratione principiū putredinis sumere, ac plurimū in malo procedere? quæcunq; aūt munda sunt ac superfluitatibus carēt, nōnulla quidē nihil, nōnulla uero minimum mali sentire, ac facile ad naturalē habitū habere regressum? Sic & cū aeris tēperatura à naturali habitu ad caliditatē atq; humiditatē immodicē fuerit conuersa, pestilētes quidē oriri morbos est necessariū, plurimum uero eisdē laborare quicunq; fuerint superflua pleni humiditate, quēadmodū qui modicis laboribus se exponit, ac uictu utiť moderato, in omnibus huiuscemodi dispositionibus nullam omnino sentit offensionē. At hic quidē sermo in uno proferť exemplo, sed nihilominus in omni genere causæ ueritatē complectitur, & quicūq; integrè in eo uult exerceri, de præincipiētibus causis legat librū. Equidē ego in præsentia prolixitati parcens, uno capite uniuersa comprehendens, finem sermoni constituam. Oportet siquidem in omni causarum genere diligenter aduertere, ex qua maxime potētia ægrotare contingat, deinde corporum dispositiōes, tam quæ eidem consentiunt, q̄ quæ aduersanť cōsiderare, illud pro cōperto habentes, q; quæcūq; consentientes sunt, facillime læduntur: Contrariæ autē ac renitētes quantū uiribus ac magnitudine cōtrarietas ualet, tantum inuictas perdurare cōtingit. Vidi ego aliquando in tali tēporis statu, qualem ait Hipp. in Cranone fuisse, non paucos carbunculos grassari per populum, quorum erat genera-

A neratio eadem, omniaq; alia queadmodum scribit Hippocrates exquisite similia: & quidē quæcūq; in tertio libro, qui Epidemia inscribitur, de pestilenti aeris statu ab Hippocrate referunt, in altero eidem simili pari modo euenerūt. Erat autem eorum summa, ut ostēdit Hippocrates, ipsa putrefactio, quod cum nos præuidissemus, statim ab initio quæcunq; corpora humida uidebamus, omni uia exiccare conabamur. quæ uerò sicciora, in his antiquum habitum conseruabamus: at in quibus superfluitates redundabant, hæc purgationibus sanabamus: obstructiōes autem foraminum aperire atq; abstergere studebamus. Sed hæc quodāmodo artis curatiuæ propria esse uidetur, neq; in ambiguo est, quin plenius de hisce sit à nobis in eo loco dicendum. B Nunc uero de ipsis uolui facere mentionem, cum eum prosequeremur sermonē, in quo, quemadmodum ab eadē causa inualescente, nōnulli quidē à febribus corripiunt, nonnulli autē illæsi perseuerant, exponeremus. Cum enim corporū dispositiōes dissimiles sint ac multiformes, quædā facile alterātur ac patiunt à causa in ipsa operante, quædam insuperabiles ac impassibiles omnino existūt, quædam cum difficultate patiunt. Ad huius uero rei demōstrationem coacti sumus etiam curationis meminisse, nō aliter affecti q; Hippocrates, qui quodā in loco per similem modum uulgatissimū illud dictum conscripsit: Ostendit autem curatio.

7 Est igitur & quæ præcustodia dicitur curatio C quodāmodo, sed ipsa uidelicet nomina apud medicos sæpius confunduntur. Sicut enim in altero libro est à nobis ostensum, omne medici opus est errorum qui circa humanum corpus eueniūt correctiuum. Sed nihil ista subtilitate sermonis hoc in loco indigemus: siue enim in duo nomina diuidas totam curationem ac præcustodiam, siue ambo in unum colligas curationem nominans, nō paruam coniecturam affert eorum dispositio, qui à pestilentibus atq; in populum grassantibus morbis affici prohibentur, quòd nō æque omnes ab eadem causa patiantur. Vna siquidē ac prima est in omnibus communis intentio, quòd corpus quammaxime superfluitatibus uacet, atq; optime spiret. Secundo loco post hoc, ut præpotenti D causæ quoad eius fieri potest aduersetur. At quibus eorum contraria insunt, celerrime capiuntur ac quammaxime laborant.

V Sed quoniam de febribus pestilentibus facta est mentio, quæ omnes à putredine ortum habent, operæpretium uidetur, ut hoc loco sistentes sermonem de antiquo dogmate consideremus, omne febris genus ex putredine fieri asseuerante. Siquidem eius sententiæ esse periclitatur omnis ab Athenæo chorus, uiri tum in cæteris quæ ad artem pertinet, tum præsertim in febrium contemplatione minime contemnendi: de quibus ego magna ex parte illis consentio, nisi quòd eas quæ ephemeræ nominantur, excipio. Neque enim uidentur mihi hæ humorum sequi putredinem. Sed qui quidem ex solis incendio febricitat, ab agentis causæ caliditate affici natura aptus est. Qui uero ex ira, & huic feruorem quidem aliquem eius qui circa cor sanguinis fieri est necessariū, non tamē etiā putredinē. Sic & ei qui supra modū exercitatus est, uehementior caliditas præter naturam sine humorum putredine in corpore accenditur, & cui cutis adstricta est, cum prius acriores superfluitates per eam euaporarent, postquam retētæ sunt ac coaceruatæ incidit in febrē, nulla interueniente humorum putredine. Et quæ in inguinum tumoribus (Græci bubonas appellant) febres oriuntur, omnes sunt malæ, exceptis ephemeris, quodam in loco inquit Hippocrates. Et quidē eius partis tumor ex genere est inflammationum: & quantum ad hoc assentior illi qui de putredine, sermōi: eius enim ratione in inflammationibus, quas Græci phlegmonas uocant, febricitare contingit, nō uelut Erasistratus opinabatur. Sunt tamen quædam febres in inguinum tumoribus è genere ephemerarum, quemadmodum & aliæ quædam non facile tractabiles morbos ex ulcere, aut inflammatiōe, aut abscessu, aut aliqua huiuscemodi altera in uisceribus dispositione ortum habentes ostendunt. Differunt autē quæ in inguinū tumoribus febres oriuntur ephemeræ, ab his quæ ex humorū putredine eueniūt, quæ uel in aliquo uiscerum, aut in cauis & maximis uasis ortum habent: quoniam quæ in inguinum tumoribus fiunt, concalefaciūt semper partes continuas, donec usq; ad cor calor febrilis attingit. Nō peruenit autem ad ipsum putrida fuligo, sed ibidem permanet in loco inguinis circūscripta sola alteratione per continuum facta, usq; ad cor perueniēte calore. Quo maxime modo in his qui solis calore deuruntur, aut lassitudinē patiuntur, à primis partibus calefactis usq; ad uitale principium caliditas permeat. In putredine autem, quæ aut in uisceribus, aut in magnis fit uasis, quidam ueluti fumus ex putrescentibus humoribus ad cordis uentriculos tendit. Et quidem in tumoribus inguinum omnes simul humores putrescere solent, siue per unum, siue per duos continuos dies, ut qui inuicem adhæreant, atq; in uno loco concludantur. At qui in uisceribus sunt uasisq; magnis, ut quæ continuo fluant, suoq; cōtactu uicinos ad putredinem trahant, spatio tēporis putridum calorem accendunt. Vna autem ratione quēadmodum in extrinsecis omnibus quæcunq; præter naturam à quauis causa calefiunt, si quidem imputrescibile sit quod calefit, ueluti lapis uel lignum, aut tale aliquid aliud, eousq; durare caliditas solet, donec paulatim refrigerentur: quod aūt putrescere natura aptum est, semper ad cōtinua dispartitā cōtinet caliditatem. Quēadmodum aliquando in agro conspexi excrementa iumentorū simul ac columbarū quædam ex parte à sole adeo uehemēter calefacta, quòd instar fumi multam euaporationē in sublime emittebant nō parum mordacē ac dolorificam, & si quis proxime accessisset, nares oculosq; lædentem. Ipsa etiā excrementa tangentibus adeo calida sentiebantur, ut

tur, ut qui longiori tempore manus & pedes admouisset, exureret. Non tamē continuo huiusce modi casus perdurabat, sed in die qui sequebat, quicquid superiori die ad summũ feruoris peruenerat refrigerabat. Quod aũt huic continuũ erat, dum prima pars quæ calorem cōceperat in summo esset feruore, ipsum interim paulatim succensum, mox priori se feruore remittente interim incalebat atque efferuescebat, & paulo post priori parte refrigerata, ipsum summũ feruorem obtinebat: hocq; rursus deferuescebat, dùm pars continua paulatim succendebat, quæ paulo post uehementius accēsa ad summũ feruoris perueniebat. Hic aũt circuitus in unius ferè diei ac noctis spatio peragebat, adeo ut res quotidianæ febris, quã Græci amphimerinã appellãt, proprijssimũ esset exemplũ. Quod si duab. diebus ac noctib. idem circuitus factus fuisset, tunc febris tertianę eo modo fuisset exemplũ: & si tribus, quartanæ: & quatuor, quintanæ, si quidem & quintana febris existit. Ego enim nondũ liquido uidi, neq; huiusce modi circuitũ, neq; alium qui ultra quatriduanũ protenderetur. Se de febribus quæ per circuitum accessiones habent, postea dicetur.

VI Humorum autem putredo quę in uasis fit, similis est ei quæ in inflammatiōibus atq; abscessibus accidit, alijsq; collectionibus, duplex quidem secundũ genus. Ex duorum autē generũ miscella alia tertia secundũ speciem euariat, quoniã & innumerabiles miscellæ modi in eo quod magis & minus, reperiuntur: at duorum generũ alterum quidem fit superante natura, alterum uero superata. Et superante quidem sicut in inflammationibus & similibus collectioni tumorib. omnibus pus: in humoribus autem qui in uenis atq; arterijs continentur, quoddam quod puri proportione respondet, subsidens in urinis. At talis quidem putredo non simpliciter quidē putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis. Nam adhuc ui coquendi uasorum remanēte, qui interim putrefit humor, ad talem peruenit alterationem. Sed & alterum est putredinis genus, cum ea uis cui coquēdi officium est demandatum, adeo imbecillis facta est, ut nullam amplius facere possit in putrescente superfluitate ad optimũ transmutationem. Quod quidem usu contingit nonnunquam, cum eadem uis ad ultimum imbecillitatis peruenerit, etiã si id quod putrescit, mediocriter sit uitiatũ. At fieri potest interdũ ut uis quidem ipsa non omino sit imbecillis, humor uero putrescens maxime sit uitiatus. Huius superfluitatis putredo, neq; consistere, neq; aut colorem aut odorem habet unũ, sed semper secundũ substantiam permutat, ac multis modis euariat illud quod putrescit. Altera aũt putrefactio, quam & coctionē esse diximus, semper ad unã puris speciē terminatur, coloremq; ac cōsistentiã suscipit & odorem.

8 Superante uero integre ipsa natura, optimũ fit pus conspectui albũ & crassum & quaq; uersum sibi simile, lene aũt tangenti ac minime fœtidum. Si uero semiputridũ fuerit, tertiũ in tali trãs-

A mutatione genus quod paulo ante diximus fit. dictum uero & illud est, q multiforme huiuscemodi genus existit: nã in eo q̃d magis & minus suscepit coctionē, est innumerabilis differētia. Sępius em̃ cum colore albũ factũ sit, uel fœtidũ odorem, uel tenuē substantiã obtinet, sæpius uero nō albũ apparet, sed liuidũ: atq; in his omib. magis ac minus infinitis modis euariat. Quotcũq; uero in abscessibus putredinis sunt differentiæ, totidem & in febribus quæ ex putredine accendunt, sunt eorum quæ in urinis apparēt, formæ. Optima uero urina quæ ad ex putrescēte humore coctionem à continenti uase suscipiente perficitur, est: quæ albũ & lene & æquale & minime fœtidũ sedimentum habet: pessima aũt est, quæ in omnibus maxi-

B me cōtrario modo se habet: quę uero intermedia existit, quanto propius ad alterã accesserit, tantũ aut melior aut deterior existit. Sed de urinarum differentia in cōmentarijs De crisibus dictũ est.

VII Eas autem quæ in putredine humorũ febres accēduntur, alias ab ephemeris oportet existimare, neq; earũ discretio difficilis est, quanquã nonnullis uideat esse impossibilis: nos uero hoc millies re ipsa probauimus, prima accessione finita, lotũ hominē ac mediocri cibo refectũ ad consueta opera transmittentes, ut qui alterã febris accessionem sensurus non esset, neq; nos nostra existimatio fefellit. Vnum uero hoc est præcipuũ febriũ ephemerarũ indiciũ, ab aliqua incipere causa recenti ac manifesta, quæ ante præcesserit, quã

C omnes medici iuniores usitato uocabulo procatarcticam siue præincipientē appellant. Sed & si hoc inseparabile sit taliũ febriũ, indiciũ tamē earum propriũ non est: nam & aliarũ quædã ex causa manifesta fiunt quę ante pręcessit. Inseparabile uero ac propriũ est coctio in urina statim die prima. Ac præterea pulsus ad magnitudinē ac celeritatē effatu dignã accedentes, ita ut frequentia à proportione deficiat secundũ exteriorē quietē. Est aũt & magis inseparabile ac propriũ q nullo modo ad celeritatē ea pars pulsus quæ systole dicitur tendit: & si aliquãdo cōtingat hoc, minimũ ac uix perceptibile existit, parũq; à naturali tenore mutatũ. Sed & caliditatis suauitas propriũ atq;

D inseparabile est huiuscemodi febriũ indiciũ. Inseparabile quoq; æqualis atq; incōpressus ascēsus in caliditate ac pulsibus simul, nō tamē propriũ cum & alijs quibusdã adsit: sicuti etiã consistente febre mediocritas: neq; enim hoc etiã est proprium, quanq; his maxime inest. Et melius sane hæc quę cōmunia existũt in crescēte febre ac cōsistente, quoniã magis ephemeris insunt, inter propria reponere. Sic em̃ fieret & si non rei ipsius species, at pulcherrimum atq; exquisitissimum huiuscemodi febrium proprium simul atq; inseparabile signum: Sicuti & cum sudore aut rore, aut omnino cum aliquo optimo uapore declinatio, ubi integra febris cessatio sequatur. Hæc quidem est cōmunis febriũ ephemerarũ indicatio, nam postea de earum singulis speciatim dicemus.

9 Alterũ uero febriũ genus, quod ephemeris ex ad-

exaduerso distinguitur, nullum quidem nomen cõmune sortitum est. Sunt autem duæ primæ differentiæ, quæ non obscuram habent specierũ discretionem. Nam quædã ex istis in putredine humorum accenduntur, quædam uero ipsas solidas occupãt animalis partes, atq; eas hecticas febres appellarũt: uel quoniam firmæ ac fixę sunt, quemadmodum habitus, aut quoniam ipsum corporis habitum comprehenderunt. Sic enim uocare cõsueuerũt solidas partes humidis ex aduerso distinguentes. Indicia uero febrium, quæ humorum ratione accenduntur, hæc sunt. Primũ quidem non inseparabile, sed proprium, ꝙ nulla earũ quæ præincipiẽtes causæ dicunt eas antecedit: neutri em̃ aliorum generum hoc inest, quoniam ephemeræ omnes à procatarcticis siue præincipiẽtibus causis originem habẽt. Hecticæ autem quando sine his generantur, nunquam ab initio inuadere consueuerunt, adeo quòd ubi quis sine præincipiente causa cepit febricitare, scire oportet huius causam in humoribus esse. Illud uero nonnunq; usuuenit, ꝙ aliquã ex præincipientibus causis sui ratione febrẽ accẽdit ephemeram. Subsequitur autem altera ex putredine humorũ, quando quod afficit corpus ad id habile fuerit, hoc est quando impurũ extiterit, ac superflua materia redũdans. Hæc enim cum in ephemeris immoderatũ calorem cõtraxerit, atq; hinc putrescendi principiũ acceperit, alteram speciem febriũ succendit, priore desinente. Vnum uero proprium simul atque inseparabile in omnibus successionis indicium, quòd febris ephemera quietem integram subsequentem non habet. Contingit uero aliquando ubi ephemera febris cõsistit, aliquod permutationis indicium ostendi. At multo magis cũ iam cœperit declinare, quo tempore id quod paulo ante dicebamus, ea tranquillitas abest, quæ adesse deberet. Hæc quidem sunt permutationis indicia. Initium autem à rigore sumere febrem, ubi neq; ardor solis, neque frigefactio ualida præcesserit, qualis præsertim per niuem facientibus iter contingere solet: aut qui aliter in uehementi frigore diutius commorantur, proprium & hoc existit signum febrium, quæ ex putredine accẽduntur humorũ, non tamen inseparabile. Neq; enim in omnibus inest, quemadmodũ neq; horrores ipsi sunt ab huiuscemodi febrib. inseparabiles, sicuti neq; ab initio propriè. Inæqualitas uero pulsuum atq; caloris siue in principijs, siue in augmẽto contingat, est huiuscemodi febrium generis propriũ indicium, non tamen & ipsum inseparabile. Multæ enim & sine insensibili inęqualitate incipiũt, atq; ad consistentiã accedunt. Adhuc autem magis, si neq; accessiones plures faciant ueluti insultus, quod superaccendi uocamus, sicuti neq; pulsuũ afflictatio. (sic autem nominãt quando incipiente accessione satis paruos, atq; inęquales eosdem habẽt) neq; enim hoc ipsum ab hisce febribus est inseparabile, non tamẽ alicui alteri generi febriũ commune, sed proprium istarum ac peculiare: sicuti & inęqualitas ipsa, nisi alicuius casus ratione

A superueniat sæpius. Vbi enim humor aliquis uitiosus in ore uẽtriculi fuerit aceruatus, qui ipsum aut mordeat aut refrigeret, parui simul atq; inæquales, & paruitas quidem in frigidis, inæqualitas uero in mordacibus accidit. At ubi euomuerit, hæc ambo protinus cessant. Cũ uero ipse uentriculus omni noxa uacat, ad propositum febriũ genus pertinent huiuscemodi pulsus. Maximum autem est earum quæ ex putredine fiunt febrium indicium, qualitas caliditatis. Nihil enim est in ea suaue, neq; moderatũ, neq; ullo pacto similis est ei, quæ in ephemeris sentitur, sed quemadmodũ est & ab optimis ante nos medicis dictum, mordax quodammodo potius existit, tactuiq; molesta sentitur: ac quemadmodum fumus oculos ac

B nares, sic ipsa tactum uidetur erodere. Sed in principijs quidem accessionum, ut in quibus calor adhuc suffocatur, ac superfluitates intus succenduntur, non statim admota manu discernitur. At per moram prædicta caliditatis species ex penitioribus partib. effert. Quod cũ animaduerteret Themison, existimauit (ut mihi quidem uidetur) hoc esse omnibus febricitãtibus propriũ. Sed de hoc quidem in proprio huius sermonis loco à nobis rursus considerabitur. Prædicta autem caliditatis species, quæ appositam manum pungit atq; erodit instar medicaminis acris, est putredinis humorum progenies, quę manifeste quidem sentitur in crescentibus ac consistentibus febribus: non manifeste autem neq; statim in incipientibus. Pro-

C prium uero atq; inseparabile est febrium quæ in humoribus accenduntur, submissionis pulsuum (Græci systolen appellant) uelocitas, quæ manifestius quidem in crescentibus febribus, non obscure autem in incipientibus ac cõsistentibus fit. Comitatur autẽ has febres in initijs quidẽ, pulsus paruus ac uelox: cũ uero cõsistunt magnus simul ac uelox. Sic & quæ in exteriori quiete existit, frequentia in huiusmodi febribus manifeste deprehenditur, cuius similis, neq; in ephemeris neq; in hecticis apparet. Maximum uero & harum febrium indicium existit, cruditas urinæ: debilis etiam concoctio proprium est indicium febrium, quæ humorum sequuntur putredinem. Neque enim cruda, neq; concocta debiliter, in epheme-

D ris apparet. Ac earum quidem alterutra seorsum est proprium huiuscemodi febrium indicium. Simul autem utraq; dicta secundum disiunctionis proloquium omnino inseparabile: huic enim febrium generi urinæ primæ uel omnino crudæ, uel debiliter coctæ principio associantur: neq; unq; magnum aut effatu dignum cõcoctionis indiciũ in huiuscemodi febrib. in primis urinis apparet, si excipiamus eam quæ fit ex ephemeris febribus permutationem, de qua à nobis antea dictum est. Præter prædicta autẽ propositarum febrium indicia contingit etiam eo tẽpore, quo accessio cõsistit casum aliquẽ febris ardẽtis apparere. Quòd si etiam hi casus se ostendunt, qui in febribus hepialis & lipyrijs appellatis: sicuti & qui in hemitritæis, aut succesiuis, aut in quapiã alia tali febre uideri

uideri solent: erunt quidem propria huius gene-
ris febrium, quæ ex humorum putredine accen-
duntur indicia, non tamen inseparabilia. atq; id-
circo ubi ipsa non adsint ex alijs dignoscere licet:
quòd si affuerint, nō solum ad genus huiuscemo
di febrium pertinebūt, sed etiam aliquam earum
speciem indicabūt. Et quidem si post febris decli
nationem integra non successerit quies, siue cum
sudore, siue quouis alio modo declinet: ex duob.
alterū, uel permutatiōis est argumentū, si omnia
quæ præcesserint febriū ephemerarū fuerint in-
dicia: aut si nulla ex his fuerint, statim ab initio fe
brem aliquam ex his quę putredinem humorum
sequuntur, inuasisse indicatur. Si uero nonnunq;
in prima die pulsus durus sentiatur, animaduerte
re oportet nunquid in corpore ægrotantis sit ali-
qua congelatio ex frigore, uel siccitas, uel tensio,
qualis in distentione neruorū fieri consueuit, uel
inflammatio, uel durus tumor, quem Græci scir-
rhon appellant, sciētes ab his solis causis pulsum
durū fieri. In quibus enim errauerit Archigenes
circa notionē & dignotionem pulsus duri, in eo
tractatu quē de pulsibus cōposuimus, ostēditur:
in quo exercitatū esse oportet quicūq; ad præsen
tis operis lectionem animū sit appulsurus, atq; in
ea præsertim parte, in qua De pulsuum dignotio
nibus agitur. Nam pulsuum quidem nomina, om
niaq; eorum significata, numerūq; uniuersum in
uno tractatu exposuimus, qui de pulsuum diffe-
rentia inscribit. Quo pacto uero singula ex ipsis
sint dignoscenda, altero tractatu, quem De pul-
suum dignotione inscribimus, quatuor libris ex-
plicatur. Sicuti alterū uolumē ordine cōsequens
in quatuor libris comprehensum exposuimus, in
quibus pulsuū causas edocemus. Ac post ea quæ
iam diximus, quartū quod De pulsuū præcogni-
tione inscribitur, nō uerbis tantum, sed operibus
etiam huiuscemodi contemplationis utilitate à
nobis ostensa. Et siquis nobiscum affuit, quando
ægrotos uiseremus, eorum librorum contempla
tionem re ipsa demonstrantibus: eidem, partim
alia, partim idipsum est persuasum, quòd pulsus
durus, neq; propriū, neq; inseparabile est huiusce
modi febrium indicium. Sed non est nunc tem-
pus de hisce rebus disserendi: nam in nuper dictis
tractatibus, atque in altero uolumine octo libris
cōprehenso, in quo librum Archigenis de pulsi-
bus ad examen rationis adducimus, satis à nobis
huiuscemodi casus ostenduntur. Nunc quantum
præsenti operi expedit dicemus, quòd pulsus du
rus non est alicuius generis febriū, neq; epheme-
rarum, neq; earum quæ in humoribus accendun
tur, neq; hecticarum proprius atq; inseparabilis.
Comitatur uero magna ex parte hecticas febres:
nōnunq; uero etiam duo genera alia, casu aliquo
interueniēte: Ephemeras quidem, si ex algore ni
mio contigerūt, siqua neruosa tensio simul affue-
rit. Contingit uero aliquando ob nimiū solis fer-
uorem, aut lassitudinem simul aut esuritionē, aut
immodicas uigilias, aut exanitionē, quando hæc
alimenti inopia prouenerint. Illis autem quæ ex
A humorum putredine fiunt febres; pulsus durus
adest, quando aliquod uiscerum uel inflammatio
nem uel durum tumorē patiatur. Et si casus quis-
piam alius affuerit, ueluti tēsio aliqua neruorum,
aut siccitas, hac etiam ratione pulsus fit durus. Si-
cuti in his qui nō in tempore frigidam bibunt a-
quam, aut frigida se lauant, atq; aliquibus arborū
fructibus immodice uescūtur. In febribus autem
ea ratione qua febres sunt, nūquam fit durus pul-
sus, neq; in ephemeris, neq; in his quæ ex humo-
rum accenduntur putredine. Neq; enim quando
ex inflammatione febris inuadit, eadem ratione
sequitur & febris, & pulsus durities: sed febris qui
dem ex humorum putredine, durities autem ex
tensione, quæ est ex uasorū repletione. Vt autem
B summatim dicatur, Durities tunicis aduenit arte-
riarum, aut ob congelationem, aut tēsionem, aut
siccitatem. Congelationes igitur uehementes al-
gores efficiūt: tēsionem uero inflammationes &
duri tumores, & neruorum affectio inflammatio
nibus correspondens: Siccitatē uero & diuturnæ
euacuationes, quæ uel uentris profluuio uel inte
stinorū leuitate, aut dysenteria, aut diuturnis uo-
mitibus, aut tali aliqua alia causa proueniunt, &
longi temporis fames, & febres ardentes longæ.
Atq; ut in uniuersum dicatur, quæcunq; ipsas ani
malis solidas partes uehementer exiccant, sicuti
& hecticæ febres, de quibus iam dicendum est,
sumpto ab earum generatione principio.
VIII Quæ igitur febres hecticæ appellātur, du 10
C plici uia ortum habent: magna quidē ex parte ex
ardentibus febribus, quæ tantū protrahuntur, ut
lōgitudine tēporis humorē in corpore cordis cō
tentum consumant: uel fieri potest, ut eius adhuc
magna portio reseruetur. Illæ uero non tantū he-
cticæ sunt, sed tabidæ etiam. Quæ autem manen-
te adhuc humiditate generantur, ubi cordis cor-
pus occupauerint, hinc maxime accēdunt, quē-
admodum lucernæ flamma ex fomite. Atq; una
quidem à nobis exposita est earū febrium gene-
ratio. Reliqua autem est, cū statim ab initio inua-
serint, similem primū sui ortū Ephemeris facien-
tes, aut ex tristitia, aut ira, aut lassitudine nimia u-
nà cū solis feruore contracta. Hasce igitur febres
nō est admodum difficile curare. At quæ ex ipsis
D ad tabem peruenerunt ex inscitia medicorū, qui-
bus earum cura fuit demandata, ubi iam exquisi-
te consistunt & iamdudum inceperunt, non mo-
do est easdem curare difficile, sed etiā impossibi-
le. Earum siquidem natura calida est et sicca, cum
tale aliquid cor patiatur, quale lucernæ fomes cū
fuit plurimū exustus. Nam qui ita torrefactus est,
frangitur, atq; dissoluitur, atq; ex ariditate conti-
nuitatem amittit, adeo ut neq; si magnam olei co
piam superinfundas, flamma abundantior possit
accēdi. Semper enim parua & debilis in ipso pal-
pitat flamma, ac continue fit minor, donec ex to-
to extinguatur. Talis quidem est febris quæ om
nino tabida existit, ut quę ab ea passione non dif-
ferat quæ tabes appellatur. Nam & hæc absq; fe
bre in decrepita ætate solet accidere, extincto na
tiuo

tiuo calore, quod nihil aliud existit quam mors, quæ sine sensu doloris ac secundum naturam ex siccitate contingit. Sicuti his qui præter naturam tabescunt, altera aduenit species quæ à Philippo ex ægritudine senectus uocatur, in quam non solum senes, sed etiã pueros uidimus incidisse quamplurimos. Tabida uero febris non tantum sicca, sed etiam calida est passio. Extinguitur autẽ ualde celerius in hac ægritudine calor animalis, totumque corpus tabescit instar arboris supra modum arefactæ, aut ob longitudinem temporis, aut flammæ uiciniam, aut uehemẽtem atque immoderatam siccitatem. Sed de uniuersa quidem tali dispositione qualis natura sit, seorsum scriptum est.

IX Febrium autem hecticarum quandoquidem duplex est, ut nuper diffiniuimus, genus, earum indicia deinceps exponamus.

11 Hectica quidem quæ in tabem incidit febris, cognitu promptissima atque facillima existit. Nam priusque pulsus atque calorem tactu perpẽdas, uidebis oculos immodice cõcauos, ueluti quibusdam quasi foueis recõditos, exhausto iam uniuerso in ipsis liquore, ita ut ossium quibus palpebræ cohærent, eminentiæ cõspiciantur. Et sordes quidem in ipsis siccæ ostenduntur, & quædam ueluti squalida dispositio, qualis maxime inest his qui toto die sub solis ardore iter longum per puluerem egerunt. Est etiam in eisdem flos uitalis coloris extinctus: hoc quidẽ tota patitur facies, atque in tota cute, quæ faciem obducit ac frontem præsertim, siccitas immoderata conspicitur, adeo ut ex siccitate durescat ac circumtendatur: non tamen possunt plurimum producere palpebras dormitantibus similes, & quidem sæpius conniuent dormitantium more. Non erit autem eorum affectio somnus, sed potius uigilandi impotentia. Contabuere etiam carnes quæ in temporibus sunt, ut collapsa uideãtur & cõcaua spatia. Et quid aliud omnino sunt quam ossa atque cutis, adeo ut si nudato corpore partes ad uentrẽ attinentes aspicias, neque ex intestinis aut uisceribus aliquod superesse cẽsueris, ac præcordia uehementer contracta uersus thoracem uideantur. Quòd si eos tangere libeat, cutis quidem apprime arida, quam si digitis apprehendens extenderis instar pellis consistit. Pulsus autẽ tenuis, durus, ac debilis, & frequens. Caliditas autem, cum primum manus admouetur, debilis est: paulatim uero acredinẽ atque erosionem quandam ostendit, ac magis cum plus tangendo immorabe ris. Neque amplius reliqua cõmemorare oportet indicia, in re præsertim adeo manifesta. Præstat enim ad incipientem adhuc tabem rursus transferre sermonem. Dico aũt tabem incipere quãdo natiuus humor qui in unoquoque dispergitur corpore in spatijs particularũ consimiliũ intermedijs, & iam cordis substantia aboleri periclitatur: donec enim pars huius aliqua reseruatur, solum febris hectica existit, nondũ etiam tabida. Cum uero iam res eò periculi peruenerit, ut nihil iã ex tali humiditate superfit, tunc exquisita tabes existit. Est quidem omnium hecticarum febrium dispositio difficilis, ubi

A iam principij tempus prætererit. Determino aũt principium, non dierum aut horarum numero, sicuti neque in alijs morborum generibus, sed ipso dispositionis modo. Cum enim naturalis cordis temperies primũ euerti inceperit, neque natiua humiditas protinus aboletur, neque uirtus plurimum laborat, sed primo fit ueluti quædam efferuescẽtia humiditatis, quo in tẽpore facile est huiuscemodi febrẽ sanare tanque adhuc nihil uirtute perpessa. Deinceps autem consumptio quædam efferuescentiam sequitur, hacque in longum iam protracta, ipsæ similares particulæ quæ sunt ueluti cordis elementa, sicciores redduntur, atque inopia alimẽti tenuiores, ac tantum uirtus laborat, quantũ siccitas atque caliditas in ipsa febre inualuerit, quando earũ altera exuperans, uirtutẽ imbecilliorem reddere potuit. B Huiuscemodi febris iam quodãmodo ad utranque partem declinat, ac mediũ obtinet locum inter eam tabidam febrem, quæ penitus curã non admittit, atque illã de qua paulo ante diximus, quæ facillime in principio curari potest. Sunt uero & in hac latitudines multæ, quoniam & dispositionis ipsius multę in eo quod magis ac minus, diuersitates. Quæ igitur æqualiter distat ab utraque, & ea scilicet quę exquisite tabida existit, atque illa in qua nihil est adhuc tale, medio quodãmodo se habet ad curationem, dubio ad partes ambas inclinans momento. Quæ autem tabidæ proximior existit, est etiam periculo uicinior, cum quæ alteri primæ magis adhæret, non paruam salutis spem possit C afferre. Deinceps igitur ad earũdem dignotiones deueniendum, ac primum illius in qua facilis est remedio locus, nisi in aliquem de hac medicorum inciderit turba. Est autem ubi sola fuerit haudquaquam difficilis cognitu, altero uero associata ex putredine humorũ propter mistionem iam difficillima redditur. Supponatur iam ipsa sola ex aliqua nuper dictarum causarum habuisse principium, appareãtque in ipsa prima die omnia generis febrium ephemerarum indicia: simul igitur cum ipsis apparet & præincipientis causæ forma, quod etiam in progressu sermonis ostẽdetur. Sed etiam ex ægro interrogato addiscere licet, si cætera quidem bene se habent, solum ob id quòd supra modum fuit iratus, aut tristitia affectus ceperit febrici D tare. Et si hæc uera esse inuenientur, febris autem ad diem sequentẽ extendatur, neque ad quietem declinans, neque magis inualescẽs, ariditatem autem maiorem in corpore repræsentet: talem hecticam fore suspicandum. Quòd si usque ad tertium diem sine cibo permanserit, dum tertianæ accessionis suspectas præterit horas, nihilque effatu dignum priori accesserit febri, aut fuerit imminutum, sed quædam primę febris exiguę reliquię tantũmodo procedant, atque permaneãt cum ariditate corporis & caliditate, quæ primo tactu mitis sentiatur, in processu uero temporis acris, mordax, atque arida manui se offerat: huiuscemodi febrem hecticam esse existimandum. Maximũ uero tibi atque indubitatum hoc erit eius naturæ indicium, si cibum homini obtuleris eo tempore, quo maxime omnes ho-

ras suspectas subterfugisse uidetur. Statim enim hora una aut duabus post acceptum cibum quicunq; ægrotantē tetigerint, alterā febris accessionem adesse opinabūtur. Nec deerunt qui eos qui cibum obtulerint increpent, ꝙ haud in tempore dederint, sed tunc cum futura accessio erat, & ꝙ oportebat cibū in lōgius tempus differre, et ꝙ annotatio tardius sit subsecuta. Res autem non ita se habet. Omnibus siquidem hecticis febribus hoc proprium & inseparabile adest indicium, allato cibo quidem febrem accendi, ac pulsuū magnitudinem ac uelocitatem augeri, ita ut incompressa annotatio facta uideatur. Voco autē annotationem incompressam, in qua neq; horror aliquis, neq; extremarum partium frigefactio facta est, neq; uelu ti quædam dormitatio, neq; aliqua insignis pigritia, aut omnino inæqualitas aliqua uel in caliditate, uel in pulsu: adhuc autem magis neq; paruitas, neq; debilitas, neq; horū aliquid aliud, sed quemadmodum & cuicunq; alteri ex cibo maior ac uelocior pulsus efficitur. Fit quidem aliquādo & in quibusdam febribus alijs incompressus ascensus, atq; hac quidem ratione nō uideretur febrium hecticarum proprius & inseparabilis casus. At non parum differt, si uniuersum horum indiciorum aceruum inspexeris: in omnibus siquidē febribus alijs huiuscemodi introitus præter cibum assumptū fiunt incompressi: in febribus aūt hecticis res omnino contrario modo se habet: neq; penitus fit aliqua annotatio in tempore aliquo: sed est una febris cōtinua, sicuti quę proprio nomine synochus appellatur. At illa quidē quandā ueluti flāmā plurimam admouenti manum habet occursantē, præter id ꝙ pulsus in ea celerrime sunt frequentissimi ac maximi. In hecticis aūt febribus, neq; multa occurrit caliditas, pulsusq; tanto minores, rariores, ac tardiores sunt his qui febribus synochis appellatis existunt, quanto etiā caliditas minor existit.

12 Commune est itaq; omnibus hecticis febribus, ꝙ pusillæ ac semper à principio usq; ad finem sunt æquales. Proprium autem his quæ tabi coniunctę sunt, est siccitas: quoniam sine siccitate sæpius hecticæ febres consistunt, cum non transmutantur ad tabem, quemadmodum multis hoc tempore in magna pestilentia cōtigit. A synochis igitur differunt, ut diximus, hecticæ febres. Ab alijs quæ incompressas habent annotationes, hoc maxime differūt, quòd afflictatio aliqua omnino illis adest cum cibum assumpserint in accessionis principio: in hecticis post cibum assumptum ueluti quandā afflictionis expertem annotationem fieri contingit, quæ non est, ut antea diximus, annotatio. Decipit autem eos qui circa huiuscemodi nō sunt exercitati ob caliditatis multitudinem, ob magnitudinem pulsuum ac uelocitatē. Manifestius autem die sequenti hæc febris agnoscetur, si diligētius obseruauerimus, quousq; post assumptum cibum in caliditate ac pulsibus alteratio facta perdurauerit. Nam quęcunq; conspectui sunt obuia, eousq; manifeste alterata apparebunt, donec ex cibo digesto atq; apposito cordis siccitatē

A humectauerint. Deinceps ad pristinum habitum reuertetur, in quo anteq; cibus assumeretur, conspiciebatur. Si igitur alio in tempore cibo refeceris, eo qui sequit̄ die, ac rursus die sequenti, in tempore pariter diuerso, quod aio fieri uidebis, caliditatem scilicet adauctā, pulsus autem, ut diximus, alteratos. Id enim eis contingere uidetur, quod in calce ac lapidibus calefactis: si enim aquam frigidissimam infuderis, multo calidiores sentiuntur, nutriente ut uidetur in ipsis humida substantia aridam caliditatem. Sed quænam sit huius rei causa, naturæ rationum studiosos inquirere oportet. ꝙ autem ita fiat, cuicunq; uolenti ediscere licet. Si enim intra manus recipiat calcis glebam, eiusdem paruifaciet caliditatem, quam neq; sentiet. Quòd

B si ad terram deponat atq; aqua perfundat, uidebis quamprimum uehemēter calefactam, atq; ita feruentem, sicuti lebetes, quando ingenti adhęserint flammæ. Vapores etiam non paucos ab ea efferri conspicies: ꝙ si etiā tangere ausus fueris, facile ex hoc deuri continget. Adeo si ad sensus iudiciū referatur, humida caliditas uires habet non parum sicca euidentiores. Siccam uero in hecticis febribus esse caliditatē, quas tabes consequitur, eo constat argumento. Nullus eorum qui habitu corporis præditi sunt humidiore, statim ab initio huiuscemodi febre correptus fuit. Sed quicūq; sunt natura sicciores, ac præsertim si unā calidam habuerint temperaturā, uitamq; elegerint in laboribus, uigilijs, ac curis, uictuq; pauco, hos statim ab ini-

C tio solet hectica febris inuadere ex ira, uel tristitia ac magis æstate, statuq; tēporis calido & sicco, ac loco præterea cōsimili. Terminus aūt earum principij est cum eo tempore, quo solent ephemeræ febres per lenem declinationē in integrā quietem desinere, tantumq; abest istis tale aliquid euenire, ut insuper siccitas manifeste intendat̄: tunc enim primū febrem euadens ephemerā, transcendit ad hecticā. Alter uero cuiusdā ueluti ipsius augmenti atq; integræ perfectiōis terminus est tertiæ diei accessio. Si eñ ut paulo ante dicebamus, neq; altera accessio supuenerit, neq; ægrotus sine febre fuerit, adaucta insuper siccitate, tūc proculdubio hic hectica febre laborat. Quæ progressu tēporis cito ad tabidā conuertetur, nisi recte curetur. Ter-

D minus uero ipsius in tabem transmutationis est, quādo primum pulsus, debilis simul ac durus fiet, statim uero & paruus necessario hic idē est & frequens, nō tamen propterea febris est tabida. Sed ob id potius quoniā debilis ac durus existit. debilitas siquidē uehementē sequitur cordis intemperiem, durities aūt siccitatem. Si igitur huiuscemodi affectus cor occupauerit, hinc febre tabida necesse est animal laborare. In eandem uero incidūt febrē ex ardētibus atq; acutis febribus plures qui recte curati non sunt, ac præsertim qui cum aquæ frigidæ potu indigerent, præter id quòd eam non biberint, nullū aliud refrigerans medicamen thoraci ac præcordijs apposuerunt. Si uero cum omni huiuscemodi auxilio caruerint, cataplasmata etiā ex melle, quorū nunc plurimus est usus, ultra modum

dum adhibuerint, his expeditũ est iter ad tabem: si etiam diu febrẽ tolerauerint, ex hepatis aut uentriculi inflammatione. Maxime enim horum uiscerum inflammationes, si non recta cura adhibeatur, insequuntur hecticæ febres, adeo ut plerique existimauerint eas nulla ex causa alia generari. Quos latet neutrum istorum, ac nullum præterea ex uisceribus aliud, neque tabem, neque ullam omnino hecticam febrem efficere prius quàm ut dictum est, cor patiatur. Incipit autem ipsi cordi hæc passio, nonnunquam quidem ex seipso, sicuti in excandescentijs uehemẽtibusque tristitijs ac diuturnis: nonnunquam uero ex ardentibus febribus: aliquando autem ex pulmonis ac thoracis affectibus, ac præsertim ex suppurationibus & phthisi. sicuti autem ex his, ita ex hepate ac uentriculo: atque ut simpliciter dicamus, ex omnibus diuturnis inflammationibus quæ nobiliores partes occupauerũt, adiuncta totius animalis ac præsertim cordis siccitate. Ego quidem uidi in laxioris intestini, Græci colon appellant, inflãmatione diuturna tabidam febrem fuisse secutam: itidem in similibus stomachi uesicæ ac renum affectibus, nec minus à tali febre nonnulli sunt capti, qui dysenteriam patiebãtur, cum scilicet intestina inflammatione laborarẽt. in leuitate etiam intestinorum & longo profluuio, (alterum Grece lienteriam, alterũ diarrhœam appellant,) cum scilicet uel ab initio statim uel progressu temporis febricula inuaserit, tabidæ febres cõsequunt. Et ut simpliciter dicam, quando præexiccatũ cordis corpus febrilem caliditatem, quæ cum difficultate amouetur, acceperit.

13 Quare & cum arteriæ circumstantibus partibus calidiores sentiuntur, maximum sunt hecticarum febriũ indicium. Siquidem hoc illis nequaquam alijs aduenit in febribus: adhuc autem manifestius hic aduenit casus cum sunt loti, aut quouis alio modo elaxati, ita ut aliqua profluat humiditas, ac caliditas efflet. Tunc enim alijs partibus omnibus calor percipit moderatus, ubi calor ita expirauerit: qui uero in arterijs existit, nihilo minor sentitur. Est uero eius manifestus sensus, cum se pulsus attollunt, qui neque ipsi talibus expirationibus permutantur, sed continue in eodem statu perseuerant. Cum igitur sola per seipsam consistit hectica febris, perspicua est an simpliciter hectica, an etiam tabida extiterit.

X Alteri uero associata iam difficilius cognoscitur, sicut quæ nuper cuidam mulierculæ contigit, cuius accessio nõ die tantũ, sed etiã nocte manifeste fiebat. Latebat enim tabida febris omnes medicos, quibus eiusdem curatio fuerat demandata, ut qui arbitrarẽtur, neque principium aliquod sensibile febribus hecticis inesse oportere, neque incrementum, neque consistentiam, tanquam non posset eisdem associari altera febris ex humorum putrefactione proueniens. At nos statim primis diebus in eadẽ muliere cognouimus: utraque enim annotatio, & quæ interdiu & noctu fiebat, partes quidẽ breues accessionis faciebat, & sæpius cum rore aliquo, aut transpiratione uaporosa, ita manifeste soluebatur, ut corpus in temperie positũ tangentibus sentiebatur. Signa autem ex arterijs accepta, de quibus paulo ante sermo habebat, semper remanebant, cum neque similiter ut aliæ partes refrigerarentur, neque celeritatem, aut frequẽtiam motus amitterent. Quæ igitur & alias à nobis sæpius dicta sunt, nunc etiam dicentur, quòd non oportet accessionũ circuitus ac similes proportiones solum in febribus aduertere, sed multo magis ipsius febris modum ac formam, atque ex hac ipsas dignoscere febres, non aliter quàm homines ex figura, & ex propria forma cognoscũtur. Sic & nos prima die sæpius febris formã cognouimus, non expectata aut triduana aut quartana aut quotidiana reuersione. Sed de his quidem satis in secundo De crisibus libro dictum est.

XI Dictũ est autẽ nihilominus eodem in libro, quo pacto febriũ ephemerarũ differẽtiæ sunt cognoscendæ. Scio autẽ me & hoc in libro fuisse professum, de ipsis aliquid annotare. Sed cum in memoriã reuoco, quod pauca quædã dicenda supersunt, præter ea quæ in eo libro cõscripsimus, alia quidẽ superfluum existimaui, hoc in loco repetere. Hic igitur sola quæ in eo libro sunt defecta supplebo.

14 Qui itaque ex feruore solis in febrem inciderint, his cutis magis ad caliditatem & siccitatem: quàm pulsus ad febrilem uergit dispositionẽ: nam & minus sitibundi sunt his qui æqualem habent caliditatem. Et quamprimum manus admouetur, in eis uigens calor percipitur. Contrà res se habet in his qui ex cute densata atque astricta laborant, nam in his reaccẽditur calor. At qui ex feruore solis ægrotãt, his maxime caput deuri uidet, plusque ex balneis frigidis utilitatis ac delectationis recipiunt. Oculi quoque in his rubicundiores et calidiores simul cum siccitate uidentur: siquidẽ sine grauedine ac destillatione laborãt. Nam hæc quibusdam sole deustis accidere cõsueuerunt, fitque in eis caput non solum calidum, sed etiam sanguine plenum, adeo ut omnes uenæ quæcunque in oculis, & in temporibus, & in fronte, & in tota sunt facie, supra modum extendantur. Hoc etiam satis eos ab his qui ex humorum frigiditate febricitant, separat. Nam & hi quibuscunque caput læsum fuit, grauedinibus ac destillationibus facile corripiuntur. Eorum uero nonnullis febris solam capitis dispositionem consequitur. Magna uero ex parte tunc solum febricitant, quando totũ corpus supra modum caluerit uel alserit. Est minus calida cutis his qui ex frigiditate febricitant, corpusque his maiorẽ præfert tumorẽ, nullus in facie squalor, qualis his qui ex solis feruore febricitẽt, sine plenitudine capitis. Magna uero parte his solet caput repleri, nisi quis purum atque materiæ inutilis expers corpus habuerit: solis siquidẽ his caput calefieri cõtingit, sine aliqua plenitudinis noxa. Illud tamẽ aliquando usu euenit, ut plurimus calor deustũ occupet caput, quãuis nulli plenitudini obnoxiũ. Hæc igitur dispositio ab altera quæ ex frigiditate cõsistit, manifestissime differt. At quæ plenitudinẽ habet adiunctã, non facile discerni pot est, ut quę & cum

destillatione & cum grauedine assistat: qui etiam affectus frigefactis adueniūt. At quemadmodum diximus squalor, atq; ingēs cutis caliditas, ac quæ cunq; alia diximus nuper, propria sunt eorū quos feruor solis deussit: de quibus in Arte curandi plenius dicetur: & unà de his omnibus febrium ephe-

A merarum differentijs. Quarum dignotiones, cum in secundo De crisibus satis à nobis fuerint explicatæ, alteram hoc in loco explanationē non expostulant. Sed hic finem sermonis faciemus, atq; omnium deinceps quæ ex humorū putredine febres accenduntur, differentias assignabimus.


ARGUMENTA CAPITUM LIBRI SECUNDI GALENI DE DIFFERENTIIS febrium, secundum diuisionem in translatione Nic. Leoniceni, quam in contextu numero cōmuni siue maiori notauimus.

Caput I. De febrium differentijs ex humorum putredine: Item reprobatio ponentium omnem febrē putridam ex abundante bile generari. II. De generali differentia febriū putridarum. III. Notæ febris tertianæ simplicis. IIII. Notæ febris quotidianæ. V. Notæ quartanæ febris. VI. De febre hepiala. VII. De febre composita ex cholera & phlegmate. VIII. Notæ hemitritæi. IX. Disputatio quæstionis an sit febris sanguinis. X. De causa diuersitatis tactus febris phlegmaticæ ad alias febres. XI. Quas ob causas febrium (aliarumq; passionum) aliæ sunt interpolatæ, & quædam continuæ.

ALITER SECUNDUM DIVISIONEM in Laurentij Laurentiani translatione, quæ minore numero sine ciphra in textu signatur.

Caput 1. De differentijs febrium ex humorū putredine infestantium: ubi refellit opinionem ponentiū omnem febrem putridam fieri ex abundantia bilis. 2. Febrium intermittentium tres haberi differentias: quotidianam, tertianam, & quartanam: atq; esse synochon, id est continuam, quam flaua bilis cōmittat. 3. Quomodo ex flaua bile delata in uniuersum corpus rigor existat: & ut ipsius tertianæ accessio, quod longissimū sit, horas duodecim occupet. 4. Pituitā refrigerare partes extremas per initia accessionum: difficulterq; accendi calorem minime purum, sed similem fumo, quasi uiridioribus accensis lignis. 5. De quartana quæ ex atra bile consistit: & quonam modo fieri possit, ut rigor sine febre efficiatur. 6. De febre hepiala, qua simul febricitant ac rigent: ac de humore quem Praxagoras uitreū appellauit, & quot nā pituitæ genera sint. 7. Quot modis fieri conueniat implexus febrium, ex quibus æger minime deducitur ad integritatem. 8. Permisceri inuicem febres, scilicet tertianam exquisitam & quotidianam: Et quonā modo Agathinus errauerit circa se-
B mitertianā. 9. De differentia semitertianæ. 10. Semitertianam esse febrem cōtinuam, nec unquam deduci ad integritatem: Errasse Agathinum, qui omnem diuturniorē, semitertianam uocabat. 11. Quo pacto erret Agathinus appellans febrem omnē semitertianam, cuius accessio plurimum producatur, 12 Quonam modo ex sanguine putrefacto febris accendatur biliosa, & quòd sanguinis pars tenuior uertatur in flauam bilem, crassior in atram. 13. Multa morborum genera repetere per circuitionē, ut ophthalmiam, capitis dolorem, podagram, dolorem articularem. 14. Quam ob causam fluxiones certis temporibus decumbant, & q; partes debiliores promptius suscipiant excrementa. 15. Quonam modo ex calore attrahantur excrementa, & q; dolor omnis irritet fluxiones. 16. Colligi excrementa diuersis temporibus, quæ sepenumero ordinem
C minime seruent: atq; esse quandoq; longam accessionē. 17. Quam ob causam accessiones desinant ad integritatem. 18. Quamobrem febres interdum repetant per circuitionem, interdum continuæ sint.

GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIUM LIBER SECUNDUS.



I T illud superest, ut febriū differentias quæ in humoribus accenduntur, percurramus, si hoc unum antea admonuerimus, non sufficere ad generationem febrium, sicuti multi opinantur, si solum amara bilis, quam nonnulli rufam appellant, augeatur. Sic enim omnes qui morbo regio laborant, in maximas inciderent febres. In eis siquidē huiuscemodi humoris magna in toto corpore copia redundat, non tamen febricitant, nisi aliqua alia accesserit causa, de qua paulo inferius dicemus. Absurdum etiam putare in quartanis & quotidianis febribus, quæ exquisite sunt tales, aceruari bilem amaram non secus quàm in tertianis, ac febribus quæ ab incendio causones appellanť. Nam ex aduerso in quotidianis febribus atq; quartanis, neq; uomitus biliosi, neq; sudores, neq; urinæ, neq; excrementa aliqua uestigia amaræ bilis ostendunt, præter id quòd neq; aliquid ex his quæ antecesserunt, aut simul adsunt, eiusdem humoris præbet testimoniū. Nam tertianæ quidem febres magna ex parte in corporib. fiūt, in quibus naturalis habitus ad bilem accedit, atq; in cōsistentiū ætate, quę omniū maxime biliosissima est: tempore etiā æstiuo præ cæteris, in quo huiuscemodi humor dominať: in locis pręterea quæ calidā atq; siccā habēt temperaturā, ac in simili aeris ambientis qualitate: uita etiā non ocio atq; quieti dedita, sed in laboribus, curis, uigilijs, solis incēdijs, & ciborū parcitate assueta, eorū præsertim calidorum
D atq; siccorū usus: pręterea medicaminū calefacientiū atq; exiccantiū immodicus usus febres tertianas faciliter afferūt. Cōtrà uero quotidianę febres naturis, in quibus pituita superfluit, sunt familiares, atq; ex omnibus anni diuersitatibus in hyeme præcipue, atq; omni temporū statu frigidiori atq; humidiori, in ętate senili ac puerili, in locis frigidis atq; humidis, uitaq; ociosa, quā crapulę comitanť, ac tū pręsertim cū post cibos balneis utunť, ac multo etiā magis, cū ipsi cibi naturā pituitosam habuerint, generanť. neq; etiā hi amarā euomunt bilem, neq; per uentrē inferiorem, neq; per urinam, neq; per sudores excernunt: quod in febribus contingit tertianis. Hæ siquidē flaua bile putrescente fieri consueuerunt. At quotidianæ ex pituita, quemadmodū quartanæ ex atra bile originē habent. sic

igitur & corporũ naturam sequuntur, ad atram bilem procliuem, atq; ex ætatibus declinantẽ, ex anni uero temporibus, autumnum. Sic & reliqua omnia quæ his proportione respondent, ut cibi potusq;, ac uictus uniuersus frigidus ac siccus quartanis febribus originem præstãt. Quare et rigor qui utrũq; genus febris antecedit, haudquaq; similis est. At in tertianis quidem causam à qua prouenit, rei quodammodo pungentis ac ferientis sensum repræsentat, in quartanis autem ueluti refrigerantis. De ea autẽ quæ est rigoribus forma, inter causas accidentium abunde exposuimus. Vbi etiam generis febrium diximus differentiã, quòd ex ipsis quæ quidem sunt intermittẽtes (ita enim appello quæcunq; ad sensibilem infebricitationẽ perueniunt) ortum habent ab humore febrem generante, qui per omnes corporis partes suo motu defertur. In continuis autẽ humor in uenis continetur inclusus, de quarum dignotione in secundo libro De crisibus, tractauimus.

2 II Intermittentium igitur tres sunt omnes numero differentiæ. quotidiana, tertiana, & quartana: quotidiana quidem ex pituitæ putredine, tertiana uero atq; quartana ex utriusque bilis: flauæ quidem tertiana, nigræ autẽ quartana. Continuarum aũt quæ ex flaua bile proueniunt, duplex est species, altera earũ quæ à continuo feruore synochæ appellãtur, quarũ uniuersum tempus in una cõsumitur accessiõe, quæ à principio usq; ad finẽ pertingit: altera earum quæ idem cum genere nomen sortiuntur, & continuæ appellantur, atq; in pluribus circuitibus continentur. Earũ igitur quę synochæ dicuntur, tres sunt omnes numero differentiæ: nam quædam earum à principio usq; ad finem æquales perdurãt: quædam paulatim augentur: tertia species paulatim decrescit. Vnde & nõnulli primas quidẽ homotonos atq; acmasticas, hoc est in eodẽ statu & uigore perseuerãtes, nominarũt: secundas anabaticas atq; epacmasticas, hoc est assurgentes atq; inualescentes dixerunt: tertias aũt paracmasticas, hoc est decrescẽtes appellarũt. Continuarũ uero duæ sunt primæ differentiæ, nonnullarum quidem quæ singulis tertijs diebus inualescũt: aliarum uero quæ die intermedio alteram faciunt accessionẽ. Hæ igitur nullum præcipue obtinẽt nomen. At quę tertio die inualescũt, ego quidẽ nominare cõsueui tritæophyes, hoc est tertianarũ naturã referentes, non tamen prohibeo quin pro suo quisq; arbitrio alterum eis nomen imponat, modò rerum obseruet differentiam. Alia quidem est differentia, cum ad infebricitationẽ terminantur, alia cum in declinationem febrilem desinunt hæ quæ per tertiã diem febres accẽduntur. est præterea alia febris natura, quę in medio accessionem facit: nullam tamen ex his hemitritæum uoco, non ueto autẽ si quis uelit ita nominare, modò hoc tantum ab eisdem obseruetur, ut nullam febris speciem prætermitãt, sed omnes deinceps, quẽadmodum ego nunc institui, recenseantur. Nam quæ & in die intermedia faciunt accessionem continuæ, nonnullæ quidem in quotidianarum figura progrediuntur, duas inuicem accessiones simillimas faciẽtes: nonnullę uero duas dissimiles habentes, primę quidem tertiam omnino simillimã obseruant. secundę autem quartam, in figura duarum tertianarũ progredientes. hę igitur ex bilioso magis: alteræ uero quæ singulis diebus similem accessionem faciũt, ex pituitoso magis humore cõsistunt. Est & tertium genus febriũ continuarum, quæ perraro tamen eueniunt, quarum accessiones quartanarũ figuram progredientes ostendunt, neq; in febricitatione terminantur. Sicuti autem febris tertiana aliquãdo fit duplex, aliquãdo triplex: ita & hæc nõ modo duplex, sed etiam triplex euadit. Hæ quidem febrium cõplexiones sunt eius quæ de typis, id est de febrium figuris, propriæ tractationis.

III Quæ aũt ex humoribus simplices febres accendunt, tot numero sunt, quot nuper à nobis sunt explanatæ. Ex earũ aũt cõmistiõe, aliæ quædã generant, de quibus deinceps dicemus, si prius his quæ simpliciter cõsistunt, quod deesse uidetur, adiunxero: q; uidelicet quęcũq; febris exquisitam simplicitatẽ seruauerit, formã unam quandam ueluti regulã obtinet eorũ quæ nunc sunt à nobis dicenda: quæ uero aliquo modo ab ista defecerit, tantũ etiã à febrium simplicitate recedet.

3 Nam quæ ex flaua bile per sensibiles corporis partes delata oritur febris, cũ rigore inuadit, atq; ardentis febris similitudinẽ gerit, & bilis uomitibus, aut eductionibus, aut sudoribus, uel scilicet ex horum quibusdam uel omnibus, soluitur. Huius febris accessio duodecim ad summã horarum æquinoctialium spatio finitur, eandemq; tertianam exquisitam appellamus, quæ in tẽperaturã laborantis biliosa, & tempore anni statu ac regione & uictu calidis & siccis consistit. Diximus autẽ & paulo prius, alia omnia quæ ad eius generationẽ conueniunt. Breuior est autem aliquãdo prædicto spatio tẽporis accessio, in eo quod magis ac minus plurimã habens differentiã, ob quãtitatẽ uidelicet, aut qualitatẽ ipsius bilis, aut propter laborãtis uigorẽ, aut propter præsentẽ eo tẽpore corpori patienti dispositionẽ. Nã multa bilis ea quę pauca est, longiorẽ affert accessionẽ, tenuis aũt crassã, breuiorem: sic & uigor maior quidem breuiorẽ, imbecillior uero longiorẽ. Corporis autem dispositio, rara quidem breuiorẽ, densã uero longiorem. Tempus autem in hac febre intermissionis, nullum habet humoris putrescentis ex pulsu perceptibile indicium in die aut in nocte quæ consequitur accessionem: cum uero parumper succenditur, uix agnosci potest in primis diei aut noctis subinde sequentis partibus: manifestius autem iam circa finem eiusdem diei uel noctis, adhuc uero manifestius proxima, quæ antecedit uidelicet accessionis diem uel noctem. In illa uero iam signum euidentius apparet, ac multo etiam magis accessione iam incipiente, atq; adhuc plus iam inualescente febre. Cum uero iam consistit, minus quàm cum augebatur, multo uero minus ubi iam declinat. Huiuscemodi febrem,

si ap-

si appellare libuerit exquisitam tertianam, nomine uteris antiquo: si minus, mihi saltem liceat manifestioris doctrinæ gratia ita nominare.

4. IIII Est autem & altera exquisitæ simplicitatis febris, quæ ex pituitæ putredine ortum habet, per sentientes corporis partes à natura detrusa. Incipit autem ab extremorũ frigefactione, atque horrore potius quàm rigore. Ac cum difficultate accenditur calor, ac longũ cõsumit tempus, dum inualescẽdo peruenit ad summum. Quoniam uero is ex quo constituitur humor frigidus est & humidus in temperatura, lentus autem ac tenax in consistentia: idcirco ægre accẽditur, ac tarde mouetur, sæpiusque in foraminibus retinetur. Opprimit aũt atque aggrauat aliquando uirtutem. Hinc inæquales, ac debiles magis, paruosque efficit pulsus, quamprimũ febres inuadũt atque inualescũt. Fiunt autem & in biliosa febre in accessionũ principijs singuli quos diximus, circa pulsus affectus, & in illa statim desinũt, aliaque & inæqualitas quæ plerunque tali febre inuadẽte nõ adest. At postque cessauerit rigor, nõ multo post calor accenditur, ueluti ignis effulgens purusque, omnis fumosæ fuliginis expers. At pituitosi humoris caliditatem igni fumido in lignis uiridibus accenso nõ male assimilaueris: idcirco paruę in eo uacuatiões, & accessionis spatium longius producitur, neque intermissionis tempus est adeo, ut in tertiana syncerum, sed humoris putrefacti seruat indicium. Manifestissime autem & in hac febre in inuasionibus atque incremẽtis accessionum, signum putrefactionis apparet. Attamen cum exquisite suam naturam seruauerit, plerisque uidetur puram intermissionẽ habere, & nos quoque hoc idẽ nõ raro fatemur, cum nimium diligẽs sermo fuerit intempestiuus. Hæc autem naturas consequitur corporum, & tempora, & loca, & status, artesque & uictus rationem, aliaque omnia pituitæ consentanea. Singulis autem diebus accenditur, quamuis minus calida sit biliosa tertiana. At illa cum & humorem habeat accensioni opportunum, & facile subinde propter subtilitatẽ quicquid ex eadem efferbuerit, totum in accessione expurgatur, ad puriorem quandã infebricitationẽ terminare uidetur, postque accessionẽ breue aliquod putridæ caliditatis uestigiũ relinquere. Quæ aũt in pituita febris accenditur, in accessionum declinationibus integrè nõ expurgatur, neque parum relinquit eius quod ueluti succendi uidetur: hinc ergo eius intermissio lõge deterior ac secundę accessionis festinat inuasio.

5. V Tertium febrium intermittentiũ genus est exquisita quartana, quãdo ex solo atrę bilis humore generatur, qui frigida ac sicca cõstat temperatura. Succenditur aũt paulatim, ueluti lapis aliquis, aut testa, aut os, aut tale aliquod huiuscemodi corpus frigidum & siccum. Vbi uero aliqua ex eo flamma fuerit accẽsa, nihil fumidum, aut semicombustum in accessione reliquit. Atque idcirco in hoc humore copiosiores sunt euacuationes quàm in pituita, atque intermissio exquisite pura uidetur: quoniam & hic quicquid atræ bilis fuerit accen- A sum, exhauritur atque dispergitur. Idcirco & in eis talis est rigor, qualis his qui uehementi gelu frigescunt, haudquaquam ei similis, qui à sole perustis aut lassis, aut ex medicaminib. aliquãdo calidis, aut cum super ulcera ponuntur mordentibus, fieri consueuit. Necesse est autem hanc febrem antecedere, quæcunque atram aggregant bilem in uitæ exercitijs, ac totius uitæ ratiõe, & temporis statu, & parte anni, ac regione: sic & laborãtis naturam & ętatem atra bile abundare. Huius autem febris accessio temporis spatio est similis tertianæ, nonnunquam & longior, cum adhuc exquisita perseuerat, ut quę ex frigidiori humore consistit. Eadẽ uero in hisce febribus atque alijs omnibus est causa, quæ differentiam facit longitudinis accessionum, quemadmodum paulo ante diximus in exquisitis tertianis ex multitudine humoris, ac qualitate, uigore insuper atque imbecillitate potentiæ, ac præterea ex ipsius ægrotantis dispositione diuersitatem assumens. Nam & alia omnia proportione respondẽt his quæ ex amara bile accenduntur. Si igitur neque putrescat, neque uehementer per partes sentientes deferatur atræ bilis humor, nunquam efficiet quadriduanæ exquisitæ circuitum. Et quidem regij morbi passionibus diuturnæ & melancholicæ splenis ægritudines & colores in toto corpore fœdi, herpetibus etiam atque erysipelatibus quæ ex flaua bile consistunt, canceri & phagedenæ correspondent. Neque in his uero, neque in atræ bilis morbis necessario febricitãt, nisi prius atra bilis putrefiat. Semper enim suis natura uiribus utẽs, quicquid optimum fieri contigerit, his quæ aluntur partibus, assimilare: quicquid uero alienum, conatur excernere. Quod si aliquando ob crassitudinem, aut multitudinem, aut tenacitatẽ materiæ inutilis, aut aliquam meatuum obstructionem, aut propter sui imbecillitatem, totum quod est uitiatum nequeat expellere, necesse est, ut si id diutius in animalis corpore perdurauerit, corrumpatur. Neque enim fieri potest, ut aliquis quispiã ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, nedum qui ita deprauatus, ut naturæ cultus sit expers. Sed alterum omnino sequitur, ut scilicet cõcoquatur, apponatur, atque assimiletur solidis partibus animalis, aut corrumpatur, & putrefiat. Sic enim his qui morbo regio atque atræ bilis passionibus infestantur, quando biliosi humores superabundantes diutius corpus obsederint, febres superueniũt. Sæpius etiam aut hepatis, aut splenis affectus attulit febrem, quãdo scilicet hæ quas diximus nuper passiones, aut ex inflãmatione, aut obstructione cõtigerint. Eadem quoque ratione & in pituita humore redundante nõ accenditur febris, nisi prius putruerit. In hoc aũt uisum est sæpius id quod antiqui impossibile arbitrabantur. Est aũt hoc sine febre rigor, quod nõnullis quidẽ accidit semel, nõnullis autem per uices interpolans multorum spatio dierum, & à principio usque ad finem continuatur: aut uidelicet est ita omnino exiguus, ut neque adesse uideatur, cum se quieti tradiderint, sed cũ moueri ceperint, tunc demum

eum

eum sentiunt: aut tantam uim habet, ut sit etiam si ne motu molestus. Sed quādo huiusmodi in tempore humor putruerit, non modo riget, sed etiam febricitāt. At quæ tales sequitur dispositiones febris, est ualde diuturna, & difficulter solubilis in quotidianæ figura progrediens.

6. VI Ex hoc igitur genere est & febris ea, quæ proprie uocatur hepiala, quando simul febricitant & rigent, atq; eodē tempore in toto corpore utrunq; sentiūt affectum. Archigenes quidem nulli id nomen unquam alteri rei accōmodari arbitratur, nisi huic febri tantummodo: uidentur tamen & Attici quidam, eum etiam rigorem qui febrem antecedit, ita nominare. Vitreum uero huiuscemodi humorem Praxagoras uocat. iuniores autem, è quorum numero est Philippus, simpliciter crudum, nullum aliud nomē adijciens, ut exquisitius distinguat. Est autem & ipse species quædam pituitæ, ut qui satis frigidus & tenax sit. quicunq; enim frigidus atq; humidus humor existit, ad pituitæ appellationem reducitur, si Hippocratem, omnesq; nō modo priscos, sed alios etiā Grecos in nominibus imitari uelimus. Prodicus siquidem in libro De hominis natura, in hoc nomine præuaricat, ab admirabili quodā ueridico persuasus: sed hoc tempus nō suadet ad huiuscemodi disputationes sermonem diuertere, cum alterū eisdem tractatum addixerimus. quare rursus ad propositum reuertamur. Quicunq; humor natura frigidus atq; humidus fuerit, hunc nos pituitam appellamus; tu uero si libeat scindapson nomines: adeo est mihi parua nominum cura. At non te lateat plures esse huiuscemodi humoris differētias. Vna siquidē eius est species frigida, adeò ut cum loco calido obstruit, dolores maximos excitet, sępiusq; multa laxioris intestini incōmoda hoc humore acuti clysteris ui euacuato, statim sedari cōtingit: hic uerò humor uitri liquefacti similitudinem gerit. Est & alia pituitę species, quam pleriq; cum screatu expuunt, sensibilem habens dulcedinem. Liquet autē ꝙ hanc exquisitè frigidam non contingit esse, siquidem eorum meminimus, quæ in libris De simplicibus medicaminib. diximus. Est & tertia alia pituitæ species, quæ expuētibus uidetur acida. Est autem minus frigida quàm uitrea, magis uero quàm dulcis. Sicuti & altera species est salsa, aut propter putredinem, aut propter salsę serosę humiditatis mistionem. In qua si quos febricitare contingit, superueniente accessione non rigent, sed tantummodo horrent. Acida uero ac uitrea, si per sentientes corporis partes deferatur, sine febre rigores generat. Quòd si modica aliqua in ipsis fiat putrefactio, febrem hepialam appellatam inducit. Quòd si uehementius putrescant, rigor quidem antecedit, febris uero sequitur, superata frigiditate à multitudine caliditatis, adeò ut dum febris inualescit atq; consistit, minime sentiatur. Forte autem & uitrea pituita acidæ qualitatis est particeps, adeò ut eius differentiæ tres sint numero uniuersæ, acida, dulcis, & salsa: minimè uerò dulci pituita putrescente febrem ri-

A gor antecedit. Quispiā uerò fortassis neq; simpliciter, neq; à simplici causa huiusmodi febres fieri arbitrareť. Siquidē totum id quod ex pituita putrescit, febrē accēdit, reliquū uero quod nondum putrescit, cuius causa rigescūt, nō eandē habet cū putrescente qualitatem. Si igitur ab hac quidē rigor, à putrescente uero febris generatur, duplex semper aderit causa. Cōtingit uero & hic febrem quidem ab altero causæ genere dicere fieri, rigorem uero utpote alium à febre ab altera, ut qui nō sit, quod febris. per febrem nanq; tertianam flaua bilis rigorem efficit ac febrem. Sed hæc quidem logicam magis habent quæstionem.

VII Iam uero tēpus est ut ad propositū institutū reuertamur. Si pituita putrescēs, ex qua febrē il-
B lam quæ singulis dieb. accessionē facit, accēdi dicebamus, misceať amarę bilis humori, ex quo tertiana gignitur febris, duplex iam causa ac dispositio cōiungeretur. Alter siquidē humor affert quotidie accessionē, alter uero tertio quoq; die: itaq; alter quidē dies duas habet accessiones, alter uero unam tantūmodo, nisi accessionū tempora in easdem horas cōueniant: si enim cōuenerint, fiet una febris confusa, quæ neq; puræ tertianæ, neq; quotidianæ formam præ se fert. Quoniam uero utriusq; febris duplex est species, quatuor ex ipsis fiet cōplexiones. Vna quidē in qua tertiana quotidianæ intermittenti commiscetur: altera uero in qua tertiana quotidianæ cōtinuæ cōiungitur: & tertia in qua quotidiana intermittēs tertianæ con-
C tinuæ miscetur: quarta in qua permiscetur quotidiana continua tertianæ continuæ.

7 Harum uero nuper dictarum complexionum omnium duæ sunt differentiæ, cum aliquando quidem in eandem horam accessiones occurrant, nonnunquam uerò diuersis temporibus superueniant. Sed hæ quidem cognitu faciles sunt, nisi quòd aliquando intermittens ignoratur ab inexercitatis, ea ratione, quoniā ægrotus nunquā à febre liberatur. At formam accessionis inspicere oportet, quemadmodum in secundo De crisi plenius edocuimus, atq; inde, non autem ex periodorum simili proportione, cognoscere febrē. Supponatur enim cuipiam accessionem incipere circa primam horam unà cum rigore, qui uide-
D tur pungere carnes laborantis: deinde ubi alia omnia tertianę febris indicia usq; ad consistentiam processerint, postmodum cum bilis uomitu atq; optimis sudoribus declinare, ac iam nonā diei horam adesse, unde ex totius accessionis motu cōiecturari possimus, hora undecima ægrotantem febris intermissionē habiturū, talem uidelicet qualem in periodis nominare cōsueuimus. Dum uero in hac spē sumus, subito retineri sudores, densata scilicet tantūmodo, uel etiam horrescēte cute, ac subinde principium, ascensum, consistentiā febris continuæ, qualis ex pituita accenditur, sequi: sic enim & duplicem causam, ac duplicē febrium speciem cognoscemus, mista intermittente cōtinuæ, quamuis nulla intermissio deprehēdat. Secundo etiam die sperandū est hora nona accessionem

nem futuram: quòd si expectatiōi nostræ res ipsa respondeat, omnino etiam die tertia itidem febricitante adhuc ægroto, tertianæ febris accessionē hora prima superuenturam sperabimus. Quòd si aut præuenerit, aut tardior fuerit, ea quā secundo die circa horā nonā fore speramus accessionem, aut tertio circa primā, nō amplius diebus sequentibus, aut nonam, aut primam expectabimus horam: sed tanto prius, siue posterius, quanto in primo periodo similitudo proportiōis accessionem aut tardasse, aut accelerasse mōstrauerit. Quæ uero ex duabus febrib. citius sit finem habitura, ex earum specie & forma, atq; ex accessiōis prolixitate ac magnitudine, modo præterea, ac motu, & reditu periodorū, prout celerior aut tardior extiterit coniecturandū: adhibenda insuper alia quæ superuenerūt indicia coctiōis aut cruditatis morbi totius, ex quibus maximā uim habent quæ in urinis apparent, de quibus omnibus sufficiēter in libro de crisi tractauimus. Si uero quotidiana cōtinua tertianam intermittentem, quæ prima inceperit hora non nona, sed aut quinta, aut sexta apprehenderit hora, adhuc difficilior cognitio fit plerisq; medicis, qui talem cōtemplationem contemnunt, neq; scire curāt an una sit febris, an duę, & qualis nā sit utriusq; natura. Vt uero qui nihil horum intelligant, non modo ignorant, quo pacto curare oporteat has febres, quarum nullam habent notitiam, sed nesciunt etiam utrum die sequenti suspicandum sit de hisce horis ambabus, quæ in primo die accessiones attulerunt. Ego uero sum mihi conscius, quòd sæpius ex diuinatrice quadam arte potius quàm prænoscendi scientia medicinæ propria, uisus sum eisdem coniectura assecutus futuræ accessionis insultum.

8 In hac igitur ipsa de qua nunc agimus mistione tertianæ cum quotidiana, uidi aliquando circa primam horam, exquisitæ tertianę inuadere accessionem, circa sextam autem illius quæ à iunioribus medicis proprio nomine cathemerina, id est quotidiana appellat̄: ita enim uocare cōsueuerunt eam febrem quæ singulis diebus accenditur, neq; ullam habet intermissionem. Ego uero solitus sum eandem febrem amphimerinam continuam nominare, nā cathemerinon uocabulum nusquam apud Græcos scriptū inuenit̄: omnem uero rem quæ quotidie eodem fiat modo, amphimerinam uocant. Verum, ut inquit Plato, non est habenda de nominibus cura, quibus tot ac tantarum rerum inuestigatio proponitur. Vocet̄ itaq; manifestioris doctrinæ gratia, quę quidem singulis diebus accenditur, atq; intermissione finitur, amphimerina, id est quotidiana simpliciter, nulla alia sermoni facta adiectione. Quæ autē intermissionem non habet, quotidiana continua dicatur: alteram uero si quis uellet, quotidianam intermittentem appellet. Eodem modo in tertiana statuatur: altera quidem eius differentia simpliciter tertiana dicatur, aut tertiana intermittens: altera uerò tertiana cōtinua. Contingit etiam hanc ipsam sine aliqua adiectione, tertianā simpliciter nominare, quod & ab aliquibus uideo obseruari. Sed nō oportet de nominib. prolixius disputare, sed potius ad propositi nostri institutū reuertamur. Adolescens enim in quo factam dixi complexionem tertianæ cum quotidiana cōtinua, mane quidem in prima hora rigorem pati cœpit, exquisitæ tertianæ familiarē, aderantq; alia omnia eiusdem febris indicia usq; ad horam sextam, & repētinus uomitus bilis, & pauci sudores inter quos statim homo cōtractus est atq; horruit, ac inde rursus incipiente annotatione, pulsus erat paruus, inæqualis, deinde usq; ad horam undecimam, cum paulatim adhuc succenderetur, plura quidem signa habebat annotationis propria, paucis tamē intermistis incremēti indicijs. Hinc uero usq; ad quartam noctis horam febris certissime intēdebatur, deinde quantum sensu percipi poterat, usq; ad sextam noctis horam in eadem magnitudine persistebat, mox iā manifeste declinabat usq; ad diei sequentis horam quartam. In hac enim iam & contrahebatur, & annotationis signa ostendebant̄, refrigeratis iam extremis partibus, paruoq; existēte pulsu, & iam ad uesperas usq; intendebat̄ paulatim, neq; horrorem, neq; inæqualitatem aliquam præ se ferens: deinde rursus in summo cōsistebat, circa quartā noctis horā. sexta uero manifestissime cœpit remitti. Quòd igit̄ tertia die hora secūda quotidianā annotationē expectare oportebat, in ambiguo nō erat, nō tamē utrū tertiana eandem horam esset seruatura, satis cōstabat. Hora igit̄ secūda accessio superuenit in horrore, quę celerius ea quæ in primo, secundo die quotidianæ continuæ facta erat, inualescēs usq; ad horam quintā, aliud rursus ab eadem hora fecit initium, in quo aderāt omnia similia his quæ in secunda hora contigerant accidētia. Hinc uero rursus promptius inualescens usq; ad horā octauā, denuo in eadem horruit, ac paulo post accrescens accessio, expeditè ascendebat, adeò ut hora noctis quarta iā ad summū peruenerit. Et quid aliud hoc erat, q̄ accessio exquisiti hemitritæi? duabus eadē hora inuadētibus febribus, quoniā quotidiana duabus horis celerius, tertiana aūt totidē tardius accedebat, adeò ut quicūq; facultatē haberet febriū figuras agnoscendi, tertianæ ac quotidianæ continuæ accidentia in unum confusa, manifeste deprehenderet. Nam cum tertianæ insultū rigor comitaret̄, quotidiana autē sine rigore inuaderet, mista ex utraq; febris horrorem continuo afferebat, rem quidem rigore minorem, maiorem autem refrigeratione, tantoq; hac ipsa maiorem, quantum à rigore magnitudine superatur, adeò ut cum ab utroq; extremo ęqua distet proportione, horror medius inter ambo, rigorem scilicet & frigefactionem colloce tur. Quod quidem maxime fieri consueuit, quum extremitates confundantur: nō ab re igitur inditum est huic febri nomē hemitritæi. Nam ex quotidiana cōtinua & tertiana intermittēte tota eius natura cōfusa, dimidiam partem utranq; ex dictis febribus retinet. Sicuti igitur semiasinus & semideus nomē tale sortiuntur, ita & hemitritæus. Se-

miasinus enim cum ad eius generationem pro altera parte asinus, pro altera equus conueniant, ex una semiasini nomen accepit. Semideus dimidia quidem parte deus esse monstratur, cum uero alteram hominis habeat, hęc in nomine omittitur. Sic & hemitritæus dimidiam eius partẽ habet tertianam, alteram autem dimidiam, quotidianam continuam. Duplex aũt in ipso generationis modus, uel scilicet duabus in unum tempus, quemadmodum dicebatur nuper, conuenientibus accessionibus: quia altera quidem præueniebat, altera autẽ differebat, aut statim ab initio ambabus inuicem confusis. Quæ igitur fit in unum tempus conuenientibus utraq; accessione, unam tantũmodo habet hemitritææ naturæ accessionem: altera autem omnes à principio ægritudinis usq; ad finem, quæ maxime atq; præcipue ab omnibus febris hemitritæa appellat̃. Sed de hoc paulo posterius à nobis dicetur, propter Agathinum, atq; Archigenẽ præsertim. In adolescente autem, quem nostra narratio supposuit, cũ tertia die huiuscemodi accessio facta esset, quia in unum tempus cõueniebant ambarum febrium inuasiones, quoniam quotidiana quidem duabus horis semper pręueniebat, tertiana autem differebat, die quarta accessio sole oriente inuasit, formã exquisitæ quotidianæ ex pituita præ se ferens. Erat autem secundum proportionis similitudinem quinta ab ipsa accessio circa decimam noctis horam principium factura, quoniam duabus semper horis celerius inuaserit. Tertianæ aũt ex bile febris accessio tertia ab initio die quinto, hora quarta erat inuasura, adeo ut inter duarũ febrium initia sex horarum spatium intercederet, quod & factũ est. nam circa quartæ noctis horam decimam inuadente accessione, quæ febris ex pituita seruabat imaginem, atq; hoc modo usque ad quartam diei horam progrediente, ubi febris tertiana mediocrẽ rigorẽ secũ afferens, eidem cõiuncta fuit, mistã subinde formã gerẽs accessio, biliosæ scilicet febris ac pituitosæ: sequenti nocte circa horam octauam, pituitosa febris incipiens exquisita, ac sola totã diem subsequentẽ ordine sextam occupauit: deinde cum media nocte declinasset, aliud subinde eodẽ modo fecit initiũ: deinde cum reliquam dimidiã noctis partẽ usq; ad meridiem diei septimę obtinuisset, postmodũ iam ueluti declinabat. At eãdem excepit tertiana, quæ cum rigore inuasit, quẽadmodũ exquisita tertiana cum rigore inuadere consueuit, atq; cum alia omnia secum eodẽ modo certissima afferret indicia, uomitus bilis inuexit, atq; alui excremẽta biliosa, & urinas optimas. Ac quum iam aduesperasset, breues quosdã ueluti sudores, adeo ut quicunq; febrium species didicisset, ei aperte indicaretur eam remitti, ac declinare, neq; ultra unam aliam periodum, aut ad summum duas debere protendi. Nam & in ea declinatione erat quies admirabilis, qualis ante uisa non fuerat, donec ad quartam noctis horam peruentum est. In illa etenim febris quæ etiam ex pituita ortum habebat, ac quotidie accessionẽ faciebat, cũ duabus anticipasset horis, inuasit. Cũq;

A totam noctem occupasset, ac totũ deinceps diem, rursus in secũda hora noctis octauæ aliud fecit initium, cumq; eandem pariter noctem totam occupasset, sequenti die, quę nona erat, declinauit. Eodem uero die circa horam octauam, quoniã duabus horis tardius inuadebat, futura erat tertianæ febris accessio, sed tũc hora nona superuenit, hoc ipso etiam se declinare significans. Sole autẽ occidẽte, ei se associauit febris ex pituita more suo anticipando, & cum noctẽ illam obtinuisset, diemq; sequentem, hora decima diei decimæ iterum inuasit. Deinde die undecima rursus hora octaua, exquisitæ referens pituitæ naturã: deinde prima noctis hora tertianæ febris, quæ quatuor tardauerat horis, horrida accessio facta est: deinde sexta noctis hora aluus biliosum excreuit, ac quidem per B uniuersum corpus sudores exhalarant, post quos tota declinatio ferè ad infebricitationẽ peruenit. neq; iam in ambiguo erat, quin tota febris tertiana omnino desiisset, sola autẽ ea quæ ex pituita ortum habebat, remanserat, quæ & ipsa iam remitti incipiebat. Hac igit̃ ratione die duodecima non amplius anticipauit accessio duabus, ut antea consueuerat, horis, sed hora septima inuasit: neq; die tertiadecima, sexta superuenit hora, sed illa etiam septima hora inuasit, quietem effatu dignã, ac declinationẽ ostendens. Quartadecima uero die eadem declinatio melior admodũ successit, ac hora nona accessio facta est: in urinis autem erant insignia coctionis indicia, solutionẽ ægritudinis in die C decretorio succedente futuram præmonstrantia. Sed hoc præsentis sermonis non interest, nisi obiter dicere. Quòd uero sæpius cõmiscentur diuersorũ generũ febres, & biliosæ pituitosis, & intermittẽtes cõtinuis, quæ à multis medicis ignorant̃, satis hic de quo nuper scripsimus, ęgrotus ostẽdit.

VIII Sed quoniam & de his satis dictũ est, rur- 9
sus ad id redeo, de quo paulo ante est à me sermo dilatus. Febris igitur, quæ ex tertiana & quotidiana continua composita est, quam hemitritęum appellamus, aut flauam bilem habet exuperantem, atq; ob id in eo sunt tertianæ febres accidentia maiora: aut hic quidẽ paucior, pituita uero abundantior, atq; idcirco quotidianæ continuæ affectus firmiores: aut neuter horum alterum uincit, sed am-
D bo æquipotentes existunt. Quo tẽpore est exquisitus hemitritæus, talem formam repræsentans, qualem de eo Hippocrates manifestauit, cum in principio Epidemiarum in hanc scribit sententiã: Erant uero eorum plerisq; passiones huiusmodi, febres horridæ, continuæ, acutæ, omnino quidem non intermittẽtes, modus uero erat hemitritæus, cum alteram diem leuiorem ferret, altera uero inualesceret, ac summatim in acutiem augerentur. dixit autẽ horridas non simpliciter quæ cum horrore inuadunt: sicuti hoc innumerabilibus accidit febribus, de quibus deinceps uerba faciemus: sed in quibuscunq; magnam accessionis partem horrores absumunt, altera dierũ scilicet in qua & tertiana & quotidiana cõtinua simul inuadunt, nam altera dies solam habet quotidianam. magna uero

ex parte dierum prima, mistam ex utrisq; cõmittit febrem: secunda uero ex pituita continuam. Contingit autem nonnunquam hanc prima inuadere die: secunda uero ambas simul. Accessio igitur ex utrisq; cõmista, quando humores fuerint æquipotentes, talis est qualẽ paulo ante descripsimus hemitritæon. Cum uero tertiana præualuerit, horridior fit febris, atq; in annotatione sibi aliquid rigoris associat. Cõfestim uero et feruidior est huiusce modi febris, & incendij plus habet, magisq; festinat ad summum, & aliquid bilis per uomitum aut per aluum, aut per sudorẽ excernitur. At cum altera ex pituita febris potentior existit, tũc frigus uehementius extremas occupat partes, horroresq; pauci fiunt, & pulsuum fit afflictatio maior ac diuturnior, tardiusq; accessio inualescit, ac longum B post tempus consistit, non tamẽ aut sitim, aut magnum affert incẽdium, neq; in ea per uomitum, aut per aluum, aut per sudorẽ bilis excernitur. Hanc quoque duarum febrium mistionem Archigenes animaduertisse uidetur, minus tamẽ recte atq; perspicue, quemadmodum in septimo cõmentariorum quos in tractatu Archigenis de pulsibus scripsimus, est à nobis ostensum. Arbitratur igitur Archigenes in hemitritæis aliquando febrem præualere tertianam, aliquando quotidianã: non tamen æqualem earum mistionem, quæ sola exquisitum hemitritæum constituit, aut intellexit, aut in suis scriptis ostẽdit, uerum omnino prætermisit. Nam cum æquales magnitudine fuerint, & febris ex bile intermittens, & ex pituita continua, accessionis C initium fit cum horrore, qui medium inter rigorẽ & frigefactionẽ obtinet locum: quorum alterum tertianam febrem, alterum quotidianam comitatur. Cũ uero ab inuasione inualescit, tertianæ quidem ratione cito calescit, ac festinat ad summum: at propter quotidianam ex pituita tardatur, atq; in ascensu retinetur nonnunquam atq; interrumpitur. Estq; inter uarios affectus ueluti pugna quædam, cum æger nonnunquam inualescente febre tertiana, atq; ad cutem humores impellente uehementius calefiat: cõtrà uero remorante, atq; ad interiora reuocante ipsius motum febre quæ ex pituita ortum habet: ut quę tardi ac difficilis motus, frigidaq; ac lenta existat materia. In hoc autem certamine cum humor frigidus superauerit, summis- D siones horrores, atq; extremarum partium & cutis refrigerationes sequuntur, adeo ut uideatur altera rursus accessio renouari: Cum uero calidior uicerit, tunc statim totum corpus calefit, ac iam uidetur febris penè in summo consistere, mox paulopost ad pituitã redeunte uictoria ægroti denuo contrahuntur, refrigerantur, & horrent. Neq; hoc terminum ullum habet, donec febris ad summum peruenerit, quod quidem citius accidit quàm pro more pituitæ, tardius tamen quàm in bile fieri cõsueuit. Nam huius quidem celeritatem cohibet pituita, ac rursus pituitæ tarditatem atq; hebetudinem excitat bilis. Talis quidem est exquisitus hemitritæus ex æquali duarum febrium temperatura compositus, quoniam etiam ex duobus humoribus constat. Atqui exquisitus non est, ubi aut bilem, aut pituitam habet præpotentem.

Secunda est duarum febrium, tertianæ scilicet ac quotidianę copulatio ac cõmistio, quę similem quidem nuper dictæ facit accessionem quandam. In eo tamen differt, quoniam in hoc febris ad insebricitationem perducitur, & quoniam die secũda cum rigore aut horrore sola quotidiana febris inuadit. Non igit̃ erit hæc febris hemitritæus, si quidem ex numero cõtinuarum hemitritæus existat. Quòd si etiam in altero genere hemitritæus collocetur, non hæc tantum, sed multæ præterea aliæ febres hemitritæi uocabuntur. Hac ratione mihi uidetur Agathinus omnes quæ protenduntur tertianas hemitritæos appellare. Sed quoniam de nominibus potius quàm de rebus sunt quæstiones huiuscemodi, in eisdem minime censeo cõmorandum. Nam de nominibus ad medicinam pertinentibus, seorsum à nobis scriptum est alio tractatu, in quo hoc ipsum ostenditur atq; integre præfinitur, qualésnam sint de rebus, ac quales de nominibus disceptationes. Rursus igit̃ ad res ipsas redeamus, hoc est ad eum quem Hippocrates uocat hemitritæum horridum atq; continuum, quem facit tertiana quotidianæ continuæ cõmista. Intermittenti autem non item, quoniam quæ ex ambabus componitur febris, necessario & ipsa intermittit̃. Non tamen ex duabus continuis, quarum altera ex bile, altera ex pituita generatur, potest hemitritæus consistere, quoniam hęc cõmistio febrẽ horridam, ac quę multas habeat reduplicationes non facit. Nam cum omnis febris continua sui quidem ratione cum exquisita fuerit, neq; horrorẽ habeat neq; rigorem, neq; etiam quæ ex eisdem componitur horrida fiet. Necesse est igitur, si horridus simul atq; cõtinuus sit hemitritæus futurus, ex duabus ipsum febribus generari, quarum altera sit intermittens, altera uero continua. Atq; idcirco tertiana quidem cum quotidiana cõtinua confusa facit hemitritæum, cum neq; utraq; continua, neq; utraq; intermittens huiuscemodi queat febrẽ generare. Vna igitur sola mistio relinquitur, ex quotidiana intermittente, & biliosa continua, quæ & ipsa potest cõtinuam simul atq; horridam febrem efficere. Hæc uero contrario modo se habebit quàm prior, quoniam continuitatem quidem ex bile obtinebit, horrorẽ uero ex pituita, reduplicationes autem ex pugna mutua, ac tum pręsertim cum humores æquas uires habuerint. Vbi uero alter eorum præualuerit, & accidentiũ, & cognitionis ratio, in prima mistione ostẽsa est. Hæc omnia & de quatuor mistionibus, ex febre biliosa & pituitosa, magis ad eum tractatum in quo De typis agitur, cuipiam pertinere uideretur. Hic uero necessario de ipsis facta est mentio propter hemitritæum, cuius ortum Archigenes ad tertianam transfert ac quotidianam, non tamen eius naturam rectè assecutus, quoniam in numero febrium intermittentium ipsum ponit. Agathinus autem contrà, hemitritæum in eodem genere cum tertiana manifestè locauit, ac sola accessionis uehementia ab eadem

differre fatetur. Si igitur omnium febriũ differentias exquisite scribentes, in nominibus tantum ab errassent, non admodum esset ægre ferẽdum. Sed quoniam neq; simplicium, neq; compositarum febrium omnes differentias exquisite assignarunt, ac præterea plures alias superfluas addiderũt, quæ neq; ad prænoscendũ neq; ad curandum aliquem afferunt usum: nos pro uiribus earum formam exquisitissime complecti tentauimus, ut qui longo tẽpore partim experientia, partim ratione omnes quæ utiles sunt differentias inuenerimus. Simplices igitur ad præsentem tractatum, compositæ uero ad eum in quo de typis agitur attinent, cuius tamen non erit expers omnino atq; inscius, si quis hunc diligenter perlegerit. Nam per hæc quæ de biliosa & pituitosa febre simul cõmistis conscripsimus, licet & atræ bilis humorem transferendo, eius cum utraq; illarum complexionem ac confusionem pariter cõiecturari. Voco autem complexionem, quando horis differentibus inuaserunt: confusionem uero, quando eodem tempore inceperint. Sic & tres simul febres complecti per se quispiam & cõfundere poterit, ex his quæ nuper diximus motus. Nam horũ omnium principium fons atq; elementum est singularium febrium formam atq; figurã exquisite cognoscere: neq; enim plurima est earum multitudo, cum omnes tres numero existant, & quæ ex amara bile, & quæ ex atra, & quæ ex pituita generatur. Quarum singulæ duas habent differentias, cõtinuæ scilicet atq; intermittentis, adeo ut omnium quæ ex humorum putredine ortum habent, fiant sex numero differentiæ. Quòd si aliqua accesserit his particulatim, in ipsis differentia hæc, uel ex humoris multitudine, uel ex quantitate & putrefactionis qualitate, ac pręterea ex modo motus, ac particula in qua fit putredo, habebit originem.

11 Veluti confestim earum febrium intermittentium, quæ tertia quaq; die accessionem faciunt, quę quidem breue habent accessionis tempus, ac cum rigore inuadunt, & per sudores, & bilis uomitum, & biliosa excrementa finiuntur, his tertianæ exquisitæ nomẽ impositum. Quibus uero aliquid horũ deficit, hæ non exquisitæ, sed simpliciter tertianæ appellantur. Quòd si intermissionem minorẽ habuerint, accessione uidelicet in longius tempus protracta, hæ tertianę extensæ uocantur, cum tamen & hęc ipsa res plurimam in eo quod magis ac minus, differentiam suscipiat. Licet quidem ex his aliquam simpliciter extensam nuncupare, quę cum uigintiquatuor horas in accessione consumpserit, reliquas habet febris expertes: aliquam uero sufficienter extensam, quæ usq; ad triginta extenditur horas: atq; aliquã in longius adhuc tempus productam, utq; usq; ad triginta sex horas protendatur: atq; aliã adhuc amplius usq; ad quadraginta uel plures. Neq; enim ex his quas diximus qualibet certis terminis potest definiri, cum Sorica dubitatio nobis occurrat. Neq; tamẽ huiusce modi nomina adeo curiose inuestigare est necessarium, cum nobis detur facultas etiam sine illis unumquenq; ægrotantem proximis indicare, ac rectam curationem adhibere, necnon futura prænoscere. Supponatur enim aliquis quindecim horas febricitare, ac triginta tres febre uacare, hocq; deinceps eadem proportione seruata contingat: nemini dubium, quin & tempus ad exhibendum cibum opportunum, ex accessionis & intermissionis spatio cognoscetur, et quantum ex hoc ad prænoscendum aut curandum commodi nancisci poterit: nihilominus id sufficienter acquiret, quamuis eam inquisitionem neglexerit, an simpliciter tertianam, an cum aliqua adiectione quę differentiam determinet, huiuscemodi febrem oporteat appellare. Sed & cum alteri indicare uoluerit qualisnã sit febris ægrotantis, hoc diligentius efficiet accessionis atq; intermissionis spatium ostendendo, quàm si nomen certum ac præfinitum, quod idem cõmonstret, inuenire studuerit. Hæc quidẽ optima est exponendi ac docendi ratio. Secunda uero quam paulo ante insinuaui, cum aliam quidem exquisitam tertianam nominaui, aliam uero simpliciter tertianam, deinde aliam paululum extensam, deinde aliam sufficienter, deinde aliã amplius, deinde aliam plurimum: Obscurissima autem atq; omnium deterrima, de qua prius fecimus mentionem, in qua Medici iuniores quotidie inuicẽ certant atq; contendunt, neq; animaduertunt se de nominibus litigare. Sed de aliȷs quidem quispiam minus forte mirabitur: de Agathino autem magis mirandum, qui cum quandam & quotidianam, & quartanam febrem appellet extensam, postmodum in tertiana non seruat eandem uim proportionis: nam si longius accessio protendatur, non tertianam, sed hemitritæum appellat. Sed satis super〈q〉; hactenus de nominibus disputatũ: nam periculum est, ne nos longius quàm sit opportunum in eisdem tempus conteramus. Quare rursus ad rerum ipsarum quæ restant, inuestigationem reuertamur.

IX Ex omnibus uero quæ supersunt nulla esset contemplatio præstantior, quàm illa in qua quæri potest, nunquid quemadmodum in utraq; bile & pituita fiunt quædam febrium species, ita & in sanguine putrefacto solẽt accidere febres. Siquidem ephemeras eo tantummodo calefacto, nõ autem putrescente fieri dicebamus. In putrefactionibus autem (nam & sanguinem quandoq; putrescere est necessarium) quærendum quæ nam sit harum febrium species. Hoc autem inueniri posse putandũ, si prius cognouerimus quo pacto sanguis putrefiat. Nam recte sentire uidetur Aristoteles, ab aliena caliditate oriri putredinem: uocat autem alienam, externam, non insitam atq; natiuã, in quocunq; genere rerum: nam hęc coquere apta est, externa autem corrumpere, quod est putrescere. Calor autem extrinsecus sanguinem opprimit, & in solis deustionibus, & pestilenti aeris statu, atq;, ut simpliciter dicam, in febribus uniuersis, quacunq; ex causa originem traxerint. Sed & quando in aliqua corporis parte sanguis plurimus aceruatus eiusdem corporis opprimit uim, corrumpi consue- 12

uit, ac tum præcipue cum in paruis uasis propter crassitudinem obstruitur, aut propter multitudinem impingitur, quemadmodũ in inguinũ tumoribus, ac collectionibus, atq; ut uniuersaliter dicatur, in inflãmationibus uniuersis. Nam in huiuscemodi affectibus duplicem ob causam corrumpitur sanguis, & quia scilicet non difflatur, & quia à natura non conuincitur. Quòd ea uero quæ non difflant̃ putrescere soleant, indicant exteriora omnia, quemadmodũ fructus, & semina, uestesq; prę terea. Eius uero quod dicitur fidem facere potest, id etiam quod in laterum inflammationibus cernitur. nam quidam in ipsis spumeum, quidam pallidum, quidam rubeum expuunt liquorem: quod nihil aliud est quàm ea humoris pars inflãmatione exuperantis, quæ retineri non potest, sed præ tenuitate sudat exterius: nonnunquam uero & niger liquor ille cõspicitur non statim ab initio, sed postea quando ut plurimũ pallida sputa antecessẽrint, quę bilis exuberantis erant indicia, quemadmodum spumea quidem pituitã, rubida uero sanguinem indicant. Quare non procul à uero est existimandum, sanguinem ipsum nonnunquã in his quæ inflammationem patiuntur, particulis subire putrediñe: ex qua simpliciores quidem quàm ex alijs humoribus febres fieri, similẽ uero accessionum proportionẽ assumere, qualem tertianæ maxime febres ostẽdunt. Nam ita in his qui laterum inflammationes patiuntur obseruatum, quo tempore maxime rubidum expuunt. Quòd si sanguis supra modum assetur, pars quidem eius subtilior ac pinguior omnino in flauam cõuertitur bilem: quæ autem crassior, in atram, quod in his tumoribus qui carbunculi appellantur, contingit: nam in his ex sanguine supra modum efferuescente, ad atræ bilis humorem fit transmutatio. Ita autem hoc loco accipi uolo atræ bilis humorem, ut qui nondum exquisite in atræ bilis naturam transierit, sed in quodam sit confinio cõstitutus. Et quidem pro uarietate humorum in quos conuertitur sanguis, febres fient sola bonitate uel malitia differentes. Illæ siquidem quæ sanguinis transmutationẽ consequuntur sunt simpliciores, tum in reliquis, tum in caliditatis qualitate mitiori: nam etsi se plurima manui tangenti offert, est tamen omnino mitis, sicuti ea quæ in balneo cõtrahitur. Semper enim febrilis caloris multitudo, in multitudine defluxus consistit: quod uero manui tangenti molestũ sentitur, ex humoris acredine prouenit. Hocq; tibi sit maximum humoris febrem facientis indicium, qualitas uidelicet caliditatis. nam quæ magis uaporosa ac minus molesta existit, ex sanguine nascitur, quæ uero molestæ sunt, & rodentes, atque mordaces, utranq; bilem consequuntur. Cum uero in primo tactu quoddam potius uaporosum, quàm acre se manui repræsentat, at per morã paulatim mordacitas aduenit, ac maxime inæqualis, adeo ut per colatorium quoddam & cribrum percolari uideatur, ex pituitæ putredine huiuscemodi febrem oriri cognoscas.

13 X Contemplanti uero mihi ac causam perquirenti, cur in febribus alijs calor æqualis occurrat, quæ uero ex pituita ortum habent, talem caloris inæqualitatẽ ostẽdunt: nulla potior uisa est quàm tenacitas atq; humoris crassitudo, qui difficulter dissoluitur. Nam & in hoc, sicuti in alijs omnibus, primo ea pars omnis expirat, quæ fuerit extenuata. Vix autem extenuatur quicquid ualde crassum extiterit. quod si etiam natura frigidum fuerit, tũc & difficultas augetur. non totus itaq; humor, neq; ex omni parte æqualiter, sed ex illa tantummodo in quam putredo inualuerit, inflatur, atq; extenuatus effertur, non dissimili euentu ab eo quẽ in lentis ac crassis humoribus, qui exterius ebulliũt inspicimus. Nam & in istis ampullę attolluntur, quę ubi disrumpuntur, uniuersus flatus effertur, omnẽ humiditatẽ extenuatam secum trahens. At in subtilioribus humoribus cum ebullierint, neq; ampullæ fiunt, quicq; ab eis uapor exhalat, est undequaq; uersus æqualis ac sibi persimilis.

XI Sed quoniam & de his, ut oportuit, disseruimus, nunc earum febrium quæ à continuo feruore synochæ appellantur, causas inuestigemus. Mirum enim mihi uidetur in istis unam plerunq; accessionem usq; ad quartum uel quintum, sæpius autem usq; ad septimum diem ab earum initio, donec finiantur, extendi. Quanquam si quis diligentius inspiciat, maiorem illi admirationem possit afferre, in quibusdam febribus per circuitum fieri accessiones. Quod enim retro attulimus exemplum in stercore, quod particulatim putrescit in animalis corpore, non admodum fieri posse uidetur, cum putrescentes humores ijs qui putredine uacant, possint facile cõmisceri, utpote ex omnibus ad omnia confluxu & conspiratione existente. Vnde fieri non potest, ut putredo nunc unam, nunc aliam occupet partem, nisi inflammatio incipientem putrescere humorem alliget atq; cohérceat. Quoniam igitur ad contrariam partem ratio se transtulit, difficilius est earum febrium, quę per circuitus accessionem faciunt, causam inuenire, quàm earum quæ synochæ, id est quæ continuæ dicuntur. De utrisq; tamẽ tentabimus sermonem transigere, neq; hic prolixius scribentes, neq; aliorum errata corrigentes, sed quemadmodum in superioribus egimus, solam ueritatem amplectentes, ex qua quispiam instructus, etiam aliorũ delicta comprehenderet. Sumendum itaq; initium ab ijs quæ manifestissime apparent, quæ sunt lippitudines quædam, quarum nonnullæ quotidie, nonnullæ uero tertio quoq; die magis infestant: similiter & aurium dolores, & capitis, siue totius, siue medietatis, quem Greci hemicraneam appellant: quibusdam uero & pedum, & articulorum dolores per circuitus exacerbantur. Quod igitur in hisce omnibus inspicere licet, uenas quidem in his partibus quæ exacerbantur in tumorẽ attolli, atq; inflammationẽ augeri, ac dolores intendi, ac materiæ inutilis affluxum ad extrinseca fieri: ita & in interioribus quæcunq; non seruare eandem proportionis similitudinem uidentur, fieri concipiendum, adeo ut in laterum & pulmonis inflãmationibus

nibus, in accessionum quidem principijs tumores increscãt, in declinationibus autem euaporent ac submittãtur. Forte autem quo pacto hoc accidat inueniemus, si de inflãmationis generatione, atq; rheumaticis uocatis affectibus quæcunq; à nobis in alijs commentarijs sunt demonstrata, memoria repetemus: nã si quod huius interest loci, illis addatur, præsenti quæstioni satisfaciet.

14 Qui igitur effluxus ad oculos cõmeat, omnes conceduntà capite distillare: quam uero ob causam statutis temporibus cõmeat, hoc dicere ignorant, ut qui scientiam de potentijs naturalibus minus attigerint, quam nos tribus in libris sumus cõplexi: in quibus quatuor esse numero demonstrauimus, à quibus & stirpes & animalia gubernant, unam quidem similium attractoriam, alteram eorundem retentoriam, ac post has tertiam alteratoriam, quartam præterea extraneorũ expulsoriam. Duplex autem est in omnibus entibus extraneũ, alterum nanq; ex sui qualitate, alterum quantitate. Hoc autem aceruari cõtingit ob harum potentiarum quæ in membris sitæ sunt, uel uigorem, uel imbecillitatem. Cum enim æque ualentes fuerint, & meatus, qui materiã inutilem excernunt, secundum naturam se habuerint, tunc membra in sanitate consistunt: ubi uero plus assumptum fuerit ꝙ possit alterari, omne quod superfluum est, à uirtute expulsoria trusum necessario excernitur: quòd si imbecilla fuerit, in eodem residet loco. ac si multum fuerit, grauat atq; extendit: si uero acre, exedit ac mordet: sicuti et quod calidum est, calefacit: quod autem frigidum, refrigerat. Hæc autẽ liquido in uentriculo apparent. Nam quidam ubi aliquando cibum ampliorem assumpserint, ex nausea interdum coguntur euomere, interdum uero profluuio corripiuntur. Quod igitur hic per maiora ac laxiora spatia superfluum excernitur extra, idem in alijs partibus animalis per tenuiora foramina nõ extra, sed ex alijs defluit ad alias, cum fortiores à se quidem pellant, imbecilliores autem suscipiant. atq; hæ rursus ad alias, donec tandẽ in eas quæ imbecillissimæ sunt inter omnes, inciderit; hinc uero ad fortiores relabi est impossibile. Idcirco in ijs quæ plethoræ uocantur, ex uitiosæ materiæ abundantia partes debiliores partim inflãmationes patiuntur, partim erysipelata, aliæ herpetas, aliæ aliud morbi sustinent genus, quædam illi affectui sunt obnoxiæ, qui rheumaticus à fluxionibus appellatur, de quo nos separato scripsimus loco. Nihil igitur mirum, uel cerebrum, uel uniuersum aliquando caput aceruatam in eis superfluitatem ad partes imbecilliores expellere, ueluti aures, oculos, tempora, labra, uel dentes, uel malas, uel palatũ, uel gingiuas, ad gargareona, & paristhmia, aut ad eos qui sunt in huiusmodi partibus adenas: & cum nihil in istis imbecille constiterit, ad thoracem, pulmonem, fauces, stomachum, uentriculum, fluxio delabitur. Sicuti igitur caput talium omnium morborũ sæpius est causa, ita & eas quæ in hepate fiunt ac splene inflammationes, aliquæ partes uicinæ, uel etiam per Iouem ex remotiori-

A bus aliqua una, uel plures generat, auget, immittit, ac per circuitũ exacerbat. Neq; mirandum est similem eisdem contingere affectũ, qualis in uentris excrementis conspicitur. Sicuti igitur quisq; quantum quaq; die excernitur, intuens, si causam rei eiusdem ignoret, ordinem miraretur: sic quemcunq; latet superfluitatum in capite generationis atq; excretionis causa, & qua ratione nõnullæ quidem ex ipsis ad exteriora, nonnullæ uero ad aliquem alium confluant locum, hæret atq; miratur similem confluxus proportionem. Sic & quicũq; non nouit, neq; quæ partes materiam inutilem ad hepar transmittant, neq; causam propter quã trãsmittant, intelligit, miratur in febribus quæ ex hepate accenduntur, ordinis proportionẽm. At qui

B nescius non est primam inflãmationis originẽ ex fluxione in hepar incidente prouenisse, ac ꝙ deinceps exacerbetur, mirari iam desinit causam in ipsa parte patiente consistere.

Duplex autem est huius fluxionis occasio, altera quam nuper diximus, quando materia inutilis ad imbecilliores partes ab alijs detruditur: altera quando eadem attrahitur: de qua iam sermonem faciemus, sumpto hinc etiam ab illis initio, quæ omnibus sunt manifesta. Nam sicui inunxeris thapsiam, huic haud ita multo post, partem illam calidiorem, atq; in ampliorem tumorem elatam conspicies: sic & si membrum aliquod iuxta ignem calefeceris, aut uehementiorẽ frictionẽ adhibueris, uel resina perungens, uel pice mediocriter calida,

C deinde uniuersam paulopost auferas, siue quodcunq; calidum medicamen parti cuiq; applicaueris, in hisce omnibus eundem in tumorẽ uidebis attolli, quoniã caliditas natura apta est fluxiones attrahere, aut easdem recipere. Neq; enim præsentis est loci ista discutere, cum quod proposito expedit nostro, etiã sine hac contemplatione habeamus. Illud enim compertum habetur, quòd semper in corporibus plenis, aut in quibus inutilis materia redũdat, magna portio ad eas defluit partes, quæ uehementius incaluerint. In his autẽ quæ superfluitatibus uacant, admodum pauca. Non parum uero & ad partes dolentes solet defluere. Sic igitur quispiam cui extremam partem digiti acus exigua pupugerit, statim indoluit: paulopost uero inflammatur, atq; in magnum tumorẽ pars om

D nis circumstans attollitur: in quibusdam uero sub alis bubones exurgunt, cum rara ac spongiosa corpora, quæ Græci adenas appellãt, ibidem aliquid fluxionis admittant: quibusdam uero & in medio brachio hoc fieri conspicitur, cum in eodem loco effatu dignus aden fuerit cõstitutus. Quod autem dicitur, apertissime cognosces, cum ulcusculũ aliquod paruum expers doloris, atq; inflãmationis propè unguem extiterit. Si enim negligatur, neq; coalescat, atq; ad cicatricem perducatur, adnata deinde carne quæ ab ungue cõprimitur, primum quidem ibidem dolor excitatur, deinde in toto digito, nonnunq; uero uel manus, uel pes ad magnam inflammationem effertur. Vsqueadeo ob dolorẽ fluxionibus partes laborãt, non tamẽ huiusce

rei causam hoc in loco aperire est necessariũ. alibi enim oportunius dicta est, nihilq́ ipsa ad præsentem considerationem egemus. Videntur itaq́ manifeste fluxionum causæ ex ipsis partibus laborantibus originem trahentes duæ esse, quarum altera est in eisdẽ accessa caliditas, altera dolor excitatus. Quòd aũt uel minus, uel plus, uel melius, uel deterius influit, causa nõ tantũ in parte fluxionibus obnoxia consistit, sed quòd melius sit, aut deterius, ex partibus mittẽtibus pendet: q́ plus uel minus, tum ex ijs quæ mittunt, tum etiam ex ijs quæ recipiunt. Vehementiores siquidem calores, atq́ dolores attrahunt uehementius, minus autem debiliores: sic & partes quæ superfluitatibus carent, parum aliquid trahentibus immittunt. Quę autẽ pleniora sunt, & materiæ inutilis copiam habent, tanto ingerunt amplius, quanto plus à natura modo recesserint. Hæ igitũ sunt fluxionũ differentiæ, quæ sine partium quæ fluxiones admittunt, imbecillitate cõsistunt. Aliæ uero & propter harũ imbecillitatẽ, & propter earum robur quæ superfluitates transmittunt: omnes enim quę sine ictu aut contusione partibus adueniunt inflãmationes, ex superfluitatibus quę à membris fortioribus ad debiliora confluxerint, generantur. Statim uero inflãmationes huiusmodi febres accẽdunt, quando uidelicet ob magnitudinem, uel uicinitatem earũ caliditas ad cor usq́ peruenerit. Putrescunt igitur inflãmationibus omnibus congestæ superfluitates, ob eas quas ante cõmemorauimus causas. Non æque tamẽ omnes putrescunt, cum ex eis nonnullę quidem sint ex pituitæ speciebus, nõnullæ atræ bilis, aliæ amaræ. Cum uero putruerint, calor præter naturam inflammationẽ patientẽ occupat partẽ, simul autem ab eadem præter naturam caliditate corripiunt̃ quæcunq́ proximæ partes: atq́ hæ rursus uicinitatis ratione sibi continuas calefaciunt, illæq́ rursus alias, donec tandem per successionem ad cor usq́ aliquando caliditas permeat. Quisnam uero sit in partibus inflãmationẽ patientibus affectus, in libro De inęquali temperatura monstrauimus, atq́ in altero qui De tumoribus præter naturam inscribitur. In hoc uero ostendemus, necessarium esse sanguinẽ in eisdem cõtentũ unà cum superfluitatibus influentibus plerunq́ putrescere.

16 Quæ ab una particula infertur ad aliam superfluitas est, adeo multa aliquando ac uitiosa, ut recipientis particulæ potentiæ afferat detrimentum: nonnunq́ uero adeo mitis & pauca, ut suscipienti corpori nullam inferat noxam. Si igitur ita potentiam oppresserit, ut iam dissoluatur, neq́ iam conuincere possit ea quæ prius cõuincebat, tunc iam sanguini necessarium est putrefieri, idq́ duplici ex causa: quia uidelicet humor quem proprius calor non obtinet, nihil habet reliquum nisi ut ad putredinẽ transeat: & quia cum superfluitatibus putrescentibus unà putrefit. Quòd si non adeo potentiam prosternat, ut iam dissoluta quiescat, semiputridus ac semiuitiatus omnino in tali statu reddit̃ sanguis, ex uicinitate quidem putrescentiũ superfluitatum ad putredinẽ raptus, tantum uero in sua natura perseuerans, quantum in eius à qua exornatur potentiæ ratione consistit. Vtcunq́ uero se res habet, qui in prima putredine calor accendit̃, est quidẽ acrior atq́ mordacior, eo qui secundum naturam: tantum uero augetur, quantum & superfluitatũ natura suppeditat. Hæ siquidem ad eum qui ab ipsis accẽditur calorem, ferè similem quandam habent rationem, quam & ligna ad ignem, ex ipsis enim lignis dum alterantur, augetur ignis. Non tamen in infinitum usq́ tempus hæc ad alterationem sufficiunt, sed est quidam transmutationis terminus, humoris in ipsis existentis defectus, cum eo usq́ possint exuri, donec aliquid natiui humoris habuerint: qui ubi consumptus exto to fuerit, tunc ardere iam desinũt, ac quæ reliquiæ supersunt, cineres appellantur. Et quidem eodem modo putrescentium humorum caliditas permanet, donec omnino fuerint assati. Parum autẽ reliquiarum terrestrium restare ex humoribus est uerisimile, non quemadmodũ ex lignis plurimum, quoniam in eorum substantia humidũ & non siccum præualet elementum: sic uero etiam ubi aliquem ex exterioribus humoribus elixare uolueris, ueluti oleum uel uinum, paruum aliquid terrestre relinques, reliquum uero omne extenuatum in aerem ac uaporẽ resoluetur. Et quidem feruentibus in putredine humoribus à caliditate extenuatis, eorundem substantia tota, cum febres consistunt atq́ declinant, in ambientẽ aerem dissipatur. Superfluitas autẽ uel exigua remanet uel nulla, in crassioribus quidẽ humoribus pauca, in serosioribus autem nulla. Quòd si nullam imbecillitatem pars inflammata contraxerit, neq́ iterum superfluitates adueniant, ægritudo finitur, neq́ deinceps aut sequẽti, aut tertia aut quarta die, homo febricitabit. Quòd si denuo eandẽ ob causam ob quam primæ etiam missæ sunt, aliæ immittant̃ superfluitates: aut si nec hæ quidem mittantur, sola autẽ remaneat potentiæ imbecillitas, hominẽ secundo febricitare est necessarium. Subijciamus enim primũ quidẽ ualidam esse particulę potentiã, in tẽpore uero intermedio eisdẽ in partibus, quæ prius transmiserunt, aceruatas esse superfluitates & qualitate & quantitate pares his quas ante immiserũt: hoc uero in his accidet, in quibus eadem permanet imminentiũ partiũ dispositio atq́ eadẽ attracti alimenti qualitas quantitasúe seruat̃. Est enim, ut arbitror, necessariũ, cum & tantũ scilicet simile, ab eadem potẽtia alteretur, æquales etiã & similes fieri superfluitates: tẽpus quoq́ in quo eadem aceruabunt̃, necessario erit ęquale: siquidem enutritæ partes eundẽ seruauerint habitũ, atq́ eodem alimento nutrientur, & quantitate æquales, & qualitate similes superfluitates eodem tẽporis termino cumulabunt, eodẽ quoq́ circuitu ad eas expellẽdas, atq́ ad imbecilliores partes detrudendas mouebunt̃. Siquidẽ uis excretoria tũc primũ ad suum opus excitatur, quando aut superfluitatũ multitudine aggrauatur, aut ex qualitate stimulatur. De hisce uero omnibus plenissime dictum est in cõmentarijs De potẽtijs naturalibus, in quibus exerci-

A exercitatum esse oportet quicunq; ea quæ in hoc loco dicuntur, cum demonstratione cupit ediscere: cum magna quoq; eidem ex ea contemplatione ad curandi facultatem præmia proponantur. Nam ut reliqua omnia silentio præteream, quæ à nobis in eodem tractatu dicentur, de uno tantum modo quod magis in prõptu est, atq; à me sæpissime factum, habendo sermonem, eam quæ per circuitum accedit lippitudo, non paruum existimo fore incitamentum ijs qui adituri sunt ad eam quã hoc loco docemus contemplationem addiscendam. Nos enim contrà q̃ illi qui se medicos oculares appellant, semper huiuscemodi affectus curauimus. Nam cum illi semper oculis negocium facesserent, nos aliquando purgatione, aliquãdo B balneo, aliquando meri potu, ut inquit Hippocrates, aliquando missione sanguinis, nonnunquam uero utrisq;, uel clystere cum sanguinis missione usi sumus, unde nonnunq̃ statim sanitas est subsecuta: nonnunq̃ uero post curationem capiti adhibitam. Nam quicunq; ita curati sunt, uel nullã amplius, uel unam tantũmodo accessionẽ passi sunt, eandemq; minorem q̃ prius. Sed de curandi quidem determinationibus notisq; non huius interest loci. Quod uero contingat uniuersum aliquando caput quod nihil passum sit, sed sanguine tantũmodo uitiato atq; inutili nutriatur, plures q̃ antea ac deteriores superfluitates colligere, adeo ut naturales effluxus, atque difflatus non sufficiant, quin necessarium sit naturã ad imbecilliores partes C excremẽta detrudere, aut si humores quidem sani fuerint, ipsum uero caput male se habeat, aut utraq; incõmoda conueniant, superfluitates quidem aceruari, ad aliquod uero membrum irrumpere, presens sermo indicare proposuit. Donec etenim et qui defluit humor similis fuerit, atq; eadẽ dispositio capitis, tãdiu superfluitates, & tempore æquali, & similes atq; æquales aceruabuntur. Similesq; oculorũ fient exacerbationes. Eodem pariter modo, si non caput uniuersum, sed aliqua eius pars uel membrana uel cerebrum ita fuerit affecta ut ex huiusmodi alimento talem ac tantam statuto tempore cõtrahat superfluitatẽ, ac deinde repellat, quamprimũ ab ea effatu dignam senserit læsionem, tunc per circuitũ exacerbari cõtingit uel D oculos, uel aures, uel membrum aliquod imbecillius, ad quod superfluitas detrudetur. Sicuti igitur in oculis, & auribus, & pedibus, multisq; alijs huiusmodi partibus, quemadmodum ostensum est per circuitum fieri exacerbatio manifeste deprehenditur: quid mirum est in laterum, pulmonis, et cerebri inflãmationibus, atq; alijs omnibus quæ oculis inspici nequeũt, eodẽ superfluitates defluere modo, eodemq; etiam modo febrem accendi: cum tamen pars inflãmata nullum præcipuum ex se gerat affectum, ex quo relata oriatur, nisi quia partibus illis quæ superfluitates transmittunt, eo tempore sit imbecillior? Neq; etiam illud mirandum, q non ijsdem statutis temporibus omnes superfluitates aggregent. quãdo enim & is qui pro alimento sanguis defertur, non usquequaq; similis existit, & neq; partium quæ ex eodem alimento nutriuntur, eadem existit dispositio, aliud alij sufficit tempus ad tantam superfluitatem aceruandam, qua primum quidem membri læditur natura, cogitur autem tanquam alienum à se detrudere id quod infestat. Sed neq; quòd non æqua sit accessionum longitudo, oportet admirari. Nam si non eadem neq; species, neq; multitudo superfluitatum, neque etiam omnibus æqualiter accendi aut dissolui contingit: quæ siquidem plura sunt ac frigidiora, tenacioraq; & crassa, longiores faciunt accessiones: quæ autem pauciora ac calidiora & subtiliora, breuiores, cum adhuc etiam non parum & totius corporis fabrica, & potentiæ robur illo tempore conferat. Nam si quod corpus rarius extiterit, breuiores sui ratione reddit accessiones: quod autem spissius, longiores: & potentiæ quidem robur, minus diuturnos: imbecillitas autem, in longius tempus producit. Nam quo potentia uegetior extiterit, eo promptius omne alienum à seipsa repellit. Corporis autem raritas, quod per ipsum defertur, non retinet. Quare necessarium est, ut qui ita fuerint affecti, si modo in cæteris paritas adsit, cito à superfluitatibus exonerentur. Eadem ratione qui contrarium corporis habitum sortiti sunt, his multo tardius superfluitates excerni est necessarium, cum & potentia imbecilliter easdem superfluitates impellat, ac propter meatuum angustiam, quæcunq; feruntur, retineantur. Cum uero hæc omnia simul conuenerint, aut longissima, aut breuissima fiet accessio. Longissima quidem, ob materiæ inutilis multitudinem, crassitudinem, atq; lentorem, potentiæ imbecillitatem ac meatuum angustiam: breuissima autem propter materiæ inutilis subtilitatem, paucitatem, & potentiæ uigorem, ac meatuum laxitatem.

17 Eadem ratione, neq; cur nonnullæ quidem accessiones in febricitatione terminentur, aliquæ uero non, est difficile inuentu. Quando etenim prioris accessionis tempus adeo breue fuerit, ut antequam secunda superueniat, iam prima quieuerit, omne id temporis spatium, quod secundæ principium & primæ finem interiacet, sine febre est. Si uero secunda inuadere anticipauerit priusquam omnino prima soluatur, nullum interuenit medium. Hoc igitur, ut diximus, fit, cum ea quæ est in membro superfluitates admittente potentia sibi ipsi similis manserit: hoc est cum sanguinẽ in ipso contentum, quemadmodũ antea, cõuincit. Quòd si aliquando imbecillior reddatur, hoc quoq; illi causam afferet, ut non modo materia inutilis, sed ipse preterea sanguis corrumpatur atq; putrescat, ac febris accendatur: atq; hinc aliud orietur principium earum quæ per circuitum fiunt accessionũ. Si igitur antea dicta caliditas perseueret, duplex febrium seinuicem complectentium species consistit. Quòd si illa cessauerit, membri uero fluctionem recipientis dispositio remanserit, quæcunq; de parte mittente prius exposuimus, eadẽ de hac quoq; intelligant: nã & ipsa aliquas in se superfluitates generabit, idq; duplici ratione, quẽadmodũ

& illa: & quia uitiatũ continet sanguinem: & quoniam potentia est imbecillis. Eodem modo si ex aliqua quauis causa membri uis adeo debilitetur, ut is qui adiacet sanguis, illi potius onus sit quàm alimentũ, illud eueniet ut corrumpatur: aut si calidior sit facile putrefiat. Quòd si subfrigidus fuerit, & pituitæ naturã gerens, non subito, sed per tempus ad eandem ueniet dispositionem. Et quidem cum eas quæ in ipsa genitæ fuerint superfluitates coquere nequierit quæcunq; particula, aut ad aliam à seipsa detrudere, tale sibijpsi febricitãdi principium constituet, quale ea quæ transmittit, alteri affert. Quòd uero aliò superfluitates detrudere ne queat, prima quidẽ causa in mittentis ac recipientis partis potentia consistit: altera uero in meatuũ obstructionibus, quę ex lentis ac crassis & multis humoribus fieri cõsueuerunt. Nihil igitur mirũ, si absq; eo q alterũ alteri mittat superfluitates, quẽadmodũ oculis caput, ex ijs quæ in ipso membro remanserunt, ad eandem peruenit, ad quam id q̃d recipit materiam, extraneam dispositionem. Quæcunq; eñ naturales meatus obstruxerint, hæc per tempus necessarium est putrefieri, ac superfluitatum multitudinẽ aceruandi causam afferre ei parti, quam euacuari, ac pro consuetudine diffiari ue tuerint. Vnà igitur cum illis putrescũt & alia quæ postremo colliguntur, statim quæ simul omnia in membro febrilem caliditatẽ accendunt. Sed & retro ostendimus, ubicunq; accẽditur atq; augetur caliditas, istuc ab alijs partibus sanguinem solere confluere. Quo uero tempore confluit, illas quidem refrigerari priuatas sanguine est necessariũ: quod uero patitur membrum grauari ac distendi, ac sanguinem ipsum confluentẽ alterari, hoc quoque duplici ex causa: & quia alijs quæ iam putruerunt superfluitatibus permiscetur: & quoniam intrusum difflari non potest: quo fit ut instar lignorum humidorum quæ paucam super flãmam uniuersim projiciũtur, fumiget. Atq; hoc tempus accessionis principium nuncupatur. Cum uero iam caliditas materiã conuicerit, tunc huiusmodi tempus & augmentum & ascensus uocatur. In hoc uero usqueadeo calor augetur, ut non modo locum exurat, qui est ueluti quidam putredinis focus, sed etiam cõtinuatim per totum corpus dispergatur: ac cum iam ad summũ feruoris deuenerint humores inflãmati, id accessionis tempus, consistentia appellatur. Tunc uero uniuersum laborantis corpus igneum uidetur, extensa per totum animalis corpus ęqualiter caliditate. Hinc uero si humores fuerint tenuiores, potẽtia robusta, corpus rarum, maxima humorum putrescentium pars in sudorem resoluta, euacuať: si uero hi crassi fuerint, uis autẽ expulsoria imbecillis, & uiæ angustę sint, nihil quidem defluit sensui manifestũ, sed id solum quod ita est extenuatum, & in sublimioris uaporis naturam transierit, tunc huiusmodi tempus declinatio appellatur, quidam feruentiũ humorum difflatus. Sed cum in parte remaneat affectus, necessarium est in ipsa superfluitatem aliam generari, cum id quod denuo ad ipsam alimentũ attrahi-

A tur, non totum exquisite conuincatur: quę rursus, ut antea dictum est, à putridis superfluitatibus in parte relictis, ac proprio ex uitio, putredinis principiũ accipit, ac cũ satis caluerit, rursus ad ipsum influit, quẽadmodũ antea ex alijs animalis partibus sanguis. Atq; eodẽ rursus modo principiũ, ascensus, cõsistentia, declinatio alterius fit accessionis. Neq; hoc per circuitũ desinit fieri, donec in prima particula superfluitates generãte seruať affectus.

18 Est uero duplex huiuscemodi affectus: alter qui idem imbecillitas partis, in qua fiunt superfluitates: alter uero qui ex eisdem quotidie genitis oritur. Neq; eñ existimes in exterioribus istis uasis, in quibus elixatum obsonium nidorosum factum est, quandam relinqui dispositionẽ, nullam aũt in B partibus in quibus humores putruerunt. Adhuc uero magis eam dispositionem impossibile est solui, quãdo uniuersum corpus multis & uitiatis humoribus fuerit oppletum: ac multo etiã amplius, si his adiungatur, omnium, per quos membri superfluitates excernũtur, meatuum astrictio. Sicuti etiam sanitas subsequeretur si & meatus essent aperti, ita ut in membro liberi transitus fierent, & potentia uegetior redderetur, emendareturq; affectus, atq; uniuersum corpus neq; multis neq; uitiosis humoribus grauaretur. Donec uero hęc perdurauerint, circuitum quoq; accessionum seruari est necessariũ. Hoc idem in mulieribus quoq; accidit: nam & in his donec æquales ac similes menstruorũ causæ fuerint, idem quoq; eorum seruatur C circuitus. De his uero uberius à nobis scriptum in lib. De rheumaticis affectibus: neq; nũc in eis probandis quæ antea fuerũt demonstrata, tempus terere est necessariũ. Sed neq; capita earum rerum quæ huic loco cõducunt, sunt prætereunda. Sunt aũt hæc cognitu utilia, q nonnullæ quidem partes ad alias superfluitates transmittunt, quemadmodum caput ad oculos: nonnullæ autẽ ab eisdem in seipsis genitis principium febricitandi trahunt: quodq; his omnibus superfluitatum putredo cõmunis existit. Singulis aũt propriũ inest, huic quidem obstructio, ac compactio uasorum ob humores uel crassos uel multos: alij uero meatuũ cõstrictio, sensibiliũ scilicet uel insensibiliũ: alij aũt omnia in toto ipsius corpore loca inania sunt oppleta, ac præterea ea adest multitudo, quæ ad potẽtiã D dicitur, quemadmodũ in libro De multitudine ostendimus. Earum igitur febrium quæ per circuitum aliquem accessiones faciunt, nescio si qua est nobis causa pretermissa. Earum aũt quæ ordine carent, nonnullæ ex transmutatione humoris, nonnullæ ob uictus errorem ad talem dispositionem deueniunt. Maxime igitur transmutatur, atq; in alteram naturam transit sanguis cũ putrescit. Nam ut etiam antea exposuimus, pars una sanguinis fit flaua bilis, alia nigra. Quantũ uero in ægrotãtium corpore humores mutantur, tantum etiam accessionum circuitus. Quare nihil etiam mirandum est, si in huiuscemodi mutationibus ordo accessionum euariet. Illa quoque non parum est uarietatis causa, quòd qui putrescere incipit humor, in

aliquo membro consistit: alter uero ex alijs defluit partibus, qui uel in ipsis solis continebatur, aut in uniuerso corpore animalis redundabat. Sic & quæcunque circa uictus rationem errata ab ægrotantibus fiunt, nihilominus hæc circuituum ordinem euertunt. Quemadmodum enim ipsis quoque sanis uictus deprauatus ægrotandi affert occasionem, eodem, ut arbitror, modo, uel etiam magis in laborantibus ex erroribus admissis fiunt accessiones. Non solum igitur cum iam ægrotant, sed eo etiam tempore quo ex morbo referuntur, quacunque ex causa promptissime offenduntur. Quodcunque igitur offensionis genus effatu dignum euenerit, uel circuitus anticipare, uel alios diuersæ naturæ à prioribus oriri est necessarium, à quibus accessionum ordo peruertitur. Sæpius uero ob circuituum complicationem quæ à medicis ignoratur, uidentur absque ordine accessiones in ægrotantibus fieri. Sed non ita re uera res se habet quemadmodum uidetur, sed tunc uere ordo euariatur, quando qui febrem faciunt humores, in alteram naturam transierint, aut in uictu errare cõtigerit. Reliquum est id febrium genus quæ synochæ uo-

A cantur, quarum uniuersum tempus una accessione finitur, quæ uel semper in eodem uigore persistit, uel minuitur, uel augetur donec iudicetur. Hæ uero omnes ex tali causa ortum habent, qualem Praxagoras existimabat, humorum uidelicet in caua uena putrefactionem. Quanquã absolutior ac uerior sermo hunc in modum diceretur. Quæcunque per circuitus aliquos ęgritudinum accessiones fiunt, ex membrorum dispositionibus ortum habent, quæ scilicet membra uel mittunt uel suscipiunt uel generant uel attrahũt superfluitates eo quo nuper diximus modo: sed quę circuitum non habent, in his nulla est corporis pars quæ præcipue sit offensa: sed qui in uenis & arterijs omnib. continentur humores, atque hi pręsertim qui in maximis atque plurimo calore abundantibus sunt, aut ob aliam quamuis causam, quemadmodum in ephemeris, aut ob putrefactionem ferventes, febrem accendũt synocham appellatam, quæ à principio usque ad finem nullam habet intermissionẽ, ac tandiu perseuerat, hominẽque deurit, donec qui ei causam afferunt, humores aut ex toto absumantur, aut coquantur, aut utrunque patiantur. B


ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE INAEQVALI INtemperie, secundum Io. Agricolam, qui commentarios scripsit, & in 12. capita hunc librum diuidit: aliqui nouem tantum faciũt, quorum distinctionem ciphra denotat in contextu.

Cap. I. In genere agit de inæquali intemperie, quò lector facilius adsequatur, quæ consequentibus capitibus particularibus est diffiniturus (differẽtiæ intemperiei, simplex, composita, æqualis, inæqualis.) II. Enumeratio maiorum corporis partiũ, quæ omnibus uulgò notæ sunt, earumque in minores diuisio, earum rursus in primas & similares: & quod omnibus insint spacia quædam & pori. III. Phlegmones id est inflammationis (quæ inæqualis intemperies musculi est) generationem diligentissime describit. IIII. Adhuc de phlegmone: & quod necessariũ sit, ut uel materia ipsa quæ suis qualitatibus musculum alterat, particulam uincat, uel ab ea uincatur: utrunque horum ordine altius repetit. V. Qua natura sit prædita intemperies inæqualis, quomodo & à quib. in genere causis inducatur in corpus: & sic uiam præstruit ad tractandum probe illud quod sequitur intemperiem inæqualem symptoma, nempe febrem. VI. Docet inæqualem intemperiem ita in uarijs particulis eiusdem corporis, quemadmodum supe-

C rius in uarijs corporibus oboriri posse demonstrauit. VII. Repetit quædam superiori capite demonstrata: mox docet sensum doloris fieri inter alterandum in immodico quidem accessu, in his tamen quæ iam perfecte sunt alterata non sentiri dolorem. VIII. Expendit utrum dolor ab intemperie fieri soleat, an potius à solutione cõtinuitatis, quod insinuare uidentur uerba Hippocratis qui scripsit omnem morbum ulcus esse. IX. Redit ad alias species intemperiei inæqualis, declarãs aperte febres quasdam generari per putrefactionem humorum, & non perpetuo propter abscessum aliquem, in quod ferè hactenus scribendi munus absumpsit. X. De generatione inæqualis intemperiei frigidæ toti corpori uniuersalis: quemadmodum superius calidæ generationem absoluit. XI. De inæquali intemperie ex contrarijs qualitatibus in febribus, ut hepiala, lipyria, & alijs. Causæ rigoris sine febri. XII. Epilogus ad prædictorum omnium memoriam firmandam. D

CL. GALENI DE INAEQVALI INTEMPERIE

THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.



INAEQVALIS intemperies aliàs in toto animalis corpore fit: ueluti in ea hydropis specie, quã Gręci ἀνασάρκα uocant: & febrib. ijs, quas ijdẽ hepialas appellãt: ferèque reliquis omnib. exceptis quas hecticas nominãt. Incidit autem & in una qualibet parte, cum ea uel intumuit, uel phlegmone, gangrena, erysipelate, cancrò ue est affecta. Huc pertinet & qui elephas dicit, & phagedena, & herpes. uerum hæc omnia cum fluxiõe consistunt. Absque autem materiæ affluxu solis partium qualitatibus alterandis, inæquales intemperies fiunt, utique refrigeratis ijs, aut deustis, aut immodice exercitatis, aut feriatis, aut aliquid id genus passis. Iam ex ijs, quæ foris corpori occurrũt, inæqualis intemperies gignitur, dum id uel frigefit, uel calefit, uel siccatur, uel humectũ redditur. quippe hæ simplices intemperies sunt, ueluti in

ijs

ijs, quæ de temperamentis ſcripſimus, eſt monſtratum: compoſitæ ex ijs aliæ quatuor ſunt, cum corpus uel caleſit ſimul & ſiccatur, uel caleſit ſimul & humectatur, uel refrigeratur ſimul & ſicceſcit, uel refrigeratur pariter & madeſcit. Quòd autem eiuſmodi intemperies ab æqualibus eo diſtent, quòd in omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter non ſint, id clare liquet.

II Ergo quis ſit omnis inæqualis intemperaturæ generandæ modus, in propoſito libello ſtatutum eſt exequi. Admonendi autem ſumus, quò clarior nobis omnis diſputatio ſit, de omnibus corporis particulis: principio à maximis ſumpto, quæ ſcilicet ne uulgò quidem ſunt ignotæ. Siquidem manus, & pedes, & uentrem, & thoracem, & caput nemo eſt qui ignorat.

2 Diuidamus autem earum rurſus unamquanque in proximas ſui, quæ προσεχῆ Græce dicuntur, particulas. Verbi gratia, crus in femur, tibiam, & pedem. Item manum, in brachium, cubitum, & ſummam manum. Iam ſummæ manus ipſius propriæ particulæ ſunt carpus, μετακάρπιον, & digiti. Digitorum uero particulæ ſunt, oſſa, cartilago, ligamentum, arteria, uena, membrana, caro, tendo, unguis, cutis, adeps. Has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciem non eſt: ſed ſunt ſimilares ac primæ, exceptis tamen arterijs & uenis. hæ nanque ex fibris & membranis ſunt conditæ, ueluti in tractandæ diſſectionis ratione eſt traditum. Quinetiam complura eſſe ſpatia inter ipſas primas & ſimilares particulas, atq; ijs etiam plura maioraq; inter ipſas inſtrumentales, & compoſitas: aliqua uero & in una qualibet ſimilari particula, ueluti oſſe cuteq;: hæc quoque omnia in ijs, quæ De adminiſtrandis diſſectionibus ſcripſimus, ſunt prodita. Ac quæ mollia quidem ſunt corpora, ea quoniam ſibi inuicem incumbunt, interpoſita ſpatia latere conſpectum faciunt. quæ dura ſiccaq; ſunt, in ijs cernere ſpatia licet, ſicuti oſſium cauernulas. continent hæ naturaliter multum in ſeſe humoris, huiuſq; craſſi & albi, in id cōparati ut oſſa nutriat. Quæ in cute foramina ſunt, ea qua ratione fiant, in ijs quæ de temperamentis præcepimus, eſt dictum. atque hæc monuiſſe neceſſarium erat claritatis cauſa eorum quæ à nobis deinceps ſunt dicenda.

III De inæquali uero intemperie nunc agendum, tum quænam eius natura ſit, tum quot eius generandæ modi. ergo ꝙ in omnibus particulis corporis quod fluxione eſt affectum, unica temperies non ſit, prius eſt dictum: uerum id commune omnis intemperamenti inæqualis eſt. differentiæ eius, ipſam corporum affectorum ſequuntur naturam: cum aliter ſimplex caro, aliter uniuerſus muſculus, impari temperamento ſit affectus.

3 Quippe calida fluxio ubi in muſculum procubuit, primum maiores arteriæ, uenæq; opplentur, ac diſtenduntur, ab ijs minores: atq; ita res procedit, donec ad minimas ſit peruentum. in ijs ubi ualenter impacta fluxio eſt, nec amplius contineri

A poteſt partim eius per ipſarum ora, partim per tunicas, colatum foras tranſmittitur: tunc uero ſpatia ipſa uacua, quæ inter prima ſunt corpora, fluxione implētur. Sic omnia ab humore, omniq; ex parte incaleſcunt, ac perfunduntur. ea ſunt nerui, ligamenta, membranæ, caro ipſa; anteq; hæc, arteriæ, & uenæ: quæ ſcilicet & primæ & præter cæteras uario dolore afficiuntur. quippe interius à fluxione tum excalfiunt, tum diſtenduntur, ac diuelluntur: exterius non modo excalfiunt, ſed etiam premuntur, ac degrauantur: reliquæ particulæ aliæ comprimendo ſolum uel incaleſcendo, aliæ utroq; genere laborant: appellaturq; morbus ipſe phlegmone. eſt autem inæqualis intemperies muſculi: feruet enim iā qui in eo eſt ſanguis. is ſecum B excalfacit primū quidem ac maxime arteriarum & uenarum tunicas: mox uero omnia quæ extra has ſunt, quibus ſcilicet circumfunditur.

IIII Ita duorum alterum neceſſe eſt ſequi, ut ſi fluxio uicerit, corruptio ſequatur uictorum corporū: ſin fluxio ſit uicta, ut muſculi ad naturalem ſtatum redeant. Eſto igitur prius uicta fluxio. rectius enim à melioribus incipitur. duplex hic incidit curatiōis genus: quòd uel digeretur quicquid humoris in particulam procubuit, uel concoquetur. uerum digeſtio optanda maxime curatio eſt. concoctionem hæc duo neceſſario ſequuntur: puris generatio, & eius in aliquod ſpatiū abſceſſio. abſcedit aliquando in capacitatū, quę propinquę ſunt, tum maximam, tum minime momētaneam: C quod ſanè abſceſſionis genus optimum eſt. aliás in momentaneam quidem, non tamen maximā. interim in maximam, non tamen non momentaneam. Ac quæ in uentriculum incidunt abſceſſionum, optima eſt quæ in ſinum eius internū abijt: in quem etiā plerunq; ſe aperiunt: mala uero, quæ ſub peritonæum. Pari modo in ijs quæ circa cerebrum exiſtunt, bona eſt quæ in priores eius uentriculos abſcedit: mala quæ ſub inuolucra eius: item, quæ in poſticū eius uentrem ſe recipit. Qui uero circa coſtas abſceſſus colliguntur, hi in capacitates erumpunt thoracis: ac muſculorū quidem abſceſſus, ſub cutem: uiſcerum uero, in arterias & uenas, quas in ſe continent: uel in membranam qua operiuntur, quæ ipſis pro cute eſt. At ſi uictę D à fluxione particulæ fuerint, in tantam deuenient intemperiem, unde tum earum pereat actio, tum ipſę ſpatio corrumpantur. porrò deſinent tum primum dolere, cum mutatrici qualitati fuerint adſimilatæ. non enim cum mutata particularum temperies iam eſt, ſiue (ut ſic loquar) in ipſo mutatum eſſe, dolent: ſed dum mutantur, ſiue in ipſa mutatione. quemadmodum mirus dixit Hippocrates, Dum alteraſcit ac corrumpitur natura, dolores fiunt. Alteratur aūt, ac corrumpitur cuiuſq; natura cum uel caleſit, uel frigeſit, uel ſiccatur, uel humeſit, uel eius unitas diſſoluitur: in ijs quidem intemperamentis, quæ inæqualia ſunt, ex calefaciendo, uel exfrigefaciēdo potiſſimum, quippe cum efficaciſſimæ qualitates hę ſint: ſecūdo loco è ſiccando, uel humectando: ex eſuriendo uero, uel ſitiendo

do, deficiente hic humida, illic sicca substantia: ex uulnerando, & erodendo, & tendẽdo, & premendo, & conuellendo, unitate ipsa soluenda.

4 V Ergo si calor sanguinis in particula, quæ phlegmone laborat, mitis est, tum qui in toto animalis est corpore mediocriter attemperatus, non facile unà cum afflicta particula calefit: sin uel ille feruet uehementius, uel qui per totum spargitur animal, biliosus est, illico totus ad calorem uertit. multo uero magis sicubi ambo concurrunt: ut & qui in phlegmone habetur, admodum calidus sit: & qui in toto est animante, biliosus. Porrò calefit primum qui in arterijs est sanguis: quòd scilicet is tum natura calidior, tũ uero magis spirituosus sit: post huncuero etiam qui in uenis est. quòd si propinqua uisceri, cui plurimus sit sanguis, obsessa B phlegmone particula fuerit: iam celerius cũ hoc uniuersus qui in animali est sanguis, calore afficitur. unoq; uerbo, quicquid ex facili alterabile est, aut calidum natura, id à quouis calefaciente primum excalfit. non secus & ab eo quod frigefacit, quicquid facile alteratu est, uel natura frigidum, id primum refrigeratur. Ac promptus quidem ad alterandum spiritus est, utpote ex tenuissimis constans partibus. Calidissima natura merito est flaua bilis: at frigidissima pituita est. Reliquorum humorum sanguis, post flauam bilem maxime est calidus: sicut nigra bilis post pituitam est frigida. Quinetiam alteratur flaua bilis leui momento, ex quouis in eam agẽte: nigra ægre alterescit. In summa quicquid tenuium est partium, id prompte alteratur: contra cui crassæ sunt partes, ægre. Ita necesse est multifariæ phlegmonis alterationes incidant, propterea quòd multifariam affecta sunt corpora. Principio nanq; succus qui phlegmonẽ excitat, magis minus ue calidus est: deinde succi putrefactio, pro ipsius natura respondet: non minimum certe pro ut magis minus ue est impactus. quippe quæ perspiratu carent, celerius putrescũt, ueluti & in externis accidit omnibus. cæterũ cum calida temperie sunt & humida, tum utiq; potissimum. Iam ipsa phlegmone laborans particula, uel prope, uel longe sita est à multi sanguinis uisceribus: totusq; sanguis uel biliosus est, uel melancholicus, uel pituitosus, uel spiritosus: atq; hæc omnia magis minusq;. Quare necesse est multiformes fieri alterationes, siue alterum alteri sit collatum, siue idem sibi.

5 VI Fiunt hæ omnes inæquales corporis intemperies, maxime quidem inflãmato eo qui in phlegmone est sanguine: deinde eo qui in uisceribus habetur & corde. atq; huius maxime eo qui in sinistro eius sinu est. In quem (sicut in opere de usurpandis manu dissectionibus, est dictum) si uiuo etiam animante, nec adhuc febre tentato, dimittere digitum uelis, uehementissimum deprehendes calorem. Quò magis uerisimile est, ubi totum corpus præter naturã incalescit, hunc maxime sinum ad summum peruenire caloris: quippe cum tenuissimum maximeq; spirituosum sanguinem habeat, ac moueatur perpetuo. Cæterum in febribus id

A genus omnibus, calefit quidem sanguis aliquando uniuersus, quicunq; non naturalem illum calorem, qui ex humoris putrescentia est obortus, concepit: non tamen aut arteriarum, uenarum ue tunicæ, aut aliud ullum circumiacentium corporum prorsus iam temperamentum suum mutauit: sed adhuc mutatur atq; alteratur incalescens, siue ut sic loquar, calefiens. Quod longiore tempore hoc patitur, etiam uincetur aliquando, prorsusq; mutabitur, ita ut non amplius calefiat, sed iam sit præter naturam calefactum. Porrò terminus mutationis est, cuiusq; particulæ functionis læsio. ad quẽ usq; terminum omnis alterationis latitudo, uia est in id quod præter naturam est, ueluti mistum communeq; ac medium quiddam ex contrarijs utrisq; compositum, ipso naturali prorsus affectu, & eo qui iam planè est præter naturam. Ergo toto hoc tempore corpus incalescens, pro modo alterationis etiam ad portionem sentit dolorem. Cum uero omnes corporis solidæ particulæ excalefactæ ad absolutionem iam sunt, eiusmodi febrem hecticam Greci uocant, ceu non amplius iam in humoribus & spiritu, sed in corporibus ijs, quæ habitus rationem habent, comprehensam.

VII Hæc doloris est expers: putãtq; qui ea febricitant, omnino se febre carere. neq; enim sentiunt eius calorẽ, omnibus scilicet eorũ partibus æque percalfactis. Sed & cõuenit de ijs, inter naturales scientiæ professores in ijs, quæ de sensibus produnt. neq; eñ citra alterationẽ est sensus, neq; C in ijs quæ iam ad perfectionem sunt alterata, dolor. Itaq; etiam hecticę febres omnes, tum sine dolore sunt, tũ nec sensu ab ijs qui ipsis laborant, perceptæ. Non enim ex eorũ particulis hæc agit, hæc patitur: cum omnes inter se iam similes sint redditę, ac unicam habeant cõsentientem temperiem.

Quòd si alia earum calidior est, alia frigidior: at 6 certe eatenus est frigidior, ut uicinum nihil offendat, alioqui sic scilicet partes quæ pro naturæ modo se habent, mutuo se offenderent: utpote quæ sic quidem temperamentis dissideant: caro nanq; calida particula est, os frigidum. cæterum tam harum partium quàm reliquarum omnium indolẽs inæqualitas est, modi excessus merito. Sic nanque neq; aer qui nos ambit, prius offendit, quàm D ad immodicum calorem frigus ue est immutatus. cuius alioqui quæ in medio sunt, differentias, tametsi numerosas, ac manifestum excessum inter se habentes, citra noxam sentimus.

VIII Ex ijs ergo fortasse nec illud durius dici uideatur, quod Hippocrates alicubi ait, omnem morbum ulcus esse. Quippe ulcus unitatis est diuisio. Immodicus uero calor, ac frigus, proxime accedunt, ut unitatem soluant: plurimus quidem calor, dum segregat ac incidit substantię continuitatem: summum uero frigus, tum stipando, tum introrsus pariter trudendo, quædã exprimit, quædam quassat, Atq; hunc quispiam immodici caloris ac frigoris terminum statuens, fortasse non immodice sentiat. Seu uero is, seu alius immodici excessus terminus est, certe consistere omnem

A immoderatũ excessum in habitudine ad aliquid, iam liquet. non enim pari ratione à calidis frigidisq; afficitur omne corpus. indeq; fit, ut aliqua animalium conuenientes inter se succos habeant: aliqua non solum non cõuenientes, sed etiam qui se mutuo corrumpant: ueluti homo atque uipera, quorũ utriusq; saliua alteri est pernicies. Ita utiq; & scorpium necaueris, si ieiunus illi inspueris. At non homo hominem morsu interimit, nec uipera uiperam, nec aspis aspidem. siquidem quod simile est, id congruũ amicumq; est: quod contrarium est, inimicũ ac noxium. Augetur enim quidq; ac nutritur à similibus: perimitur ac corrumpitur à dissimilibus. Itaq; etiam sanitatis tutela, per similia perficitur: morborum sublatio, per contraria. B uerum de ijs alius est sermo. Hecticã uero febrem quæ iam habitũ corporis occupauit, minime sentit qui ea laborat. Reliquarũ febrium nulla est quę non à laborante sentiatur: sed aliæ magis, aliæ minus ægrotanti sunt graues. sunt ex ijs & quæ rigorem ingerant: fit enim id quoq; symptoma, ueluti alia multa, ab inæquali intemperie. Rationem tamen generãdi eius in proposito libro tradere nõ est, priusquã de naturalibus facultatibus demonstratum fuerit, quot hæ qualesq; sint, tum quid agere quæq; sit nata. uerum in libris de symptomatum causis, de omnibus agetur.

IX Sed reuertor ad inęqualis intemperamenti differentias. Nam quemadmodum ex phlegmone febris nascatur, tum quòd phlegmone omnis C ac febris omnis præter hecticas, ex morbis sint, quibus inæqualis sit intemperies: dictum iam est. Porrò accendi febrem et citra phlegmonem ex solis humoribus putrescentibus licet. neq; enim ea solum quæ inculcata sunt, & perspiratu prohibita putrescunt (uerum celeriter ea, maximeq;) cæterũ putrescũt & alia multa, quæ putredini sunt opportuna. dicetur uero de horũ opportunitate alio loco. Iam alio quoq; genere inęqualis oriri intemperies in toto corpore potest: modo fuliginoso uapore detento: modo exercitationibus & plusculis laboribus calore adaucto: modo ab ira, cũ sanguis immoderatius feruet: modo ex deustiõe quauis externa, incalescit. Porrò quòd etiam in his omnibus febribus, non secus quàm in phlegmonis D supra est dictum, tum pro uiribus effectricis causæ, tũ pro corporis ipsius affectu, alij magis febricitẽt, alij minus, alij haudquaq;, apertum esse arbitror. ęque uero & quòd intemperies ipsa nonnunquam spirituosam tantum inuadit substantiã, nonnunquam ipsos etiam succos, clarum id quoq; reor. Sed nec minus illud, ꝙ omnibus huiusmodi febribus si traxerint, hectica superueniet. Iamq; sermo noster propemodũ ostendit, inæqualem hanc intemperiem aliquando ex calida, frigida'ue substantia, quæ in particulam aliquam influat, accidere: ueluti in his fiebat, quos phlegmone infestat: sępe non ita, sed ipsa corporis temperie in qualitate mutata: tum quòd alterantium eam, quædam ortum habeant ab ipso corpore, quædam extrinsecus: utiq; cum ex putredine tantum aliqua uel phlegmone excitatur febris, ab ipso corpore: cum ab ustione uel exercitatione, extrinsecus. Dicetur autem & de his fusius in morborum causis.

X Tanquam autem ex deustione accenditur febris, alterato uidelicet corporis temperamento: itidem nõnulli sępe ex frigore refrigerati toto corpore uehementer sunt: aliqui uero etiã perierunt. Iam ꝙ hi omnes etiã doleant, ne id quidem latet.

Porrò dolẽt & qui ex rigore ingenti uehementer perfrigerati, celeriter sese excalfacere properarunt: multiq; eorum cum subito ac simul manus igni admouerunt, ingentem circa unguium radicem sentiunt dolorem. Et quisquam cum tam luculenter uideat intemperiem inæqualem doloris esse causam, etiam de internis doloribus dubitet, aut miretur, quo pacto citra phlegmonẽ subinde uel laxiore intestino, quod colon Gręci uocãt, uel dẽtibus, uel alia quauis particula homines doleãt.

XI Nam neq; talium ullum mirabile est, nec quemadmodum simul rigeant & febricitẽt ægrotantium aliqui. quippe si pituitosus succus qui frigidus est, quemq; Praxagoras uitreum appellat, & amara bilis quæ calida est, simul abundent, ac per sensibilia mẽbra moueanť: nihil miri est utrũque à cubante pari modo sentiri. neq; enim si hominem sub sole feruido statuas, & aquam illi frigidam infundas, fieri potest, ut nõ simul & à sole calorem, & ab aqua frigus sentiat. uerũ hoc casu ambo extrinsecus sunt, nec paruis portionibus incidunt: in febribus uero, quas hepialas uocant, tum ab interno, tum exiguis portionibus: eoq; uniuersum corpus ambo sentire uidetur. cum enim tenuissimis portiunculis aspersum per corpus tum calidum sit, tum frigidum, nullam sensilem alterius portiunculam ita paruam desumas, in qua non alterum sit comprehensum. In ipsa tamen accessionis inuasione, aliqui febricitantiũ tum rigent, tum sitiunt, & ambo sentiunt, frigus immodicũ, & calorem unà: uerum non eodem loco. quippe cum possint quæ excalfactæ sunt partes, manifeste à refrigeratis discernere. nam intus & in ipsis uisceribus calorẽ sentiũt: in extremis partibus uniuersis, frigus. Tales per omnia febres sunt, & quæ Gręce lipyriæ uocantur: pręterea quoddam ardentium febrium perniciosum genus. Quod igitur in his, maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis cõtingit, minutis. inæqualis nanq; est & harũ febriũ intemperies: sed nec minus reliquarum omnium, exceptis tamẽ hecticis. Quinetiam ijs qui rigent, nec tamẽ febricitant, inęquale temperamentũ est: rarum tamen est id symptoma. cæterũ incidit tum mulieribus, tum quibusdam aliquando uiris. Debet autem omnino deses præcessisse uita: aut certe ciborum copiã longiore spatio homo sumpsisse: ex quibus tardus, frigidus, crudus, & pituitosus nascatur succus: qualem scilicet Praxagoras uitreum existimat. Porrò antiquitus nemo (ut uidetur) ita est affectus, ut qui nec adeo ociosi, nec in uictus saturitate uiuerẽt. Indeq; factũ est, ut scripserint antiqui medici, rigori febrẽ necessario superuenire. Veruntamen tum nos ipsi, tum alij iunio-

rum medicorum nõ pauci, sæpenumero uidimus rigorem, quem nulla secuta sit febris.

XII Porrò componitur ex hac intemperie, & ea quę febricitantium est, Hepialus: appello ita febrem illam: cui ambo semper accidunt: at in qua rigor quidem præcedit, febris sequitur, ueluti in tertianis & quartanis, hanc hepialum non uoco. Ita ex duplici inæquali intemperie hepialus componitur: etiã aliæ febres præter hecticas ferè oẽs.

9 Simili genere qui particulæ alicuius cum tumore morbi sunt, hi quoque omnes perinde ac phlegmone, cum intemperamento inæquali consistunt, Cancer, Erysipelas, Carbunculus, Herpes, Tumor, Phagedena, Gangrena: quippe commune ijs omnibus est, ut ex fluxione humorum sint orta. Dissident in eo, quòd alij ex pituitoso, alij ex bilioso & melãcholico succo, alij ex sanguine uel calido, uel tenui, uel bulliente, uel frigido, uel

A crasso, uel alio quopiam genere affecto fiant. declarabitur enim alio loco de horum membratim differentia diligenter. Quod ad propositam disceptationem pertinet, hoc tantũ dixisse abunde est, quòd qualiscunq; est fluxio, eadem ratione quęq; prędictorum affectuum creat, qua prius ex calida & sanguinea phlegmonem gigni monstrauimus. Sed non minus etiam similarium, ac simplicium, primorumq; in ijs corporum singula, sic à fluxione affecta ad inęqualem intemperiem deuenient. Cæterum extrinsecus pro rheumatis ratione calfacta, refrigerata, siccata, uel humectata: penitus & in profundo nondum similiter affecta. Quòd si tota per tota mutata alterataq; sint: fiunt quidem illico à dolore libera: in difficili tamen sic constituta

B sunt statu. Hæc pernouisse ijs qui opus de medicamentis sunt percepturi, & post id medendi methodum, abunde mihi satis uidetur.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE MARASMO ID EST tabe seu marcore corporis, secundũ nostram diuisionem. Aliorum enim huius libri in octo capita diuisionem ciphra notauimus in contextu.

Cap. I. Corruptio duplex. Tabes quid & quotuplex: eiusq; propriæ & impropriæ acceptiones. Tabes alia est simplex, ut quæ post inedias fit: alia cum frigiditate, ut in senecta ex morbo: alia cũ calore, ut in quibusdam hecticis febribus. II. Primo loco de senio docturus, quomodo secundum naturam sit ostendit. Est enim secũdum naturã, aliud, opus naturæ: aliud, quod opera naturæ necessario sequitur, ut senium: deinde reprehendit philosophum Aegyptium, seu potius sophistam, qui ne quis senesceret artem promittebat: de quo etiam capite 4. III. Quæ senectutis causa sit. Contra eos qui calorem naturalem flammæ comparauerunt. IIII. De prima uiuentium constitutione, scilicet è molli substãtia paulatim durescẽte, natura opifice, ad actiones firmius obeundas: Et q; siccum in principio non terrestre (quia humido est opus) sed igneum sit. De Aegyptio philosopho, de quo etiã supra capite 2. V. Senectus quando incipiat, & qualis sit status. Soritica intricatio. VI. Per senectutem corde siccato ut non amplius moueatur mortem accidere idq; non prohiberi, sed differri posse. Item de gerocomica ratione. VII. De corde ac iecore, quæ omnium postremo alimenti & humoris penuria laborant. VIII. De senectute ex morbo, quæ non est febris: & alijs marasmi generibus, periphryge (id est igneum calorem habente) & syncopode, eorumq; causis. Rursus de frigido marcore: quodq; uerus marcor incurabilis sit. IX. Partium uel humorem tantum exhauriri & exiccari: uel ipsas so

D lidas, quæ quidem incurabiles sunt. Et de cura in reliquis marasmi differentijs adhibenda. X. De Philippo medico, qui marasmo detẽtis balneum dissuadebat: quo reprehẽso, balnei in marasmo & febribus usum docet, item aquæ frigidæ. Balneum marasmo semper cõuenit: at febribus putridis non ante q̃ humores concocti sint. Frigidæ usus. Epithemata frigida parti, quæ febris hecticæ est sedes, applicãda. XI. Adhuc de balneo: Et q; hectica febris accendi soleat, uel corde primario affecto ob nimium calorem, uel iecore aut uentre (à

C pulmone eñ id nunq̃ accidit) supercalefactis, aut erysipelate infectis, & cor per consensum afficientibus. Philippi medici error. XII. Balneum ad omnem hecticam conuenire, nisi quis alius accesserit affectus. iuuat enim omnem siccitatem, siue calidam siue frigidam: sicut & sitim aufert siticulosis, cæteris eandem infert. XIII. De hecticis febribus erysipelati iunctis, quibus omnino est abstinendum balneo: aqua autem frigida post morbi uigorem aceruatim bibenda. De imponendis uentri frigidis, deq; intro sumẽdis: ac de hecticæ puræ dignotione. XIIII. De periphryge, id est igneo marcore curando pauca: plura autem de senectute ob morbum curanda. Et quædam de uictu mellis, & balnei usu, omnibus marasmis communia. Syncopodem marasmum esse medium inter periphrygem & ex morbo senectutem. De cibis tum communia quædam, tum peculiaria singulis. Balnei usus ac tempus.

CL. GALENI DE MARASMO SIVE MARCORE LIBER

Iano Cornario Medico Physico Interprete.



MARCOR qui græcis medicis Marasmus dicitur, est corruptio corporis uiuentis, propter siccitatẽ. Quum autem dupliciter corruptio dicatur, altera quę fit, altera quę facta est, iuxta priorẽ significationem, hanc appellationem accipere oportet. Eodem modo etiam ipse Marcor dupliciter dicitur, alter qui iã emarcuit, alter qui adhuc emarcescit, de quo hic sermo institutus est. Diximus aũt marcorẽ esse corruptionẽ in corpore uiuente. Sunt aũt animantiũ genera tria, Animalia, plantæ, & Semina, & propter hęc etiam fructus. Horum sanè affectum esse Marcorem, hi qui proprie uocibus utuntur dicũt. Verum per translationem

lationem etiam alias corruptiones, quæ per siccitatem fiunt, Marcorem appellant. Quare etiã igni nomen id attribuunt, & adhuc longinquius progressi, de omnibus quæ paulatim corrumpuntur usurpant. Verum non de alio quopiam, quæ non proprie marcescere dicũtur, sed de solo Marcore in definitione posito, nunc dicere nobis propositum est, & maxime quũ in animantis fit corpore. Cõmunionem itaq; necessariam habebit hic sermo etiã ad plantas. Quũ igitur iuxta quatuor modos simplices ac primos omnia animalia corrumpantur, eo quòd etiam elemẽta essentiæ ipsorum sint quatuor, quæ quidem per siccitatem corrumpuntur, marcescere dicimus. Et si quidem hoc solũ ipsis adest quòd siccantur, altera elementorum oppositione, circa caliditatem ac frigiditatem, intra proprios terminos permanente, simplex est talis Marcor. Si uero aut caliditas immodica, aut frigiditas ipsi accesserit, compositus ac duplex hoc modo fit corruptionis modus. Simplex itaq; Marcor, propter inediam fieri uidetur, tum in his qui ex proposito fame se necare decreuerunt, tum in his qui penuria ciborum famem tolerant. Cui uero frigiditas coniuncta est, in senescentibus fit, & his qui ob affectum aliquem, in similem senectuti affectionem incidunt. Cui autem caliditas, in quibusdam febribus hecticis. Et in plantis quidem totum corpus, & quamcunq; ipsarum partem, marcescere dicimus, ex corruptione per siccitatẽ: non tamen ita in animalibus, sed totum corpus in ipsis marcescere dicimus, non autem consuetum est de una parte hoc nomen usurpare. Et nunc non agimus de partibus, quæ ob aliquod symptoma resiccantur. Sed quum totum corpus ita occupauerit. Manifestum itaq; est iam, quòd si totius corporis affectus est Marcor, non sine principio animalis affecto contingit. Imò neq; alius quispiam in toto animali fieri potest affectus, ita ut alius quidã occupet principium. Quare necesse est corpus cordis siccari marcescentibus. Si itaq; inuenerimus omnes causas, à quibus cor siccari contingit, cognoscemus utrum omnes marcescentes curabiles sint, aut an quidã ex ipsis sanari possint. Fortassis igitur præstiterit & hic sermonem ad principium adducere.

2 II Principium autem optimũ est, nosse senectutis causam, quãdo quidem hic Marcor omniũ minime euitari potest, ut etiam secundũ naturam esse uideatur. Nõ autem euitari possunt omnia naturæ opera, & ordinem generationis necessarium habent. præcedit autem hoc ipsum, Nosse significationes uocis, secundum naturam. Non enim ita secundũ naturam esse dicitur Senectus, uelut nutriri, & augeri. Hæc enim opera naturæ sunt. Senectus autem non opus, sed affectus est ex necessitate sequens. Nullum enim ex genitis animalibus senectutis exors uisum est. Et propterea secundum naturam esse ipsam quidam dicunt, ut quæ ex necessitate sequatur in omnibus quę à natura gubernantur. Si igitur iuxta hanc significationẽ dictum est, senectutem esse secundum naturam, non ne-

A cessariũ est adhuc alias uocis significationes considerare, quas aliqui male arripuere, uelut alibi ostẽdimus: neq; ambiguitas aliqua in sermone relinquitur. Si enim sic dicamus, uelut nunc dictũ est, uerum est senectam secundum naturã esse, & euitari non posse, siquidem ex necessitare ad opera naturæ cõsequitur. Quanquam quidam nostri æui philosophus librum scripserit, ostendens quomodo liceat senectutis exortem in totum permanere. Et edidit quidem librum quum quadragenarius esset, peruenit autem usq; ad octoagesimum ętatis annum, & erat adeò gracilis ac siccus, ut illa Hippocratis dictio ex prænotionum libro ipsi cõpeteret, nasus acutus, oculi caui, tẽpora collapsa, aures frigidæ ac contractæ, & extremitates auriũ B auersæ, & cutis circa frontem dura & circuntenta ac arida. Postquam igitur derideretur, ut qui talis appareret, ita alios homines docere conatus est, quomodo quis senectutis exors permaneret, et secundam editionem de admiranda illa senectutis euitatione fecit. Ita enim ipsam per librum appellauit, ostendens quòd non omnis homo senectutis exors manere possit, sed adhuc etiam naturam idoneam requiri, maxime si primum alimentum eiusmodi fundamenta iaceret. Et promisit, si idoneis infantibus statim ab initio ipse præficeretur, se ipsorum corpora immortalia facturũ esse. Et re uera promissio ipsius redargui nõ poterat. Antea enim quàm pueri in uiros euaderent, quos uidelicet susceperat, ipse moriturus erat. Proinde alij C quidem omnes extremã ipsius stultitiam damnabant. Ego uero non, utpote gnarus, quòd multa etiam alia dogmata his quæ per experientiam cognita sunt pugnantia, multi rationalis sectæ uiri pronunciarunt, uerisimilitudine rationũ decepti: Neq; igitur hoc admirandum est, quantum ad rationem attinet. Nam hoc dictum, Quicquid genitum est, omnino corrumpetur: neq; scientificam, neq; necessariam habet consequentiam, sed usq; ad uerisimilitudinem progredientem, uelut in tractatione de demonstratione demonstratum est. Et tamen hoc dicto utuntur ferè omnes, qui senescere necessarium esse animalibus ostendũt, uiam esse asserentes ipsum ad corruptionem ex necessitate omnibus generatis imminentem. Ex sola igi- D tur experientia, Senectus necessaria est & secundum naturam, quemadmodum etiam mors, quæ nec ipsa demonstrata est ab his qui prompte pronunciant ac dicunt, quod necessario est quicquid genitum est corrumpendũ. Mos est autem sophistis, ut experientiæ contradicant, id quod arbitror etiam ille faciebat dicens, Omne animal faciendo- 3
rum ignorantia mori ac senescere.

III Fortassis igitur melius est nos causam inquirere quæ tandem sit, ob quam & animalia, & plantæ omnes senescunt. Apparet enim quòd resiccantur, & quòd talis quidam affectus est Senectus, etiamsi aliqui aliter suspicati sunt, qui frigidos ac humidos senes pronunciarunt. Verum causa quæ ipsos decepit, in libris de temperamentis demonstrata est. Num igitur pro-

ptereà resiccantur uelut quidam dicunt, quòd in- A
natus animalibus calor, quum uelut ignis quidam
sit, augmentũ ex materia, unde accenditur, sumit?
Huic enim illigatus est, et ab hac inseparabilis est,
& ex hac omnia ipsi adsunt. Recens nata igitur a-
nimalia, (quemadmodum etiam plantæ) omnia
humida sunt. Et propterea uelut qui multitudine
humoris suffocetur, seipsum uix effert, caligino-
susq; est ac tardus, & ægre mobilis. Progressu ue-
ro temporis & hunc superat, & materiæ uniuersæ
potens euadit. atq; sic non caliginosus est, & turbi
dus, ac fumosus, sed purus ac æthereus factus, mo
tus suos omnes citra impedimentum ostendit. Et
ut in summa dicam. Quemadmodum flammę ubi
inciderint in humida ligna, in principio quidẽ ali-
quatenus fumigant, ac uelut suffocantur, quũ par B
uæ sint ac debiles. progrediẽte uerò tempore pau
latim effulgent ac augentur, paulatim uero mate-
rię potentes fiunt, & tandem in maximam magni
tudinem attolluntur, ubi totam ipsam superarint,
quo tempore uigor ac robur ipsis adest. Et postea
hinc iam alimento hoc deficiente, marcescunt ac
extinguuntur. Eodem modo inquiũt, calor in no-
bis, animalis corpore uelut materiæ cuidam illiga
tus, primum quidem humidus est ac debilis, auge
scens autem usq; ad uigoris ætatem, effulget & au
getur, & ad maximam magnitudinem attollitur,
& ignis flammam imitatur. Atq; hinc ex alimenti
penuria paulatim marcescit, & hoc est senectus.
Postea uero etiam penitus extinguitur, atq; hoc
mors est. Hic sermo apud omnes ferme recentio- C
res tum medicos, tum philosophos in precio ha-
betur, quum uerus non sit, me sanè iudice, ut qui
ignis flãmam animalium calori comparet, & neq;
hoc intelligat, quòd flammis quidem generatio
est ex materiæ corruptione, unde accẽduntur. A-
nimalia uero non sic ab opifice ipsorum naturalẽ
calorem adepta sunt, sed uelut ab ipso augenda ac
gubernãda. Neq; est tempus aliquod in quo non
per omnem materiam extentus sit innatus nobis
calor, facultates habens non solum eas quibus for
mat, sed & multas alias. Nam & alimentum trahit
in seipsum, et materiam gubernat, distribuit, appo
nit, agglutinat, assimilat, & in summa, omnia con
traria flammis efficit, circa materiam sibijpsi insi-
tam. Quæ enim flamma auget materiam cui illiga D
ta est? Ille uero alimentum assimilat magis, q̃
materiam sibijpsi. Quis uero tot machinas conser
uandæ materiæ gratiæ excogitat? alias enim par-
tes induit ac integit, ut nihil forinsecus in ipsa re-
dundet: alias perforat ac dilatat, & canaliculos ip
sis indit, partim ut trahant per ipsos alimentum,
partim ad refrigerationem ac respirationem: eue-
hitq; per ipsos canaliculos superflua, p alios cras-
sa, per alios tenuia. Possim hoc loco mei oblitus,
omnem de usu partium tractationẽ huc transfer-
re, si omnia naturæ opera ex ordine recenserem.
Atqui relatæ opinionis principes, idem esse dicũt
naturalem calorem, & naturam. Non igitur rectè
similiter, etiamsi ipsum flammis comparant, &
corrũpere ipsum corpora possibile est, uelut Hip
pocrates dixit, Occidit itaq; nos calor, qui corpo-
ra produxit. Primum etenim dicemus non esse ge
nuinum Hippocratis librum, in quo hoc legitur.
Deinde etiamsi sit hoc Hippocratis dogma, expo
nere oportebat ipsum quomodo dictum est, et ali
quam demonstrationem afferre. Si uero quia de-
monstrationibus carent, fidem sibi haberi uolũt,
non rectè sentiunt. Verum equidem est propter
naturalem & senescere corpora, & morientia cor
rumpi. At modus quem ipsi proferunt, falsus est.
Non enim uelut flamma ligna, ita & innatus ca-
lor animalium corpora consumit. Hoc enim for-
tassis proprium est his qui à febribus corrumpun
tur exemplum. Et quod ab Hippocrate in præscri
pta dictiõe dicitur, tale quid indicare uidetur. At-
qui corpora siccari iuxta naturalem quandã con-
sequentiã, & fieri hoc propter innatum calorem,
omnium uerissimum est, uelut etiam in primo de
tuenda sanitate demonstratum est. nihilo minus
tamen & hic repeti necessarium est. 4

IIII. Natura & plantarum & animalium opi-
fex, generationis ipsorum omnino principium ali
quod corporale sumit: quum nulla res ortus sui
principium, ex eo quod penitus non est, sumere
possit. Hinc autem facto initio, ad scopum eum
semper respicit, quẽ ab initio sibi in opificio pro-
posuit. Hic autem scopus est, ut perfectum absol-
uat id quod producitur, siue plãta sit, siue animal.
Est autem perfectum id, cui nulla propria actio
deficit. Et duris hæc opus habent instrumẽtis. At-
que hæc causa est, quòd multæ duræ sunt anima-
lium partes. At uero principium generationis ip-
sorum, cõtra quàm in perfecto animali, molle esse
necesse est, quo concinnum, & mite, ac tractabile
sit opifici ad omnia. Et propterea etiamsi durum
fuerit aliquod semẽ, plãta mollis fit, ubi prius mo-
derata humiditate tingitur, quo pro semine plan-
ta fiat. Si quidem igitur initium quidem sumere o-
portet animalis generationẽ ex essentia molli, &
ubi perficitur, fieri duram: necessariũ est in primo
temperamento elementorum ipsum constituen-
tium, humiditatem ac siccitatem prædominari. Et
humiditas quidem, aquositas est. Siccitas uero du
plex natura est, altera terrea, altera ignea. At fieri
nõ poterat ut ab initio terrea amplior ammiscere
tur, quum humidum esse oporteat animaliũ prin-
cipium. Restat igitur sola ignea, quæ in prima ani
malis generatione ac cõstructione, dominiũ ne-
cessario obtinet. Si igit̃ possibile esset naturæ, ubi
usq; ad uigorem animal aut plantam perduxisset,
ut rursus alium elementorum ordinem, iuxta pro
portionem & facultatem ęqualem inderet, hoc sa
nè modo solo, opificium ipsi senectutis exors, ac
incorruptibile permaneret, si sapientẽ præfectum
haberet. Nõ eñ sanè simpliciter hoc modo incor
ruptibile esset, si malo uictu uteretur. Et tunc utiq;
Aegyptius ille artem suam in re possibili factam
esse demonstrasset. Nunc uero fieri non potest,
ut prima generationis animalium ac plantarum
elementa transponat ac alteret. Necessarium igi-
tur est post uigorẽ corpus siccari: & quidẽ quum

non habeat opus ut hoc patiatur, quum ſiccitatis utilitas perierit. At uero inclinata ætas modicam habens ſiccitatem, multos latet, uelut nondum ſit aliquis Marcor. Verum ſenectus non genere differens ab illa, ſed ſola quantitate, facile deprehenditur. Atq; hæc quidem eſt cauſa neceſſitatis, quæ omnem ſiccitatem animalibus temporis progreſſu euidenter fieri oſtendit, ſi quis modo non penitus ignorat, generationis ordinē euitari non poſſe, et ut deſinat impoſſibile eſſe. Quod enim ex neceſſitate ſequitur ad primam animalium generationem, id ipſum quomodo quis fieri prohibeat? aut factum deſinere faciat?

V Quod uero ſit ſenectutis principiū, & quando primum incipiunt corpora ſeneſcere, tempeſtiuum fuerit cōſiderare. Quicunq; igitur putant inclinatæ ætatis temperaturā ſiccam eſſe & frigidā, ſenium uero humidā ac frigidā: hi in huius tranſmutatione ſenectutis principium ponūt. Nos uero quū in libris de temperamentis demonſtrauerimus, omnia corpora poſt uigorem uſq; ad finem ſiccari, merito de ſenectutis principio dubitabimus, uniuerſa nimirum ætate poſt uigorem ſicca ac frigida exiſtente. Non enim ideo quòd ex inclinatæ ætatis animalibus, alterū altero magis ac minus ſiccum ac frigidum eſt, ea propter ſenectutis principium tunc ſupponi poteſt, quum corpus ad plurimam ſiccitatem peruenerit. Hæc enim uox, ad plurimam, in acerualem dubitationem incidit. Et cōtemnere poteſt quoq; quis talem dubitationem, & in multis locis ita facere neceſſarium eſt. Non tamen melius eſt, ut qui certis finibus determinare quid poſſit, ſubijciat ſe non neceſſarijs dubitationibus. Certi autem fines in inclinata & ſenili ætate ſunt, humidarū ſuperfluitatum dominiū: à quibus deceptos dicebamus quoſdam pronunciare, humidam eſſe ſenectutem. Statim uero tūc & actiones manifeſtè uidere eſt ægrotantes uniuerſas. Et inclinatæ ætatis uia ad mortem quæ hactenus latuit, manifeſte tunc conſpicitur, & argumentorum propoſitiones ſophiſtis ſuppeditantur. Alijs enim quòd morbus eſt ſenectus, alijs q; ſanitas eſt leuiter inhærens, alijs quòd neutrum quiddam ſit, uidetur. Et alijs ſecundum naturam eſſe, alijs præter naturā placet. Quibuſdā uero etiam hic medium quiddam, & neutrū amborum, ſenectus eſſe uidetur, ut neq; ſecundum naturam, neq; præter naturam, ipſam nominent. Imò etiam tertiam de ipſa dictionem excogitent, non naturam eſſe ipſam dicentes. Et de talibus quidem ambiguitatibus alterius temporis eſt tractare.

5 VI Cæterum ſenectutis marcorem exoluere impoſſibile eſt: Auxilium uero ferre ut quàm diutiſſime extendatur, poſſibile. Et ſanè pars ea medicinæ quæ ſenectutis curam promittit, gerocomica appellata, hoc ipſum præſtat, ſcopum habēs quem ipſa rei natura indicat, inſtare uidelicet ac prohibere, quantum eius fieri poteſt, ut ne cordis corpus in tantum ſiccetur, ut ab actionibus deſiſtat. Hic enim profecto uitæ terminus eſt, operationis cordis quies. Nam quàm diu hoc ſecundū

A ſuam ipſius actionē mouetur, impoſſibile eſt animal mori. Siquidem igitur fieri poſſet, ut eſſentiam cordis ipſius humidiorem efficeremus, aut etiam hepatis, cohiberi utique ſenium poſſet. Si uero nullus tam potens eſt, ut aut hepar, aut cor, ſeipſo humidius efficiat, ſed neceſſe eſt temporis progreſſu ipſa ſeipſis fieri ſicciora, non modo uiſcera, ſed & arterias, & uenas: prohibere quidem ſenectutem impoſſibile eſt, uerum uelocitatem eius inhibere, poſſibile. Videtur itaq; Homerus ſi quid aliud, & hoc uaticinationis modo de ſenibus exclamaſſe.

Poſtquam lauitq;, cibumq; recepit,
Dormiat in molli lecto, iura iſta ſenectæ.

Nam & Balneū, ex humectantibus eſt, & mollis lectus, & ſomnus. At alimentum primum & maxime. B Solum enim hoc pars fit corporum quæ aluntur, dum eſſentijs ipſorum aſſimilatur. Singula uero alia, aut ſimilares partes ne uehementius ſicceſcant prohibendo, aut in intermedijs ipſarum regionibus humectando, aut humiditatem augendo, appellationem & uim humectantium ſortita ſunt.

VII Sic uero quandoq; etiam hepar & cor humectari poſſibile eſt, uelut nunc dictū eſt, inſperſa ipſis humiditate augeſcente. quam etiam in attenuatis iuuenibus corporibus conſumi contingit, ſæpe quidē manifeſte per totum corpus, quandoq; uero & in corde, & hepate. Quòd autem ex his uiſceribus alterum arteriarum ac pulſuum ſit C principium, alterum uenarum & nutritionis, in alia tractatione demonſtratum eſt, in qua de Hippocratis & Platonis dogmatibus agimus. Hęc igitur uiſcera priuſquam uehemēs ſanguinis inopia per totum animal fiat, moderato alimento non carent. Hepar quidem, quia totus ſanguis initium hinc habet. Cor uero, propter attractionis uehementiam. Et trahunt quidem omnes animalis partes, proprium alimentum in ſeipſa. Verum ęquali tractionis robore non utuntur omnes. quapropter neq; ſimiliter alimentum non ſentiunt, in ſanguinis penuria. At cor uehementiſſimam habens in trahendo actionem, nunquam alimento caruerit, priuſquā omnes animalis partes ad extremam inopiam deuenerint. Ne itaq; ſuſpicemur, quum D corpus ex diuturna ægritudine gracile factū eſt, eadem proportione cum alijs partibus, etiam cor & hepar gracilia eſſe. Licet porrò tibi ſi ita uolueris, hoc & in alijs animalibus uidere. Quodcunq; enim uolueris diutiſſima fame maceratum reſecare, graciles quidē ac ſiccas alias omnes partes inuenies. hepar autē & cor, propinqua ſtatui ſecundum naturam. Etenim qui ob inediam moriūtur, non tam ob alimenti ſolidorum corporum inopiam, quàm hi qui occiduntur ob ſpiritus penuriā, id patiuntur. Et propterea his omnes partes molles ac humidæ uelut in uiuentibus ſunt. nam contentus in ipſis humor, à quo primario aluntur, totus conſeruatur.

VIII Qui uero fame perierunt, ad uerum marcorem prope quidem deueniunt, & ob id ipſos e-

mar

marcuisse dicemus, ubi non exactæ adeo locutionis occasio est: at reuera non marcuerunt, aut certe non omnes corporis partes. Verus autem Marcor omnes similiter consumit, quare etiā ipsa principia. Est autem hic in ætatibus quidē, senectus: in affectibus præter naturā, Marcida febris. Alia item quædam affectio senectuti similis, quam nō male senectutem ex morbo appellaueris: nō profecto sicut Philippus unam marcidam febrem uocat. Nō enim est talis affectio febris, in qua cor frigidius ꝙ secundum naturam factum est. Quòd autem hoc temperamentū habeat, non minima nota est, pulsus paruus & rarus fiēs, uelut & ipse Philippus scribit. Ostensum aūt in pulsuum tractatione, quòd talis pulsus in frigiditate fiat. Sed & respiratio ita affectis, similiter ut pulsus, parua & rara, & ex longo interuallo, frigiditatem etiam ipsa indicat partium cordis, uelut & hoc in libris de difficultate respirationis demonstratū est. Quin neq; calidum spiritum exspirant, quod & ipsum inseparabile signum est, principium perfrigeratum esse: quemadmodum cōtrarium, calefactum esse. Vnde igitur hi febriunt? Neq; enim thorax ipsorum calidus est. Neq; igitur in pectore, neq; aliunde, neq; sub alis, neq; in alta laterum parte, neq; inde usq; ad spinam. Verum hæc confitetur etiam Philippus. At pulsus ipsorum febris signū habere dicit, duritiam uidelicet dicens, quam inseparabile signum omnium febrium Archigenes posuit. At qui si uere durum dicit, adest quidē omnibus marcescentibus, propter arteriarum siccitatē, non tamen febrium signū est. Si uero eum quem Archigenes durum dixit, nomen solum proferens, rem uero cui nomen imponat, non habens, scripta & nobis sunt de ipso multa, in pulsuum tractatione. Senectus tamen ex morbo, quę frigiditas est cum siccitate, febris non est. Cæterū altera species, Marcor amburens à Philippo appellatus, reuera Marcor est, quemadmodum etiam is qui syncopen appellatam animi deliquiū inducit. Et est in ipsis pulsus densus ac paruus. Ex parte uero, his qui amburentem marcorē habent, contingit ut hiantes calidum spiritum efflent, ueluti quis ex ardore coniectare poterit. Generatur autem amburens uelut dixi, ex caliditate, & ardentissimis febribus, & maxime ob habitus siccitatem. Qui uero cum syncopa est, quū eo animi deliquio correpti, in præsens quidem periculi uehementiā effugiūt, uerum aliquid ex huiusmodi affectione ipsis reliquum manet. At frigidus Marcor, qui senectutis affectionē habet, ex transmutatione fit, febribus perfrigeratis aliter ꝙ conueniebat, & per frigidæ aquæ potum, & per medelas frigefactorias præcordio ac thoraci adhibitas. Quod uero dixi, aliter ꝙ conueniebat, duplex est. siue quis perfrigerantibus immoderatius sit usus, siue in tempore non conuenienti. potest autem contingere ut ex utrisq; caussis simul consistat affectus.

6 Quod autem fieri non possit ut Marcor, si reuera Marcor fuerit, sanetur, dictum quidē & antea est, ubi de senectute scribebamus: Dicetur tamen

A & nunc. Contingit certe tale quiddā his qui marcorem sanasse se putant, quale quid contingit his qui transmotionē uertebræ in anteriores partes, marcefactorum esse opinantur. Nam eo quod utriq; circa affectuum cognitionem errarunt, inde adeo egregium quiddam se designasse putarunt. Etenim attenuatos quosdam sanauerunt.

IX Quum autem duplex sit ita attenuatorum affectio, de utraq; seorsim dicendum est. Fit itaq; altera attenuatorum affectio, quum & humiditas solidorum corporum perijt, quam proprium ipsorum esse alimentum diximus, & quum tenere carnes colliquatæ fuerint. Altera uero ipsa solida corpora contingit, quæ sanè etiam prima & similaria appellamus. Atq; hæc est etiam incurabilis, quem B admodū & senectus. Altera uero periculosa est, non tamen omnino incurabilis, & in cōmuni quidem genere cum alijs omnibus, opus habet auxilijs affectioni contrarijs, nō tamen similiter ut pleræq; ipsarum secura est. Humectare equidem oportet tres affectiones, & hoc ipsis commune est, ob communem siccitatem: quum una calefactione opus habeat, quam senectuti assimilauimus: quemadmodū & una perfrigeratione, quam amburentem nominauimus: Mixta autem medela indiget marcor cum syncopa, non qui iam factus est (huius enī semper meminisse oportet) sed qui adhuc fit, consumpta uidelicet sola insita solidis partibus humiditate. Atq; hi quidem curationis scopi sunt. Quomodo uero auxiliorum materias C inueniat quis, ampliusq; cum ipsis utendi modū, consequenter considerandum est.

X Præstaret igitur Philippum scripsisse, non solum ea quæ scripta sunt in primo de Marcore libro, de affectionis generatione, & differentia, cognitioneq; ac transmutatione, Sed etiam aliquid de curatione. Nunc autem hanc uelut uerisimile est, ne scripsit quidem. Quum itaq; ego per multos iam annos quæsierim secundum ipsius de marcore librum, neq; ipse comperi, neq; in alium aliquem incidi, qui se unquam legisse diceret. At in primo libro, quem aliqui neq; primum inscribūt, sed simpliciter de marcore, eo quod nullus reperiatur secundus: balneorum usus meminit, non tamen ut ea suscipiant utentes uelut auxilia, quum D marcescentes ab ipsis lędi putet. Verū obiter ipsorū mentione facta, neq; tractauit neq; ut soler exacte considerauit de hoc auxilio. Quanq; appareat sanè euidēter, ꝙ resiccatos humectet, uelut uidere est in his qui in sole æstiuo iter fecerunt, aut etiā aliàs quomodocūq; se exercuerūt, aut exusti sunt. Nā hos oēs, insuperq; siticulosos, humidos ac sitis expertes efficit. Apparet item ꝙ etiam alios quomodocunq; resiccatos, aut à uigilijs, aut cura, aut uenere, aut edulijs, aut medicamento resiccante, aut ira, omnes humectet ac refocillet. Verum mihi uidetur Philippus, in his qui iam reuera marcefacti sunt, balneum damnare, quos neque aliud quicquam sanat. Quare fit ut bifariam ab ipso dissentiam, tum quod reuera marcefactos aliquos sanari putat, tum quòd balneum damnauit, Licet

enim euidentem facultatis ipsius experientiam sumere, in his qui nondum ex incurabili marcore ægrotant, quem neq; marcorem fortassis aliquis nominet, qui exacte loqui uelit. Sed nobis nõ est nominum cura qui res clarius quàm nomina declarare possumus.

7 Etenim quum tres sint primæ ac generalissimę in febribus differentiæ, exceptis in pręsens diarijs de his quæ in humoribus fiunt, & de hecticis nũc mihi sermo erit. Febriũ igitur ob humores putrescentes accensarum, post humorũ concoctionẽ, medela Balneum est. Hecticis aũt solis consistentibus, citra alicuius alterius febris implicationem, omne tempus idoneum est ad balneũ. Si uero alicui ex humore ortæ febri hectica fuerit cõiuncta, ubi illa fuerit cõcocta. Eandem uero temporis occasionẽ etiam frigidæ dandæ, quàm proxime esse conuenit. Verũ in hac successus non consequens, cum magno damno cõtingit. Balnei uero usus in relatis febribus periculo uacat, nisi alicubi uirium debilitatem suspectam habueris. Et nos sanè multos curauimus per hæc auxilia marcore cõsumendos putatos. Dictum est aũt in primo de differentijs febrium, quòd etiam aliquæ diariæ febres, hecticarum cum genere communionem habent: Et non datur ipsas in prima die exacte cognoscere. sed aut secũda, aut omnino tertia: Et quòd ubi primum quis ipsas cognouit, frigidam aquam dare oportet. Minime enim periculosa est eo tempore, & uiribus ualentibus, & adhuc larga sanguinis copia in corpore contenta. Nam ubi moram traxerint, uires fiunt debiles, & modicum sanguinem habent. Proinde duplex plerunq; damnum incurrunt. Vnum quòd partes aliquæ ex frigidæ potu percelluntur ac perfrigerantur. Alterũ ubi hi qui frigidam ipsis exhibuerunt, non seruato modo, perfrigerarint non solum aliam aliquam partem, sed etiam ipsam quæ febris ortui initium dedit. Si uero etiam cor amplius perfrigerarint, siquidem adhuc innatam humiditatẽ cõseruat, uirium collapsio cõtingit. Si uero iam siccius fuerit, affectio senectuti similis succedit. Eodem tempore in quo primæ febrium hecticarũ notæ manifestæ fiunt, etiam medicamentorum frigefacientium forinsecus imponendorum adhibitio utilis est, ut contra ipsam, ut ita dicam, febris causam imponantur, de quibus paulò post exacte trademus. Nunc uero ad balneũ redeo, quod utile est in omnibus squalidis febribus, quum nihil aliud impedierit ex his quæ ipsis implicantur.

XI Aliquando uero etiã utilius est balneum frigefacientibus medicamentis. Quum aũt squallor exuperarit aut per totum animalis corpus, aut in foco, appello autem febris focum, partem illam animalis, quæ primũ immodice calefacta est solidis suis partibus, primum quidem cor calidius q̃ cõuenit fiens, febrẽ hecticã inducit. Deinde hepar nõ quidem per se, uelut cor, sed q̃ hoc illud ad consensum perducat: quãdo sanè affectus cordis, non ipse causæ rationem obtinet, sed uicinæ ipsi partes. cõsequenter ab his est uenter, & post hunc

A quæcunq; cor unà cum seipsis excalfacere possunt. Quantum igitur ad uicinitatem attinet, oportebat maxime omnium cum pulmone cor ipsum excalefieri, & siccam febrem inducere, ad quam marcor consequitur: non tamen hoc fieri uidetur, partim quòd uiscus humidum est, partim q̃ per respirationem perfrigeratur, ut nõ facile similem affectioni causam acquirat. plerunq; igitur in reliquis uisceribus cum bilioso humore, hectica febris cõsistere solet, absorpto illo in uentrem, ex loco affecto. Et propterea etiam Philippus erysipelati, siue sacro appellato igni, similem affectionem in uentre factam esse putat, in pluribus marcefacientibus febribus. Si uero in uentre, necesse est & in hepate eandem affectionem cõsistere suspicari, propter quę sola affecta uiscera, Philippus

B marcorem fieri putare uidetur. Vidi tamen nõ parum sæpe quosdam in corde marcefactos, his uisceribus ab affectu immunib. cuius rei haud scio quomodo oblitus est is, qui neq; quomodo marcefaciens febris fit, demonstrare potest, ob hepar ac uentrem sola affecta, ita ut affectus ad cor non distribuatur. Verum non solum in hoc mihi errare uidetur, sed etiam in eo quòd in alijs partibus marcidam febrem cõsistere non putat. Siue enim erysipelati similis affectio sola in uentre generata, talem febrem inducit: Siue etiam sine hac, quandoq; corpus ipsum solum feruefactum, citra biliosam humiditatem: possibile est & in alia quadam parte similem fieri affectionem. At si fuerit talis il-

C la pars, ut secum cor excalfacere possit, necesse omnino est ut affectio ipsius febrẽ generet, atq; ut hæc penitus in tempore hectica fiat, & si non soluatur, marcorem inducat.

XII Alioqui uelut antea dixi, nominum studio teneri non conuenit, sed omnes siccantes corpus affectiones cognoscere simulq; curare recte. Quarum una est & ea quæ cum ignea caliditate fit, cui balneum semper prodest, ubi ipsa per seipsam sola fuerit. Fit enim uelut dictum est, aliquando cum affectione erysipelati simili, hectica ac marcida febris, & opus habet prius ut perfrigeretur edulijs ac potibus & his quæ foris imponuntur. Verum talis febris ipsa per seipsam, alteri morbo non cõmixta, balneis opus habet, uelut etiam

D aliæ omnes siccitates, siue calidæ, siue frigidæ fuerint. Hoc enim admiratiõe dignum balneis inest, q̃ & calidis, & frigidis siccitatibus prosunt. quemadmodum etiam q̃ sitientibus sitim eximunt, & non sitientibus sitim inducunt. Et quòd hæc faciunt, etiam sine omni ratione palàm uidere est. Apparet enim uelut antea dictũ est, quòd hi qui ex sole ac itinere calescunt ac siccantur, ubi loti fuerint, mirum in modum humectantur ac perfrigerantur: Et quòd his nihilo minus, hi qui ex uehementi frigore calefactione opus habent, celerrime recalescunt. Quin & hi qui ex itinere ac sole sitim contraxerunt, minus sitiunt: & qui sitim non habent, loti sitiunt. Oportet autem hos sæpe, illos semel lauare. Atque hæc quidem sic fieri uidentur, & causas ipsorum alibi diximus.

Cæterum

8 Cæterum ad propositum redeamus, quòd omnibus hecticis febribus balneũ prodest, quũ hoc ipsum solũ, hecticæ scilicet, fuerint. Si uero Erysipelas, aut inflãmatio aliqua aut putrescẽtes humores, & adhuc crudi, in corpore continenẽ, propter hęc lædi ægrotos cõtinget, nõ ob hecticã febrẽ. Ipsa enim qua febris est, semper à frigida potione extinguiẽ, & à balneis utilitatẽ capit. At propter affectiones ipsi ammixtas ęgroti lędunẽ. Et hęc efficacissima auxilia sũt, ad ꝓhibẽdũ marcorẽ ne fiat, & oportet ipsa adhibere cõsidẽter in febrib. hecticis.

XIII Si uero erysipelati similis fuerit affectio, à balneo quidem in totum abstinendũ est, aqua uero frigida utendum circa morbi uigorẽ contentiose: sic aũt appellare solent, ubi aceruatã ac frigidissimam damus. In principio uero utendum ea non est, si non ab ęgroto coacti fuerimus, qui uidelicet ad frigidæ potum adsueuit, & sitim ferre non potest. Verũ forinsecus frigefaciẽtia imponere oportet. Et si nihil profecerint, etiã ut intra corpus assumant cogere. Cõueniunt autẽ maxime ipsis lactucæ humidæ ac recentes, et maxime quidem sic acceptę, in aqua frigida sincera intingantur. Quòd si autem iniucunditatẽ huius usus æger sibi mitigari expetat, aceto ad frigidam aquã ammixto, in hoc ut intingat permittito. Sit autem acetũ omnis uinosæ qualitatis penitus exors. Foris autem etiam ipse lactucæ succus idoneus est. Imò etiã semperuiui & seridis, & quæcunq; alia frigefacientia. Optimus autem succus uuarum immaturarũ est, quo etiam maxime pro occasione utimur. Etenim succum ipsarum expressum, in pilam cõijcimus cum portulaca, deinde contusa exprimimus, & in uase in frigidam aquã ponimus. Melius est & niuis aliquid aquæ additũ esse. In usu uero modicũ polentæ albæ miscemus. Postea imbuto in his linteo duplicato, hoc ipsum foris super præcordia extendimus, non diutius immorari sinentes, sed ubi tepidum factum fuerit, hoc tollentes, et aliud similiter adhibentes, atq; hoc semper ex successione facientes, donec æger in profundo frigus sentiat, & minus sitiat. Ammiscemus quandoq; & oleum omphacinum, aut rosaceum, præsertim si quid inflammationis in præcordijs fuerit. Ac erysipelati quidẽ similes affectiones, sic frigefacere oportet. Cæterum hoc nosse oportet, ꝙ si qua talis fuerit affectio, febrẽ exacte esse hecticã impossibile est. Est autẽ hectica exacte, quæ nullum principium, aut augmentũ, aut uigorẽ, aut declinationẽ particularis exacerbationis facit. Dictũ est autẽ in tractatione de differentijs febriũ, tum de alijs, tum ꝙ ob solos cibos hecticæ febres ebulliunt, quemadmodũ calx infusa aqua. Verũ ablato huiusmodi augmento, semper æquales permanent. Si uero incidat aliquando uel breuissimũ quoddã augmentũ, aut exacerbatio, cõsiderandũ est nũ aut humorũ aliqua sit putredo, aut locus primus affectus alius sit præter cor, qui neq; ipse simplicem, neq; habitualem ac hecticam habeat affectionem, sed aut inflammationi aut erysipelati similem, atq; sic curatio affectibus propria adaptanda est.

XIIII Quum igitur amburẽs marcor ex ardentibus febribus generationem sumat, prohibitio in frigefactorijs medicamentis sita est, quæ & foris affecto loco imponuntur, & intra corpus sumuntur. Si uero senectus ex morbo facta fuerit, quæ quidẽ exacte iam facta est, sanari non potest. Quę uero nondum exacte facta est, sed prope ad ipsius generationẽ deuenit, unũ curationis scopum habet, quẽ refectionẽ ac renutritionẽ nominamus, ex multis particularibus actionibus constantem, quæ & multæ sunt, & multa omnino securitate opus habent. De quibus si nunc dicere uellem, longissimus hic mihi sermo fieret. Dictũ autem sufficienter in curandi methodo. Nunc autem tantum dicere satis est: quòd corpora solida resiccata sanat alimentum. Demõstratum est autem in libris de facultatibus naturalibus, quòd alimẽtum non seipsum deducit ad omnes corporis partes, sed ab ipsis quæ nutriri possunt attrahitur. Sunt autẽ hæ in marcoribus debiles, & ad trahendum infirmæ, propter siccitatẽ. Quòd si accedat etiã frigiditas, iam propemodũ mortuæ existũt. Quapropter attractu facile esse oportet alimentum, quo id quod attrahentiũ robori deest, ex materię aptitudine expleatur. Attractu aũt facile est id quod tenuiũ partiũ est, & natura calidũ. At hoc in totũ non alit. Demonstratũ enim est, ꝙ alimentũ solũ crassum ac uiscosum esse necesse est, quo durabile sit, ac ægre diffletur, & corporibus quæ aluntur prompte assimiletur. Quũ autẽ ita inter se pugnent hi scopi, impossibile est alimenti copiã habere, quod utrunq; exacte conseruet. conandũ tamẽ est ut uel mediocriter utrunq; præstare potens excogitemus. Ac mihi quidem ad huiusmodi nihil melius lacte esse uidetur, maxime si quis ipsum emulgere sustineat muliebri mamma in os accepta, quemadmodum Euryphon & Herodicus tabidis faciendum præcipiunt. Sin minus, at asininum accipiendum est adhuc calidum, & breuissimo tempore in ambiente uersatũ. Huiusmodi igitur alimentorũ scopus conducit, non solum his qui senectuti similẽ affectionẽ habẽt, aut marcoribus cũ syncopa, sed etiã amburentibus à Philippo appellatis. Vtendũ aũt est alimentorũ materijs non calidis, in his sanè, uelut in simili illa senectuti, sed frigidis. In medio uero amborũ sint ea quę cõiuncta syncopa exhibentur. Lac igitur & Ptisana & Alica, in tribus his affectionibus conueniunt. Sed ita ut Alica, similiterq; Ptisana, cum aceto præparetur, quo facilius digeratur. Mel autem in frigidis affectionibus cõmodissimum est. Verum in calidis nociuũ. Sic igitur habet & in his qui ex relatis marcoribus marcidi futuri putantur. Maxime enim cõtrariũ est amburentibus, utilissimũ aũt his qui periclitanẽ ne senũ affectionẽ incidant. In his autẽ qui syncopam coniunctam habent, nisi uenter impedimento fuerit, coctum dandum est, & per se, & cum alijs edulijs. Balnei uero usus tempestiuus, tum ad prædicta, tum ad alimenti digestiones, optimum auxilium est. Vtendum autem est eo, concocto iam alimento, non post longiorem famem. Nam balnei usus

à recens accepto cibo, crudis & incoctis humoribus corpus implet. Post longiorem uero famem, uires ſubuertit. In alijs autem omnibus corporis conſtitutionibus, & præſertim in ea quam nunc propoſitam habemus, conandum eſt uelut dixi, ut balneum adhibeamus à completa concoctione. Quin & uini uſus, in frigido quidem marcore magnopere utilis eſt. Verum in amburente, fugiendus eſt. Medius autem quodammodo eſt in eo qui cum ſyncopa conſiſtit. Nam & affectio hæc media eſt ac mixta, partem frigiditatis habẽs, partem febris conſeruans. Quum uero tranſmutetur huiuſmodi affectio partim ad cõtraria, ita ut quan-

A doq; perfrigerationem, & pulſus interceptionem inducat, & in ſumma, ea quæ ſyncopes propria exiſtunt: quandoq; uero caliditatem, & pulſus ſimiles amburenti: tunc etiam curationem permutare oportet, iuxta eorum quæ prædominantur naturam, ita ut cõiuncta ſyncopa, & uinum, & alimenta bene temperata exhibeamus: & uniuerſum corpus denſemus ac adſtringamus. In amburente uero, contraria. At uero particularem rectum omnium uſum, is qui in medendi methodi libris exercitatus eſt, excogitabit. Hic enim liber non quibuſuis, ſed his qui ad habitũ quendam in arte peruenerunt ſcriptus eſt.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE COMATE.

B Caput I. Coma apud Hippocratẽ interpretes eius, alios cataphoram ad ſomnum, uel ſomnolentam cataphoram, alios ueternum interpretari: Homerum pro ſomno ſimpliciter uti: aliqui ἀπὸ τοῦ κωμάζειν deriuant, quod eſt uino indulgere: inebriatis enim ſimiles eſſe illos qui coma patiuntur. II. Ex ipſius Hippocratis uerbis quid coma ei ſignificet inquirendum: & quòd is comati ſemper ferè uigiliam opponat. III. Coma & cataphoram idem ſignificare Hippocrati: & ꝙ duplex ſit cataphora, altera planè ſomno capta, lethargicis propria: altera licet ad ſomnum procliuis, uigilat tamen, & phreneticis interdum accidit: quodq; utramq; etiã coma uocare ſoleat Hippocrates. Rarior autem affectio eſt coma uigilans, proinde coma ſimpliciter dictum ut plurimum pro ſomno grauiore accipitur: pro uigilante autem non ſimpliciter, ſed cũ adiectione. IIII. Lethargicis coma ſemper adeſt: phreniticis non ſemper, ſed interdum accidit ſomnolentum coma, quem affectũ qui non intelligunt, non phrenitidẽ amplius, ſed eam cum lethargo permiſtam eſſe putant, alij typhomaniam uocant: cum tamen Hippocrates libro tertio Epidemiorũ phreniticis quibuſdam cataphoram accidere dixerit, non inſomnem (quod frequentius accidit) ſed illam etiam quæ pigra uocatur: De qua dicturus Galenus ſuperiorem cataphoræ diuiſionem repetit: Et quàm diligẽter proprieq; Hippocrates uocabulis uti ſoleat, nihil ſuperflue aut temere ponendo, exẽplis declarat, in quibus uarias primũ in phrenitide deſipientiæ, deinde caloris differentias oſtendit. V. Inſomnis ſeu uigilis cataphoræ diuiſio in pigram, & ſimpliciter inſomnẽ, quorum uel hæc uel illa phreniticis aliquando accidit. Et primũ quid cõmune ſibi habeant, quid à lethargo differant: deinde quid inter ſe diſſideant. VI. Super eadem re examinantur uerba Hippocratis in prorrheticis: & de ui ac ſignificatione uocis ἆρα eo in loco ꝙ non ſyllogiſtica illic ſit, ſed planè dubitatiua. Et quòd in quibuſdam exemplaribus, hæc clauſula (num phrenitici ſunt?) omnino non legatur. VII. Quare eodem in
C loco Hippocrates (ſi demus legendam eſſe hanc clauſulam) eos qui comate ab initijs morborum tentantur, cum capitis, lumbi, hypochondriorum & colli dolore uigilantes (quæ ſupra phreniticorum, eſſe ſymptomata dictum eſt, in fine primi cap.) phrenitici ne dicendi eſſent dubitauerit, Quoniam ſcilicet in plurium morborum principijs huiuſmodi quidam affectus, ſopor uigilans inquam, ebrietati ſimilis accidat, quem aliquando phrenitis, aliquando lethargus, aliquando neutrum ſequitur.

CL. GALENI DE COMATE APVD HIPPOCRATEM LIBER.

Iano Cornario Medico Phyſico interprete.



QVID NAM ſignificat comatis, id eſt ſoporis uox, apud Hippocratem? Num delationem in ſomnum? uelut quidam expoſitores dixerunt: aut ipſum ſomnũ? aut quemadmodum alij, ſomnolentam delationẽ? Nam & ſic aliqui nominauerunt, cõpoſita appellatione exponentes. Quidam uero nihil horum, ſed lethargicam & ueternoſam delationem, coma à uiro nominari aſſerunt. Et ab alijs quidem ueteribus nullum magnum teſtimonium haberi poteſt. Nam etiamſi de alia re nomẽ hoc illi uſurpent, tamen nihil prohibet Hippocratem diuerſo modo uti. Verbi gratia, apud poetam ſomnum ſignificare uidetur hæc uox.

Nam miſerè afflicto molle induxit mihi coma, Et

Volui molle illi inducere coma.

D At non ita Hippocrates uti uidetur, ſiquidem & cum uigilijs ſæpe coma fieri dicit, & phreniticis adeſſe. In principio enim libri prædictionũ ita ſcribit. Soporoſi in principijs fiẽtes, cum capitis, lumborũ, precordij, colli dolore, uigilantes, num phrenitici ſunt? In tertio uero morborum popularium (à genuinis enim quibuſdam ipſius ex confeſſo libris ſumamus teſtimonia) hoc modo dicit. Vndecima reſipiſcebat, uerũ ſoporoſa erat, Vrinæ multæ, tenues, & nigræ, inſomnis. Deinde conſequenter hæc dicit. Vrinę huic perpetuo erant nigræ, & tenues, & aquoſæ, & ſopor comitabaẽ, cibũ auerſans, inſomnis, triſtis. In omnibus enim relatis orationibus, uigiliarũ et comatis, ſiue ſoporis mentionẽ facit. Aliũ uero ægrotũ in eodẽ libro deſcribẽs ita ait. Huic perpetuo ex quo ego noui, aluus turbata, urinę tenues, nigrę, ſoporoſę, inſomnis. Quare ſatis manifeſtũ eſt, ꝙ neq; ſomnũ, neq; delatio-

nem

nem in ſomnium comatis uox apud ipſum ſignifi-
cat. Quapropter aliqui ut arbitror, expoſitores à
uerbo κωμάζειν dictos eſſe κωματώδεις uolunt. Vi
gilare enim & κωμάζοντας, uigilare itē & κωματώ-
δεις. Et profecto quēadmodū κωμάζοντες, hoc eſt
ſaltantes, toto corpore, & maxime oculis, non ual
de deorſum nutant, ſuntq; flexiles, & rubicundi,
& non firmi, ac induti, uerum totum corpus utriſ-
que in motibus lubricū eſt ac ἄκρατον intempera-
tum. Quapropter etiam Hippocrates de toto ſym
ptomatum concurſu dubitat, an phreniticos ipſos
nominare conueniat, aut aliud quid. Phreniticos
enim appellare eos qui nondum delyrant uere-
tur, etiamſi omnia ſymptomata phrenitica eſſe ui-
deat, & caput, & lumbos, & præcordiū, & collum
dolore afflicta, & tamen neq; delyrij quicq;, neq;
ignorantiam adeſſe ullam.

II Hæc itaq; ꝙ ueriſimiliter ſe non habeant,
nemo contradixerit, imò neq; ſufficienter. Mihi
ſane neq; cum demonſtratione dicta eſſe uiden-
tur. Ex ipſo enim Hippocrate, eius orationis ex-
poſitionem facere oportebat, quo non ſolum ue-
riſimiliter hæc dicta eſſe, dicere poſſimus, ſed eti-
am ex illius ſententia. Non enim hoc ſolum con-
ſiderare debet bonus expoſitor, uelut ego ſentio,
an uerisimiliter aut uere dixerit, ſed an etiam ex
ſcriptoris ſententia id hæreat, quod ſane in ſupe-
riore ſermone non contingit: etiam pars aliqua
ſententiæ ſenis illius de uoce hac, per ſermones o-
ſtenſa ſit, in quibus coma uigilare ſentiens pro-
nunciauit. Et poſſit fortaſſis aliquis ſe totum ha-
bere putare, Verum ſi paululum expectaueris, ex
eiuſdem tertij de morbis popularibus libri ſermo
nibus alijs audies, non modo non totum, ſed ne
dimidium quidē totius teipſum cognouiſſe. Con
ſidera itaq; mihi ea quæ de quadam ægrota mulie
re dicit. Alteram ex abortu circa quintum men-
ſem, febris corripuit. Ab initio ſoporoſa erat, &
rurſus inſomnis. Videtur enim per oppoſitionem
coma ſiue ſoporē à uigilijs diſtinguere, uelut con-
traria. Rurſus in peſtilenti conſtitutione, diu ſopo
roſi inquit, & rurſus inſomnes. Et paulo poſtea. In
totum autem plurimos aut grauis ſopor comita-
batur, aut paruos ac tenues ſomnos habebant. Et
rurſus. In Thaſo Parium quendam, qui decumbe-
bat ſupra Artemiſii ædes, febris corripuit acuta,
ab initio continua, ardens, ſiticuloſa. principio ſo-
poroſus, & rurſus inſomnis. In omnibus his ſermo
nibus uigilias ſopori opponit. Conſueto itaq; mo
re ſic interpretantem ipſum comperies ſexcēties,
ubi contrariarum rerum mentionem facit, & hoc
modo ſcribentem. Imò nunquam aliter, uelut ex
multis pauca adſcribam ex eodem libro. Melius
enim eſſe mihi uidetur, ut quis ex uno omnia ex-
empla ſumat. Duas mulieres ante peſtilentē tem-
poris conſtitutionem deſcribens, de priore dicit.
Alteram ex abortu circa quintum menſem, febris
corripuit. Ab initio ſoporoſa erat, & rurſus inſom
nis. Poſt peſtem uero deinceps multos ægrotos
deſcribit, & primum omniū eum cuius paulo an-
tea mentionem feci, qui & uarie & inæqualiter æ-

A grotauit, & multas ſæpe ad contraria mutationes
fecit. Incipit autem hoc modo. In Thaſo Parium
quendam, qui decumbebat ſupra artemiſii ædes,
febris corripuit acuta, ab initio continua, ardens,
ſiticuloſa. Sed in præſens nihil opus habeo primis
diebus. Verum quorum opus habeo, eorum men
tionem faciam. Vndecima ſudauit, nō per totum.
Circumfriguit quidem, uerum breui rurſus inca-
luit. Manifeſte enim uoci circumfriguit, contra-
ria eſt uox incaluit. Poſtea, Duodecima febris acu
ta. Seceſſus biliosi, tenues, multi, In urinis quid-
dam in medio uehebatur, mente motus eſt. Deci-
maſeptima laborioſe tranſmiſſa eſt. Neque enim
ſomni erant, & febris augeſcebat. Vigeſima ſuda-
B uit per totum, inſomnis, ſeceſſus bilioſi, cibum fa-
ſtidiens, ſoporoſus. Vigeſima quarta recidiua fa-
cta eſt. Trigeſima quarta à febre liber. Aluus non
ſuppreſſa eſt. & rurſus incaluit. Quadrageſima à fe
bre liber. Aluus nō multo tempore ſuppreſſa fuit.
cibum faſtidiens, parum rurſus febricitauit. Et rur
ſus. Nam etſi febris reliquiſſet, & alleuata eſſet, rur
ſus reuertebatur. Etenim contraria ſunt alleuari,
& reuerti. Et aluus iam adſtricta erat, inquit, et rur
ſus ſoluta. Adſtrictum enim eſſe & ſolui contra-
ria ſunt. Deinceps uero aliam ægrotam exponēs,
Octaua inquit, multū mente mota eſt, & ſequen-
tibus diebus, & breui rurſus reſipiſcebat. Et rur-
ſus cōſequenter. Vigeſima parum circumfriguit,
& breui rurſus incaluit. Et rurſus. Vigeſima ſepti-
ma à febre libera, aluus adſtricta eſt. Non multo
C tempore poſtea coxæ dextræ dolor fortis multo
tempore. febres rurſus comitabantur. Deinde cō-
ſequenter. Et ſequentibus diebus uoce deſtituta
eſt, & rurſus reſipiſcebat, ac loquebatur. Verum
quid multis uerbis opus eſt ad ſingula cōmemo-
randa, quum ſexcenta huiuſmodi ſexcenties oc-
currant, adeo multa apud ipſum ſunt, quæ huiuſ-
modi loquutionis formam habent.

III Quare quum dicit, ſoporoſa, & rurſus in-
ſomnis, ſoporem uigilijs euidenter opponit. Sed
& delationem in ſomnum uigilijs opponere po-
tes, & nulla alia ſignificatio ex comatis ſiue ſopo-
ris uoce emergit. Quid uero quum dicit? Detine-
bat etiam ipſos aut ſopor continuus, non ſomni-
culoſus, aut uigiliæ cum doloribus. Etenim & ta-
D lis loquutionis forma Hippocrati propria eſt, in-
dicans talia cōſequi ſolere, nunc uero non adeſſe
præter rationem, uelut quum dicit. Ardentes igi-
tur & paucissimis obortæ ſunt, & ex ægrotis hi mi
nimum laborauerunt. Neq; enim ſanguis erupit,
niſi ualde parum, & paucis, neq; delirabant. Et
paulo poſtea. Neq; mortuum aliquem tunc in fe-
bre ardente noui, neq; phrenitidem tūc cuiquam
factam ſcio. Nam ſanguis large è naribus erum-
pens, mentem contingere ſolet, & acuta pericu-
la inducere. Nunc uero nihil tale accidiſſe. Sed &
quod poſtea infertur, Neq; phrenitidē tunc cuiq;
factam ſcio, iuxta eundem modum dictum eſt. In
ijſdem enim temporis conſtitutionibus, & ex ijſ-
dē cauſis, & febres ardentes, & phrenitides fiunt.
Deniq; in tēpore abundant æſtiuo, & in regioni-
bus

bus calidioribus, & in ætate uigoris, & in naturis calidioribus, & in eiusdem modi uictu, ac studijs. Phrenitidem itaque non redundare sentit, aut præter rationem de se significationem dare, si cui accidit: aut phrenitides quidem omnino factæ non sunt, febres autem ardẽtes multæ. In eandem porrò sentẽtiam dicta sunt etiam hæc. Erat autem constitutio febrium ardentium hoc modo. Ab initio soporosi, anxij, horridi, febris acuta, non ualde siticulosi, neq; deliri. Et paulo postea. Neq; enim sanguis bene erumpebat, neq; alius aliquis consuetus abscessus iudicatorius fiebat. Illa uero quomodo dicta sunt? Tubercula uero circa aurem alterã multis erant, plurimis ex utrisq;, citra febrem erecte obambulantibus. Quibusdam uero etiam parum incalescebant. Extincta sunt omnibus absque nocumento, neq; cuiquã suppurarunt, quemadmodum ea quæ ex alijs causis sunt oborta. Reuera enim à ratione alienum erat, & penitus præter consuetum morem, quòd nullum suppuraretur. Deinde infert. Erat autem natura ipsorũ hæc, laxa erant, magna, diffusa, non cum inflammatione. Præter rationem enim erat abscessus circa aures omnibus factos esse, citra inflammationem. Quare rursus etiam hic somnolentam delationẽ, uox coma, id est sopor, significare uidetur, quum dicit. Erat autem sopor continuus, non somniculosus. Quòd enim sopor ipse semper somniculosus sit, & quòd talis semper fiat, deinde nunc præter rationem nõ fiat, significatur. Illud uero quum in eodem tertio popularium morborum libro de Pythione dicit. Nona soporosus, anxius, quum excitaretur: manifeste etiam hic sopor, delationem quandam in somnum significare uidetur. At fieri non posse dicunt, ut quis simul in somnum deferatur, & uigilet. Hæc enim admirandi illi expositores dicunt, ignorantes duas delationis in somnum species esse, uelut præstantissimi medici scripserunt, & ea ipsa quæ fiunt testantur. Cõmune enim utrisque est non posse attollere oculos, sed statim grauantur, & dormire uolunt. Proprium uero est, quòd alteri quidem mox profunde ac diu dormiunt. alteri uero uigiles se uersant, alia post aliã imaginatione accedente, mentemq; mouente, & somnum intercipiente. Vnde semper quidẽ uigilant, uerum exurgere non possunt, neq; uigilantiũ munia obire, sed defectuosius habent quàm uigilantes, grauanturq; ac deferuntur. Hic igitur intellige Coma uelut utrisq; cõmune, quod nos delationem appellare solemus. At si somnolentã solum delationem acceperis, delinques. Non somnolentam enim appellatione priuabis, quæ nihilo minus quàm illa comatis nominis appellatione opus habet. Siue igitur somnolenta, siue uigil fuerit delatio, consuetudo ipsi est ut eam coma appellet. Neq; quicquam inter se particularia aduersi habẽt, sed quandoq; in paruis uigilijs coma rite reperitur, quandoq; in somno. Nã & delatio quandoq; somnolenta est, quandoq; cum uigilijs. Quare nõ est quod dicas de his qui delatione afficiuntur, quòd uigilant solum, aut uice uersa. In hoc tamen differunt, quòd plures ex ipsis dormiũt, pauci uero ita habentes, uigiles permanent. Vnde etiamsi amborum sit affectio, tamen multo familiarior dormientibus reperitur. Ob id igitur dicit. Erat autem coma continuum, non somnolentum: ueluti quod plerunq; somnolentum existat. Siquidem igitur utrisq; cõmune est coma, & somno magis familiare, merito sanè ubi somnolentam delationem indicare uult, simpliciter dixit, soporosi. Vbi uero uice uersa uigilant, non simpliciter, sed cum additione, soporosi uigilantes. Nouit enim utrunque, & quòd somno familiare est coma, ipsiusq; naturæ assimile, & quòd aliquando cum uigilijs consistit.

IIII Atq; his ita se habẽtibus, nihil miri est non lethargicis solum, sed etiam phreniticis id coincidere. At somnolentum coma, his quidem proprium non est, aliquando uero accedit. Multos enim inuenies phreniticos qui surgunt, neq; oculos attollere possunt, sed in eodem loco manent, similiter ut lethargici. Ex quo pleriq; & maxime imperiti medici, neq; nominare nouerunt, & penitus ambigunt, uideturq; ipsis extranea esse affectio, quæ nomen non habeat. Quidam uero ex lethargo & phrenitide mixtam esse putant, & nominãt typhomaniam. Et quod omnium pessimũ est, hoc dicunt quidam qui Hippocratici esse uolunt, etiamsi aperte Hippocrates scribat, in libro minime ambiguo, sed ut si quis alius genuino, populariũ morborum tertio. Neq; quisquam phreniticus insaniuit, uelut ex alijs, sed alia quadã lenta in somnum delatione grauiter peribant. Neq; enim solum quòd delatio aliquando phreniticis coincidat pronunciauit, sed etiam quòd lenta. Quæ uero sit lenta, cognosces si memineris primæ diuisionis, in qua delationem alteram somnolentam, alteram uigilem appellaui. Et somnolentam quidem lethargicis propriam esse, & ipsis semper adesse dixi. Alterã uero neq; propriam esse phreniticis, neq; ipsis semper adesse. Somnolẽta igitur lethargicis coincidit. At uigilem quæ phreniticis accedit, diuidere tentabo, quo differentiam ab Hippocrate dictam inuenire possis. Non enim erat ille uir ex eorum numero qui temere nomina imponunt, neq; frustra adposita est uox lenta, ad delationẽ. Neq; enim uelut Homerus dicit oleum humidum, & lac album, nullius distinctionis gratia, quum omne lac album sit, & omne oleum humidum: uerũ singula nomina, & omnis syllaba, rem aliquam apud ipsum significant. Proinde de phrenitide loquens, quantum sanè ad præsens cõmodum est his qui consuetudinẽ eius nosse cupiunt, quandoq; sic scribit, delirabat: quandoq; mente percellebatur: quandoq; impedite loquebatur: & rursus, desipiebat: & rursus, non erat apud sese: & rursus, insaniuit: & insuper insanijt: & non intelligebat: & aliena loquebatur. Hæc omnia eorum sunt qui læsam mentem habent, quos omnes tu desipientes uocas. At Hippocrati non satis est genus solum dicere, sed unicuiq; desipientiæ speciei magnitudini, proprium nomen inuenit. Homo

enim

enim inquit, calefactus cœnauit. Nõ ausus fuit dicere febrem tantæ caliditatis, ut quis etiam cœnare possit. Rursus autem febris magnitudinẽ ostendere uolens, ignis inquit, apprehendit ipsum.

V Ostendi uiri circa uoces diligentiã. Nunc uelut scientibus & credentibus uobis ad id quod in quæstione est progrediar. Duæ sunt species delationis non somnolentæ, altera quæ appellatur lenta, cuius nunc meminit Hippocrates, altera generis nomen habet. Vtrisq; cõmune est, propter q̃d etiam maxime à somnolenta differunt, quòd alienata mente loquunt̃, & promptissimi sunt ad exurgendum: quorum neutrum in lethargicis delationibus contingit. Neq; enim seorsum quid loquuntur, & hebetem sensum habẽt, ita ut neq; ad inclamationes, neq; ad puncturas facile excitentur. At coma phreniticum, extra eiusmodi sentiendi difficultatem, ac immobilitatem consistit. Nam & facile exurgunt, uocemq; ac sonum omnem audiunt, & si quam corporis partẽ contingas, statim oculos attollunt, & tangentẽ aspiciunt. In ipsa uero delatione, aut manum aut crus mouent, aut etiam totum corpus iactant præter rationẽ ac derepente, & abalienata mente exiliunt, uelut conuulsione apprehensi. Atq; hæc omnia faciunt unà cum hoc quòd inepta quædam deblaterant. Nihil autem horum faciunt hi qui cum delatione lethargici sunt. Semper enim immobiles & uoce priuati iacent, similes his qui profundo somno pressi dormiũt. At uero ex his qui non somnolentè deferuntur, alij quidem facile & multum mouẽtur, ut non cessent magnopere uociferari, & partem aliquam uehemẽter mouere. Et si excitaueris ipsos aut alloquaris, incompositè aspiciunt, & magis extra se ipsos sunt, & mali quippiam perpetrare tentant: & omnino promptissimi sunt ad audiendum, nihilo inferiores his qui extremè desipiunt. Alij uero uice uersa surgentes magis sapiunt, & non multum mouentur, & tunc magis desipiunt, quum ad coma deferũtur, & per hoc maximè à lethargicis delationibus ipsos discernere licet. Hæc itaq; est delatio lenta ab Hippocrate appellata.

VI Quandoquidẽ igitur aperte didicimus delationẽ nõ solum aliquibus phreniticis coincidere, sed etiam eam quæ lenta dicitur, ad reliquam ambiguitatem progrediemur, cuius solutionem ubi reperemus, totum iam habebimus. Est autẽ ambiguitas hæc. Postquã meminit in prædictionum libro Hippocrates soporosorum uigilantium, ambigit num phreniticos ipsos aut aliud quid uocare oporteat. Verba eius sic habent. Soporosi in principijs fientes, cum capitis, lumborum, præcordij, colli dolore, uigilantes, Num phrenitici sunt? Scribuntur autẽ dupliciter hæc uerba. In quibusdam exemplaribus uelut dictum est. In alijs absq; uerbo sunt. Verum nunc primũ scrutabimur, cur quum duæ sint comatis species, & altera lethargicis semper, altera phreniticis quãdoq; coincidat, nunc dubitat Hippocrates, num phreniticos nominare oporteat ita habentes. Hoc enim non solum non dubium, sed uice uersa inuentu facile ac

A promptum esse uidetur. Quum enim duo sint comata, & somnolentum, quod proprium est lethargicorum, intelligi non possit, hoc enim uetat uox uigilantes adiecta significari, de altero num phreniticũ sit, pronunciare uidetur. Quo modo igitur dubitat? Rationalis est inquiunt, particula num, & non dubitatiua. At uero si non barbarã hoc haberet interpretationem, & ab omni græca consuetudine alienam, suscipere sanè. Quũ uero neq; reliqui græci, neq; ipse Hippocrates, eiusmodi propositionum copulatione uti cõperiantur, quomodo admisero rationalem esse coniunctionẽ num? Nam antea quàm assumptionibus utamur, in oratione, & antea quàm ipsas conclusioni præponamus, non licet rationando colligere ac concludere.

B Quo uero etiã minus exercitatis res clara fiat, hæc oratio, Num dies est? & hæc, num ueniet hodie? coniunctionẽ habet dubitatiuam. Si uero oratione proferre uolumus, tunc aut simpliciter dicimus, absq; demonstratione, dies est, & ueniet hodie: aut cum demõstratione sic. Si sol est supra terram, ergo dies est: si deambulat, ergo mouetur. Quum uero absq; demonstratione quid proferimus, non opus habemus coniunctione ergo. Superfluus enim est sermo: Et nemo dicit sic, dies ergo est, neq; sic, ergo est dies, quum simpliciter dicere possit, dies est. Sed neq; in demonstratione fieri potest, ut quis ita particula ergo utatur. Qualis enim fuerit demõstratio, quum omnis demonstratio ex alijs assumptionibus aliam assumptionẽ

C sumat? Nullam autem nunc syllogisticam assumptionẽ, ad demonstrationẽ sumere uidetur. Quomodo igitur num pro dubitatiuo fiet rationale ac conclusiuum? Et alioqui neq; locum eundem habent, coniunctio dubitatiua, & rationalis ac conclusiua. Verũ dubitatiua semper præponitur. Rationalis autẽ & conclusiua, inter nomen & prædicatum locatur. Dubitantes enim dicimus, num dies est? Ratiocinantes aũt sic, dies ergo est. Quomodo igitur nunc præponitur? Non ut quæ rationalis sit præponitur. Non enim dictum est, phrenitici ergo sunt, sed dubitatiue, Num phrenitici sunt? palam dubitante Hippocrate, & non audente constanter de ipsis pronunciare, uelut profectò sæpe facere uidetur. Suffecerit autem unum atq;

D alterũ exemplum, ut ne in re adeo manifesta diutius tempus teramus. In primo igitur morborũ popularium dicit. Postea uero omnes hi dysenterici facti sunt, Num quòd urinas minxerunt aquosas considerandum est? Hoc loco considerandũ est, appositum, neq; impudentissimum aliter intelligere permittet coniunctionẽ, Num, quàm ambiguitatis significatione. In sexto uero morborũ popularium, post mictionem concretio, inquit, pueris magis, num quòd calidiores? In ipso autẽ prædictionũ libro ait, In phreniticis alba alui egestio, malũ: queadmodũ & Archecrati. Nũ & in his torpor fit? Et rursus, In uocis interceptione spiritus ueluti his qui strãgulant̃, præ manibus expositus, malus est. Nũ & talis mentẽ emouet? Si igit̃ caput & finem orationi imponere cõuenit, & neq; quispiam

piam alius Græcorum, neq; ipse Hippocrates aliter utitur coniunctione, Num, quàm ita uelut ego nunc ostendi, merito arbitror reprehenderit quis eos, qui non uelut ambiguæ significationis cõiunctionem exposuerunt: quanquam satis sciam me hanc meam orationem difficiliorem facere. Nam quũ somnolenta delatio, à nõ somnolenta, quum adhuc phrenitis est, distinguatur, oportune ambigere uidetur, & non constanter pronunciare, tales phreniticos esse.

VII Verum quum minorem rationẽ difficultatis quàm ueritatis habeam in meis sermonibus, quod & ambiguæ significationis sit coniunctio, confiteor, & causam ostendam, ob quam non ausus fuit Hippocrates pronunciare, tales phreniticos esse, sed adhuc dubitat. Appositititũ enim illud dictũ, in principijs, omnem rationis uim complectitur, quod ipsum multi expositores relinquunt, uelut sit frustra adscriptum. Cõsimile enim quiddam in multorum morborum principijs contingit, quale in quibusdam ebrijs fieri uidere datur, quum & soporosi sunt, & errant, & capite grauantur, & neq; si cogantur, palpebras diducere possunt. Rursus autem ob hanc ipsam grauitatẽ, dormire non possunt anxij, & seipsos uertentes ac iactantes, & a-

A lias in aliam figuram se transmutantes. Hæc enim sæpe in ebrijs uidere contingit, capite ipsorum ex ebrietate repleto, deinde præ grauitate, simul ad soporem detrahente, simulq; somnum impediente. Sic igitur etiam ubi humorum crudorum multitudo caput occupauit, simul & uigiles, & soporosi existũt. Et hoc ubi in principijs fit, aliquando quidem probe ferunt, quemadmodum si ex uino tale factum esset: Imò hoc modo neq; lethargus, neq; phrenitis sequitur. Aliquando uero hæc multitudo acris euadens, in phrenitidem desinit. Multis uero id quod tenuius est in ipsa, aut cõcoctum, aut discussum, euacuatum est, remansit autem id quod crassius existit, atq; ita lethargus successit. Et progresso quidem tali morbo, huiusmodi affectio, uelut nos ostendimus, propemodũ iam phrenitis est: uerum uelut hi, qui mixtam ex lethargo & phrenitide affectionem inducunt, opinantur, illi affectioni magis cognata esse uideri possit. B Vtrũ uero eos qui ita iã se habẽt, phreniticos nominare oporteat, aut eos qui paulo post futuri sunt, hoc alterius speculationis opus fuerit, quæ nihil ad nunc proposita prodest. Sed & aliàs uocem, sunt, quidam ad dictionem, num phrenitici? adscribunt. Quidam uero eam omittunt.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE TREMORE, PALPITAtione, rigore, & conuulsione. Aliorum huius libri in octo capita diuisionem ciphra in contextu signauimus.

Caput I. Occasio & argumentum libri: Praxagoras Nicarchi filius tremorem, pulsum, palpitationem, rigorem & conuulsionem, ex æquo omnia arteriarũ affectus esse dixit: quam eius sententiam recte reprehendit Herophilus eius discipulus: In cæteris bene scripsit Praxagoras: quibus ea quæ ipse omisit Galenus se additurũ promittit. Et primum de pulsu alibi satis à se scriptũ dicit, hic tantum ea se repetiturũ quæ ad rem præsentẽ faciant: cum in sequentibus nihil prorsus de pulsu ab eo dici reperiamus: quod memoriæ lapsui tribuimus. II. Motus in animalis corpore alios dicit esse sensibiles, eosq; aut uoluntarios, qui neruis & musculis perficiuntur: aut uitales, qui in corde & arterijs consistunt: Alios insensibiles, id est qui sensu non percipiant, quales in uenis sunt. Affectus, de quibus hoc in libro scripturus est, omnes ad uoluntarios motus eorumq; organa pertinent. Tremor quomodo fiat. Motiua uis cũ nulla neruis infunditur, paralysis fit: cum exigua & debilis tremor. Causæ tremoris, id est, Onus uel pondus nimium, aut quantulũcunq; maius tamen quàm pro partis affectæ uiribus, quæ ipsa etiam sibi, cum admodũ imbecillis fuerit, oneri est. 2. Timor. 3. Senectus. 4. Debilitas ex morbo: Et quæcunq; uirtutẽ debilitant. De paralysi. Tremor quomodo fiat, & definitio quædam eius. III. De palpitatione: quid illa tremori cõmune, quid diuersum habeat. Et inter cætera, tremorem non euenire, nisi cum motus aliquis fit, palpitationem uero etiam sine motu. Obijcientibus sæpe etiam partes quiescentes, & rectà extensas, tremere tamen: Respondet, Multa uideri ad sensum immobilia, quæ moueantur interim, ut auis in aere unũ locũ occupans. Statio quoq; & sessio motiones nonnullæ sunt, quæ spiritu partes erigente ac sustinente non sine labore aliquo fiunt. Nam si spiritu & anima partes illæ destituantur, mox collabuntur: quod itidem in decubitu fit, ubi caput sublimius, pedes humiliores sunt. Nam sic quoq; corpus extremè infirmũ ad pedes labat & subsidit, quod Hippocrates

ἐῤῥιψιν uocat. Quod si quis in huiusmodi corporis habitibus ullum esse motum neget, actionem saltem aliquam esse cõcedet, eamq; non simplã sed duplam, cum C ex æquo laborẽt in eis & qui sursum & qui deorsum trahunt musculi. Concluditur ergo tremorem semper esse symptoma inualidi motus (uel actionis, quæ non sine motu fieri uidetur:) Palpitatio autem etiam sine uoluntario motu fit. IIII. Aliæ palpitationis ac tremoris differentiæ. Tremor accidit æqualiter toti parti affectæ, cuti simul & carni & uasis & ossibus. Palpitatio autem, quæ systolen quandam & diastolen præ se fert, ceu cauo quodam expleto, uel musculis solis accidit, ut Herophilus putabat, uel cuti etiam: uel arterijs, ut Praxagoras. Palpitationis & tremoris definitiones. Dilatari & cõtrahi quomodo aliud sit quàm sursum & deorsum ferri: illud palpitationi, hoc tremori conuenit. Quanquam & in magna palpitatione quandoq; locus sursum deorsumq; mutari uidetur: sed habet in ea uterq; contrarius motus temporis sui spatium determinatũ: quod in treD more non fit, ubi uterq; motus alterum incipientem adhuc interpellat ac impedit. V. Causam palpitationis esse spiritum crassum & uaporosum siue humidum inclusum. neq; enim alia substantia tam celeriter moueri posset: tenuior uero, ita implere aut inanem relinquere locũ nequiret. Hic spiritus colligitur uel in sinu aliquo & cauo non nimis exiguo, ut in musculorũ maxime cauernulis fit: uel si sinum non receperit, aliquem ipse sibi facit, & segregat partes: atq; hinc etiam circa cutem palpitatio contingit. VI. Praxagoram non recte palpitationẽ solis arterijs attribuere. Quòd arteriæ aliquando non solum palpitare, sed etiam conuelli uideantur. Cutim solam euidenter sæpe palpitare: sic & musculos, & si quod aliud corpus spiritu tali repletum fuerit. VII. Frigore & frigidis causis ac circumstantijs omnibus palpitationes promoueri, contrarijs tolli. Remedia palpitationũ omnia calida, tum intus sumpta, tum foris applicata. VIII. Tremoris causæ non æque

manifestæ

manifestæ sunt, neq; similiter in frigiditatē referri pos-
sunt: sed tantū in uirtutis debilitatem, quæ quidem di-
uersas ob causas accidit, aliquando ob frigus externū:
alias ob animi ac roboris uitalis defectū; aliàs propter
inediam, aliàs uirtute grauata multitudine humorum.
Quare etiam remedia uariant, ut ipse singillatim expli-
cat: & pro quarto historiā quoq; Hippocratis adiungit,
q mulieri à partu nō purgatæ, licet toto corpore treme-
ret, sanguinē à malleolo detraxit, ac sanauit. IX. Tre-
morem non in certis fieri locis. Accusat Praxagorā, qui
tremorem arterijs tantum, & Herophilum qui neruoso
tantum generi eum attribuit: quæ organa solum sunt,
& ipsis sæpe illæsis, uirtute uel debilitata, tremor acci-
dit, uel penitus abolita, mors. Interim tamen organis
quoq; læsis, effectū lædi tolli'ue non negatur. Cōclusio:
Palpitationes igitur, & spasmi, & resolutiones, organo-
rū noxæ sunt: tremores uero, facultatis debilitatæ pas-
siones. X. Rigor quid: quòd neq; simpliciter refrige-
ratio sit: & si non absq; frigore: neq; ualida refrigeratio:
neq; refrigeratio cū tremore. solis enim uehementer ri-
gentibus tremor accidit: qui non tam tremor, q̄ cōcus-
sio quædam est, (uide in sequente cap.) cū omnino qui-
escentes etiam infestet: Item, Tremor partis unius est, ri
gor totius corporis, Contra Platonem, qui tremorē cū
rigore confundit. Parum à recta opinione absunt qui ri
gorem dicunt esse sensum frigoris. Nō enim omnes par
tes refrigerari se sentiūt. Iterum de Rigoris & tremoris
differentijs. Contra Athenæum Attalensem, qui Plato-
nem secutus similiter hæc duo non distinxit. XI. An
rigor definiendus sit sensus refrigerationis (ut paulo su
perius dicebatur) idq; cum molestia & dolore. Multi e-
nim sponte refrigerari cupiūt, ut in magnis ardoribus,
& percepto frigoris sensu, non solum non rigent: sed eti-
am gaudent. Atqui & simplex quædam refrigeratio in
accessionū initijs sæpe molesta est, ubi ne cutis quidem
horret, sed simpliciter refrigeratur. Quod si cutis præ-
ter frigus horroris quoq; molestiā sentiat, alterū genus
est. Tertium rigor, cui adest concussio (præsertim uehe
menti, ut supra cap. 10. dixit, hic uero omni rigori eā ad
esse ait) & per uniuersum corpus refrigeratio molesta
cum aspera quadam & inæquali eius affectione ac mo-
tu: Et hoc in ægrotis: In sanis uero quemuis molestum
refrigerationis sensum, rigorē uocant. Quòd rigor mor
bosus non sit appellandus refrigeratio cum tremore,
quod præcedente etiā capite dictum est. Et q morbo-
sum appellet, quoniā interius ab ipso corpore oriatur,
non ab ulla externa causa. Absoluta definitio rigoris.
XII. Quod rigor sit passio caloris naturalis siue inna
ti: Contra illos qui animalis calorem extrinsecus adue-
nire, non autem natiuum esse aiunt. Quòd inter omnes
conueniat rigorem esse passionem circa calorem in ani-
malis corpore. Contra Asclepiadem qui omnē febrim
propter quasdam corpusculorum in poris obstructio-
nes fieri dixit, nec ullum natiuum calorē posuit. Quod
non omnes omnium sententias ex professo hic refutatu
rus sit, prolixitatis uitandæ causa. Cōtra Athenæū, qui
paucorū de rigore sententias recensuit, illustriores omi
sit. XIII. Rigor quomodo fiat edocturus, prius pro-
nunciata quædam alibi demonstrata adfert, scilicet de
elementis & constitutione humani corporis: deq; natu-
rali calore, quem natiuū esse ait, nec unq; cessare à mo-
tu qui nunc intro nūc extra perpetuis uicibus feratur.
Interpretatur Heracliti uerba quomodo accedatur ca
lor noster intro & deorsum nutans ad alimentū & rur-
sus extinguatur uel dissipetur, foras & sursum tēdens:
hoc quidem suapte natura, illud quoniam frigido etiā
participat: Quod quidem calori adiungitur, ut sit ei in-
star uinculi, ne nimis sursum euehi & corpora deserere
possit. XIIII. Rigor qualisnā sit natiui caloris affe-
ctus. Sanitatē durare quantisper calor animalis tempe
ratus fuerit: is, si uincat, calidi morbi: si uincatur, frigidi
gignentur, ex quibus etiā rigor est: qui sic recte definie-

A tur, ut sit uehemens, uelox, conferta & uiolenta natiui
caloris etiamnū ualidi, cōtra naturā refrigeratio, eiusq;
sensus. Nam quod exiguum est & paulatim fit, parum
aut nihil sentitur: Confertum aūt & subitum præcipue
sentitur: idq; uel cum uoluptate, quando corpus ad na
turalem habitum ab eo reducitur: uel cum dolore, quā
do contra. Calor natiuus refrigeratur etiā cum discuti-
tur, & inopia alimēti, sed neutro horum rigor efficitur,
cum frigus sic non subito nec uiolenter fiat; licet præ-
ter naturam XV. Simile à flamma externa, quam
quatuor modis siue causis extingui docet: uideli-
cet, inopia alimenti, radijs solis, nimia iniectione ma-
teriæ, denique aquæ aut alterius humoris conferta in-
fusione: quorum postremo rigorē cōparat, cū calor na-
tiuus ualidus adhuc & efferri potens, subito prohibe-
tur à refrigeratione: ex qua pugna concussio illa corpo
ris fit per motus contrarios. Quid concussio illa à tre-
more differat: Et quomodo ab eadē corpus afficiatur,
dū calor natiuus nunc intrò se recipit, nunc foras tēdit
B & ui aperire uias conatur, idq; iterū atq; iterū repetit: cū
nō mediocriter atq; paulatim ut in sanitate solebat, sed
uehementer & subito tū introrsum feratur, tū prosiliat
foras, idq; eo celerius quo magis uaporosus ex cōflictu
illo redditur. XVI. Quod propter eundem caloris na
tiui reciprocum motum & conflictationē, rigore iam ui
eius depulso, corpus multo magis caleat q̄ in sanitate
solebat: & quomodo sudor eodem tēpore copiosus sæ-
pe profluat. Malū esse si corpus à rigore non recalescat:
aut enim calor nimium debilis est, aut contraria causa
nimis ualida. XVII. An rectè omnes rigorem cau-
sæ frigidæ adscribant. Nā ipsum quidem frigidū esse
affectum constat: quòd uero nō à frigore tantū fiat, indi
cat tertiana præsertim exquisita: quæ cū calida & bilio
sa febris sit, uehementes rigores habet, & febris ardēs,
quæ rigore superueniente etiam soluitur, teste Hippo-
crate. Quod calida & acria ulceribus applicata rigorē
C excitēt. (Vide cap. 19.) Fit etiā rigor dū phlegmone in
abscessum uertitur. Quin & audire uel spectare terribi-
le aliquid, sæpe horrorē aut rigorē mouet. Et Plato quo
que à bile rigorē citari agnoscit. Stultè igitur aliqui me
dici à sola frigiditate eū effici tradiderūt. XVIII. Quo
fieri modo possit ut calidus & acris humor rigorē exci-
tet. Et primū, q neq; simpliciter cū frigidus, neq; cū a-
cris abūdat humor, rigor semper sequatur, sed insuper
alia quædā accedāt oportet, ut uel plenitudinis modus
uel humoris qualitas, uel certus corporis locus in quo
humor ille colligitur, uel aliqua in motu eius ue modo,
aut quiete ratio. Et q Plato per hæc eadē ceu capita hu-
ius considerationis de rigore in Timæo disseruerit.
XIX. Quod ab acribus pharmacis interdū horror tā
tū excitetur, sæpius uero etiā rigor accedat. (Vide cap.
17.) In tertianis etiā & ardentibus febribus similiter e-
uenire, prout bilis uel profundius in corpore collecta
D fuerit: uel foris tātum & circa cutim, siue nata illic, siue
dū expurgatur transiens, & acrimonia sua lacessens: un
de sanguis interiora petit, exteriora frigēt: & humor ip-
se à singulis quas tetigerit particulis ad proximas tan-
tisper propellitur, donec excernatur tandē. Qui cibum
non concoxerunt, & qui cacochymia abundant, illi ob
solis, uel balnei, uel exercitij calorem mox horrent, aut
etiam rigent. Siue enim frigida, siue calida, quæ rigorē
ciet causa fuerit, uehementer & subito eā moueri opor-
tet, & rursus ab ea corpus similiter: item per partes sen-
su non hebeti præditas transitum fieri cum uehemente
motu. Interim uero dum interiora & uiscera sanguis pe
tit, & cū sanguine calor, exteriora cutim uersus, & quæ
à uisceribus plurimum distāt, ut manus & pedes, refri-
gerantur. Collectus intrò calor si suffocetur, quòd tran
spirationi locus non sit, animal perit: sin ualidè resistat,
organū se præbet expulsiuæ totius corporis facultati:
idq; eo ualidius, quo magis uires in profundo collectus
assumpsit, & cum impetu quodam foras erumpens ob-

uia propellit aut per cutim, aut uomitum, aut aluum. A XX. Quod non solum ex flaua aut atra bile rigor accidat: sed etiam ex phlegmate ualde frigido, quod uitreum Praxagoras uocat. Verum qui ex hoc fit rigor, non uehemens est, etsi plures aliquãdo dies duret: ac in motu ferè solum se ostendit, eoq; magis, quo maior ipse motus fuerit: in quiete, quiescit, ac mulieribus potius, præsertim otiosis, q̃ uiris accidit. Historia iuuenis ob huiusmodi phlegma rigorem passi, nulla sequẽte febre: & quibus remedijs in eius curatione usus sit. XXI. Veteres ad rigorem, sine externo frigore, ex ipsa corporis dispositione natum, febrim omnino sequi scripserunt. Sed Galeni tempore propter uictũ otiosum, & balnea à cibo, nouum hoc rigoris genus absq; febri prodijt, cum hypochondrij dextri extensione, obstructis nimirũ circa iecur uenis. Et quid rigor iste differat à quartanæ ter B tianæq; rigoribus: quid item febrium illarum rigores inter se. XXII. De spasmo: & primum quòd is musculorum affectus sit, cum præter uoluntatem ad capita sua retrahuntur, ac secum trahunt partes illas quibus inseruntur. Deinde quot ob causas accidat, nempe cum uel nimio humore nerui obstruuntur ac turgent: uel exiccati sunt nimis, ut in ardentibus febribus malignis & ualida phrenitide: uel cum uicinæ partes, neruosæ præsertim, ut in capitibus musculorum aut iuxta, phlegmonen alium' ue magnum affectum passæ, proximos sibi neruos conuellunt. De spasmi differentijs secundum locum, emprosthotono, opisthotono, & tetano. Quod spasmi ob siccitatem incurabiles sint: qui uero ob multitudinem humorum fiũt, euacuatione curantur: qui ob phlegmonen, eo quod in Therapeuticis libris dictum est modo.

CL. GALENI DE TREMORE

ET PALPITATIONE CONVVLSIONEQVE AC RIGORE LIBER.

IANO CORNARIO MEDICO INTERPRETE.



QVANDOQVIDEM Praxagoras Nicarchi, & in reliquis artis medicæ partibus præstãtissimus habitus, et in naturæ cõsideratione cõsultissimus, non recte de pulsu, & palpitatione, cõuulsioneq; ac tremore, sentire mihi uidet̃, ut qui hæc omĩa arteriarũ affectiones esse putet, uerum C magnitudine inter se differre: idcirco placuit mihi in cõmune de omnib. ipsis in hoc libro tractare, non ut Praxagorã erroris conuincam: hoc eñ Herophilus discipulus ipsius sufficienter præstitit: sed ut his quæ ille recte scripsit: ea quæ restant addam. Et sanè de pulsu quid est, & quomodo fieri soleat, & in tractatione de pulsibus demonstratum est, & nunc dicetur, quantum eius ad rẽ propositam commodum esse uidebitur. At uero de alijs in hoc opere tractabo, initio hinc sumpto.

2 II Motus in animãtium corporibus, dum sana sunt, sensui expositi duplices genere apparent. Iuxta impetum, aut propositum, aut uoluntatem, aut quomodocunq; nominare uoluerint hi qui circa talia occupati, rerum ipsarum scientiam negligunt, qui fiunt per neruos ac musculos, D atq; hos motus Medici actiones uoluntarias appellare solent. Alteri uero motus in animalium corporibus sunt circa arterias & cor, quas uitales appellant: quum sit etiam tertium motuum genus in uenis, sensui non expositum, de quibus nihil opus habeo ut in præsens dicam. Ceterum qui per musculos & neruos fit motus, per quem etiam manus ac crura mouemus, in tremoribus, & conuulsionibus, & morbosis rigoribus, aliquando etiam palpitationibus apparet. Omnes enim huiusmodi affectiones, errãtes motus sunt eorundem organorum, à quibus sanis uoluntarij motus perficiuntur.

3 Tremor itaq; fit ex uehentis ac mouentis corpus facultatis debilitate. Animaliũ enim partes quum adeò sint graues, & natura deorsum ferri soleant, non sanè ex seipsis habẽt motus ad omnem locum: Verum facultas quæ à principio, per neruos musculis immittitur, uelut uehiculũ quoddam ac alarum remigium ipsis est. quam ubi perfectè perdiderint: perdunt autem resolutæ: deferuntur ac deorsum cadunt, instar uolucris cui alæ defluxerunt. Vnde nullus motus ita affectis reliquus est. Si uero supersit quidem facultas, uerum modica ac debilis, ut corporis partes uehere ac sustentare satis non possit, aut uelut onus quoddam ferre uon ualeat: necesse est ita affectam partem in tremore conspici. Nam motus supra uires debilibus uiolẽti ac coacti fientes, tremuli existũt. Arbitror porrò te sæpe uidisse aliquem qui graue onus sustulit, deinde per uim progredi conatus, cruribus tremulus factus est. Nam si etiam manibus aliquid grauius portare conetur, manibus tremulus erit. Sic uero etiam homo siue manib. quid facere, siue ambulare uult, tremulæ sunt ipsi manus, si per ipsas agere audet, tremula item crura, si ambulare tẽtat. Quemadmodum uero motus supra uires tentati, tremulos faciũt, Ita etiam timor in pauefactis tremorem inducit. Virium enim robur nihilo minus timor subuertit. At si semel hæc facultas conciderit ac debilitata fuerit, omnia onus erunt etiamsi penitus leuissima fuerint, adeò ut corpus animalis quod prius leue erat, uelut onus ipsam grauet. Quin & senes similiter ex debilitate plerunq; tremuli sunt. Et quibus per morbum corporis robur afflictum est, neque his motus sine tremoribus contingunt. In omnibus enim sic habentibus, facultas partes mouens ac sustentans, nunc debilitata, non amplius quantum prius solebat attollere potest, uelut labans circa motum. Vbi uero totus naturæ uigor remisit, hic corpora eleuante se destituta, grauitate sua deorsum feruntur, & manent etiam hic, uelut in resolu-

resolutionibus, si robur omnem facultatem penitus amisit. Quantũ uero ipsius restat, id ipsum rursus uehere conatur. Sed neq; nunc quantum uult potest propter debilitatẽ, sed parum quid leuat, maiorem uero partem relinquit, imperfectum ac mutilum relinquens etiam hunc motum. Rursus igitur permittit corporibus ut deorsum ferantur. hoc autem assiduè fiente, & lationem sursum uersus, ea quæ deorsum fit excipiẽte, & rursus ea quæ sursum fit repetente, duplex ac compositus totus fit motus, partibus semper permutantibus locos. Est autem affectioni nomen Tremor, latione deorsum uersus corporib. ex grauitate sua contingẽte, sursum uersus autem à facultate attollente.

4 III At & palpitatio, dicet fortassis aliquis, similiter ut Tremor, motus est inuoluntarius & inuitus, dum attolluntur & deferunẽ palpitãtes partes. Qua igit in re differant Tremor ac palpitatio, nam hac tenus nihil inter se differre uidentur? Differunt sanè. Neq; enim locum affectum eundem in palpitantibus esse assero, neq; causam, neque symptoma. Nemo enim tremit qui non membrum mouere uoluit. Palpitant autem ea quæ palpitant, etiamsi composita iaceant, & nullum motum ipsis inducas. Verum & hic multi falluntur, & capita tremula uidentes, & dum quidam & manum immotam (ueluti sanè quis putare posset) & crus extentum habent, & tamen sic nihilò minus tremunt. Cæterum hos rationem hanc docere oportet, quæ non nunc primum à me affertur, sed à multis ueteribus prodita est. Non enim quæ moueri uidentur, ea sola moueri dicunt. Proinde multa quidem immota esse putantur, dum unum & eundem tenent locum, sed nihilò minus mouẽtur. Volucres igitur non solũ dum sursum ac deorsum feruntur, sed etiam ubi in uno loco in aere detinentur, etiam tunc in motu esse. Si igitur in illo loco mortuum uolucris corpus positum sit, facile in terram deferetur, grauitate impulsum. Ex quo manifestum fit, quòd etiam manens in eodẽ loco corpus, motus cuiusdam usu sublime manebat, iuxta tantam sanè motus portionem, quantã nõ haberet, si sola grauitate deferretur. Quare ea quam immobilitatem esse putas, cõposita est motio ex duobus motibus, qui in contrarios locos corpus abducere possunt. Quorum alterum sursum uersus si tollas, alterũ uidebis facile ad infernum locum corpus deducere. Hoc igitur & Hippocrates docet, dum ait: Stare ulceribus minime conducit, atq; hoc magis si in crure habeat ulcus. Imò neq; sedere, neq; ambulare. Sed placidum ac quietum esse maxime cõducit. Nam quietum ac placidum esse, uelut commodum laudat. Stare uero ac sedere inquit, minime conducit, ut quod aliud quiddam sit q̃ quietum ac placidum esse. Intẽti enim etiam tunc sunt musculi sustentantes & à terra eleuantes ac erigentes ipsum corpus. Quapropter nõ minus laboriosum est stare quàm ambulare, ut quod & ipsum motus existat. Itaq; ablata anima mouente ac erigente corpus, facile uidebis in terra iacere id quod prius erectum erat. Ex

A quo manifestum fit, quòd etiam ubi erectũ erat, motu nõ carebat, Sed habebat quid quod ipsum leuabat, sustentabat, ac attollebat. Ego igitur neq; decumbentem hominem, si caput altius habeat, pedes autem humiliores, omnino sine motu esse sentio. Deflueret enim facile ad pedes, ab altioribus ad decliue repens, nisi sanè inclinationẽ hanc motu exæquaret. Quare & Hippocrates dixit, si uero pronus fiat, et de lecto ad pedes delabatur, magis horrendũ est. Nam decumbentẽ ad pedes defluere, extremæ debilis facultatis firmissimum signũ est. Stare etenim aut sedere, aut surgere non posse, horrendũ quidẽ est, uerũ minus. Multi ẽm ægroti ad hæc deueniunt, nondũ ad extremã debilitatẽ progressi. At decumbere nõ posse, uiuen-
B tis modo, sed etiã hic uelut corpus mortuũ ac inanime deferri, malorum extremũ est. Atq; hoc in libro de humoribus ἔῤῥιψιν, id est prostrationẽ appellauit. Quod quũ nõ intellexerint eius libri expositores, multa nugati sunt. Nã prostratũ esse instar corporis inanimis, omni robore perfectè exoluto ac amisso, ἔῤῥιψιν dixit. Quare nõ idẽ est prostratũ esse, & decũbere. Sed rationẽ eã habet quã concidere, ad decũbere. Sic etiã in uolucribus aliud est in terrã deuolare, aliud in terrã cadere. Illud ẽm agere est, hoc pati. Eodẽ igitur modo decubitus actio est, prostratio passio. Quorsum uero hęc tendũt? Nimirũ ut eos qui crus aut manum eleuarunt, deinde ita uelut habent seruãt, ne putes sine motu esse, etiãsi maxime uitã & eundẽ locũ sem-
C per obtineant. Si uero cõcedere nõ uis, his qui sic habent, motum esse: attamẽ actionẽ omino ipsis esse concedes, & duplex utiq; robur huius actionis. In simplicibus ẽm actionibus, unũ musculorũ genus agit, aut flectentiũ membrũ, aut extendentiũ. Quũ uero extentũ membrũ seruas, ambo musculorũ genera ęqualiter agũt. At si hoc memoria tenueris, uerũ semper sermonẽ comperies, Quòd nullũ motũ tentãti, tremor nõ contingit. Est enim impotẽtis ac debilis motus symptoma. Vnde manifestũ est, q; corpori quod omnino nõ mouetur, neque circa motũ debile ac impotẽs esse continget.

5 Verum palpitatio etiam motu carentibus cõtingit. Nam & supercilium et palpebra ac oculus, sæpe citra uoluntatem eleuantur omnem.

D IIII Vbi & hoc palàm uideri puto, q̃d & ad naturæ affectionis cognitionẽ, & exactã à tremulis distinctionẽ, magnã uim habet. Nã in palpitãtib. partibus eleuationes ac depositiones apparẽtes, corporũ uelut repletorũ distẽtiones quædã sunt, & rursus uelut euacuatorũ cõsessus. At in trementibus totius mẽbri motus sunt, quãdoq; deorsum repentis, quandoq; rursum sursum uersus tendentis: nihil aũt distendit, neq; contrahit. Et propterea tremit tota pars, ubi aliquid facere conamur, nulla in ipsa parte immota manente, sed similiter musculi, similiter his arterię ac nerui, & uenę et ipsa ossa, & cutis, nũc sursum fert, nũc deorsum. Palpitant aũt non omes. Itaq; neruũ, os, cartilaginẽ, aut tale quid aliud palpitare nõ uideas. Nõ ẽm habent uentriculũ, qui dũ ex parte distenditur ac cõ

trahitur, mẽbris attolli quidẽ, quũ distendit, collabi uero, quũ cõtrahitur, cõtingit. A An uero musculorũ tãtũ affectio sit palpitatio, uelut Herophilus putabat, aut etiã cutis, aut arteriarum, uelut sentiebat Praxagoras, rursus cõsiderabimus. Hæc enim speculatio magis ad loci affecti inquisitionẽ pertinet. In præsens hoc sumpto ultra pergamus: q̃d uidelicet distẽtio quædã est ac cõsidentia præter naturã, palpitatio: Motus aũt uolũtarius partiũ quæ sursum ac deorsum ferunt̃ uicissim, Tremor. Est aũt nõ idẽ sursum ferri, & distendi: neq; deorsum ferri, & cõtrahi. Nã quæ sursum ac deorsum feruntur, priore loco relicto, in alterũ trãseũt. Quę uero distendunt̃ ac contrahunt̃, ueterẽ sedẽ seruantia, loci circũsiti aliquid occupãt, aliquid relinquunt. Quare moueri quidẽ utrisq; cõmune est, B tum his quæ distendunt̃ ac contrahunt̃, tũ his quæ deorsum ac sursum ferunt̃. Propriũ uero illis quidẽ est, ut pauciorẽ ac ampliorem locũ occupent, priore nõ relicto. His uero ut semper locos permutẽt, nequeunq; in eodẽ permaneãt. Porrò arbitror et hic distinctione opus esse, ut omino uerus sermo hic habeat̃. Sæpe eñ plurib. musculis simul, aut uno magno, uehemẽter palpitãte, coattollit̃ quidẽ cũ ipsis membrũ, dũ distendunt̃, et collabitur rursus, dũ contrahunt̃, ubi inuoluntariã mẽbri eleuationẽ ac depositionẽ, tremorem appellare nõ oportet. Videbis eñ palàm palpitare musculos, quib. mẽbrum mouet̃. Atq; hic motus nõ est qualis in trementib. Nã in his qui totum membrũ, propter palpitãtes musculos, in motu habent, proprijs ac C sensui expositis finib. uterq; motus circumscribit̃. At Trementiũ affectus talis nõ est. Sed altero motu adhuc incipiente ut ita dicam, contrarium ipsi coniunctum reperies: ita ut semper lationem sursum uersus excipiat ea quę fit deorsum, & hęc rursus ab illa assiduè prohibeatur, imperfecta semper utraq; latione manente.

V Et hæc quidẽ sint tibi affectionũ harũ signa, atq; his symptomatis inter se differũt. Locũ porrò affectũ, & causam efficientẽ cõsiderare cõseques fuerit. Spiritũ crassum ac uaporosum transitũ nõ habentẽ, palpitationũ causam esse cẽseo. Colligi uero hunc oportere sentio in cauitate aliqua, non ualde parua, si sensui expositã collapsionẽ pars ipsa habere debeat. Atq; hæc est totius rei summa. D Verũ opus est adhuc & demonstrationib. Et flatuosam quidẽ essentiã causam esse, ex motus uelocitate cõstat. Quid eñ adeò facile colligi ac euacuari possit præter spiritũ? Sunt eñ quæ hominẽ cõstituunt, uelut Hippocrates nos docuit, solida, humida, spiritus. Meminit aũt ipsorũ sic. Cõtinentia dicens, & cõtenta, & impetentia. Continentia quidẽ appellãs solida. cõtinent eñ ac coercẽt humores. cõtenta uero, humores. cõtinentur eñ à solidis. Impetẽtia aũt, spiritus. Per totũ eñ corpus in momẽto tẽporis facile ac expeditè peruagantur. Celerẽ igit̃ euacuationẽ aut repletionẽ, aut distẽtionẽ aut cõsidentiã, aut depositionẽ aut eleuationẽ, aut aliũ aliquẽ motũ, nihil ex omnibus efficere poterit, præterq; spiritus. Quare palpitationũ causa, essentia quidẽ, spiritus est. qualitas aũt essentiæ, humiditas est ac crassities: uelut paulò antea dicebamus, quũ crassum ac uaporosum ipsum appellabamus. Si enim aereus fuerit & tenuis ac purus, expeditè penetrãs, neq; replebit, neq; euacuabit unq; partes. Crassior uero q̃ pro meatuũ ratione, intra corpora in quib. colligit̃ arctatus, si quidẽ cauitatẽ habuerit corpus, ubi ipsam impleuit, corpus ambiẽs excitat ac distẽdit. Si uero nõ habuerit, intra duo corpora collectus alterũ ab altero disparat, acquisititiam cauitatẽ sibijpsi efficiẽs. Atq; hic modus secũdo loco relatus, etiã circa cutẽ sæpe palpitationes facit: quũ nõ ipsa cutis in seipsa habeat aliquã cauitatẽ, sed intra cutẽ ac subiecta corpora spiritus tunc colligitur. Prior autem modus maximè fit in musculis. In his enim cauitates sunt multæ ac paruæ.

VI Praxagoras aũt & arterijs pulsum attribuit, quemadmodũ deniq; & palpitationẽ, & tremorẽ ac conuulsionẽ arteriarũ esse uult affectus. Et pulsum quidẽ secũdũ naturã habere. Palpitationẽ uero & tremorẽ ac conuulsionẽ, magnitudine inter se differre quidẽ, uerũ motus præter naturã esse. Quòd aũt nõ rectè senserit, solis arterijs attribuẽs palpitationẽ, nõ difficile est deprehẽdere. Palàm eñ uidere est sæpe, & cutẽ palpitantẽ, & musculos, nulla existẽte in loco eo arteria: Aut si sit etiã aliqua, ualdè parua existẽte, ut manifestè cognosci possit tantã distentionẽ pro arteriæ magnitudine nõ esse. An uero rectè aliqui musculosis corporibus solis palpitationẽ attribuant, hoc ipsum magis cõsideratione dignũ esse mihi uidet̃. Ego equidẽ etiã ualdè manifestè inueniri puto, arteriã non solũ palpitationis, sed etiã cõuulsionis aliquid sæpe præ se ferre, id q̃d & alij circa pulsus experti cõfitent̃. Verũ de hoc & longior est tractatio, & iã in libris de pulsibus dictũ est. At iuxta cutẽ palpitationes, multis hominib. nõ infrequenter fieri palàm uidentur, quum uaporosus spiritus, in aliqua ipsius parte generatus, fuerit retentus & in trãsitu moram traxerit. Sic uero si etiam in musculis aut àlio quopiam corpore, flatuosus spiritus redundarit, in illo palpitationem efficit.

VII Quandoquidẽ uero spiritus crassus, et nubilosus aut caliginosus, aut flatuosus, aut quomodocunq; nominare uolueris, causa est palpitationis: propter hoc sanè ætates frigidiores palpitatiõe facile corripiunt̃, natura itẽ corporis frigidior, & regiones frigidæ, & tẽpus anni hybernũ, & uita ociosa in repletionib. ac ebrietatibus, & edulia frigida ac flatuosa, & in summa, omnia quæ corpus perfrigerãt. Cõtraria uero his, palpitatiões statim tollũt. Eteñ calfacientia spiritũ attenuãt, et corpora rara ac mollia reddũt. frigefaciẽtia uero dẽsant ac cõstringunt, et corporũ meatus claudi cogunt, & spiritũ spissum ac crassum & turbidũ efficiunt. facile itaq; retinetur, quũ crassitudine sua, & corporũ ipsum continentiũ dẽsitate cõsumi nõ possit. Rursus aũt è contrario calefaciẽtia, corporum meatus diffundẽtia, laxãtia, & aperiẽtia, ipsumq; spiritũ attenuantia, & ad motũ facile excitantia,

faciles

faciles hoc modo trāsitus ipsi parāt. Quapropter etiā palpitationū medicamēta ueteres medici excogitarunt, quæ attenuare & calefacere possunt: qualia sunt ex euphorbio, ac pyrethro, & adarce, sulphureq; ac pipere, atq; alia huiusmodi composita pharmaca. Itē ex aquis quæ calidę ex terra scaturiunt, & ex his maxime nitrosæ, sulphurosæ ac bituminosæ & salsuginosæ laudantur. Vtunt & marina calefacta, & muria, si marina nō adsit. Sed & in potu exhibent medicamenta calfactoria, & præsertim quæ ex castorio constant. Hoc em etiā foris impositum, nō solum in potu acceptum, bonum est pharmacum, ut quod calfacere simul ac attenuare & siccare exactè possit.

VIII Et palpitatiōis quidē omnis generatio ex frigido est. Tremoris autē neq; occasio, neq; causa, frigiditas est. Verū affectus est quidē, facultatis corpus mouentis debilitas, causæ uero ad hoc perducere potentis, nō una est species. Sed aut alimenti inopia, uelut in bilis sursum ac deorsum eruptione, & fortibus alui fluxionibus, & uehemētib. sanguinis eruptionibus, & his qui inedia ac fame se conficere statuerūt: aut uitali robore exoluto, uelut in stomachicis ac cardiacis exolutiōibus: aut uiolēta ac uehemēti frigiditate corripiēte: aut plenitudine ipsam uelut onus grauāte: debilis ad motus reddit. Vnde neq; medelarum una species tremulis est, uelut palpitātib. Verū si quidē à perfrigeratione tremuerint, calidū ipsis medela est. Nā qui hyeme iter faciūt, deinde in magno frigore prehensi, semimortui ac tremuli domū ueniūt, facile ab affectione, ubi recalfacti sunt liberantur. Similiter his curamus etiā eos qui in febriū accessionibus frigefaciētibus rigent ac tremūt. At si uiribus exhausti fiant tremuli, uelut in cardiacis ac stomachicis exolutionibus: hos calefacere, malorum extremū est. Nam uice uersa in his, cutē densare oportet, ea quæ frigefaciūt & meatus adstringunt ac contrahunt adhibendo: nō quę calfaciūt, & laxant, & expassos reddūt. Si uero alimenti inopia, uelut in his qui fame se necare statuerunt, aut nimiū euacuati sunt, tremor fiat: ne uerbis quidē opus est, quū omnibus manifestū sit, hos alimēto indigere. Qui uero ob humorū multitudinē facultate grauata tremūt, his euacuationes medentur: queadmodū sane & Hippocrates docet, Stymargi inquit, famula erat, cui neq; sanguis prodierat, ubi filiā peperisset, auersum aūt erat ipsi uteri osculū, & ad coxā, & ad crus dolor. Circa malleolū uena secta melius habuit, etiāsi tremores totum corpus detineret. Verū ad causam uenire oportet, & ad causę occasionē. Mulierculę meminit post partū nō purgatę, ea purgatione quæ à partu sequi solet, deinde tremulę factę. Hāc inquit, curaui uena de malleolo secta, etiāsi tremores totū corpus detinerent. Quid uero aliud hic innuit q̃ q alius uenā non secasset? Frigida enim affectio tremor esse credit. Calidus aūt est sanguis. Itaq; nemo sanguinē euacuare ausus fuisset, in affectione quæ calefieri postulat. At ego inquit, ausus fui, & cur id fecerit docet. Verū ad causam uenire oportet, & ad causæ occasionē. Id quod infestabat inquit, nouerā, & infestantis quoq; causam. Quod igit infestabat, sanguinis copia erat. Causa uero, uteri ad coxā inclinatio, ob quā muliercula nō fuit purgata. Sanguis igit quē euacuari oportuisset, nō euacuatus, sed in corpore oberrās, naturæ oneri erat. Vnde quū cognouisset tremoris causam esse sanguinis copiā, causę uero occasionē uteri affectū: dein de indicaret quidē copia euacuationē, affecta uero pars locū, per quē euacuare oporteret, ambobus his cōiūctis, de malleolo uenæ sectionē fecit. Et uenæ quidē sectionē, quia sanguinē euacuare uolebat. de malleolo uero, quia uterus affectus erat. q quidē igit sanguine abundante uenā secare oportet, omnib. manifestū esse arbitror. Sanguis em in uenis cōtinet. Quòd uero utero affecto, circa malleolū aut poplitē secare oportet, nisi prius ex corpora secādi arte docuero uenarū cōmunionē, ratione assequi haud poteris. Alia em uena cū alia corporis parte cōmunionem habet, & per cōmunes semper euacuationes facere oportet. Nā si uenas nihil cū affecta parte cōmune habētes inciderís, neq; affectā partē sanabis, & sanā semper lædes. Necessarium igitur esse semper apparet, ut qui probe curare uelit causam nōscat, ob quam sit affectus.

IX Ceterū de causa tremoris suffecerint ista. At affectus locus nullus est necessariò in tremorib. Atq; hic sanè Praxagorā ac Herophilū accusare cogor: Illū q arteriarū affectū Tremorē, Herophilū uero, q circa neruorū genus semper ipsum cōsistere asseruit. Praxagoras itaq; procul à ueritate discedit. Herophilus aūt deceptus est, & facultatis affectū instrumētis attribuit. Nā q neruorum genus, nō arteriarū, uoluntarijs motibus inseruit, rectè sensit. Quādo uero nō ipsum neruorū corpus causa est motus, sed hoc quidē instrumentum est: uerū mouens causa facultas est, quæ per neruos agit: hac parte ipsum accuso, qui facultatē ab instrumento nō distinxit. Si em distinxisset, statim cognouisset opus ipsum lædi, non solū per instrumentorū, sed etiā facultatum affectus. Proinde in mortuis, neq; nerui, neq; musculi affecti sunt, his affectionib. quas ipsis Herophilus ac Praxagoras attribuunt. Verū omnis motus statim unà cū anima ipsos destituit. Huius autem instrumenta sunt nerui ac musculi. Non igit nerui neq; musculi est motus, sed animæ. Neq; em tibiarū opus est, tibia canere: neq; citharæ opus, citharā pulsare. Verū tibia canere, opus est tibicinis, per tibiarū instrumenta: citharā pulsare, musici opus est, Instrumētum autē est cithara. Corrumpet aūt & tibiæ cantus, & citharæ pulsatio, sæpe quidē propter operū artifices, quandoq; uero etiā ob instrumentorū, quibus utuntur, læsionē. Sic sanè & motus in animali uoluntario, opifex quidē ac artifex est facultas animal gubernans, Instrumenta uero, nerui ac musculi. Proinde & nō moueri, & quantū satis est moueri, contigerit utiq; aut propter instrumentorū affectū, aut facultatē ipsis instrumentis utentē. Palpitationes igitur & conuulsiones ac re

solutiones,instrumẽtorum læsiones sunt. Tremo A
res autem facultatis debilis affectus.

6 x Ac Tremor quidem clare distinctus est à
palpitatione. A rigore uero distinxeris Tremorẽ
hoc modo. Verum prius quid sit rigere considerã
dum est. Nã & hæc uidetur quidem res ualdè no-
ta esse, uerũ nulla alia re minus, etiã ipsa difficul-
ter cognosci potest: non ideo solũ ꝙ causam inue
nire, aut affectionem circa corpus ex ipsa fiẽtem,
non facile est: sed etiam ante hæc, mentis delinea-
tione circa ipsam falli mihi uidetur. Rigorẽ eñ si
simpliciter perfrigerationem dixeris, uelut aliqui
pronunciarũt, error palàm deprehendit, quũ mul
ti uehementer perfrigerent, non tamẽ rigeãt. Sed
neq; si perfrigerationẽ uehemẽtem dixeris, uerũ B
hoc est. Nã stomachici ac cardiaci uehemẽter qui
dem perfrigerati sunt, non tamen rigent. Ac dice
re Rigorẽ perfrigerationẽ esse cũ tremore, in quã
sententiam multi Medici delati sunt, occasionẽ er
roris inde sumpsit, ꝙ agitatio ac concussio uehe-
mentibus rigoribus coniuncta est. Redarguit aũt
hæc opinio manifestè, ex eo ꝙ neq; omnibus rigẽ
tibus cõtingit, sed solis his qui uehemẽter rigent:
neq; in his quib. cõtingit, affectio tremor existit,
sed uelut cõcussio quædã ac agitatio. Tremor eñ
sine mouẽdæ partis proposito, uelut demõstraui-
mus, nõ fit. At agitatio quę uehemẽtes rigores co
mitat, adeò uioleta est, & cũ necessitate in corpo
ra irruit, ut fieri nõ possit ut aliquis quiescat, etiãsi
ualdè uiriliter renitatur. Et Tremor unius partis
affectus est. Rigor aũt totius corporis. Vnde sanè C
miror Platonẽ idẽ esse Tremorẽ & Rigorẽ opina
ri. Si eñ qui rigorẽ esse perfrigerationẽ cũ tremo
re dixerũt, peccauerũt: qui fieri potest ut ipse ue-
rũ dicat, qui tremere ac rigere idẽ esse putat? Nã
supra ea quæ retuli absurda, etiã hoc ipsi repug-
nat: ꝙ tremũt aliqui nullũ frigiditatis sensum per-
cipientes, fieri aũt non potest ut quis rigeat, sine
hoc ut perfrigeratus esse uideat. Quapropter illi
qui rigorẽ perfrigerationis sensum esse dixerunt,
non procul ab affectionis intelligẽtia mihi abesse
uident. Nõ eñ idem esse dicere poteris, perfrige-
ratum esse, & perfrigerationẽ sentire. Resoluta e-
quidẽ ac stupida, & hebeti sensu prædita, & peni-
tus sensus exortia, oĩa perfrigerata sunt. Et quic
quid tremulũ est, & leuiter syderatũ, ac comitiali D
morbo correptũ, Similiter quicquid flatuosum, et
aquosum, & inflatũ, ac laxo tumore præditũ, frigi
dum est. Sed nihil ex his frigiditatem sentit, unde
neq; riget. Si uero senserit, omnino statim etiã ri-
gebit. Propterea sanè Platonẽ non rectè opinari
assero, tremorẽ ac rigorem idem esse. Neq; unius
partis affectio est rigere, uelut tremere: Neq; frigi
ditatis sensus est tremẽtibus, uelut rigentibus. Et
motus in rigentibus quidẽ, citra uoluntatem mo-
uendi partes penitus inuoluntarius est. In tremen
tibus autem, non sine uoluntatis impetu. Cæterũ
Platoni fortassis ignoscendum est, in tenuibus a-
deò medicis rebus peccanti, quanquã aliarũ cor-
poris affectionum ferè omniũ originem exactè
tractauerit. Verum de Athenæo Attalensi est q̃d
miremur. Quum eñ Platone posterior fuerit, nõ
solum in ratiocinatione de causa Platonem sequi
tur: hoc eñ tolerari poterat: sed etiã circa notionẽ
similiter ut ille confusus apparet. Neq; eñ rigoris
ac tremoris notionẽ distinxit, & rigorẽ describẽs
sic ait. Ad pugnã ac concussionẽ hanc, tremor &
rigor sequit. Frigida aũt est tota hæc affectio; & fa
ciẽtis ipsam nomẽ habet, ueluti alicubi inquit, eti
am Plato dicit. Hic eñ ipsa Platõis uerba recẽsuit.
Habet aũt tota Platonis dictio hoc modo. Et eñ
humores his qui in corpore sunt grandiores, ubi
corpus nostrum ingressi fuerint, minores expel-
lentes, in illorum sedes subire nequeuntes, nostrã
humiditatem impellentes, ex inęquali ac mobili,
immobilem propter æqualitatem ac protrusionẽ
efficientes, congelant. Hæc aũt dum præter natu
ram congelatur, secundum naturam repugnat, ip
sos in contrariam sibi partem depellens. Et sanè
in pugna ac concussione hac tremor ac rigor ex-
oritur. Estq; hæc affectio tota frigida, & facientis
ipsam nomen habet.

xi Quòd igitur non idem sit rigor & tremor,
Imò quòd neq; sit perfrigeratio simpliciter, & ne
que perfrigeratio uehemens clare demonstratũ
est. Quod uero paulò ante dictum est, quòd rigor
perfrigeratio sit sensui exposita, an non falsò di-
ctum exploremus. Quidam enim non sensui ex-
positam frigiditatem, sed dolorosam esse rigorem
putant. Perfrigerari enim uehementer multi sani
seipsos dicunt, alij uolentes, frigiditatis cupidita-
te diutius in frigida aqua uersati: quidam etiam
ob huius utilitatem, in frigida moram trahunt. Ri
gent autem non statim, quemadmodum neq; qui
lauit, & postea se in frigidã aquam immisit. Neq;
enim hic nisi diutius immoretur, riget: quãquam
frigidæ qualitatem manifestè percipiat. Quare
quantum ad frigiditatis sensum attinet, omnes hi
statim riguissent, si rigor frigiditas sensui exposita
esset. At non rigent, & meritò, nõ enim omnibus
cum dolore frigiditas est. Verum quidam ipsorũ,
qui tempore æstiuo maxime ęstum non ferentes,
in frigidam aquam se immittunt, adeò frigiditate
delectantur, ut in ipsa tandiu morentur, donec cõ
tingentibus instar glaciei perfrigerati uideantur.
Nũ igit habuerimus iã totũ, si dolorosam frigidi-
tatẽ esse rigorem definierimus, aut adhuc aliquo
alio opus est? Fortassis eñ nõ omnis rigor ita defi
niendus est. In ægrotis certè non idem uidetur es-
se rigere, quod horrere, aut perfrigerari. Dicimus
itaq; sæpe exacerbationis inuasionẽ, alij cũ rigo-
re, alij cũ horrore, alij cũ perfrigeratiõe sola factã
esse, atq; in omniũ Medicorũ scriptis, idẽ nominũ
usus existit: ut quũ nõ perfrigeret quis cũ agitatio
ne ac cõcussione, is nõ rigeat, sed si affectus rigor
appellãdus sit, inæqualẽ ac inuolũtariũ ipsi motũ
esse oportet. At sine hoc, si neq; superficiẽ inęqua
liter mouet, perfrigerationẽ appellãt. Si uero hãc
turbat, ac per inuasiones quasdã cõcutit, totũ aũt
corpus nõ cõmouet, horrorẽ appellant, ut horror
sit cutis solius affectus talis, qualis totius corporis
rigor. At uero in sanis aliter rigorẽ usurpamus, de
omni

omni dolorosa perfrigeratiōe. si uero morbi ratiōe rigor fiat, nō satis est hoc solū dicere, uerū adijcere oportet, totius corporis turbationē, id quod aliqui adijcere uolentes, cū tremore perfrigerationē rigorē dixerūt, nō clara interpretatiōe usi. Nō em̄ tremorē uocare oportet, sed agitationē quādā inuolūtariā, aut turbationē, aut cōcussionē, aut aliud huiusmodi nomē excogitare. Nā tremoris appellatio ꝓprio affectui destinata est. Qui igit̄ morbosum rigorē definierūt perfrigerationē, nihil aliud dixisse uident̄, ꝙ q̄d sanis cōtingit, etiāsi totū genus de q̄ medicis sermo est, etiā prædictis uiris definire propositū fuit. Appellamus aūt morbosum, quum à nulla externa uiolēta causa, sed ex seipso corpus talē habet affectionē. Sic enim arbitror & Hipp. dixit. Ab ardente febre detento, rigore insuper accedente, solutio. Nō igit̄ aqua frigida febrienti superfusa, rigorem induces, sed quum ex ipsa corporis affectione excitat̄. Eodem modo & hæc dicta sunt. Ignorātia cū rigore, mala. Mala itē obliuio. Rigores sexta die ęgre iudicant̄. Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis per dorsum magis. Sed & uiris à posteriore parte magis ꝙ anteriore. In omnibus em̄ his, nō qui sanus sit, sed morbosus rigor habetur: qui est perfrigeratio dolorosa, cum inæquali quadam agitatione ac concussione totius corporis.

XII Quū igit̄ quid tādē sit rigor cognouerimus, cōsequenter uideamus quę sit efficiēs affectionis causa, et ad quas maxime pręgressas causas sequit̄ & quib. affectibus insuper accidit, & de tota ipsius ꝓductione. Equidē ꝙ rigor affectus sit caloris naturalis, ferè oēs confitent̄. Verū opus habet hic sermo auditore diligenti, & multa intelligētia prędito. ego. n. caloris naturalis affectū, rigorē esse dixi, ut ne quis de externo dictū putās, me uelut Erasistratū mētiri coarguat, itē ꝗ uelut Praxag. & Philotimū, ac Asclep. & innumeros alios, qui calorē nō naturalē, sed acquisiticiū esse putāt. Quō igit̄ affectū caloris naturalis hi dixerunt, qui nullū prorsus calorē naturalē nouerūt? Ac naturalē quidem esse calorē nō oēs, uelut dixi, cōfitent̄, Verū acquisiticiā generationē ipsi machinātes, diuersimode alius aliam, unū hoc oēs confitent̄, ꝙ est aliquis secundum naturā in unoquoq; animali calor, quem in conueniente mensura speculamur: & sanè circa hūc, & rigorē, & horrorē, & oēm perfrigerationē fieri asserūt. Asclepiades itaq; nō solū nō calorem, sed neq; aliā aliꝗ naturalē ponens facultatē, omnē febrē propter obturationes quasdā corpusculorū, semper in meatibus cōsistere dicēs, in meatuum magnitudinibus differētias ipsius collocās sic contendit ostenditq; aliquibus necessario rigorem coniunctū esse, quibusdā non. Atq; ego sanè nisi longiorē ꝙ pro hac occasione sermonē forē timerem, & alioqui iniustū existimarē de solo Asclepiade uerba facere, ac alios præterire: aut si rursus omniū mentionē facere instituerem, non infinitam sermonis longitudinē formidarem, consequenter de omnibus opinionibus cōsideratione facta, à quo unaquæq; probabilē occasionē sumpsit, & quid sit q̄d maxime ipsos decepit, & qua

A parte fallunt̄, ubi oīa hęc demōstrasse, ita ad nostrā opinionē ꝓgressus essem. Verū hoc ad aliud tēpus differat̄. Neq;. n. Athenæū laudo, de Asclepiade quidē ac Heraclida pōtico, et Stratone Physico aliquid dicētē, & aliorū uero nullam mentionem facientē, & quidē quū non horū solum de rigore opiniones, sed alias mulo plures, neq; minus celebres & probabiles recensere potuisset.

XIII Nos igit̄ principio extra cōtradictionē posito arrepto, ꝙ uidelicet rigor caloris naturalis in unoquoq; animali sit affectus, quō fiat uideamus. Procedet aūt sermo iuxta Hipp. principia, ita ut nos non corpusculorū moles & meatus, corporis nostri elemēta ponamus, neq; motus, aut cōstrictionis, aut alterius alicuius causæ sobolem, ipsum calorē pronunciemus. Sed totū quidem corpus con-B spirans ac cōfluens censeamus, calorē aūt non acquisititiū, neq; animalis generatiōe posteriorem, sed ipsum esse primū ac ab initio genitū, et innatū. & certe natura ipsa & anima, nihil aliud ꝙ hic est. Quare si essentiā per se ac semper mobilē, ipsum intellexeris, nihil erraueris. Singula aūt hæc priuatim examinata sunt, ac alibi de ipsis discere licet. At in præsens sermōis seriē prout cohæret perscrutabimur. Innatus nanq; calor ut qui semper mobilis est, neq; intro solum, neq; extra mouet̄, uerū alterum ipsius motum semper excipit alter. Cito enim is qui intro sit, solus desineret in cessationem. Qui uero extra, dispergeret, atq; sic corrumperet ipsum. Quū aūt moderate extinguit̄, ac moderate C accendit̄, uelut Heraclitus dixit, hoc modo semper mobilis manet. Incendit̄ itaq;, nutu deorsum uersus facto alimentum appetens. Vbi uero attollitur ac undiq; dispergitur, extinguitur. Cæterum sursum & extralationē, et ut ita dicam expassionē à proprio principio, eo quod calidus est, habet. Intrò uero & deorsum, hoc est ad proprium principium uiam, eo quod frigiditatis cuiusdam particeps est. Ex caliditate em̄ ac frigiditate mixtus est. Ac iuxta primam quidem caliditatis rationē, per se mobilis est, atq; hac maxime opus habet ad actiones. Magnam tamen ipsi utilitatem etiam frigiditas exhibet. Solet enim caliditas ex natura in altum tolli, simulq; alimētum secum abducere: & si non impedimento esset frigiditas, quàm longissimè progrederetur. At tali caliditatis motui ob-D stat frigiditas, ut ne dum ita se extendit pereat. periculū enim est ne præ leuitate ac impetu sursum uersus, à corporib. discedat. At frigiditas cohibet ac impedit, et huius motus nimiā uehemētiā tollit.

XIIII Redeamus igit̄ ad ea quæ ab initio propo suimus, ostēdētes qualis affectus innati caloris sit rigor. Nā ꝙ ubi intra tēperamēti secūdū naturā fines manserit, sanū est animal, uerbis nō opus est, hoc est, quum uelut Hipp. dixit, caliditas ac frigiditas moderatū inter se habuerint temperamētū. Si uero altera alterā superarit, necesse est animal ęgrotare, morbi specie simili naturę causę ei⁹ quę supauit. Inflāmatiōes igit̄ oriunt̄ ac erysipelata, & herpetes, & carbunculi, & ardentes ac flāmei, omnesq; febriles affectiōes, ubi caliditatis uis superarit, rursus uero cōuulsiōes et distētiōes tetani dicti

A & palpitatiões, & torpores, & resolutiões, & morbi comitiales, ac leues syderationes, frigiditatis superatis affectus sunt. Ac taliũ affectuum unus aliquis est hic rigor quoq;, qui nõ simpliciter perfrigeratio est, sed perfrigeratiõis sensus. Vnde uocẽ aceruatus, ipsi apponere oportet. Insuper autẽ & uehemẽtẽ esse oportet ac uiolẽtã perfrigerationẽ quo clarũ fiat uera dicere eũ qui describit, rigorẽ esse perfrigerationẽ caloris innati aceruatã ac uiolẽtã. Etenim uelut Plato dicebat, quod sensim ac paulatim fit, sensum fugit. Si uero sensum fugit, necesse est hũc magnopere mouere ac aceruatim cõcutere. Quare perfrigeratio quę sensũ fugit, in multo tẽpore ac paulatim fieri poterit. Velox aũt & quæ magnopere attollit, omino cũ sẽsu fit. Neq;.n. latere poterit huiusmodi affectus. At huiusmodi affectus cũ frigiditatis sẽsu nõ omĩs dolorosus est, sed aliqñ etiã iucũdiss. Rursus.n. dixit Plato, Qui præter naturã, et uiolẽtus et aceruatus fit in nobis affectus, dolorosus est. Qui uero in naturã abit rursus aceruatus, iucũdus. Quare uox aceruatus, cõmunis utrisq; est affectib. iucundo & doloroso, ea gratia ut ne lateat affectus necessario adiũcta. Preterea qui quidẽ ad hoc q̃d nõ latet, in naturã abit, iucũdus est. Qui uero ab eo q̃d secũdũ naturã est recedit, dolorosus. Vnde si una & eadẽ in copia frigiditas fit, altera iucunda est, altera molesta. Si enĩ corpori nimiũ calefacto adhibeat᷑, omino iucunda est. Nã im̃odica caliditate afflictũ, ubi deficiẽtis frigiditatis accessu mitigat᷑, iucũde afficit᷑ ubi fuerit mitigatũ. Q͂d uero suã naturã habet, si aceruatim perfrigeres, affliges. Dolebit enĩ ob immoderatũ tẽperamentũ. Nam dũ ea quæ secundũ naturam habent permutant᷑ ac corrũpunt᷑, dolores fiunt, inquit Hipp. Non solum igit᷑ aceruatã ac uehementẽ esse oportet frigiditatẽ, quo rigor fiat, sed adhuc huic uiolẽtiã copiæ adesse oportet, hoc est, ut sit præter naturã. Quare fit ut aceruata frigiditas, quę ad statũ pręter naturã perducit, sit rigor. Et profecto mihi uidet᷑ hoc custodiendum esse in hoc sermone maxime circa affectionis generationem, si quis uere hoc dicere uelit, frigiditatẽ aceruatã ac uiolentã innati coloris, in rigore fieri. Perfrigerat᷑ equidẽ etiam ubi exhalat, destituente ipsum uigore eum cõseruante: itemq; ubi alimento caret, unde accenditur. Verum neutra harum affectionũ rigorẽ ipsi facit, alioqui oẽs morientes rigerent. Quare corrũpi calorẽ uno sanè modo cõmune est omnib. morientibus, sed nõ rigentibus. Non enim simpliciter dico, perfrigerari oportere calorem, sed aceruatim ac uiolẽter, hoc est, ut ipse robustus manẽs, neq; in essentia, neq; in uigore, ab aliqua externa causa læsus affligatur.

XV. Ac cõsidera mihi sanè flãmã externã, quæ aliquãdo inopia materię unde accẽdebat, corrumpit᷑: aliquãdo in sole splẽdido marcescit: & rursus ab aqua multa extinguit᷑: aut copia lignorũ super ipsam cõgestorũ suffocat᷑. Quatuor hæ sunt differentiæ ob causas quatuor, nõ eodẽ modo omnes flãmam iniuria afficientes. Nam eius quę in sole marcescit uigor dispergit᷑, per uiolentiã aeris ambiẽtis exhalãs. fortius.n. est radiorũ solariũ robur, & durabilius igne. Quũ aũt materię inopia nõ amplius ãrdet, essentia deperdita corrumpit᷑. Nã accensus semper exhalat, iuxta extra tendentẽ motũ. Vbi uero alimẽti gratia intrò nutat, deinde aũt alimoniã præbentẽ caret, ita debilis secundo modo perit. At materiæ multitudine grauata flãma, & respiratione priuata, suffocat᷑. Verũ de læsione ab aqua, ne uerbis quidẽ opus est. Pugna enĩ fortis est flammæ aduersus omnẽ sincerũ ac multum humorẽ, adeò ut etiam si oleum aceruatũ ipsi ingesseris, necesse sit strepitũ ac concussionẽ quandam fieri, tantũ nõ uoce uiolentiã indicante igne. Talẽ sanè affectum circa innatũ calorẽ intellige esse rigorem. Neq; enim quũ ob materiæ inopiã calor alimẽto destitut᷒ marcescit, Neq; quũ à multitudine ipsius grauatus, neq; quũ debilis factus B labat, Rigorẽ fieri cõperies: sed quũ fortis ac potens existens extendit᷑, deinde impedit᷑. Propter hoc ipsum & concussio corpori cõtingit, duplici ac cõposito motu etiã hic fiente, uelut in tremẽtibus, uerum alio modo. Illic enĩ ob debilitatẽ facultatis corpus mouentis mixtus motus fit, quãtùm uigor permiserit attollens membrũ, defluẽte semper parte ad inferna. Nũc aũt naturali caloris motu per uim impedito, Rigor emergit. Nã ut qui neque in essentia, neq; in uigore læsus sit, extẽdi uult ac per totũ corpus ferri. Dum aũt impedit᷑ ac per uim in profundũ compellit᷑, ad proprium principiũ cõfugit. Quũ autẽ isthic manere nõ possit (nã stare semper mobili essentiæ mors est) ubi coacer C uauit seipsum, & uelut in circulũ cõtraxit, nõ quidẽ ęqualiter intrò uia nõ uiolenta extendit᷑, Verũ uehemẽti lationis impetu utẽs, & uelut è laqueo exiliens, opponit se his quæ accessorio ipsius motui obstãt, depellere ea, ac uias puras facere annitens. Quũ aũt ipsis resistit, ex necessitate quidẽ impetuosam lationẽ amittit, Iuxta irruptionẽ uero, totũ corpus concutit. Nã alioqui uaporosus nunc factus, in reprimendo ea quę obstant rursus intrò repellitur, plagæ simile quid patiens, Redit autẽ iterũ ad principiũ. Hinc uero rursus cõcitatus, uehemẽtius irruit, rursusq; circa hãc irruptionẽ repellit᷑. Atq; hoc sæpe ex successione fit, q̃ diu ea quæ affligunt manẽt. Dolorosus igit᷑ hac ratione est affectus, utpote corpore ex plagis dolẽte, et a- D nimante inæqualiter circa utrosq; motus afflicto. Nã dum secundũ nãturã habebat, calor nobis innatus æqualibus & nõ impeditis transitionib. utebat᷑, ita ut occasiõe & mensura motus in seipsum cõniueret, deinde expãderet᷑. In rigore uero, neq; conniũentiæ, neq; expasiones sunt ipsi motus: Verũ ipsum intrò euntẽ iustius dixeris (utar aũt nominib. nõ meis, sed ueterũ uirorũ) desilire ac cõpelli, & reprimi ac cõcurrere. Extra uero prodeũtem, erũpere ac incuti, & irruere ac exilire. Nã & hæc ueterũ uirorum sunt uocabula, omnia probe posita, & cõtingentẽ affectum clarè, quantũ eius fieri potest, declarantia. Agitari uero dico omnia quæ sunt in corpore, itẽq; concuti ac efferuescere. Et omnis motus qui circa rigorem fit inæqualis ac inordinatus & inuoluntarius, propter inæquales et uehementes ac uiolentas irruptiones ac

repul-

repulsiões perficit, innato calore uaporoso facto. A
XVI Quaꝓpter ex rigorib. magis recalescit corpus, ꝙ pro calore quo calebat quũ secundũ naturam habebat. Effunduntᷣ itẽ sudores. Quũ em̃ iuxta multas irruptiones expeditè ꝓpulsarit ea quę molestant, & perfecte respirarit, corpus propter tres causas calfieri necesse est: & quod calor sæpe conclusus ab externa transpiratione, in profundo collectus est: & quòd nunc totus uehementer foras extẽtus est, & tertio quòd irruptionibus & plagis ac uiolentis motibus, caliditas accẽdi solet. Et signum quidẽ ac lapidẽ si confricueris, ignem aliquando accendes. Verum spiritus innatus qui natura calidus est, si uehementer fuerit motus, non multo magis accendetᷣ? At hoc & in motibus secundum naturam euidenter uidere est. Nã qui cur- B
su usi sunt, & lucta, & frictiõe, ac quocũq; alio motu, nihil minus calfacti sunt, ꝙ si quis in sole ęstiuo & iuxta ignẽ calfactus esset. Sępe uero & circa talẽ ex ꝓfundo reuersionẽ, calor uelut feruẽs, aceruatim humorũ quid effundit, quod sudorẽ uocamus. Qua de re in rigore perfrigeratũ nõ iterũ recalfieri, malũ est. Superatus est. n. in pugna calor. superatᷣ aũt quãdoq;, robore causæ affligẽtis deuictus, quãdoq; dum ipse debilior existit. Hoc itaq; modo & illud dictũ est: Ex rigore uocis interceptiones nõ recalescẽtes, malũ. Et rursus affectiões utrasq; in quib. pernitiosi fiũt rigores docẽs ait: In oculorũ distortiõe, febriculoso, lassato, rigor perniciosus est. Hic sanè rigor ex forti causa obortus, ille uero propter uiriũ debilitatẽ, perniciosus est. C
Si rigor inciderit febre nõ deficiẽte, ægro iã debili existẽte, letale est. Verũ de his amplius alibi agitᷣ.

7. XVII Quod huc pertinet, cõsiderandũ est an iuste oẽs ferè rigorẽ frigidæ causæ attribuãt. Nam quod frigida sit affectio, manifestũ est. An uero & id qđ facit ipsam tale sit, cõsideratione dignũ esse mihi uidetᷣ. febris itaq; tertianę exquisitę, ut si qua est alia, Rigor nota est. Irruunt. n. exacerbationes cum rigoribus uehemẽtib. & quidẽ quũ hanc febrem ex frigido humore cõstari, ne si insaniat quidem quis dixerit. Est em̃ genere ardẽs, ab altera ardente continua in tantũ distans, ꝙ deficit caliditas febris, & flãma, ac ardor. At sitis indesinens, & frigiditatis cupiditas, & meracæ bilis uomitus, & & quòd à uomitu melius habent, quomodo non D
sunt hæc omnia aperte ob redundantẽ calorem? Quõ igitur rigent in febribus tertianis? Quõ in febribus ardẽtibus cõtinuis, si nõ intermittẽtes, sed semper ardentes incũbunt, rigor superuenit, atq; hic indicatorius febris? Ab ardente febre detento rigore insuper accidente, solutio. Quin & acre ac calidũ medicamentũ ulceri adhibitum, primũ quidem dolorẽ inducit, deinde horrorẽ, postea rigorem efficit. Et multos nouimus qui riguerũt ac febrierunt ex ulceribus irritatis ab acribus medicamentis. Sed & inflãmatione in abscessum trãseunte, necesse est rigorem ac horrorem comitari. Possem & alias multas affectiones afferre in quibus palam ob acrẽ magis ꝙ frigidũ humorẽ rigor constatᷣ, nisi sermonis prolixitatẽ fugerem. Ne igitur soli frigido per uiolentiã rigorẽ ascribamus. Nã & horrẽda narratio, & spectaculũ eiusmodi, horrorẽ ac rigorẽ quãdoq; efficit. Hoc sanè & Plato nouit nõ solum Hipp. Quũ igitᷣ dissereret de morbis à bile flaua fiẽtibus, meminit etiã Rigoris. Vnde tũ aliorũ multorũ gratia, tũ uel maxime ob tractationes de rigore posteriores medicos admirari cogor. Quõ em̃ non sit mirum? si Plato qui medicus nõ est, non ignorauit, ꝙ ob bilem etiã quãdoq; fit rigor, causamq; inuenire conatus est: hi tantũ absunt ab eo ut hoc penitus noscant, ut etiam quòd propter bilem, acremq; quencunq; humorem rigor fiat, ignorent.

XVIII Cæterũ difficile est inuenirẽ causam, quõ ob acrẽ ac calidũ humorẽ, frigida affectio cõsistit. fortassis aũt difficile nõ est, si neq; Platoni difficile fuit. Multo tamẽ melius esset, etiã si reuera difficile esset, nõ conari subuertere rẽ palã apparentẽ, sed causæ ignorãtiã cõfiteri. At tollere id qđ apparet, simile est ac si quis neq; uidere nos confiteretᷣ, eo quòd nõ scimus quõ uidemus. Proinde ꝙ non minus ob acrẽ et calidũ humorẽ fiat rigor, ꝙ ob frigidũ ac cõgelantẽ, uerissimũ est. Deinde cõsiderãdũ an simpliciter frigidũ, aut acre redũdare oporteat, ut rigor effici possit. cõsequẽter postea decernemus id qđ à multis ignoratũ fuit. Neq;. n. simpliciter frigido humore redũdante, neq; simpliciter acri, rigor fit. Et de frigido quidẽ antea clare ostendi, quũ quicquid est laxi tumoris, torpidũq; ac resolutũ, & aquosũ ꝓponerẽ. Verũ de calido & acri nunc tibi monstrabo. Nã uitiosis humorib. referti & morbo regio, febre itẽ acuta & ardente laborãtes, oẽs utiq; rigerẽt. Nõ igitᷣ aut simpliciter frigidũ, aut acrẽ humorẽ redũdare oportet, ad rigoris generationẽ. Verũ utriq; ipsorum propriũ modũ adesse necesse est. fuerit aũt modus (neq; em̃ cunctandũ est ueritatis studiosis oĩa ratione persequi). aut copiæ mẽsura, aut humoris qualitas, aut corporis locus aliquis, in q̃ hũc aceruari oportet. fuerit itẽ & circa quietẽ aut motũ, & circa motus modũ, nõ parua differẽtia. Ad has igitᷣ ipsas differẽtias & Plato respiciẽs dixit. Quũ uero hanc uim habeãt fibræ in sãguine, bilis quæ natura ab antiq̃ sanguis fuit, & rursus ex carnib. in hũc eliquata est calida & humida paulatim primũ illabẽs, ꝓpter fibrarũ uim cõgelatᷣ. dũ aũt cõgelatᷣ ac uiolente extinguitᷣ, tempestatẽ ac tremorẽ intus exhibet. copiosior uero influẽs, ubi caliditate sua fibras superauit, inordinate efferuescẽs cõseruat. His uerbis Plato omnia recẽsere conatus est: quæ nosse oportet per omnia affectionis genera. Nam & speciẽ humoris dixit, bilem ipsum appellans: & qualitatẽ indicauit, calidã & humidam dicens: & unde generatio est tali bili, liquescẽte enim carne ipsam fieri dixit. Sed & locum in quem fluit, addidit, ex eo quod influentem bilem à contentis in sanguine fibris congelari indicauit. Huic autem sermoni adiuncta est affectionis generatio, in qua tempestatẽ ac tremorẽ fieri dixit. tempestatẽ quidem nominãs, frigiditatis in rigorib. sensum: tremorẽ aũt, inæqualem agitationem ac cõcussionem, in

quo

quo nõ ipsum solũ, sed & multos Medicos errasse asserimus. Antea eñ à nobis distinctus est is motus qui in tremore fit, ab eo qui in rigore cõtingit. Quũ aũt dicit, copiosior influens fibras superauit, excalefecit corpus ad suã ipsius facultatẽ fibras uicissim trãsmutans, uelut ipsa prius ab illis trãsmutabatᷣ. De ueritate quidẽ eorũ quæ dixit Plato, nõ nũc est nobis cõsideratio proposita, quũ in alijs libris expostituri simus, simulq; iudicaturi ea quę in Timeo dixit. Quòd uero nihil reliquit ex his quę dici oportebat ab his qui de rigore pronũciarent, hoc iã ex uerbis ipsius apparuit. Nã & humorẽ dixit, ex quo rigor fit: & locũ in quem fluit: & motus speciem, insuperq; modũ per quem perfrigeratur & rursus excalescit corpus.

XIX De Platonis igitᷣ opinione, in expositione eorũ quæ in Timæo scripta sunt, medico more cõsiderabimus. Nũc uero nostrã sententiã proferemus, ubi ea q̃ ex Hippocratis sentẽtia paulò ante dicta sunt explicauerimus. Etẽ ex calidorũ medicamentorũ usu, aliquãdo horror solus, sæpe uero etiã rigor succedit: queadmodũ in febrib. ardẽtibus, ac tertianis, dũ mouetᷣ flaua bilis, nõ in uasorũ cauitatibus, sed per carnes, aut q; plurimus hic humor in ipsis generatus sit, aut q; per ipsas à natura expurgetᷣ. Nã in hoc ipso solo etiã febres ardentes à tertianis differũt. Ardẽtes eñ in uasis bilem habent. Tertianæ uero extra uasa per sensu prædita corpora proreptantẽ. In hac eñ lationẽ dũ per ipsa fertᷣ, acrimonia affligens dolorẽ inducit. Contingit itaq; ut in hoc duo fiãt, ut sanguis quidẽ in corporis profunditatẽ conniueat, et propterea externæ ipsius partes perfrigerentᷣ: & ut partes illæ corporis in quibus bilis est, per facultatẽ quã habent ad aliena excernẽda, ipsam protrudãt, unaquæq; ex seipsa ad uicinã, donec ex omnibus propulsata, per sudores, aut uomitus, aut etiã infernè per aluũ excreta fuerit. Idẽ hoc accidit etiã his qui nõ cõcoxerũt, aut uitiosis humorib. pleni sunt aut in æstiuo sole, aut balneo uersati, aut in gymnasio se exercuerũt. Horrent itaq; statim hi, & quidã ex ipsis etiã rigẽt. Oportet eñ nõ solũ mordax quiddã in nobis causam esse, sed & quod uehementer moueatᷣ, si rigorẽ efficere debet. Et cõmune hoc utriq; causarũ generi accidit, tũ his quæ frigidam, tũ quæ calidã facultatẽ habent, ut dolorose moueant corpus. Et propterea cũ quartanis & tertianis febribus irruit rigor, & quidem quum à cõtrarijs facultate humoribus consistant. frigidus est enim atræ bilis humor, calidus flauæ bilis. Non aũt simpliciter redundare ipsos oportere dixi, si horrorẽ aut rigorẽ efficere debent, sed etiã per sensu prædita corpora uehementiore motu ferri. Quod ipsum dũ contingit, sanguis ad profundũ corporis, & ad uiscera nutat, & cũ ipso nimirũ etiã caliditas, frigidæq; ac exangues fiũt partes circa cutẽ, et crurũ ac manuũ extremitates, eo quod lõgissimè à uisceribus distant. Si quidẽ igitᷣ naturalẽ calorẽ extingui cõtigerit, aut suffocatũ, ex eo q; foras nõ trãspirat, aut deuictũ à frigidis causis, animal moritur. Si uero nutat quidẽ in profundũ, uerũ coaceruatus resistit causis quæ ipsi uim intulerunt, in hoc iã uelut instrumẽtũ fit facultatis aliena excernẽtis, quæ omnib. corporis partibus inest. Nã quũ ex natura sua iã parata esset etiã ipsa per se excernere ea quæ affligũt, hoc ipsũ multo magis efficit cũ calore ex profundo progrediente, ut qui simul ipsa lationis suę impetu extrudit in quãcũq; partẽ facilius factu ipsi hoc fuerit. Sæpe quidem igitᷣ per cutem ea quæ affligunt extrudit, sæpe per uomitum, & per infernam aluum.

XX Nõ solũ aũt ob flauã & atrã bilem, sed & ob frigidã ualde pituitã rigor fieri solet. Appellat aũt uitreũ humorẽ hunc Praxagoras. At talis rigor uehemẽs nõ est, etiãsi pluribus cõsequẽter quãdoq; diebus perseueret. Verũ quiescẽtib. nobis & nullo motu utẽtibus, quiescit etiã ipse. Vbi uero motu usi sumus, statim iuxta motus mẽsurã sequitᷣ, in fortibus ac intẽtis motibus, uehemẽtior: in debilibus, breuior. Cognoui certe hoc symptoma mulieribus magis q̃ uiris accidere, & mulierib. maxime in ocio degẽtibus, & quæ balneis à cibis sumptis utunᷣ. Cognoui itẽ adolescẽti cuidã ex cõdiscipulis nostris in Alexãdria accidisse, qñ primũ in ipsam nauigaui initio autũni. Ingesserat aũt hic pluribus ex ordine diebus, palmarũ glandes multas teneras ac recẽtes, & à balneis, et ante ipsas, nec erant pleræq; ipsarũ exacte maturæ. Contigit aũt ipsi, ut primũ initiũ sumeret à uehemẽti horrore, ab exercitio & balneo, ob quẽ horrorẽ quũ etiã se febricitaturũ esse timeret, decubuit, & ubi stragulis se cõtexisset, quietus mãsit. Postq̃ uero per totam noctẽ febris exors permãsisset, mane ad consueta uitæ munia surrexit. Quũ aũt in hoc, horrore corriperetᷣ, rursus decubuit ac quieuit, usque ad balnei ttempus. Et ubi tunc rursus uelut ad balneum surrexisset, maior horror ipsi factus est: & erat symptoma ipsum iam paruus rigor. Atq; tunc omni modo se febrire opinatus, adhuc magis in quiete seipsum continuit. Postq̃ uero & per totã diem & per insequẽtem noctem, periculo in se facto cõperisset se ex moderatis motib. horrere, si uero amplius quãdoq; motu usus esset rigere, consiliarios nos adhibuit de his quæ essent faciẽda. Recordatus itaq; ego tale quid in Asia nostra mulieri cõtigisse, & sodalẽ à timore liberaui, & ut calefacientibus ac crassitudinẽ humorũ secantibus edulijs, & potibus ac medicamẽtis uteretᷣ, adhortatus sum. Ille igitur sic restitutus est. Et postea similiter affectis, in principio quidẽ dedi pharmacũ ex tribus piperis generibus. Deinde nostrũ quod ex calamintha cõstat ac appellatᷣ. postea id quod ex succo Cyrenaico ac Castorio componitur, quod & quartanarijs circuitibus cõmodissimũ est, maxime ubi à uehemẽti rigore infestantur.

XXI Nec uero est quod mireris, si apud ueteres medicos repereris, ad rigores sine frigore, ex ipsa in corpore affectione obortos, necessario sequi febrem. Quũ eñ neq; tot balneis à cibo, neq; ociosa uita, ueteres usi sunt, nihil tale accidebat. Nũc aũt ambo hæc quũ redundẽt, etiã hunc nõ recalescentem appellatũ rigorẽ efficiunt, qui nouũ quoddã

ac pere

ac peregrinum symptoma est, propter uictus nouitatem. Atq; omnibus ita affectis, aut tensionis, aut grauitatis sensus fit in dextro pręcordio, ubi situm est hepar, dum uidelicet uenæ in ipso ad humorũ crassitudine obturant. Quemadmodũ autẽ grauitatis ac tensionis sensum in hoc uiscere ægri percipiunt, sic etiã rigorem sentiunt diuersum ab eo qui fit in quartanis ac tertianis febrib. In quartanis enim eiusmodi rigorem ipsis fieri aiunt, quẽadmodum si iter faciant per uehemens frigus. In tertianis uero similiterq; ardentibus febribus, uelut à tenuibus acutisq; aciculis carnes ipsorũ pungantur sæpe sentiunt. Et ego quidem ipse expers sum rigoris in quartanis, alterius autem peritus, ut qui in iuuẽtute quater ex tertiana, semel ex ardente febre laboraui. Quare relatæ rigoris qualitati in talibus affectionibus, testimonium præbere possum. At rigorem in quartanis hi qui experti fuerunt, usque ad ossa penetrare aiunt, quum uehemens fuerit, ita ut similis sit rigoribus ex frigido uehementer ambiente obortis. Quin & hoc habemus quod tertianis ac ardentibus febribus apponamus, cum in quartanis non existat. Nam & sitiunt plerique, & caliditatem in profundo sentiunt, in ipso tempore rigoris, quorum neutrum adest rigentibus in febre quartana.

§. XXII Quandoquidem uero de rigore sufficienter dictum est, restat adhuc & de conuulsione recensere. Erit autem neq; longus, neq; obscurus hic sermo, si quis eorum quæ hactenus recensui memor fuerit. Initium uero sumam & nunc à cõmemoratione eorum quæ in tractatione De musculorum motu demonstraui. Quum enim omnes uoluntarij motus fiant per musculos, ubi ad sua ipsorum capita retracti, simul attraxerint unamquanq; particulam, in quam sunt inserti, postquàm factus fuerit affectus qui ipsos ad tensionẽ perducit, consequitur ad hunc motus, similis quidem motui naturali, uerum inuoluntarius, & appellatur hic affectus Cõuulsio. Ac quòd quidem tenditur ac trahitur musculus ad proprium principium, itemq; quòd simul attrahitur ad ipsum, illa corporis particula in quam insertus est, cõmune est & sanis, & conuulsis. Inuoluntarie uero hoc fieri, præter naturam habentibus contingit, nõ item sanis. Si igitur inuenerimus ob quot causas neruosa corpuscula tẽduntur, finem sanè & hic sermo nobis adeptus fuerit. Atqui nihil est chordis

A extra corpus neruosius, quas quotidie uidemus & in lyris, & in citharis, intendi quidem ab artificibus, ubi instrumentis uti uolunt: remitti uero, ubi desinentes illa reponunt. Rumpuntur autem hæ in immodicis ambientis tẽperamentis, dum in humidis quidem & australibus permadescunt, in siccis autem & aquilonaribus uehemẽter resiccantur. Hac ergo de causa ubi illa reponunt, ipsas laxant ac remittunt, & præsertim ubi talis fuerit ambiẽs qualem dixi. utroq; enim modo rumpuntur si fuerint tentæ. Cõsidera itaq; mihi & neruos, & tendines, in animaliũ corporibus, aut distendi à superflua humiditate, aut siccari à siccantibus causis ut ad tantam tensionem perueniant, in qua sanis motus uoluntarius contingit. Cogita etiam quod

B aliqua corporis pars, aut ob inflammationem, aut ob aliam aliquam causam, uehementer affecta, simul secum continuos ac cohęrentes neruos attrahere potest. Quum enim omnes has affectiones consideraueris, in quibus cõuulsio fit comperies. Nam neruosarum partium inflãmationes, & maxime si ad principium neruorũ, aut prope ipsum fiant, tendunt ita ut attrahant cõtinuos neruos, quemadmodum externi artifices chordas. Si uero neruosa corpora ab humorum multitudine obsepta tendant, consimilis in hoc affectus fit, uelut quũ chordæ propter ambiẽtis humiditatẽ uehementius intendunt. Rursus in febribus ardẽtibus malignis, & uehemẽti phrenitide cõtrariũ fieri apparet. Vt eñ uicina igni lora resiccata cõtrahunt

C ac tẽdunt: ita etiã cõuulsiones fiunt, propter excedentem siccitatẽ morborũ, quæ neruosum genus uehemẽter exsiccat. In ardentibus itaq; febrib. ob solam siccitatẽ hoc cõtingit. In phrenitide uero etiam ob inflãmationẽ principij neruorũ, hoc symptoma sequit. Nosti porrò iam id quod apud oẽs in cõfesso est, nẽpe hũc affectũ partim emprosthotonũ esse ac uocari, partim opisthotonon, partim tetanũ. Quũ ad anteriorẽ partẽ tendunt corporis partes, emprosthotonũ: quũ ad posteriorem, opisthotonon: tetanus æqualiter fit in utrãq; partem. Et cõuulsiones quidem ex siccitate, nõ sanaueris. Morte enim ita affecti præoccupant, ut ne excogitare quidem medelam sui permittãt. Quæ uero ob plenitudinẽ, aut inflãmationẽ fiunt cõuulsiones, has curabis, in illis plenitudinẽ euacuãdo: in

D his inflãmationẽ per propria ipsis auxilia sanando, quæ sanè in medẽdi methodi libris didicisti.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS.

Galenus initio capitis quarti, tractatũ de respiratione multo clariorem quàm illum de pulsibus esse dicit, nec minus utilem. Totus hic primus liber difficilium respirationum differentias docet tum simplices tum compositas omnes: earumq; causas, quæ à uirtute mouente, organis, & usu pendent: item significationes, eaq; omnia optimis demonstrationibus fulcit. Breuem totius libri synopsin etiã ipse Galenus in fine eius proponit. Secundus & tertius liber locos passim ex Hippocrate de uarijs dypsnϾ generibus collectos, interpretantur, & cum positis in primo libro demonstrationibus consentire ostendunt: ad exercitationem tamen cõscripti, pro ijs quibus otium suppetit: nõ necessarij lectu, ut primus qui rem omnem methodo continet: ut copiosius in principio tertij ipse Galenus scribit.

Aliorum quorundam in tribus istis libris per capita distinctionem, maiore numero adscripto notauimus: in quo animaduertendum numeros septem in primo libro, capitum, nempe à quarto ad duodecimum usq; deesse uitio exemplarium unde ea transscripta sunt. Nostra diuisio, cui etiam argumenta hic subiecta respondent, minore numero seu ciphra indicatur.

Libri primi capita, epitomes locũ habitura.

CAPVT I Nomen & etymon dypsnϾ, Læsionis

nis differentiæ, causæ & dignotiones, ex natura respirationis discendæ. Cognitio eorum quæ secundum naturam habent, utpote una & simplex; prodest ad cognitionem eorum quæ præter naturam sunt. per se enim ea cognosci nequeunt, cum multitudine infinita sint. Omne secumdum naturam est moderatum: contrarium immoderatum, idq́ duplex genere, cum aut deficiat aut excedat: idq́ uel una parte, uel pluribus si compositum sit pro componentium numero. Respirationis partes duæ sunt per se, inspiratio & expiratio: & duæ per accidens, quæ illis interueniunt quietes. In his igitur quatuor, uniuersa erit de dypsnœa cõsideratio. Dyspsnœa alia simplex est, alia composita, de simplicibus primo loco dicetur. 2. Respirationis differentiæ simplices sex sunt. Quietes temporis quantitate tantũ differunt, unde densæ & raræ dicunt: Motiones uero, nempe inspiratio & expiratio, tum tẽporis quantitate, unde ueloces & tardæ dicuntur: tum distentionis quantitate, unde magnæ dicuntur, si multum distentionis sit: si parum, paruæ: nõ autem multæ & paucæ. Densum & rarum dicuntur de omnibus, quæ ex pluribus distinctis composita sunt, & interualla habent: densum, si breuia: rarum, si longa. Contra eos qui his nominibus, densum, rarum, uelox & tardum, uel abutuntur, hæc de quiete, illa de motu proferentes: uel confundunt, ceu idem sit densum & uelox, & idem rarũ & tardum. Repetit sex tantum esse simplices respirationum differentias omnes. 3. Simplicium respirandi differentiarum causas dicturus, primum respirationis in uniuersum causas proponit, tum efficientes, tum finales. Et quòd cum & hæ causæ secundum naturam habent, & ipsa quoq; organa, respiratio proba perficiatur: sin minus, improba. Quòd tum à causa ad effectum, tum ab effectu ad causam prompte transire exercendus sit studiosus. Velox tum pulsus tum respiratio unde fiant: & quod hæc cordi præstet idem quod ille toti corpori. Attingit Archigenis & Magni controuersiam uelox pulsus unde fiat. Quòd recentiores medici multa quidem de respiratione: de eius uero difficultate uel nihil, uel uix paucissima quædam scripserint, cum magnam id faciẽdi ex Hippocrate occasionem habuissent. Sese igitur ex singulis Hippocratis libris de Dyspnœa scripta collecturum permittit, postquam prius hoc in libro demonstratiua methodo differentias & causas eius explicauerit. 4. De celtritate motus quæstionem tum pulsibus tum respirationi communem, & in libris De pulsibus se explicasse, & in progressu huius libri iterum attacturum. Quòd celer fiat motus cum usus & necessitas urget, & organa satis prompte sequũtur: uirtus ualida est, uel multum, uel quantum sufficit. Nam si usus quidem postulet, uirtus uero ualde debilis sit, non amplius uelox, sed densus fit motus.

Pulsuum & respirationis analogia tum cætera omnia analoga, similia & communia habet in motu simul ac usu: tum etiam in quietibus. Nam in utrisq; quies post diastolen breuior, post systolen longior fit.

5. Quòd magnitudo respirationis easdem tres causas requirat, quas celeritas: contrariæ uero eis tarditas & paruitas, non omnes contrarias causas simul requirunt, ut minimum uero una eis necessaria est: nempe, ut uel usus non postulet, uel uirtus nimium sit infirma, uel partes respirationis aliquid patiantur Quòd caliditas sola parum aucta spiritum faciat maiorem, nõ tamen celeriorem: plurimum uero aucta, maximum simul & celerem ac densum facit. Ita si minuatur calor natiuus solus præter alias causas, spiritum inducit minorem paulò, & multo tardiorem, maxime uero rarum: Mutationis huius causa. Eadem quæ aucto calore mutatio, fiet circa inspirationem: circa expirationem uero, si fuligo ex adustis humoribus in pectore abundet. Sin neq; spũs nutricandus, neq; fuligo euacuanda urgeant, contrarij fient pulsus. 6. Hactenus dictis omnibus ut ratio assentitur, sic etiam experientia quotidiana accedit, in ætatibus, regionibus, aeris constitutionibus, morbis, quæ particulatim singula persequitur: Et primum respirationem senum ac iuuenum inspirando simul & expirando differre: & pulsus similiter secundum ætates differre. Vt in ætatibus, sic in cæteris circumstantijs ad calorem aut motum magis minúsue pertinentibus similiter res se habent. De motu, & balneis quomodo spiritum mutent. In somno expiratio inspiratione maior ac celerior est. In febribus omnibus respiratio magna, uelox, & densa: at ubi calor natiuus refrigeratus est, contraria: adeo ut quandoque omnino interijsse uideatur propter paruitatem, quod accidit: quamuis nec hic nec illa, quamdiu uiuit animal, unquam prorsus aboleantur.

7. Hactenus de pulsui & respirationi communibus: nunc quid inter ipsa intersit. Et primum non parum esse differentiæ inter omnia animalia, ut uocant, & uitalia opera. Illa enim arbitrio reguntur animalis, retinentis ea aut pro libito alterantis: hæc mere naturalia, imò necessaria sunt, nec ueluciora tardioráue fieri possunt quàm usus postulat, & uirtus mouere potest, & partium aptitudo permittit: tantum abest ut omnino cohiberi queat. Nam si pulsum arteriarum retinere posset animal, retineret ipsum utique in inflammationibus, ubi quanto maior fit motus arteriarum tanto magis dolor intenditur, aut saltem minorem tardioremúe efficeret. (Motum magnum & paruum non proprie neque per se dici, sed ab interuallis seu spatijs per quæ mobile defertur.) Respirationis motum esse uoluntarium, ut cruris: & ideo si quæ thoracis pars inflammata fuerit, sponte nostra minorem ipsum fieri (ne calor motu nimio irritetur) & tardum quoque: multo plus tamen de magnitudine quàm uelocitate remitti: cuius etiam causa subijcitur. ne uero propter has remissas, suffocationis periculum incidat, densitas resarcit quod illis deest. Quod si dolor simpliciter sit circa thoracem, nec inflammatio & ardor urgeant, manifeste tardior erit: sin urgent ista, uelocior quidem, parua tamen admodum, ideoq; densior etiam fit respiratio. In summa, Solus calor & ardor, spiritum facit magnum, celerem, & densum. Solus dolor, paruum, tardum, & densum: minorem tamen quàm tardiorem. Calor simul & dolor (ut in phlegmone proprie dicta) paruum densum & celerem. Est enim densior illo qui à solo calore fit, & aliquanto celerior, magnitudo uero plurimum remissa est. 8. Refrigeratio caloris naturalis, spiritum producit paruum, tardum, & rarum, alioqui nullus simul paruus & rarus est.

Mutationes quæ à calore aut frigore fiunt, circa pulsum & respirationem eædem sunt, à dolore uero non eædem, ut dictum est. Aliæ etiam mutationes, ueluti quas ciet obstructio, induratio, cõpressio, uel quæuis angustia, ut pulsum, ita spiritum, paruum celerem densumq; efficit. Nam cum magnitudo non sufficit ad usum, utpote minor iusto, celeritas accedit: & si ne illa quidem satis faciat, densitas etiam adiungitur, tam in pulsu quàm respiratione. Pulsus etiam inæquales tunc fit, cum obstructio aut angustia aliqua arteriarum fuerit, paruus ut plurimum circa ipsas partes affectas, in cæteris magnus: nisi affectus sit propius cortum enim similis omnium arteriarum pulsus fit.

9. Repetit celerem & densum spiritum fieri, si respirationis uiæ quamuis ob causam angustæ fuerint, siue intrinsecam, siue foris comprimentem. Vt cum thorax à uicinis partibus, uentre, hepate, splene, colo etc. nimis turgentibus premitur. In orthopnœis uero, cum asperæ pulmonis arteriæ densis & crassis humoribus obsidentur. Item à quauis ijsdem in uijs angustia, ex scirrho, phymate, etc. Item si in ipso thorace tuber nascatur (unde λορδοὶ & gibbosi homines fiunt) cum pulmoni non amplius sat spatij ad extensionem re

linqua

linquatur. Angustia in asperis arterijs quamcunq; ob causam, causa continens est quòd paruus spiritus seu parua inspiratio fiat: paruitati autem recompensandæ, densitas & celeritas accedunt, ut in pulmonarijs & peripneumonicis affectibus &c.

Causa angustiæ præter naturam siue in ipso pulmone, siue in toto thorace, siue in spacio intermedio fuerit, semper fit eiusmodi inspiratio: dum uirtus satis ualida est, et dolor nullus urget. de dolorificis enim affectibus, quales sunt pleuritides & alij quidam tumores, hic nõ loquitur. Empyici uero sine dolore sunt, & huc adnumerandi. Thoracis sine dolore affectus spiritum reddunt paruum, densum & celerem tamen, nisi febris adsit: Quæ rursus, licet paruum ac celerem similiter producat spiritum, multò densiorem tamen quàm affectus doloris expertes, qui paruũ & modicè densum spiritũ inducunt. Quinetiam expiratio maior calidiorq; in febri est, quàm dyspnoicis dolore uacuis.

10 Quid dictum sit, quid dicendum deinceps.

Quæstio: Vtrum sicut in difficultate respirationis, quæ ad pulmonis angustiam sequitur, angustiã in ipso pulmone fieri oportet, ut ægra fiat inde respiratio: ita similiter doloris causam, quæ paruum densumq; sine celeritate facit spiritum, ipsi pulmoni aut asperis eius arterijs inesse oportet? Respondet: Cum in dolore spiritus sponte nostra paruus ædatur, ne respirationis magnitudine augeatur dolor, potest etiam paruus fieri à doloribus extra pulmonem sitis, imò extra thoracem, ut in hepate, splene, alijsq; uicinis locis, & ijs omnibus qui thoraci ita connectuntur, ut motum eius sequantur. In illo autem spiritu, qui sine dolore, propter solam partium respirationis angustiam necessariò, non sponte, paruus fit, aliter res se habet.

11. Præter iam dictam differentiam inter pulsum & respirationem (qua dolentibus ex calore uel calido tumore partibus, aliter hunc, aliter illum fieri docuit) aliã adfert. Quòd naturales facultates nunquam officia suum negligant: animales uero sæpe, per obliuionẽ aut aliter negligantur. Exemplum ab incessu, qui aliâs celerior: aliâs, si quæ cogitatio inciderit, tardior fit, non animaduertente eo qui ambulat. Sic & deliri, nisi admoneantur de ijs, quibus opus habent, non cogitãt: & ut diu intermittunt aliquid facere (ut bibere, meiere) ita cum semel incipiunt, faciunt id copiose. Sed cætera quidem longo tempore intermitti possunt, respiratio sine periculo suffocationis non potest. Proinde quo rarior delirorum spiritus est, hoc est quo diutius intermittit, eò maior fit oportet, in potu uero nõ tanto plus bibunt, quanto diutius intermiserunt, cum is non æque necessarius sit: sed paulo plus solitò bibunt, quare βραχυπότας eos Hippocrates nominat. Hunc delirorum pulsum iatrosophistæ ignorant, qui medicinam uerbis profitentur, re & experientia nesciunt. Docet enim quotidiana experientia, deliris rarum & magnum esse pulsum: id quod & Hippocrates scripsit, de quo copiosius dicetur lib. 2. 12. Quomõ magna & parua respiratio optime discernatur. Quòd cum respirationis organa secundum naturam se habent, tantum spiritus attrahitur, quantũ ipsa dilatantur: Quantum uero dilatentur, nullo sensu constat. Quamobrem aliunde consideratio hæc petenda est: nempe uidendum sit quantus sit qui inspiratur aer, quantus rursum qui expiratur. Quanquam uero & ex musculorum thoracis tensione cognosci hoc posset: qui cum non otiosi sunt, sed thoracis systolen adiuuant, ἐκφύσησις fit, id est magna expiratio: non tamẽ nudato corpore musculorum tensionem inspicere oportet: sed satis fuerit ex copia eius qui inspiratur aut expiratur aeris, rem iudicare. Vsus & necessitas aliâs inspirare multum confertumq;, aliâs expirare cogit.

13. Quid dictum sit, quid dicendum: nempe de cõ-

A positis dyspnœis deinceps: Quæ in summa quatuor sunt in inspiratione, & totidem in expiratione: magna scilicet quæ simûl uel celer, uel tarda sit: & parua similiter uel celer uel tarda. Raritas enim & densitas, non ad motus, sed ad quietes pertinent, quæ differẽtiam aliam non habent, proinde ne compositus quidem pulsus secundum illas erit. Sunt & ideæ quædam respirationum, quæ inspiratione & expiratione inuicem collatis oriuntur, ut cum utræq; magnæ uel paruæ, uel hæc magna, illa parua, uel contra esse possint, itidem in tarditate & celeritate. Est etiam inæqualis respiratio tum in uno, tum in pluribus motibus, ut in pulsibus quoque: Item ordinata et inordinata: Et quot inæqualitatis in pulsu species, totidem in respiratione sunt.

14. De inæqualitate in uno respirationis motu: quodq; ea non simplex sed composita sit, ut cum una eademq; uel inspiratio uel expiratio, ab initio sui motus tarda est, mox in celeritatem transit, uel contra.

B Item si quies aliqua interpellet uel inspirationem uel expirationem: id quod aliquando, raro tamen, circa utramq; contingit, maxime cum multitudo humorum in asperis arterijs hominem suffocat propter perniciosum aliquem thoracis abscessum. Nam in pulsibus quoq; inæqualitas fit, organis obstructis uel compressis, item cum uirtus nimis imbecillis est: sic senes in uia sæpe propter imbecillitatem interquiescunt. Et hoc respirationi etiam accidit: interest tamen quod ad prænotionem non parum. Nam ex pulsibus quidem semper una est prænotio & sibi similis, ut quo inæqualior pulsus est, tanto uirtus uitalis sit infirmior: Circa respirationem uero quæ uoluntate magna ex parte regitur, singulorum ingenia considerare oportet. Nam qui molles & ignaui sunt, leuem etiam ob causam inæqualiter respirant: fortes autem & strenui, non nisi ad extremam infirmitatẽ peruenerint. Sic Hippocrates malum esse ait, si modestus aliquis in delirio audaciter respondeat: non item si natura audax.

C 15. Pulsus per solas arterias leues fit: respiratio uero non per solas asperas fit arterias, sed primum à musculis thoracem moueri oportet, & cum illo pulmonem, cuius asperæ arteriæ pars sunt. Proinde tam musculorum, quàm asperarum arteriarum affectus, inæqualem faciunt spiritum: hæ quidem, si quam patiantur angustiam, ut supra dictum est: illi uero si improbe & inordinate moueantur, ut quando conuelluntur, palpitant, aut tremunt: Vt & incessus inæqualis fiet, si quid musculi crurum tale patiantur. Concludit: Omnis igitur inæqualis respiratio, siue in uno motu, siue in pluribus, unam ex tribus istis causam habebit, quæ sunt, angustia asperarum arteriarum, improbus musculorum motus, uirtutis imbecillitas.

Remittitur lector ad librum secũdum De causis pulsuum, ubi quæ illi cum respiratione communia habet,
D copiose tractantur: hic ea maxime quæ respirationi peculiaria sunt. Pulsui & respirationi quæ communia, quæ diuersa, repetit, etsi in præcedentibus quoque satis explicata. Ad inæqualitatem plures causas respirationi quàm pulsibus adesse: unam, sed exiguam, à sola facultate animali: alteram euidentiorem magisq; uariam à coniunctione dolorum. Delirorum spiritus, magnus, rarus, cum æqualitatis etiam & ordinis aliqua confusione. 16. Cur in doloribus ægri multo quàm antea minorem, paulò minus celerem, pauloq; densiorem spiritum ædant. Et quòd cum talis spiritus non satisfaciat necessitati cordis, ubi iam multus calor aut fumus collectus est, & periculum suffocationis fuerit, tum saltem aliquantisper maiorem, multoq; celeriorem ac densiorem spiritum reddunt, unde aucto dolore rursus remittunt, idq; inæqualiter, nunc plus de uno nunc de altero, ambigui inter suffocationis

periculum, & magnitudinem doloris, nunc huic nunc illi succurrẽtes, unde multimoda nascitur inæqualitas, tum in singulis, tum in pluribus simul respiratiõis motibus, nullo periodorum ordine seruato. Ordo enim & inordinatio fiunt, ubi inæqualitas quidem est, sed per uices periodorũ inter se similitudo, uel nulla. Licet uero inæquales simul inordinatiq; fiant in affectibus istis pulsus, paruitas tamen & densitas præ cæteris obtinẽt. Magnus eis uix per longa interualla spiritus, nunq̃ rarus, semper densus nunc plus nunc minus, in tarditate & celeritate similiter ferè inæqualis. Quod in deliris cõtra magnus et rarus obtineant, nunc hic magis nũc ille, inæqualiter, paruus tantũ & densus nunq̃. 17. Quid dictum sit quid dicẽdum. De cæteris inæqualitatibus, quæ in alterutro tantum respirationis motu consistũt: Et primum de magna ac ueloce inspiratione, q̃ fiat ubi usus poscit, uirtus sufficit, & partes prompte sequũtur. Magna uero & parua deliris tantũ fit, ijsq; non semper, sed aliquando. parua & tarda illis, quibus natiuus calor ualde refrigeratus est. Deniq; parua & uelox ex duplici semper causa nunq̃ ex simplici (ut etiã cõtraria illi) cum simul & usus postulat & dolor est, si nõ semper, plurimo tamen tẽpore sic affectis adest: Quin & aliquãdo cum conuulsione quadam illi inspirant. Eodem modo quærendæ sunt affectiones in syzygijs expirationũ: Inueniemus enim aut uirtutẽ esse læsam, aut organum aliquod, aut calorem non seruare modum, ut cum fuliginosa excrementa redundant, unde expiratio magna uelox q; nasci solet, nisi uirtus aut pars aliqua respiratoria læsa sit. Iam deliris quibusdam ut inspiratio, sic expiratio quoq; magna tardaq; fit. parua simul & tarda, illis quibus nihil fuliginosi excrementi abundat. Postremo parua & uelox ubi & illud abũdat, & simul pars aliqua respiratoria dolet. 18. De illis dyspnœarum syzygijs, quæ in rythmo. i. inspirationis & expirationis collatione consistunt, & q̃ in libris de pulsibus sufficiẽter de eis scripserit, nunc breuiter repetit, & exemplo rẽ aperit. Vt, Si parua & tarda sit inspiratio, uelox & magna expiratio, calorẽ natiuũ imminutũ dicemus, fumosum uero excrementũ auctũ. Si contra fiat, contrarium dicemus. Intelligendũ est aũt coniunctas hoc modo syzygias, nihil diuersum à simplicibus indicare, cũ utraque suam seorsim significationem ueram retineat: Vt, si parua & tarda sit inspiratio calor natiuus imminutus indicatur, q̃ si etiam expiratio talis sit, idẽ significatur. sin ea magna & uelox sit, natiuus quidem calor imminutus ab illa adhuc significatur, ab hac uero insuper fuliginosa recremẽta abundare. Solæ igitur istæ syzygiæ consyderandæ hic sunt, ubi simplices pluribus affectibus communes & incertæ sunt, cum alijs uero compositæ iam ad unam aliquam significationẽ certæ fiunt: Vt, magnitudo certum per se indicium non est, nam & usu postulante, & in delirio fit. Quod si densitas accedat, iã

A certum erit q̃ ad usum postulantem referri debeat, sin raritas, q̃ ad deliriũ. Sic paruitas doloremne an usum postulantem significet, incertum: si densitas accedat, de priore, si raritas, de posteriore & infirma præsertim ob refrigerationem uirtute, constabit. Sic etiam dẽsitas & raritas nihil per se, sed cum superioribus ita ut dictum est significant. 19. Syzygiæ quatuor fiunt, si magnitudo & paruitas cum densitate & raritate cõponantur: Item aliæ quatuor, si uelocitas & tarditas cum densitate & raritate. Harum priores aliquid certi significant, posteriores non item. semper enim aut paruitatem aut magnitudinẽ coniunctã habent, quæ cũ densitate & raritate quantũ satis est significant, etiãsi uelocitatis & tarditatis nullus adhibeatur respectus. Proinde sat fuerit quid simpliciter uelocitas & tarditas significent cognoscere, nempe hæc quidem imminutam uirtutẽ, ut supra dictũ est, illa usum postulare seu necessitatẽ urgere. Ad

B syzygias igitur uelocitas & tarditas nõ sunt necessariæ, id quod singillatim per omnes quatuor ostẽdit, deinde in uniuersum. Quòd neq; per se, neq; cum alijs necessaria sit earum consideratio ad prænotionem, sed quanq̃ superflua, ad exercitationem tamen et exquisitã cognitionem utilis iudicanda est. 20. Cũ tria causarum genera sint, quæ dyspnœam efficiunt, nempe uirtus, usus, et organa, posteriorum quidem affectiones ex magnitudine et densitate eorumq; oppositis, satis cognoscũtur: uirtutis uero imminutæ aut refrigeratæ, tũ ex his et inæqualitate (dummodo ægros fortes à mollibus aliquis dignoscat, ut supra dictum est) tũ ex alijs quibusdam signis, quorum præcipua Hippocrates in prognosticis docuit: ex quibus et hæc sunt, pinnularũ nasi motus in inspiratione: item omnium in scapulis musculorum actio in expiratione, subitusq; thoracis collapsus, quæ cur et quomodo fiat singillatim enarrat. 21. Duplex est in respiratione quies, una quæ inspirationem,

C altera quæ expirationẽ præcedit. uteruis autem motus læsus fuerit, quietem simul se præcedentẽ à naturali habitu dimouet. (Vsus quò minus urget, eò diuturnior quies fit quo magis, eo breuior.) Inspiratio magna abundante natiuo calore, præcedentem se quietem breuiorẽ facit. Item expiratio magna, ubi fuliginosus calor abũdat, similiter antecedentẽ quietẽ corripit. Itaq; semper uteruis calor magnũ facit spiritũ, at nõ eadẽ motus parte, & quies semper densatur, non eadẽ tamen. Quod si imminutus sit calor, & usus minus postulet, natiuo quidem calore minuto, parua inspiratio fit, et quies lõga præcedit. Est quando calor præter naturam crescit, natiuus decrescit, et tũc quæ ante expirationẽ est quies, longa fit, altera uero breuis. Post hæc lectorem de caloris differentia plura desyderantẽ ad librum de natiuo calore remittit, nimirũ qui pro Hippocrate ab ipso ad Lycum scriptus est. Postremo totius libri per pauca capita breuissimam proponit synopsin.

CL. GALENI DE DIFFICULTATE RESPIRATIONIS LIBRI TRES.

IANO CORNARIO MEDICO INTERPRETE.

LIBER PRIMVS.



VOD respirãdi difficultas respiratiõis quædã læsio est, uelut sentiẽdi difficultas ipsius sẽsus, & mouendi difficultas ipsius motus, ipsum sanẽ nomẽ tũ Græcis dyspnœa, tũ Latinis respirandi difficultas sufficienter demõstrat. B Quot uero sint læsionis differentiæ, & ob quas causas fiant, & quomodo singulas cognoscere oporteat, non ex appellatione discere contingit sed natura ipsa respiratiõis id ipsum indicabit. Ob id sanè etiam cognitio eius quod secundum naturã habet, à ueteribus medicis omnibus inuestigata est, cũ ob alia multa, tum nihilo minus indicationis eorum quæ præter naturã sunt, gratia. Quandoquidẽ enim unum est quod secundum naturam habet, atq; id uelut regula & mensura, & sibiipsi simile existit: uarium autem & dissimile, & multiplici errore inuolutum est quod præter naturam habet, adeo ut C necessario sequatur, multitudine esse infinitũ, arte uero incomprehensibile: uisum est ipsis impossibile esse, eius immensitatẽ certis terminis cõprehendere, citra cognitionem eius quod secundum naturã habet. Cum enim unum sit hoc, & animali cõmodum, palàm est etiam esse moderatum. Si uero hoc moderatum est, moderatum utiq; fuerit id quod præter naturam habet. Si uero immoderatũ omne duplex genere est, aut enim deest quid ab eo quod iuxta naturam habet, aut excedit: tot sanè in seipso particulares differentias habebit, quot possibile est ipsam rem suscipere, circa moderati excessus & defectus. Suscipit autẽ simplex duplices, cõpositũ uero ex pluribus duplicatos, iuxta numerũ eorũ quæ ipsum cõponunt. Si igitur unũ quiddã & simplex est respiratio, duplices qui D dem habebit immodestias, duplices etiam genere respirandi difficultates. Si uero non unũ, duplicatas habebit differẽtias iuxta numerũ eorũ quæ ipsum cõponunt. Itaq; si hæc manifesta simulq; cõpendiaria est doctrina, merito longa censetur quę præter hanc aliquid tradit.

II At uero cum duæ quidẽ sint primæ & principalissimæ totius respirationis partes, inspiratio uidelicet & exspiratio, duæ uero aliæ per accidẽs nimirũ quæ interueniunt cessationes: in quatuor sanè his, uniuersa consideratio de respirandi difficultate consistit. Quare oportebit omnino unam ex prædictis, aut plures, aut simul omnes aberrare, & ab ea quæ secundum naturã est, specie corrumpi, si difficultas respirãdi debet generari. Verum manifestioris doctrinæ gratia, nõ malũ fuerit simplicẽ appellare respirãdi difficultatẽ, quæ unã totius respirationis partẽ singulatim occupat: cõpositã uero quæ in plurib. cõsistit. Atqui cũ posterius sit semper cõpositũ simplicib. iuxta rationẽ utiq; fuerit, de his quæ natura priora sunt, prius mẽtionem facere. Quare à simplicibus respirationis difficultatibus initium sumemus, atq; ubi has sufficienter explicauerimus, postea tum motus, tum cessationes, & mutuo, & per se, uicissim permutãtes, ita etiam compositas inueniemus.

2 Quæ igitur sunt naturales differentiæ spũs extra & intra meantis? & quæ item utriusq; cessationis? hæ ẽm erant oẽs respirationis partes. Quãdoquidem duo ex his quas diximus partibus, motus sunt, spũs uidelicet extra & intra means, duæ uero hos distingũt cessationes, generatio aũt motibus cõposita, cessationibus uero simplex est: cõspicuũ planè est illorũ immodestias plures, cessationum uero binas generari. Hæ namq; simplices existentes, iuxta tẽporis quantitatẽ solũ differentias habent, motus uero nõ solũ iuxta hanc, sed & iuxta quantitatẽ spatij localis per quod feruntur, differunt. Itaq; duplices quidẽ erunt immodestiæ ipsorum, quẽadmodũ etiam cessationũ, utrẽq; iuxta tẽporis quantitatẽ diductæ, iuxta quas aut ueloces, aut tardę appellabunt: duæ uero adhuc alię iuxta quantitatem distentionis organorũ respirationis differẽtes, secundum quas aut magnas, aut paruas appellant. Siquidẽ enim inseparabilia sunt ab omni circa locũ motu, tum tempus in quo id quod mouet, mouetur, tum spatiũ per quod mouetur, ob tẽpus quidem, uelociter aut tarde motũ fieri dicimus, ob spatium uero, multum & modice. uerum distentionẽ organorum respirationis, non modicã & multam, sed paruã & magnam appellare in usu habemus, ueluti etiã contractionẽ: eadẽ enim ratio utriusq; motus existit. Quẽadmodum aũt motui propria sunt uelocitas & tarditas, ita & quãtitati cessationũ, raritas & dẽsitas. Dẽsas namq; uites & oleas, aut quodcũq; tandem huiusmodi plantari dicimus, cũ breuissimũ spatiũ ipsorum distantiæ indicare uolumus. Sic & raras, cum multus locus in medio plantatorũ corporũ fuerit relictus. Et ut in summa dicã, omnia ex plurib. distinctis cõposita hæc nomina usurpant. Quando igitur et ipsa respiratio ex cõtrarijs motib. per cessationes distinctis cõposita est, densam ipsam reddet breuitas accessionũ, raram uero lõgitudo. Hę quidem igiť uniuersę sunt simplices respirãdi difficultates, atq; hęc sanè ipsarum nomina tũ priscis

alijs medicis, tum Hipp. in usum recepta. Si uero quispiam aliter appellare uelit, quemadmodum iam quidam ex recentioribus medicis solent; nostra nihil inter est: uerum sciat hic quòd neq; Hippocrati familiaribus, neq; etiã alijs ueteribus, immo nec alijs Græcis aut Latinis usurpatis, nominibus utatur. Et si hos negligit aut cõtemnit, neq; proprie, neq; perspicue interpretatur. Si nanq; unum nomen ambobus tribuit, motui uidelicet & cessationi, siue uelocitatem solam siue dẽsitatem, & rursum in contrarijs, siue tarditatem solam siue raritatem, & reliquis in totum nõ utitur, obscuritatem palàm hic inducit. Multo eñ lucidius esse opinor unicuiq; rei seorsim unũ nomen ipsiq; proprium indere, eoq; perpetuo uti, cum sciã quòd cõmunia nomina quæ alterũ non magis quàm alterum significãt, auditorem cõfundunt & perturbant, ut non cognoscat quid sit tandem quod dicitur, priusquã æquiuocũ distinguat̃. Si uero unum etiã singulis rebus quis inponat nomen, non uero quo nos distinximus modo, sed uice uersa, uelocitatẽ quidem & tarditatẽ tribuat cessationibus, raritatem uero & densitatẽ motibus, haud scio quid sibi uelit per impropriorũ & incõsuetorũ nominum usum, quę pro proprijs & consuetis inducit. Quòd enim oẽs qui nunc uiuũt homines atq; etiam antiqui tarditatẽ & uelocitatẽ de nulla alia re prędicãt prætercq; de his quę mouent̃, nemo ignorat. Quàm sapiens itaq; se perpetrasse factum iactabit, qui nominum usum adeo trãsposuit, ut cessationes motuum nominibus appellet? & q̃ sapienter factum si cessationũ nomina actionibus imponat. Quẽadmodũ eñ & uites & oleas dẽsas, ubi modica interest distãtia, dicimus, raras nominãtes si amplior intersit: sic animaliũ actiões quę per modicũ tẽpus fiunt, densas: quæ per multũ, raras appellamus. Quòd si quis nõ ita ut dixi, sed aliter nominare uelit, neq; Hipp. neq; alios ueteres, neque omnino Græcos aut Latinos sequi dignatus, immo nec manifestæ interpretatiõis curiosus, illi permittendũ est ut Cadmeã uictoriam uincat.

III Cum alijs uero qui nominũ in tantum curam habent, quantum ad docendũ est cõmodum, & qui omne studium eò dirigũt, ut in rebus inueniant ueritatem, iam sermonem conferemus de his quæ à principio scribere instituimus. Cũ respiratio genere quidem motus sit, & ex duabus partibus sibijpsi cõtrarijs cõposita, quarũ alteram inspirationẽ, alteram exspirationẽ, nominamus, habeatq; etiam duas alias nõ similes per accidẽs partes, quæ quietes & cessationes appellantur, offensæ utiq; & læsiones fient circa motus, in uelocitatem & tarditatẽ, magnitudineq; & paruitatẽ: circa cessationes uero in raritatem & densitatem, & pręter has non reperias simplicem aliam difficultatis respirandi differentiã. Methodus enim diuisionis non aliter demonstrat.

IIII Reliquũ aũt fuerit causas earũ perscrutari, atq; his inuẽtis cõsequẽter ad cõpositas trãsire.

3 Quæ igit̃ est causa uelocis & tardę respirationis & uniuscuiusq; reliquarũ? Mihi equidẽ etiam

A hic methodo ad earum inquisitionem uti oportere uidetur, & non simpliciter enunciare. Quæ est igitur Methodus? Cum unumquodq; ab ijsdem peius aut melius reddatur, per quæ omnino produci solet, si sciuerimus à quibus causis respiratio producitur, sciemus nimirum & respirandi difficultatis causas. Quæ igitur sunt respirationis causæ? Habes quidem ipsas alibi cum euidenti demõstratione cõscriptas. Nunc uero capitum tantum mentionem facere suffecerit. Facultas quidem animalis mouet thoracem, cum hoc simul pulmo mouetur. Ad huius uero motus ubi distenditur sequitur inspiratio, ubi contrahitur expiratio. Demonstratum etiam ibidem est, maximam & principalissimam respirationis utilitatem esse insitæ calidi
B tatis conseruationẽ, iam uero & animalis spiritus nutritionem. His itaq; sic habentibus, siquidem facultas, & utilitas & unumquodq; organum, recte ac prospere habuerint, iuxta naturę legem animal respirat: si uero quid ex eis uitiatum fuerit, iuxta illud etiã respirationem impediri necesse est. At uero quemadmodum in pulsuum tractatione duplicẽ fecimus doctrinã, aut singulatim inquirẽtes ipsorum causas, aut singulatim permutatiões: ita & hic in utrãq; partem excitari oportet, ut proposita causa statim sequentem respirationis difficultatẽ dicere possimus, & uicissim nominata respirationis difficultate, facile eius causam efficientem in memoriam reuocare queamus. Incipiendum itaq; nobis etiam hic iuxta eundem modum
C à simplicibus respirationis difficultatibus, quemadmodum illic à pulsibus, & quærendum: quæ causæ uelocem inspirationem operentur. Velocem equidem pulsum demonstrauimus ex urgente quidem utilitate, ac integra facultate, & promptis organis fieri. Videor autem mihi & hic easdem causas recte referre posse, si utiq; nõ male in libro De utilitate pulsuum demonstrauimus, eandem utilitatem à respiratione quidem ei qui circa cor est calori, à pulsibus uero ei qui per totum animal dispersus est, contingere. In eo autem rursus sermone qui de pulsuum causis tractat, sufficienter dictum est de Archigenis aduersus Magnum contradictione: quòd non à facultatis robore uelox pulsus fiat, sed magis ab imbecillitate. & sanè
D non cõuenit bis de ijsdẽ dicere, cũ unus & idẽ demonstrationis modus esset futurus. Et siquidẽ ita circa respirationis difficultatem, uelut circa pulsus, iuniores medici curiosi fuissent, & non penitus ipsam neglexissent, syncerius utiq; hic uelocis motus ratio inuestigari posset, utpote cum manifestior res ipsa esset, & ob id uel in primis doceri digna. Verũ haud scio quomodo de ipsa quidẽ respiratione plurimũ inquisierint, et neq; utilitatẽ cuius gratia fit, neq; facultatẽ à qua producit̃, intactã reliquerint, & de organis etiã ipsis curiose perscrutati, quot, qualia, & quõ moueant̃ inuestigarint. At uero respirationis difficultatẽ tanq; non magis necessariã, aut non magis uariam, aut non multo difficiliorem inuẽtu, omnino segniter prætererunt, aliqui ne minimũ quidẽ penitus de ipsa

dicentes, aliqui uero ualde breuiter attingentes. Quanq; Hipp. in libro De morbis populariter uagantibus, ad œstri cuiusdam similitudinem. difficiliũ spirationum differẽtias scripserit, à quo punctos et stimulatos ipsos aliquãdo à profundo somno excitari oportebat, et quærere, quis in unaquaque ipsarũ sit affectus locus, & quis affectiõis modus, & quæ causa, & an hæc ab Hippoc. penitus prætermissa sint, aut aliqua quidem ab ipso relata alia uero non, & in quibus id factum sit libris aut quomodo, num perfecte & manifeste, aut defectuose, aut quasi sparsim. Verum nihil horũ ullus unquàm inquisiuit, & neq; hi qui se Hippocraticos appellant, eiusq; librorum cõmentarios enarratorios conscribunt, tractationem de respirationis difficultate perfecte ac pro rei dignitate explicauerunt. Verum nos quæ in singulis ipsius libris relata sunt, in unum coaceruabimus omnia, & demõstrabimus, quòd etiam in hac parte longe reliquos omnes hic uir antecellat. non tamẽ iam hoc faciendum est: neq; enim solam Hippocratis sententiam exponere propositum est, sed etiam proprias dogmatum demõstrationes apponere, atq; ueritatis quæ in eis est certitudinem his qui in hęc inciderint exhibere. Et quanq; præstiterat, ut ne tempus uenerandi senis opinioni præriperemus, hic primus liber ea quę uera sunt cũ euidẽti demõstratione docebit, qui deinde sequitur secundus ea quæ Hippocrates de respirationis difficultate cognouit exponet.

4 Rursus igitur repetemus quod dicere reliquimus, nimirum quod quęstio de uelocitate motus, in pulsuum tractatione nobis in totum absoluta est, propterea quòd circa illam plurimi iuniorum medicorum multum operę impenderint, circa eam uero quam nunc in manibus habemus omnes negligẽtes fuerint, quanquam manifestior longe sit, & non minus quàm illa utilis existat. Verum causam etiam ipse referam in sermonis progressu, nunc quod consequens est absoluemus: q; uidelicet omnis uelox motus propter urgentẽ fit utilitatem, & amplius facultatẽ ei subseruire potentem, hoc est integram, & robustam, & si nullũ ex organis reluctetur, quorum demonstrationes in libris De pulsibus à nobis relatas dicebamus. Dictum est etiam in illis, posibile esse quandoq; utilitate multum urgente, etiam si facultas moderate debilior sit, motum fieri uelocem. Si uero amplius debilitetur, non amplius possibile esse fieri uelocem, sed densam magis pro ueloci fieri actionem. Omnis enim densitatis actionum unam existere causam, prioris scilicet actionis defectũ. Coguntur enim illa urgente non amplius cessare diutius. Omnia autem hæc in illis libris De pulsibus sunt demonstrata. Communis autem est ipsis pulsibus ratio ad respirationem, primum quidẽ quod de omni motu in uniuersum est dictũ, deinde uero parum abest quin omnis respiratio ad pulsuum proportionem proprietatem habeat. Composita enim ex contrarijs motibus per cessationes distinctis, atq; eiusdem utilitatis gratia contingit. & ex

A partibus eius inspiratio quidem cõsimilis existẽs pulsuum dilatationi, insitã caliditatẽ refrigerat: expiratio uero uelut cõtractio pulsuũ fumosum ex ustura sanguinis excernit. quin & ad nutritionẽ animalis spiritus ambas actiões cõferre, & in cessationibus eam quæ post dilatationem fit breuiorẽ esse, quæ uero contractionem sequitur longiorẽ, ambobus communia existunt.

5 Itaq; quomodo uelocitas motibus respiratorijs contingit, dictum est. Cæterum de magnitudine deinceps agam. Oportet igitur & in hac utilitatem ad opus prouocare, eiq; facultatem integram ac robustam subseruire, & promptitudinẽ adesse ipsis instrumentis: eundem enim causarum concursum magnitudo & uelocitas requirunt. Atqui B contraria eorum tarditas & paruitas, nõ omnino opus habent contrarijs omnibus simul, sed unum ex ipsis adesse penitus oportet, plura non est necesse. Si enim utilitas ualde exoluta sit, soluitur simul & uelocitas motus, & magnitudo dilatationis, etiamsi robore maxime ualeat facultas ipsa: ociosam enim habebit hanc, quousq; animal eius actione non indigebit. Si uero magna quidem sit utilitas, exoluatur autem aliquo modo facultatis robur: aut adsint quidem hæc, offensa autem aliqua læserit instrumenta, qualem in libris De pulsibus indicauimus, quodcunq; tandem ex his fuerit, impedietur & uelocitas & magnitudo respirationis. Atq; in his sane pulsus respirationibus omnino similes existunt. Quare etiam si causas pri- C mum in manus sumentes, consequentes ad ipsas permutationum respirationis species perscrutabimur, consimiles reperiemus. Velut si caliditate aucta, reliquis respirationis causis immotis manentibus, qualis sit respirationis difficilis species quæremus, reperiemus uelut etiam in primo De causis pulsuum est demonstratum: quòd parũ quidem ea aucta, maior manifeste, nõ tamen uelocior: plurimum uero aucta, & maxima & uelox, & iam etiam dẽsa inspiratio reddetur. Eodem modo etiã si caliditas secũdum naturã sit imminuta, alijs causis immotis manentibus: quòd paruam ita & tardam & raram necesse est fieri inspirationẽ, sed paulo tamen q; secundum naturam minorẽ, multo uero tardiorẽ, plurimũ aũt rariorẽ. Robusta eñ D existente facultate nõ est possibile multo minorẽ fieri dilatationẽ. Sed si utilitas multũ sit exoluta, plurimã cessationẽ fieri uerisimile est, nec tamen propterea omnino tarde moueri si facultas modò sit robusta, Quæ porrò ex aucto calore, eadem ex animali spiritu ad nutritionẽ urgente species erũt respirationis difficultatis, eius uidelicet quæ circa exspirationem consistit. Quare immodestia fuliginosæ humorum usturæ, easdem respirandi difficultates circa exspirationẽ operabitur, quæ circa inspirationem sunt relatæ. Veloces enim erunt & magnæ & densæ, ubi multa eiusmodi superfluitas fuerit congregata. Tardæ autem & paruæ & raræ, circa contrarias affectiones.

6 Sed nunquid ita sanè esse ratio ipsa poscit, repugnat autẽ quippiam eorum quæ euidenter ap-

parēt. Ego quidē omnia hæc cōsentiētia circa æ- A tates, & regiones, & om̄ino omnes ambiētis nos aeris constitutiones reperio. Consentiunt autem non minus quæ circa omnia exercitationū genera, & circa morbos contingunt. Vbi em̄ caliditas abundat, ueloces & magnas & densas uidere est fieri inspirationes. Vbi rursus frigiditas, cōtrarias tardasq; & paruas & raras. At uero quibus animalis spiritus euacuatur, & ob id cita renutritione opus habent, hi non solū ualde, sed & cito, & dense inspirant: quibus uero nihil euacuat̄, hi contrariam illis habent inspirationis speciē. Si uero ambo concurrāt, & caloris augmentū, & spiritus cōsumptio, hi omniū maximā & uelocissimā & densissimā inspirationē habent, & maxime si ambo uehemēter fuerint aucta, uelut etiā ubi ambo fortiter fuerint imminuta, minimæ & tardissimæ, & B rarissimę fiūt inspiratiōes. At uero et expirationū species, siquidē multæ fumosæ superfluitates sint congregatæ, & maxima & uelocissima & dēsissima erit. Si uero paucissimæ penitus fuerint superfluitates, minima & tardissima & rarissima. Ex ætatibus porrò omnes quæ in augmento sunt, magnam & uelocem & densam inspirationem facere uidemus. Quæ uero decrescunt, contra raram & paruam & tardā, propterea q illis caliditas amplior, his minor existit: & illis quidē animalis spiritus substantiam cum corpore coaugeri necesse est, his uero contabescere. ob utrasq; igitur causas inspiratiōis speciebus, iuuenes à senibus euariāt, & propter alias duas causas, in expirationibus similiter euariant. In ætatibus enim crescentibus, C tum ob insiti caloris robur, tum ob ipsum augmētum, plurima copia humorum consumitur. In decrescentibus uero, quantum ad ipsam uitā solum necesse est, utpote quæ neq; augescunt amplius, & iam sunt perfrigeratę. Iuxta rationem itaq; illis uelox & magna & densa, his uice uersa per om̄ia cōtraria expiratio apparet. Hanc uero eandē speciem etiam pulsus secundum ætatum differentias habere reperiuntur, quemadmodū & hoc in tertio causarum de ipsis ostendimus. Quemadmodū uero secundum ætates, ita & iuxta tempora, & regiones, & omnes ambientis nos aeris constitutiones, tum pulsus cum respirationibus, tum respirationes cum pulsibus proportionem habent. In ca- D lidis quidem, ad magnitudinem, & uelocitatē, & densitatem permutatæ, circa frigidas uero in cōtrarium, & relatum de his om̄ibus est etiam illic. Quemadmodum & de exercitiorum generibus: in currendo namq; & luctando, & quomodocunque alias uiriliter exercēdo, ualde & ueiociter & dense respiramus. Quiescētes uero, parum & tarde & rare: propterea q in concitatis motibus, caliditas quidem augetur, consumitur autem spiritus animalis: ubi uero quiescimus & immoti manemus, caliditas marcescit, spiritus autem neq; in totum, aut omnino modice consumitur. At uero & ex balneis, calida quidem uelocē & magnā & densam faciunt respirationē, frigida uero contrariā. In somnis porrò etiam ualde animum ad hoc quod contingit aduertere oportet. Nam & iuxta magnitudinem & uelocitatem motus exspiratio inspirationem excellit, quādo ciborum & humorum omniū consumptiones & concoctiones maxime fiunt: plurimum igitur uerisimile est in ipsis coaceruari fumosum recrementum. Et in morbis deniq;, nam & de his iam tandem dicēdum: in febrilibus quidem omnibus, & maxime ubi circa aliquod respirationis organum, aut circa cor, aliqua eaq; multa caloris copia sit coaceruata, om̄is respiratio magna & uelox & densa reddita apparet. In quibus uero perfrigeratus est calor, contraria: adeo ut & quibusdam penitus perijsse putata sit, atq; hæc est illa quam Heraclides Ponticus spiritu priuatam & mortuam scripsit. Quemadmodum enim in alijs omnibus, sic etiam hic proportionem respiratio & pulsus habere uidentur. Neutrum namq; ipsorum in totū perire possibile est, donec superfuerit animal, attamē perijsse putare propter paruitatem, nihil mirum est. Neq; em̄ his solum, sed & alijs omnibus extreme paruis commune est, quòd sensum effugiant.

7 Cæterum postq; de ijs quæ respirationibus & pulsibus æqualiter adsunt, sufficiēter dictū est, quęremus iam & quantū in ipsis sit, quod nō similiter habeat. proprietatem em̄ alterationis facultatū in singulis ctionibus uerisimile est etiam multipliciter differentes ipsarū species facere. Hanc igitur considerare oportet, ac quærere, & methodo inuenire. Videor autē mihi uidere statim ab ipsa rerum substantia, maximam quādam differentiā inter omnia animalia opera & uitalia esse. In illis enim uoluntas potestatem habet generationis, & potest, etiā si utilitas bona sit, & facultas integra, & singula respirationis instrumenta ad actionem accōmoda, tamē prohibere, potest (inquā) uoluntas & impedire ipsa à motu: ubi uero ita potenter cohibere potest, certe longe facillimū ei fuerit, tarde aut cito mouere, & amplius aut minus augere, & per lōgius aut breuius tempus. In uitalibus uero operibus non ita habet, sed cum utilitas bona, & facultas integra est, & organa apta existunt ad motum, neq; tardam neq; paruā possibile est fieri actionem. Itaq; in pulsibus circa inflām̄atas partes euidētissime apparet, ob motū arteriarū in ipsis dolorē accedere uehemētē, propterea q nō in nobis sit, motū facere magnitudine minorē, aut uelocitate tardiorem. Atqui si in nostra potestate esset, minorē aut tardiorē ipsum reddere, nihil magis ex re facere possemus, mitigaturi utiq; ex hoc dolorē. Omne nāq; inflammatū integrā quietem desiderat. Si em̄ moueant̄ & inuicē terantur ipsorū partes, premūtur & fluxione infestant̄, & omnino dolore affliguntur. Quòd si quandoq; ob urgētem utilitatem ad motum cogantur, minorē planè & tardiorem motum facilius ferunt, q̄ maiorē & ueldciorem. Ita etiam crus ubi pars aliqua in ipso fuerit inflammata, maxime quidē quietē expetit: si uero urgente aliqua utilitate ipsum mouere cogamur, minus & tardius ambulamus. Verū hoc impossibile est in arterijs facere: non enim

in nostra potestate est ipsarum motus, ut uel eum qui fit sedare, uel ueliciorē uel tardiorem facere, uel maiorē minorem possimus, sed necesse est eū qui adest boni cōsulere, siue uelox, siue magnus, siue utcunq; sit uiolentus. Ideo ubi inflāmatis partibus arteriæ mouentur, dolore affligimur quidē, sed neq; obtusiorem, neq; minorem, neq; tardiorem motum facere possumus, cum tamē ab actionibus uolūtarijs aut in totum crus leuare, aut ualde paruum & tardū motum illi permittere queamus. Cæterum quando paruū & magnū motum dicimus, ꝙ nō proprie, sed à spatijs per quæ id ꝙd mouetur fertur appellamus, omnibus manifestū esse puto. Atqui cum thorax unum quoddam animalis membrum, organū sit respiratorium, uelut arteria pulsuum, & crus ambulationis, si quidem igitur respiratio inter opera uitalia censeatur, cōsimilem habebit arterijs motus proportionem: si uero inter animalia, ad crurū similitudinē mouebitur. At uero inter animalia cēsetur, quemadmodum alibi est demonstratum. Manifestum igitur quòd ad crurum similitudinem mouebitur. Si igitur thorax inflammatus sit, & ad motū cogatur, tardius & multo minus ꝙ oportet dilatabitur, uerū si hoc fecerit, defectuose respirabit. Si uero iterum atq; iterum idem hoc faciet, defectus qui circa singulas respirationes contigit, in unā quandā memorabilem ac minime cōtemnendam summā congregatus, eò deducet animal ut uicinum fuerit suffocationi. Verū ut id ne fiat, densiores actiones facit, non amplius tātum cessans, quantum solebat cū secūdum naturam habebat, simile faciēs ijs qui ob id ꝙ sufficientem cibum semel ingerere non possunt, assidue modice aluntur: attamen in hoc necessarium est totam respirationem fieri paruam, & tardam, & densam, & multo utiq; minorem ꝙ par est, non autem ita multo tardiorē. Etenim dolor non ita grauiter uexat thoracē ob motus uelocitatē, sicut ob dilatationis magnitudinē. Velocitas enim quamuis circa ipsam actionē sit dolorosa, tamen quia breui tempore omnem motum efficit, minus thoracem offendit: compēdio namq; eò quò festinat peruenit, festinat autem ad quietē, eamq; quàm celerrime assequi cupit, tanq; quę sola dolorē ex inflāmatione ipsi lenire possit. At uero dilatationis magnitudo penitus molesta est, tū propter uiolētiam motus, tum quòd cōprimit & distendit inflāmata, & omnibus modis thoracem dolore affligit. Ob id igitur plus de magnitudine ꝙ de uelocitate respiratio adimit. Et cum sane hic solus affectus fuerit, nempe dolor quidā thoracis partium, non uero urgeat utilitas, manēte uidelicet calore cordis intra terminos à natura cōstitutos, tunc motus thoracis manifeste tardior redditur. Si uero ardor quidā in ipso corde oboriatur, uelocitas quidē non exoluitur, ob eas quas antea diximus causas: aufertur autem etiam hic multum de magnitudine, uerum pro ipsa dēsitas generatur ob urgentem utilitatē. Quare etiam ex iam dictis perspicuum est, quòd dolor ipse per se circa aliquod respirationis organum consistens,

A paruum & tardum & densum spiritum efficiet. Cum ardore uero paruū adhuc similiter, sed densiorem eo qui ob solum fit dolorem, & iam etiam aliquanto ueliciorem. Quæ uero ob solum ardorem contingit respirandi difficultas, eam antea ostensum est magnum & uelocem & densum spiritū efficere, ut perspicua sit & facile discerni possit utraq; simplex, & quæ ex ambobus cōposita est. Quæ enim ob solam fit caloris copiam quamuis densum reddat spiritum, similiter ut ea quæ ob solum fit dolorem, tamen magnitudine & uelocitate palàm distinguitur. Quæ uero ex ambabus causis concurrentibus generatur, ab ea quæ ob ardorē fit, sola paruitate differt, ab ea uero quæ ob dolorem, sola uelocitate.

B 8 At uero respirationis difficultas ob perfrigerationē naturalis caloris, euidentibus notis ab omnibus his distinguitur: paruum enim hæc (ut demonstratum est) & tardum & rarum spiritum efficit, nulli uero aliarū simul accidit tarditas & raritas. Cæterū quantū in defectibus & excessibus caliditatis, ipsa respirationis species à cōsonantia & rythmo qui secundū naturā habet, excedit, tantū etiam & idē cū pulsibus communiter & eodē modo habet. Quę uero in dolorosis organorū affectibus contingunt, non amplius eodē modo habēt, uerum quatenus euariant manifeste demonstratum opinor: reliquæ tamen organorum affectiones quę citra dolorem, per obturationes, aut durities, aut cōpressiones, aut omnino coarctationes

C quasdam fiunt, consimiles uariationes in utrisq; actionibus, animalibus & uitalibus efficiunt. Paruus enim in ipsis & uelox & dēsus fit spiritus: & paruus quidem propterea ꝙ ob angustiam susceptoriorum organorū, paucior ꝙ oportet attrahit: densus uero, ꝙ utilitatis uotū non expletur, & ob eandem causam etiam uelox. Ostensum est autē in cōmentarijs De pulsibus, ꝙ quando magnitudo distentionis sufficienter explet uotū utilitatis, nihil indiget uelocitate: quando uero deficit aliquantulū, tunc iam etiam ad uelocitatē permutatio fit, siquidē integra & robusta sit facultas: si uero neq; hæc sufficiēs fuerit, tunc in densitatē. Ob has itaq; causas paruus & uelox & densus redditur spiritus, circa pulsus & respirationes in prædictis affectionibus, atq; amplius etiam inæqualis,

D quæ uel præcipua ipsarum est nota. uerum hæc & simul consideratio causæ, in pulsuum tractatione relata sunt, & ibidem dictum est ꝙ iuxta ipsas partes in quibus obturatio hæret, & quæ cum his cōmunicant, inæqualitas maxime fit manifesta, & paruitas pulsuum aut semper aut utplurimū cohæret, iuxta alias uero magis magnitudo. Si uero propinquus principio fuerit affectus, in hunc modum circa omnes arterias cōmuniter contingit.

9 Atq; hęc quidē illic relata sunt & demōstrata. Porrò quæ respiratorijs instrumētis propria sunt nunc cōmemorabimus, ut nihil desit ad sermonis perfectionē. Quādo igit, aut ꝓpter tubercula cruda in ipsis cōsistētia, aut ob tenaces & crassos humores qui uias spiritus occuparunt, aut ob durū

 aliquem

aliquem tumorē in ipsis connutritū, aut ob quodcunꝗ tandem ipsis uicinū & familiare corpusculum quocunꝗ modo in tumorem immoderatiorem eleuatū, paucior ꝙ oportet spiritus propter locorum angustiam inspiratur, necessario accedit ipsi uelocitas & densitas ob prædictas causas. Species autem in genere plures huius respirandi difficultatis constituuntur, aliàs alijs partibus in respiratorijs organis coarctatis. Tumores etenim præter naturam circa uētrem & hepar, splenem item & colum, & his coniunctas partes cōsistentes, ob septi transuersi coarctationem, paruum & uelocē & densūm faciunt spiritum. Iuxta eundē modum & aqua inter cutem laborantibus, & uterum gestantibus, & ijs qui se supra modum cibo expleuerunt; & qui prominentem uentrē habent, huiusmodi fit respirationis species. In respirandi autem difficultate quæ erecta fit ceruice, & Græcis orthopnœa appellatur, uiscosis uidelicet & crassis humoribus circa asperas in pulmone arterias congregatis, similiter autem & si aliquid circa ipsum induretur, aut tuberculum nascat premens & coarctans ipsum asperarum arteriarū genus (hæ eīm suscipiunt aerem qui inspiratur) paruus & densus & uelox erit spiritus. Iuxta eundem autē modum etiam, si in thorace tale constiterit tuberculū: propter quæ sanè, sæpe tum in posteriorē, tum in anteriorē partem luxantur ea quæ circa spinā sunt, immo & in obliquū torquētur: paruus & densus & uelox generabitur spiritus, occupātē nīmirum tumore præter naturā pulmonis regionē, in quā dilatatus extendebat. Sæpe uero & ipsum totum thoracē angustiorē huiusmodi affectiones reddiderunt, si aut statim dū in utero adhuc sunt fœtus accidant, aut etiā postea obueniāt. Nulla est autē differentia quod ad id quod coarctatū est attinet, ut pulmo non possit sufficientē aerē trahere: siue thorax totus angustus reddat, in quacunꝗ tādem affectione: siue intermedia regio amittatur, ab aliquibus præter naturā corpusculis in ipsis cōsistētibus occupata: siue etiā ipse pulmo induretur aut obturetur, aut intumescat, uelut in pulmonicis & peripneumonicis appellatis uitijs cōtingit. Vna enim in omnibus coniuncta est causa, ob quā parua inspiratio reddit, coarctatio uidelicet asperarū arteriarum. propterea uero ꝙ parua ipsa est, ob id etiā (ut sæpe dictum est) dēsitas & uelocitas accedit. Verū cum iuxta ipsum pulmonē affectus ipse incumbit, quāuis thorax se plurimum distendere possit, tamen parum inspirat: ita etiā ubi intermediæ ipsorum organorū regiones fuerint occupatę. Cum uero totus thorax aut fœtibus, aut aliter, paruus & angustus redditur, manifestum est ꝙ & distētionem ad suijpsius proportionē paruam efficiēs, pulmoni causa est uelocis inspirationis. Sic uero etiā cum septum transuersum ab aliquo cōprimitur iuxta infernam thoracis extremitatē, uelut in uitijs dolorem non inferentibus contingit. Huius namꝗ rei maxime memorē esse oportet, ꝙ aliquādo solius thoracis affectus, aliquando solius pulmonis, quandoꝗ uero intermediæ ambo

A rum regionis, ad paruitatē, & ob id etiā uelocitatem ac densitatem respirationis mutationē facit, si sanè facultas fuerit robusta. Nā & huius meminisse oportet sæpe iā etiā antea relati. minime igit amplius pleuriticorum, aut abscessus aliquos, aut omnino dolorosos tumores habentiū iuxta thoracē, mentionē faciemus in hoc sermone. At uero de uitijs dolorē non inferentibus, quæ cōprimendo pulmonē, & coartādo asperas in ipso arterias, minorē faciūt aspirationē, omnis prædictus finietur sermo. atꝗ illa quidem ad affectiōes thoracis antea cōscriptas referemus, in quibus dicebamus thoracē, propterea ꝙ minus distenderetur ob dolorem, spiritum facere paruū. Eorū uero qui suppurati appellantur affectionē quāuis sæpenumero eius generatio ex pleuritide contingit, his iam
B proxime relatis annumerabimus, quę uidelicet citra dolorem iuxta pulmonem coarctationem faciendo paruam reddunt respirationē. Pus enim quod in ipso iuxta huiusmodi affectiones continetur, causa fit eius quę circa distentionem fit paruitatis. Itaꝗ tanꝗ neꝗ ipse secundum naturam distēdatur, minime æqualem facit spiritus attractionem. Quomodo igitur hæc respiratoriorū organorum uitia citra dolorem cōsistentia (id eīm præsenti adhuc deest sermoni) ab ijs quæ cum dolore fiunt distinguentur? si sanè & paruus & dēsus ambobus similiter redditur spiritus, atꝗ id in uelocitate motus? In affectibus equidem cū dolore, modice quidem respirant & dense, non tamen uelo-
C citer, quādo utiꝗ citra febrem eiusmodi acciderit affectus: quādo uero cū febre, quamuis iuxta paruitatem & uelocitatem similiter respirant, tamen iuxta densitatem distinguuntur. nam nō modice ipsis spiritus densatur, quod nō euenit illis qui ob coarctationem organorum respirationis difficulter respirāt, uerū etiā si densior ipsis spiritus reddatur, moderate tamen hoc fit, & multo infra summā densitatem. Quin et expiratio febricitantibus maior simulꝗ calidior est, quod non contingit ijs qui ob coarctationem parum & dense expirant.

10 Quomodo aūt cognoscere oporteat exacte, tū paruitatē, tū magnitudinē, utriusꝗ partis totius respirationis, pauló post dicet, ubi prius omnē de organis sermonē absoluerimus. Quòd eīm dif-
D ficultates respirandi citra organorū dolorē, ab eis quæ cū dolore fiunt differant, iam relatū est. Vtrū autē uelut simpliciter ostēdimus, coarctationem oportere ad pulmonem peruenire, eiusꝗ asperas maxime arterias, ut animal difficultatē respirationis incurrat: sic etiā dolorem in respiratorijs organis fieri oportere, et pręsertim in thorace dicendū est? (parū enim abest ut pulmo sensus sit expers) An aliquā aliā in eiusmodi respirādi difficultatib. inquirere nos oportet enunciationem? Nam qui dicit ad solos respiratoriorum organorū dolores eiusmodi difficultatis respirādi speciē sequi, eum nō opinor uideri posse omnē de his rē probe cognouisse, aut meminisse superiorum ratiocinationū, in quibus non ob affectionē, sed ob actionis facultatem quæ animalis existit, paruus & dēsus

spiritus

spiritus fieri ostendebat. At uero species difficultatis respirandi quę ad coarctationē pulmonis cōsequitur, nihil opus habet facultate ad sui generationē, quod de illo probe indicauimus ubi totius rei tractationem peregimus. Verum de dolorosis affectionibus non simpliciter id dicere conuenit, quando sane in respiratorijs particulis consistunt. Non enim propter ipsam particularum naturā priuatim, sed ꝙ animali facultati eorum motus arbitrium permissum est, respirationē ad paruitatē mutari cōtigit, ut ne amplius uidelicet animal dolore affligeret, ipsa minus ꝙ̄ oportet thoracem distēdente. Atq; hæc sane prouidentia, ut ne amplius animal dolore affligatur, etiam alijs omnibus particulis adest, quæ ad respiratoriorū motum simul mouentur, stomacho uidelicet & uentri, & hepati, & spleni, & pelliculæ aluum ac intestina amplectenti, peritonæi nomen Græcis habēti, & colo, & superioribus tenuibus intestinis, & musculis præcordiorū: hæ namq; ad thoracis motus, & maxime si fuerint maiores commouentur. Perspicuū igitur est ꝙ amplius in magnis thoracis motibus dolore uexātur, minus uero in paruis, & ob id paruus & densus non solū in pleuriticis, sed & quibus stomachū aut uentrē dolorosa affectio infestat, spiritus erit: minus quidē propterea ꝙ etiā sensus eis minor est, cōsimiliter tamen difficulter respirabūt qui hepar, aut splenem, aut aliud quoddā ex prædictis mēbris dolore uexatū habēt. Omnia em̄ talia partim exappensa, partim agnata respiratorijs instrumentis, ad horum motum simul cōmouentur, & ob id in respirantibus offenduntur. Atq; ita non ut antea de respiratorijs particulis, sed de omnibus simpliciter quæ circa respirationes mouentur, cōmunis nobis sermo fiat: atq; audebimus in uniuersum pronunciare, Paruum & densum spiritum signum esse doloris omniū animalis particularum quæ iuxta respirationes commouentur.

11 Num igitur hac parte solum inter pulsus & respirationes dissimilitudo est? An etiam iuxta ipsam priuatim facultatis causam, citra organorum complexum, aliquam differētiam inuenire licet? Equidem naturales facultates omnes semper necessarijs sibi operis uacant, & nunquam torpent, aut negligentes sunt. Quę uero sub uoluntatis potestatem ueniunt, hę sępe ubi ipsa circa alias actiones fuerit occupata, negligentius perficiunt. Ambulantes igitur aliquando concitatius ad rem aliquam perficiendam, deinde inter eundum cogitantes quid, ac postea id ipsum considerātes & curiose de ipso meditantes, multum ab illa ambulandi concitatione remittimus, non tamen intelligimus idipsum neq; cognoscimus, quousq; sane mētem ad illius curam adhibemus: cū uero quiescimus ab illa cura, atq; cogitationem circa nullam rem amplius habemus, ꝙ̄ circa solam ambulationem, tunc uelut ex somno aliquo excitati, cognoscimus circa institutam actionem nos fuisse neglig ētiores, quàm pro primo impetu oportebat, rursumq; ad ipsam actionem nos excitamus.

A

XII Sic etiā qui mente uacillāt, animū (ut puto) in uisionibus uelut in quibusdā curis habentes, animaliū actionū negligentes sunt, & neq; lotium ejciūt, neq; uētris onus deponūt, neq; potū neq; cibū petūt, neq; quicq; aliud eius generis, nisi quis eos cōmonefaciat. Si uero etiā petāt aliquādo interim dum adhibent obliuiscuntur, & rursus monitore opus habent. Itaq; nouimus omnino plurimos qui petita matula, eaq; ipsis data, non iam lotium effunderēt, sed matulam ociose in manibus detinerent. Alios item nouimus qui exurgerent quidem tanq; uentris onus deposituri, postq; uero desedissent penitus obliuiscerent, atq; nihil efficerent donec à præsentibus admonerētur. Quēadmodum autem per multū tempus actiones faciunt hi omnes, sic etiam magnas. Aceruatim igitur omnino plurimum mingunt, & pro una uice ultra mensurā bibūt, & singula alia eodem modo faciunt, nec mirum utiq; id esse opinor. Quod em̄ sæpe in debito tēpore facere oportebat, id ipsum aceruatim urgente utilitate explere coguntur, & præsertim ubi necessariū id sit ad uitam. Etenim siquis minus ꝙ̄ oporteat bibat, non ad dies tantū, sed ad integros mēses sufficere possit. Si uero minus ꝙ̄ oportet respiret, neq; minimam diei partē durare queat. Quare tametsi plus pro una uice mente moti bibāt, tamen quod per multū tēporis interstitiū id faciant, euenit ut uniuersus ipsorum potus multo commoderatæ mensuræ inferior & paucior extet. Verū respirationis utilitas non expleta, supra hoc quod graue & ex propinquo imminens periculum habet, excitat etiam ad actionē, & non sinit torpere neq; ad momentum. Recuperat autē statim id totum, quo per cessationis tempus fuit priuata, atq; ita non rarus solum, sed & magnus spiritus efficitur, & tanto sane ꝙ̄ conuenit maior, quāto fit rarior, quod ipsum in potu nō contingit: multo enim rarius, paulo uero plus bibunt, unde etiā Hippocrates ipsos paucibibos, ueluti modico potu utentes appellauit. Atq; hæc quidem ratio demonstrat mente motorum respirationem in raritatē & magnitudinē mutari. Testimoniū aūt nō minus etiā oculare experimentū præbet, siquis in ipsis artis operibus hanc speculationē exquirere uelit. Quicunq; uero in adulescētulorum gymnasiis, in sublimibus solijs alti & undiquaq; conspicui desidentes, artis oprrum negligentes sunt, quicquid uero in buccā uenerit effutiunt, his nō magis credibilia fiunt ea quæ ab euidenter apparentibus confirmantur, quàm his qui neq; à principio, etiam si appareat, quicq; cognoscunt. Cæterum ex hoc genere sophistarum quispiam aliquando mecum contendit, de eo ꝙ rarus & magnus spiritus mēte uacillantibus contingit. proponebat enim respirationē unum quoddam ex operibus uitalibus esse, uerum cum huiusmodi argumento nō consentiebat id quod palàm apparet: unde discedendū sibi à me putauit: prorsus em̄ inquit, eiusmodi respiratiōis speciē in delirijs non apparere. Nam quæ nunq; conati sunt sophistæ in ipsis ægrotis obseruare, de his ueluti qui sexcen-

sexcenties uiderint impudenter rixantur, neq; uerentur se magnam habere experientiam iactare, eorum quæ neq; per somnium quidem ipsi uiderunt. At uero quicunq; obseruant apparentia, & quæ ægris accidunt, hi ita ut Hippocrates scribūt. uiderunt enim ut opinor, multos infirmos similes his quos ille descripsit, qui abunde magnum testimonium prædicto sermoni prębent. atq; apponerem sanè iā eos quos in popularium morborū libris conscripsit, nisi propositū esset mihi omnem sequentem sermonem secundū, in eorum enarrationem, uelut etiam antea dixi, reseruare: hunc uero solum per se cum proprijs et synceris demōstrationibus absoluere. Itaq; sermo de uacillantibus & mente motis hic finiatur.

A

12 XIII Quomodo uero quis magnam & paruam respirationem optime dinoscat (scio enim et hoc me in prioribus distulisse) iam referatur. Procliue equidem erat opinari, nihil differre siue iuxta magnitudinem distētionis respiratoriorum organorum, siue iuxta substantiæ quæ inspiratur copiam, magna inspiratio iudicetur: quēadmodum fortassis etiam aliqui dicunt, putantes quantitatē inspirationis semper se habere oportere ad proportionem quantitatis distentionis organorum: atqui hoc minime in uniuersum uerum est, sed distinctione quadam opus habet. cum enim secundum naturam habent organa, quantitas spiritus semper ipsorum distentionibus similis est, non tamen cum etiam præter naturam fuerint disposita, uerum possibile aliquando plurimū distendi thoracem, & parum externi aeris inspirari. Multę em̄ sunt affectiones (si modo prædictorum meminimus) in quibus pulmo coarctatus, multū aerem suscipere non potest. Nequaquam igitur ad affectionum omnium respirandi organorum proportionem, sed solum asperarum arteriarum, inspirationes fiunt: at uero horum distentionem impossibile est per ullum aliquē sensum dinoscere. Sufficit enim ipsum solū aerem inspicere, quātus inspiratur, & quantus rursum exspiratur. Neq; em̄ ex uentris mole de ciborum acceptorum copia coniecturā facimus, sed sufficit etiā hic solam eorum quæ eduntur inspicere quantitatem. Postquā uero in exspirationibus, aliquādo quidē omnes musculi in totū ociosi sunt, permittentes thoraci collabenti propriam recuperare constitutionem: aliquando uero operātes amplius ipsum contrahūt: id quod nobis de his sæpe est demonstratum: contractiones itaq; thoracis citra horū concitationē, non unq; magnam inspirationem facere possint. Quæ uero cum musculorum concitatione fiunt, quæ sanè etiam efflatus existunt, uelut & hoc est demōstratum, hæ opifices sunt magnitudinis. Verum neq; in his denudatum hominem inspicere operæpretium duco, ad musculorum tensionē cognoscēdā, sed sufficit speciem exspirationis cum efflatu, notā cognitionis uel maximā habere. Vrgēte itaq; utilitate aceruatim exspirare cogimur, ueluti etiā cum inspirationis urget utilitas, multū & coaceruatum externum aerem attrahimus.

B

C

D

13 XIIII Quando uero & de his sufficiēter trāsegimus, repetitis capitibus eorum quæ ab initio dicta sunt, ad reliqua progrediamur. Capita autē erant ut opinor hæc: Quod simplicibus respirandi difficultatibus inuentis, connectere oporteat causas coniunctas respirationis, & demonstrare singularum ipsarū efficientē causam: et uice uersa quæ respirādi difficultates ad singulas causas consequantur, in quo sanè etiā cōpositarum respirādi difficultatum mētionem facere coacti sumus. Verum quatenus tractatio pulsuum cū respirationibus consentiat, & quatenus differat, etiā hoc non erat exiguum eorum quæ explicauimus caput.

XV Postquam uero hæc omnia absoluta sunt, consequenter cōpositas respirandi difficultates considerabimus: hæ namq; desunt adhuc superioribus quæ tractanda suscepimus annectendæ. Inuentis autem simplicibus, nō amplius difficile est etiam has inuenire quę ex illis componunt. Cum enim aliqua sit magna inspiratio, similiter autē & aliqua uelox, & contrariæ his sint parua & tarda, necesse est quatuor fieri omnes respirādi difficultates circa respirationem compositas, magnā uidelicet simulq; tardam, magnam & uelocem, paruam & uelocem, & quartam paruam ac tardam. Eodem modo & circa exspirationem easdē quatuor coniugationes necessarium est fieri, duas quidem magnas, & duas paruas, quę tum uelocitate, tum tarditate distinguuntur. In cessationibus uero impossibile est compositam respirandi difficultatis speciem fieri: neq; enim duę oppositiones in eis existunt, uelut in motibus, sed una sola iuxta densitatem & raritatem consistens.

XVI At uero ipsorum motuum inuicem collatorum, inspirationis inquam ad expirationē, species quædam erant consonantiæ totius respirationis. Quemadmodum etiam in pulsibus dilatatione ad contractionem collata contingit. Possibile est enim inspirationem fieri magnam, expirationem uero paruā, aut uice uersa inspirationē paruam, expirationē magnam: aut utrasq; paruas, aut utrasq; magnas. Sic & ueloces aut tardas utrasq;, aut alteram uelocem, alteram tardam.

XVII Quin & inæqualis est aliqua respiratio, quemadmodū & pulsus, tū circa motuū aggregationē, tum circa motū unum. Similiter autē & ordinata ac inordinata respiratio fieri potest, uelut etiam pulsus. Et sanè quot differentiæ inæqualiū pulsuum, tum circa unū motū, tum circa plures, consistentium existunt, tot etiā sunt respirationū.

14 Verum quod in principio statim huius tractationis dixi, omes penitus negligēter respirationem tractauerunt, atq; huius negligentiæ causam referam in progressu sermonis. Nunc quod instat nobis absoluendum est, ab inæqualitate iuxta unum motum initio facto, propterea quòd secundum naturā uideri possit in medio posita esse earum, quæ exacte simplices, & quæ ex confesso cōpositæ existunt. Contendit itaq; aliquando quispiam mecum super ipsa tanq; non cōposita, quod aliàs non effecisset, nisi simplicibus propinqua

esset

esset, uerũ compositam esse inde perspicuũ est. Si quis incipiens inspirare uelociter attrahit aerẽ, circa finem uero tarde, aut uicissim ex tardo principio, in uelocẽ desinit finẽ, hanc sanè inspirationẽ neq; uelocem simpliciter neq; tardam esse dixerimus, sed compositam, utpote quæ alteram sui partem habeat uelocem, alteram tardam. Eodẽ modò etiamsi expiratio quomodocunq; uarietur, siue ex tarditate in uelocitatem, siue rursus ex uelocitate in tarditatem motu trãseunte, compositam esse dicemus, utpote quæ partibus contrario modo inter se habentibus non simplex sed composita existat. Similiter autem & cum cessatio aliqua sciderit et dissecuerit alterum motum, siue in spirationem, siue expirationem, compositã esse etiam tunc dicemus eam quæ dissecta est, utra tãdem ea existat. Visum est autem aliquando, raro tamen, non alteram tantum, sed ambas totius respirationis partes, in uno & eodem homine ita habere, & maxime hoc fieri, cum humorum copia in asperis arterijs coaceruata, hominẽ suffocet ex pleuritide perniciosa, aut peripneumonia non expurgata, aut suppuratione istic cõsistente. Quare & in hac parte respirationibus cum pulsibus cõuenit: nam & de illis demonstratũ est, ꝙ propter obturationes organorum, compressionesq;, & omnino coarctationes inæqualitas fiat. Itaq; siquis ea quæ de alijs arterijs per totum animal dispersis, in secũdo De pulsuum causis dicta sunt, probe perdidicerit, maiorem utiq; copiam similia dicendi de asperis in pulmone appellatis arterijs habebit. illas enim ad inæqualis pulsus generationem coarctari oportet, asperas uero arterias ad inæqualis respirationis. Relatum etiam de illis, quod ob facultatis debilitatem pulsuum inæqualitas fieri possit, cum præ impotentia arterias pro una uice perfecte dilatare non possit: resistunt enim interim & cõquiescunt, uelut senes circa uiam perficiẽdam. Fieri autem potest aliquando & circa respirationem quædam inæqualitas, tũ ea quæ iuxta unam actionem, tum quæ circa plures contingit, & systematica à Græcis appellatur, ob quandam facultatis ipsam efficientis debilitatem.

XVIII Cũ uero hæc animalis sit, uitalis uero ea quæ pulsus operaẽ, fieri potest quædam ad prænotiones ex ipsis differẽtia, nimirum pulsibus facultatis debilitatem semper suijpsorum læsioni similem indicantibus, respirationibus uero non eo dẽ modo, nisi quis etiam describat ægrotantis uoluntatem. Quamuis enim temerariam responsionem à moderato homine factam malam esse Hippocrates dicit, uerumtamen in ijs qui natura temerarij sunt, nõ solum non eiusmodi responsionẽ, sed neq; ipsum adeo delirium, quicquã magnum portendere censebis. Ita etiam habet circa respirationem: felices enim ærumnarumq; expertes, ac molles, circa singulas actiões es inæqualiter respirabũt, etiam si nihil adeo magnum ipsos cogat. Qui uero ad laborem industrij & generosa mente prædi ti sunt, priusquam ad extremam debilitatẽ eorum facultas redigatur, non unꝗ inæqualiter respirauerint. At uero in pulsuum inæqualitate eadẽ prænotio affectionis est, tũ in ijs qui generosa, tũ qui praua & uitiosa mente prædíti existunt. Vt enim uniuersaliter & in summa dicã, ubi uoluntas nihil cõfert ad actionẽ, ibi id quod significatur æquale est omnibus. Vbi uero aut totũ aut plurimum, ibi amplius etiã inspicere oportet mores ipsius ægri.

15 Quemadmodum autẽ differentia facultatũ efficientium actiones, tum circa pulsus, tum circa respirationes, differentes facit prænotiones: sic etiam circa ipsam organorum naturam, quædã indicationis alteratio erit. Pulsus enim per leues arterias, respirationes uero non per solas asperas arterias fiunt, sed non minus quàm per ipsas, immo fortassis magis, per musculosum genus. hoc enim est quod primum animalis facultas mouet ad respirationis generationẽ, ab eo uero totus thorax motus ipse rursus pulmonem commouet eo, quo diximus in horũ tractatu, modo: pulmonis autem pars sunt asperæ arteriæ, in quas primum aer qui inspiratur peruenit. Quemadmodum igitur harũ affectiones totam respirationem sæpe inæqualẽ reddunt, sic & affectiones musculorum: propterea sanè ꝙ illæ spiritus sunt loci, musculi uero primum motus instrumentum. uerum non eadẽ affectio in utroq; organorum genere, inæqualem respirationem facit, cum neq; utilitas ipsorum similis existat. Si quidem igitur unumquodq; organũ in id ipsum, per quod sanũ existens actionẽ iuuit, etiã ægrotans lædit: asperarũ utiq; arteriarum læsio coarctatio quædam est, musculorũ uero aberrans & inordinatus motus: atq; illarũ quidem ut spiritus locorũ, horũ uero ut motus organorum offensa est. et coarctatiõis quidem in asperis arterijs, tumores præter naturam reos declarauerim, aberrantium uero in musculis motuum occasiones nunc referemus. Sunt igitur propriæ musculorum affectiones, conuulsiones, cõcussiones, & tremores, quemadmodum in alio loco est demõstratum. uerum quòd hæ etiam aberrantes motus sunt, uerbis non eget. & si quidem ambo hæc ita habent, ut scilicet & affectiones sint, & aberrãtes pariter musculorum motus, atq; hæc ipsa sunt quæ quærimus, finem utiq; nobis sic habebit institutus sermo. erit namq; aliquando inæqualis respiratio, propter aliquam harum affectionum. Quẽadmodum enim ambulatio inæqualis fit, crurum musculis aut trementibus, aut concussis, aut conuulsis: ita & respiratio aliquãdo inæqualis fit propter thoracis musculos (ut dictum est) offensos. Quare omnium inæqualitatum, tum quæ secundum unam actionẽ, tum quæ circa plures ex ordine consistunt, aut asperarum arteriarũ coarctatio aut thoracis musculorum aberrans motus, aut facultatis ipsam efficientis debilitas, causa fiet.

XIX Scriptum est autem diffusissime de omnibus inæqualitatibus in secũdo De pulsuũ causis, & ob id quæ cõmunia sunt cũ illo sermone, omnia relinquimus, nuda solũmodo mentione ipsorũ facta. Quæ uero propria sunt respirationi, in hoc libro explicabimus. Vtilitas itaq; (uelut etiã antea

dictum

dictum est)communis utrisq; est, asperarum etiã arteriarum ratio consimilis ad leues est, uerũ musculorum genus propriũ & priuatim destinatum respirationibus est, præter pulsuum rationem. Opifices autem ipsorum facultates, partim quidem similiter, partim uero non ita habent. Quatenus em̃ causæ effectiuæ sunt, eatenus similiter habẽt: quatenus uero uolũtati permissum est arbitrium respiratoriæ facultatis, uitalis autem facultas nullum superiorem habet dominum, sed libera penitus existit, eatenus differunt. Quãquam & adhuc eximium quiddam ad inæqualitatis generationẽ respiratio habebit, præter pulsuum rationem, ut neq; hoc prætermittamus. Est autem idipsum duplex, partim quidem ab ipsa animali facultate sola proficiscens, partim à complexu ipsius ad dolores: atq; modicũ quidem & cognitu difficile est, quod à sola facultate proficiscitur, amplius uero & manifestius ac magis uarium quod propter dolores. In delirijs enim superat quidẽ raritas & magnitudo, apparet autẽ quædam inæqualitas & ordinis perturbatio, tum iuxta plures respirationes, tum iuxta unam aliquãdo solam: nimirũ ꝙ & uisa aliquando plus, aliquando minus, rationem ab eo quod secundum naturam est emoueant. In huiusmodi em̃ uisis, rationi cõsentaneum est, etiam respirationem transmutari ac aliquatenus uariari ad inæqualitatis & permutationis ipsius ordinis generationem. Quin & quantitas utilitatis quandiu quidem parum deficit à singulis actionibus, parua est ab eo, quod secundum naturam habet, immutatio: quando uero defectus ab eo, quod secundum naturam habet, contiriget satis multus, tunc necessarium iã cessationum quãtitatem, motuum uero non solum quãtitatem, sed iam etiam qualitatem alterari, atq; ob id totam respirationẽ inæqualem & inordinatam reddi.

16 Idem hoc & in doloribus accidere necessarium est, neq; enim etiam in illis utilitas expletur iuxta singulas actiones. nam neq; uelociter, neq; dense, neq; amplius distẽdere thoracem possunt: omnia enim hæc ipsis molesta sunt, & præsertim magnitudo, deinde uelocitas, iam uero etiam densitas. Dolentibus nanq; minus molestum est per longius tempus, quàm per breuius moueri. Ob id igitur à magnitudine omnino multum detrahũt, à uelocitate uero minimum, à densitate autem auferunt quidem nihil, sed addunt etiam quippiam paruitatis: ab eo quod secundum naturam habet, defectum per eam corrigentes. non tamen adhuc tãtum est quod apponitur, ut omnem expleat defectum. Quãtum igitur deficit ad utilitatis expletionẽ, hoc in multis deinceps actionibus coaceruatur, & cum parum abest ut animal suffocetur, tunc uoluntatem cogit ad aliquod tempus, maiorem facere respirationem, & multo uelociorẽ, & priore dẽsiorẽ. Verũ cũ in huiusmodi actionibus utilitas quidẽ expleatur, animal uero doloribus offendatur, uoluntas rursus à magnitudine & uelocitate ac densitate aufert, aliquãdo plus, aliquãdo minus, utpote quæ consilij inops sit, & neq; sistere actionẽ possit, ob suffocationis timorẽ, neq; aliquam reperire doloris medelam queat. Quare modo ad hoc, modo ad aliud trãsit, illud quidem, ut utilitatem expleturum, hoc uero, ut dolorẽ mitigaturum: cũ uero omnia quæ utilitatem explẽt, exacerbent dolores, quæ uero dolores mitigant, minuant utilitatem, atq; nulla communis utrisq; medela reperiatur, multiformiter ad omnia transit, ob consilij inopiam semper ægre ferens quod præsens est. atq; hinc tum inæqualitas circa singulas, & omnes etiam deinceps respirationes, tum multiformis illa ordinis perturbatio originem habet. Ex corruptione enim parilitatis, inæqualitatum omnium itemq; ordinis perturbationum generatio oritur. demonstratum namq; & hoc in libris De pulsuum differẽtia, ꝙ parilitas consequẽter habens, æqualitas est: parilitas uero iuxta circuitus, ordo est. & quòd, ubi consequenter habẽs parilitas corrumpitur, inæqualitas: ubi uero iuxta circuitus reuertens, ordinis perturbatio generaſ. at uero quamuis multa inæqualitas, & multa ordinis perturbatio eiusmodi affectiõibus incidat, superat tamẽ id genus respirandi difficultatis, quod iuxta paruitatem & densitatem consistit. Etenim si etiam magnam aliquando respirationẽ pro una uice faciant, ueluti periculum facientes in eiusmodi respiratione, desistunt tamẽ e uestigio propter dolorem, ac per multum tempus ualde parum respirant, donec ab aliqua urgente utilitate coacti ad aliam rursus conuertuntur experientiam magnæ respirationis. Assiduitas igitur inæqualitatis & inordinatæ mutationis, in uelocitate ac tarditate, & in densitatis alterationibus, maxime ipsis cõsistit, cum nũquam quidem simpliciter rara respiratio fiat, propter urgentem utilitatem, minus tamen & magis densa, atq; in hoc sane inæqualitatẽ acquirit. Quare densus semper hoc modo dispositis est spiritus, magnus autem raro, tardus uero nihil magis ꝙ uelox, propter repentinam ipsorum in utranq; partem transitionem. Recte igitur antea dictum est, quòd ad om̃ia dolore afflicta organa, quæ circa respirationes commouẽtur, paruus & densus spiritus consequatur. Et iuxta eandẽ rationem in delirijs magnum fieri & rarum spiritũ, quanquam etiam his uel maxime inæqualitas comes sit. Exuperat enim in ipsis raritas & magnitudo: magis enim & minus rarus, et magis ac minus magnus spiritus in delirantibus redditur, paruus uero & densus nunquam.

17 Atq; hæc quidem mihi sufficere uidentur de inæqualitatum cognitione, tum quæ circa unã actionem, tum quæ in pluribus consistunt. Dicta sunt enim & de ijs quę ratio postulat ad sermonis communitatem referri. & euidenter quidem hæ compositæ sunt, multis omnino actionibus ad generationem & dinotionem indigentes, quæ uero circa unam actionem cõsistunt (uelut etiam ante relatũ est) ferè uideri possint alicui simplices esse. Porrò non de coaceruatis tantum inæqualitatibus, sed etiam de ordinis perturbationibus hic transegimus: sunt enim species quædam inæqualitatum

tatum, uelut etiam de pulsibus est demonstratum.

XX Ad reliquas igitur compositas difficilis respirationis species regrediamur, & primum sanè eas in manus sumamus, quę circa unam actionem quamcunq; tandem consistunt. Equidem inspiratio magna simulq; uelox, ob utilitatem urgentem fit, & si organa sunt prompta, & facultas propriā conseruat integram sanitatē, aut certe parū immutatam. demonstratione autē hic sermo non habet opus apud eos qui superius dictorū meminerunt. Rursus uero magna & tarda solis mente motis cōtingit, atq; his non semper. & conspicua utiq; etiā hic est causæ consideratio ex prædictis: quemadmodum etiam cum paruam habēt inspirationem & tardam, hi quibus insitus calor multum est perfrigeratus. Quę restat aūt adhuc coniugatio quarta, paruitas erat cū uelocitate: & fit penitus in nulla affectione simplici, quemadmodū neq; magna simulq; tarda, quam aliquando mente motis accidere diximus. sequitur tamē quanq; non semper, sed ut plurimū, ubi simul dolor & utilitatis incrementū concurrunt. parum enim necessario in doloribus respirant: inexpleta autem manente utilitate, cum ob hāc ipsam paruitatē, tum ꝙ aliàs per se ipsam utilitatē abundare proposuimus, nō satis est solum densari ipsas actiones, sed coguntur sæpe conuulsorie inspirare. Ad eundem porrò cum prædictis modū etiā in coniugationibus circa expirationem, ipsas affectiones perscrutari oportet. Nam & in his aut facultatē, aut aliquod organum uitiatū, aut caloris modum alteratū inueniemus. Quæ enim uelut fuliginosa, ac fauillosa, & fumosa recremēta appellamus in caliditatis genere, ea omnia terrea sunt, & uelut semicocta cū innato calore, quemadmodum fumus cum igne: apparent enim in hoc euidenter acria omnia & calida & fumosa materię recrementa, ostendentia susceptam quidem esse in seipsa ignis uim, non tamen adhuc penitus ab igne se superata: flamma enim ita nata esset, & non adhuc fumus esset. Quare siquis furnosa caliditate in corporibus animantium redundante, expirationem magnam simulq; uelocē fieri dicat, non utiq; errarit. Manifestum est autem ꝙ & facultatem integram esse tunc oportet, & nullum ex organis uitiatum. Similiter autem & magnam simulq; tardam in quibusdā delirantibus fieri, eodem modo quo contingit circa inspirationē. Sic et paruam simulq; tardam fieri his quibus nullum fumosum recrementum est coaceruatum. Et paruam ac uelocem, quibus est congregatum fumosum recrementū, & dolent tamē simul aliquā particulam, quæ circa respirationes mouetur: semper enim horum memorem esse oportet, etiamsi aliquando in sermone relinquantur.

18 XXI Atq; hæ quidem sunt quatuor respirandi difficultatis cōiugationes, quæ circa utrāq; totius respirationis partē seorsim consistunt. Aliæ autem circa rhythmum & consonantiam ipsius, non circa utramq; seorsim partē fiunt. Cum enim inspirationem expirationi conferimus, quemadmodū in pulsibus dilatationē contractioni, rhyth-

A mum hoc ipsum appellamus. Manifestum autem quòd eandem speculationem hic locus expetat, quam De pulsuum rhythmis Herophilus conscripsit. Dicta quidem etiā nobis de ipsis quæ necessaria sunt in pulsuum tractationibus, dicetur autem & nunc ꝙ fieri potest breuissimis, quibusnam ueluti scopis quibusdam, animū attēdere oporteat, ut facile causas dissonantiæ in respirationibus inueniamus. Quę enim iam iuxta utramq; totius respirationis partem, inspirationem dico & expirationem, in superiore sermone recensuimus, ea ipsa etiam nunc inspicere operæpretium nunc existimo circa ipsorum dissonantias. Velut uerbi gratia (non enim malum fuerit in uno quopiā uelut exemplo demonstrare id quod dicitur) Sit quidē

B tardior & minor quàm secundum naturam inspiratio, uelocior autem & maior expiratio: his sanè qui ita dispositi sunt dicemus calorem secundum naturam imminutum esse, auctum uero esse fumosum recrementū. Rursus in altera dissonantia quæ cōtrario modo habet, ita ut inspiratio quidem sit magna & uelox, expiratio uero parua & tarda, auctum naturalem calorem dicemus, & nullum esse fumosum recrementum. Duplicem enim semper intelligere iuxta genus oportet calorem, alterum genuinum & corpori innatum, alterū uero acquisititium ac spurium. Palàm igitur est, ꝙ huiusmodi coniugatio nihil euariat ab ijs quæ in utraq; seorsim, hoc est alterutra existunt. Si enim inspiratio parua & tarda fortè fuerit, perfrigerationē signifi-

C cat caliditatis secundum naturam, quomodocūq; habeat ipsa expiratio: si uero expiratio eodē modo fuerit disposita, de caliditate præter naturam idem indicabit. Nam & si magna aliquando ac uelox fiat, redundantem significabit caliditatem pręter naturam, quomodocunq; habeat ipsa inspiratio. Quare nihil amplius ad prænotiones, huiusmodi complexus docet, quàm ea quę iam singulatim de alterutra ipsarum sunt cognita & perspecta.

XXII Itaq; ad solas illas compositas respirandi difficultates animū intendere nos oportet, in quibus simplices quidem, cōmunes sunt pluriū affectionum, & ob id nihil certi indicant, coniugatæ uero alijs quibusdam, ad certum ac minime fallax discrimē ueniunt. Magnitudo enim respirationis

D ipsa per se respirandi difficultas quædam est simplex, uerū nullius certæ cognitionis signum est, siquidem & urgente utilitate, & læsa mente fieri solet. At uero si cum densitate cōsistat, urgentem utilitatem: si cum raritate, delirium indicat. Similiter autē & paruitas ipsa quidē per seipsam, aut dolore afflictā aliquā particulā, aut utilitatē exolutā ostēdit, ita ut neq; ipsa aliquid certi indicet. Quando uero cōponitur, cum dēsitate quidē dolorem, cum raritate uero utilitatis exolutionem portendit. Quinetiam si ipsam densitatē per se solam, aut raritatē in manus sumas, ipsarū neutram per se inueneris quicquā certi significantē, nisi hoc discrimen accedat, ut uidelicet cum altera quapiā respirandi difficultatis specie copuletur. Densa enim simulq; magna, utilitatis augmentū indicat. Dēsa

uero ſimulꝗ parua, organi alicuius quod cum reſpirationibus cõmouetur, dolorem. Ipſa etiã rara quæ ad deliria & perfrigerationes conſequitur, ſiquidem cum magnitudine fuerit copulata, prius ex prædictis, ſi uero cum paruitate poſterius indicat. Et ob id ſanè omnium compoſitarũ reſpirandi difficultatum, huiuſmodi coniugationes utiliſſimę ſunt, utpote & manifeſte, & cõſtanter, unam quamꝗ affectionẽ indicãtes, denſitas quidẽ cum paruitate dolorem, cum magnitudine uero utilitatis augmentum. Raritas autem cum magnitudine deliriũ, cum paruitate, utilitatis exolutionem.

19 Fiunt autẽ quatuor hæ coniugationes, differentijs actionũ iuxta magnitudinem & paruitatem, ad ceſſationum differentias permiſtis. Duæ enim oppoſitiones inter ſe permutatæ quatuor conſtituunt coniugia. Quare & hic perſpicuũ iam fit, quòd neꝗ plures neꝗ pauciores poſſibile eſt fieri ex his oppoſitionibus cõiugationes. Verum in ceſſationibus, una ſola contingit oppoſitio circa denſitatẽ & raritatẽ. In actionibus uero non ſolum oppoſitio circa magnitudinẽ et paruitatẽ, ſed etiã circa uelocitatẽ & tarditatem cõtingit. Quatuor itaꝗ etiã circa harũ permutationes naſcẽtur coniugationes, prima quidẽ denſa & uelox, ſecunda denſa ſimulꝗ tarda, tertia rara & uelox, & quarta rara ſimulꝗ tarda. Cæterũ nullũ certæ cognitionis ſignũ, ſimpliciter & neceſſario exhibẽt, quemadmodum priores quatuor, uerum hoc modo diſtinguere oportet. Siquidem multa ad denſitatẽ, pauca uero ad uelocitatẽ tranſitio fiat, tum doloris, tum utilitatis augmentũ ſignificat. Si uero uice uerſa ad uelocitatem plus, ad denſitatẽ minus, ab eo quod ſecundum naturam eſt excedit, utilitatem ſolam auctam demonſtrabit. Cõcurrit autem ad hanc reſpirandi difficultatem omnino & magnitudo, ad alteram autem ante ipſam relatam, paruitas: quare neꝗ omnino opus habebimus uelocitatis meminiſſe. Si enim coniugatio circa uelocitatem & denſitatem indiſtincta, nihil certi nobis indicat: cum uero diſtinguit ita ut uelocitas quidem in ea abundet, ſtatim etiã cum magnitudine fiet: ſi uero denſitas in ea exuperet, neceſſario cõſequentem paruitatem habet, denſa utiꝗ ſimulꝗ magna iuxta alterã diſtinctionẽ erit, denſa uero ſimulꝗ parua iuxta alterã. Sic autẽ etiã denſa ac tarda coniugatio demonſtrabitur: abundante enim denſitate, ſolus dolor indicabitur: ubi uero tantum ab eo quod ſecũdum naturam eſt excedit, quantum ſecundum tarditatem, compoſitæ diſpoſitionis ſignum erit. nam & utilitatem imminutam eſſe oſtendet, & particulam aliquam dolore afflictã. Sic uero & cum tarditas denſitatem ſuperabit, ſignũ erit diſpoſitionis iam dictæ, ſed minus tamen dolore affici oſtendet ita habẽtes, magis uero utilitatem eſſe imminutam. Itaꝗ neꝗ hac coniugatione indigemus ad prænotiones: in primis enim quatuor quas utiliſſimas eſſe dicebamus, ſigna habemus & doloris & utilitatis imminutæ. Quin & tertia cõiugatio iam dicta, rara uidelicet ſimulꝗ uelox, nihil neceſſario indicabit. coincidit autem in deli-

A rijs quibuſdam, ſiue etiam cum ipſo utilitatis augmento. Relatum autem antea eſt, ꝙ mente motorum rara penitus eſt & magna reſpiratio, uelox autem non omnino, uelut neꝗ tarda. fit enim utrũꝗ ipſorum inordinate & inæqualitater. Quando tamen coinciderit utilitatis augmentũ, tunc coguntur & multo amplius reſpirare, ꝗ̃ ſi ſolum mente moti eſſent, & iam etiã citius. Quare neꝗ hac coniugatione ad prænotiones indigemus, ea quæ per ipſam indicantur cum diſtinctione iam in primis quatuor coniugationibus habentes. Reſtabat autem adhuc quarta ſecundũ hoc genus compoſita reſpirandi difficultas, tarda uidelicet ſimulꝗ rara, quæ etiam ipſa delirijs quibuſdã coincidit, & utilitatis imminutionibus: itaꝗ neꝗ hac opus habe- B mus, nam & deliriũ, & imminutam utilitatẽ ex primis quatuor cõiugationibus perſpectã tenemus.

XXIII Porrò non ſolũ ex demonſtratione, differentiã circa uelocitatẽ & tarditatẽ non neceſſariã ad prænotiones eſſe (nam neꝗ ſi ſolã accipias, neꝗ ſi cum alijs copules, cõmoditas aliqua ex illis fit manifeſta) ſed etiam ex ipſa rei natura apparet.

20 Cum enim tria ſint principalia cauſarum genera ipſius reſpirationis, utilitas, facultas, & inſtrumenta, palàm eſt quòd, ſi repererimus ex quibus & quot reſpirãdi difficultatibus affectiones in ipſis cognoſcantur, hæ quidem nobis omnium utiliſſimæ ad prænotiones erunt, reliquas uero omnes ex ſuperpondio conſiderabimus. At uero repertæ ſunt magna quidem & denſa, utilitatis aug- C mentum, & contra parua ac rara, imminutionem ſignificantes. Delirij autem propria magna ac rara, dolorum parua & denſa. Acceſſerunt his forinſecus inæquales, quandoꝗ muſculoſi generis affectiones, quandoꝗ etiam aſperarũ arteriarum coarctationes indicantes. Facultatis autem ægrotantis, primum quidem nullum neceſſario reperitur cognitionis ſignum, ex ulla aliqua reſpirandi difficultate, cum aliter ærumnarũ expertes, aliter laboris tolerantes, reſpirationẽ forment: ſi igitur etiam ſit quippiam inæquale & inordinatũ, minime conſpicuum eſt. Et ipſas inæqualitates itemꝗ ordinis perturbationes generant imparilitates quæ circa denſitatem, & raritatem, & paruitatẽ, ac magnitudinem conſiſtunt, ultra hoc quòd per ſexcenta a- D lia animalis facultatis debilitas cognoſcatur ac innoteſcat, ut nihil nobis hac parte reſpiratione opus ſit, quorum oportuniſſima & plurima Hippocrates in Prænotionũ tradidit ſcriptis. Siquid autem relictũ eſt, facillime ex prædictis inueniri poteſt. Quòd ſiquis ipſius reſpiratoriæ facultatis ægrotantis, atꝗ in cõmuni omnis facultatis animalis, propria ſigna habere uelit, & maxime perfrigeratæ, is alarũ naſi motũ habebit, & omniũ muſculorum circa ſcapulas actionem, & coaceruatã thoracis collapſionẽ. Quãdo enim hic debilius quàm conuenit mouetur, circa inſpirationes quidẽ ſpiritus ductũ iuuant alæ naſi, externum aerem etiam ipſæ ſimul attrahentes, eodem modo quo per os aliquid attrahere uolentes, labia cõtrahimus. Rurſus uero circa expirationes, coaceruata fit thoracis

cis collapſio, non paulatim demiſſio. Dictum eſt A autem diffuſius in libris De muſculorũ motu, quatenus differat collapſio particulæ à demiſſione & laxatione: nimirũ quòd altera, facultate ægrotante contingit: altera, integra eadem & ualente. Contingit etiam amplius circa expirationes, iis qui ægram habent reſpiratoriã facultatẽ, tale quiddam. Thorax tenſionẽ, quam antea circa inſpirationes ſimul cum ſepto trãſuerſo obtinuit, omnẽ aceruatim deponit, tanꝙ repente mortificatus. Relatum eſt autẽ in libello De cauſis reſpirationis, ꝙ ſolum ſeptum tranſuerſum expirantiũ tenſionẽ exoluit, ſed non eſt idem paulatim exoluere, & aceruatim omnem deponere. Cæterũ parum quid huiuſmodi expirationibus cooperantur mediarum coſtarũm muſculi, per quorũ actiones efflatus fieri demonſtrauimus. B Talis ſanè & ob has cauſas, reſpirationis ſpecies eſt, iis qui ægrã facultatẽ habent.

21 XXIIII Porrò quod mihi adhuc deeſſe uidetur ad expletionem huius primi ſermonis, iam dicetur. Cum duplex exiſtat ceſſatio in reſpirationibus, una ante inſpirationẽ, altera ante expirationem, uter ſanè motus offendat, ceſſationẽ etiã ante ipſam, ab eo quod ſecundũ naturã habet, immutat. Duplici igitur exiſtẽte in motibus offenſione, ac duplici item in ceſſationibus, utilitatis quidem defectus ſemper diuturni temporis efficiunt ceſſationes, redundantiæ uero breuis temporis. Quare cum dixerimus denſam & magnam fieri reſpirationẽ, præ copia caliditatis in utroꝙ motu, uerus erit ſermo. Abundantia nanꝙ caloris ſecundũ naturam, inſpirationem magnam reddens, ſtatim etiam præcedentẽ ipſam ceſſationẽ breuis temporis efficit. C Abundantia uero caloris præter naturã & fumoſi, uelut expirationẽ magnã, ſic etiã ceſſationem præcedentẽ breuis tẽporis reddit. Quare magnus & denſus penitus fit ſpiritus, quando caliditatis redundarit genus, non tamen neꝙ ipſam reſpirationis particulam in magnitudinẽ, neꝙ ipſam ceſſationẽ in denſitatẽ tranſmutat. Sic etiam ſi utilitas ſublata ſit, ob caloris uidelicet imminutionẽ, ubi quidẽ innatus calor imminutus paruam inſpirationẽ reddit, etiã longa ceſſatio præcedit. Vbi uero calor præter naturam fuerit deperditus, parua quidẽ expiratio, longa uero ante ipſam ceſſatio contingit. Sæpenumero uero calor pręter naturam auctus eſt, calor uero ſecundũ naturã imminutus eſt. atꝙ ita ceſſatio ante expirationẽ diutini temporis redditur: altera uero ante inſpirationem breuis. Vtrum enim ex motibus ipſa utilitas urgebit, is præcedẽtẽ ceſſationẽ cunctari nõ permittit.

XXV Dictum igitur nunc de ipſis quantum ad præſens inſtitutũ cõmodũ exiſtit. Siquis uero adhuc hæret circa differentiã caliditatũ, hunc nõ eſt nunc tempeſtiuum de his edoceri, ſed ad cõmentarios De innato calore remittemus. Opinor enĩ ipſum (niſi penitus cõtentioſus exiſtat) omnis hęſitationis ſuæ iſtic remedia inuenturum. Quid igitur nunc demũ reſtat? Quod addi quidẽ poſſit nihil, quod non etiã prius ſit relatũ. Verũ ut prædicta in memoriã reuocemus id iam reſtat, quò uidelicet quę deinceps referuntur facile cum his cohæreant, et ſequantur, ſi breui totam ipſorũ ſummam cõplectamur. Porrò ſumma hæc ab ipſius rei ſubſtantia procedit. Oportet enim facultatis, & organorũ, & utilitatis affectiones cognitas & perſpectas habere: demonſtrauimus autem quot uniuſcuiuſꝙ dictorũ ſint affectiones, & quæ reſpirandi difficultates earum cognitionem exhibeant. Et ꝙ neceſſariæ quidem ſint quatuor cõiugationes, & ſupra has inæqualitas quinta. Reliqua uero omnia quæ reſpirationibus accidunt, tum ſimplicia, tum compoſita, ad quas cauſas conſequantur neceſſarium eſt diſcere, minime uero conuenit exiſtimare, neceſſario ea aliquid indicare, ſed ſiquid ex illis ad pręnotionem contingit, uelut corollarium habere, accuratiſſimam autem & cõſtantiſſimam ſolam eſſe differentiã, quæ in iam ſæpe dictis quatuor cõiugiis conſiſtit, atꝙ adhuc etiam eam quæ fit circa inæqualitatem.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SECVNDI GALENI DE DIFFICVLTATE reſpirationis. Vide ſuperius quæ ſcripſimus in principio argumentorum in lib. 1.

Caput 1. Quòd hic liber (quemadmodũ & tertius) expoſitio ſit eorũ quæ Hippocrates uel in libris uel in commentariis ſuis, qualia ſunt pleraꝙ in Epidemiis, de dyſpnœa ſcripta reliquit. Et ꝙ demonſtraturus ſit omnia quæ Hippocrates de dyſpnœa ſcripſit uera eſſe, remittendo ſemper lectorem ad præcedentis libri demonſtratiões, quas ſeorſim præpoſuiſſe ſe ait, ut ratione magis quàm Hippocratis autoritate lectoribus rem probaret. D Laus Hippocratis. 2. Rarum & magnũ ſpiritum deliris quotidie accidere: Sophiſtas aũt quoniam rationem eius reddere nequeant, eum omnino negare. Interpretatur Hippocratem qui in philiſcò talem reſpirationem deſcripſit lib. 1. Epidemiorum. Sileni etiam ſpiritus rarus & magnus ab Hippocrate deſcribit: item uxoris Dromadæ, de qua rurſus dicetur infra cap. 13. ut de Philiſco & Sileno cap. 12. Sophiſtarum ignorantia qui ægrotos non uiſunt, ſed domi deſidentes ſua ſophiſmata conſarcinant. Hippocratis diligentia in reſpiratione obſeruanda: & ꝙ alios etiam alibi qui ſimiliter reſpirarint deſcribat, eosꝙ omnes deliros, ut uidebitur paſſim in ſequentibus. Quòd rarus & magnus ſpiritus nihil quàm delirium ſignificet: cuius cauſa lib. 1. dicta eſt, & hic repetitur: ignorantia nẽpe & obliuio deliri, qui neſciens quando deſinere ab actione oporteat, & quando rurſus incipere, in utroque immoderatus eſt per imperitiam & obliuionẽ: ut alia etiã facienda ſtatim etiam in ipſo opere obliuiſcũtur deliri. Rarus ſpiritus & per multum tempus, idem eſt Hippocrati. Quibuſcunꝙ rarum & magnũ ſpiritũ Hippocrates tribuit, hos etiã delirare ſcripſit. Repetunt paulo ante poſitæ Philiſci, Sileni, & uxoris Dromadæ hiſtoriæ. 3. Concluſio præcedentiũ. Excuſat ꝙ propter ſophiſtas prolixior ſit. Cõtra ſophiſtam Hippocrati & Galeno ſtultiſsime illudentẽ. Quicunꝙ rarũ & magnũ ſpiritũ habent, delirant, non autẽ contra. Quamuis enim proprius hic ſpiritus delirio ſit, non tamen inſeparabilis eſt. Hippocrates de Pythione ſcribit, ꝙ quo delirauit tempore, die octauo tenuem & imminutũ ſpiritũ habuerit, qui magno contrarius eſt: & ꝙ ſecũdo die breuiſpirus fuerit: Idem autem eſt breuem ſeu paruum ſpiritum ducere. De Pythione uide & infra cap. 11. Quòd rarus & magnus ſpiritus in actione ſimul & quiete lõgus ſit: breuis ſeu paruus & imminutus, cõtra. Contra eundem ſophiſtam, Aliud eſſe propriũ, aliud inſeparabile. Sophiſtas dia-

lecticæ ignaros esse: Reciprocatio aliud quàm reuersio apud sophistas. De errore illorum qui respirationē inuoluntariũ esse opus dicunt. Hippocratis laus. Conclusio his uerbis, Omnibus delirijs magnus & rarus spiritus iuxta propriã ipsorũ rationē comes est, nisi per aliam quandam affectionē delirio maiorē, respiratio aliter alteretur. 4. Historia uxoris Dealcis dispnoicæ lib. 3. Epidemiorũ: cui uariæ & graues desipientiæ acciderunt, & die 14. spiritus rarus, magnus, & rursus breuis, & rursus 20. die breuis: die 21. mortua est: & ad finē quoq; spiritus ei rarus & magnus erat. De hac muliere uide iterũ sequente cap. & infra cap. 10. Conclusio his uerbis, Hippocrates aliquãdo magnũ & rarũ spiritum deliris fieri nouit, aliquando uero ipsius contrariũ, aliquando utrosq; in eodem homine singulatim incidere. 5. Quòd singularũ prædictarũ differentiarũ causa ab Hippocrate sit indicata: rursus aũt initium facit à Dealcis uxore, cur rarus in ea magnusq; spiritus fuerit, ostēdens. De suspirijs eorum qui in mœrore & luctu sunt, & animo curis intenti respirare negligunt, ut deliri per negligentiam & obliuionem: & quia calor eis intus colligitur ob animi affectum, magno tandem quod neglexere suspirio resarcire coguntur: in deliris uero calor non magis intrò q̃ extra mouetur, nisi quid aliud fore accedat. Quòd deliri etiam febricitent. Reuocationis uox apud Hippocratem quid: item quid per tempus apud eundem, cum scribit nonnullis spiritum magnum & rarum fuisse per tempus: ubi si suppleas per multum tempus, idem erit quod rarus & res eadem repetita: Exponendum igitur per tempus, id est per longius tempus, non continenter, sed per interualla nunc rarus & magnus, nunc alius. Ad finem quid significet Hippocrati: nempe per omne morbi tempus, siue cũ nihil aliud intercedit, siue cũ intercedit quidem aliud sed rarius: hoc modo posteriore in Dealcis uxore magnus & rarus spiritus ad finē erat, licet raro interdũ breuispira esset: Et ꝙ Hippocrates alibi etiã his locutionibus eodem sensu utatur. Axioma, Raro contingens uniuersalem sententiam non discindit. 6. De causis omnium specierum dyspnœæ circa raram & magnã spirationē, id est, cur ea deliris alijs per omnē morbum fiat, alijs nunq̃, alijs per interualla, &c. alijs eiusdem contraria. Respirationem efficit, Paruã & densam, dolor partis alicuius quæ mouetur circa respirationē: Rarã & magnã, deliriũ: Magnã & densam, augmentum caloris: Paruam & rarã, frigiditas aucta. Quæ respirationes fiant, si deliriũ uel cũ dolore, uel alia causa respirationē mutante cõiungatur, ita ut æquo obtineat, uel magis uel minus q̃ coniuncta sibi causa: idq; uel semper ex æquo, uel alio tempore magis, alio minus. 7. Hippocratē in libris Epidemiorũ eadem docere asserit in historijs ægrorũ: Et primũ de proposito librorũ illorũ, & quantũ præcellãt similibus scriptis Thucydidis. Hippocrates manifesta dicere reliquit: ideoq; in multis ægrotis non meminit dyspnoicos fuisse, ut in inflammatis circa pectus, costas, clauiculas, fauces: quos paruus ac densus spiritus necessario sequitur qualis subinde apparet quibus circa thoracem aut pulmonē aliquid est inflammatũ, præsertim intra thoracē: aut extra quidem, sed in uicinia, ut Galenus singillatim enumerat Quibus alijs præter inflãmationē coarctata tantũ aliqua respiratoria parte, paruus & densus spiritus adsit. Quòd in iam dictis omnibus Hippocrates dispnœæ, utpote omnibus manifestæ, non meminerit: Thucydides uero tanq̃ idiota idiotis scribens, manifestissimis etiã immoratur. Censura librorũ septem de morbis popularib. qui genuini Hippocratis, qui aliorũ sint aut uideãtur. Vide etiã infra paulo post initiũ lib. 3. Quòd primũ ægrotos dyspnoicos ex primo & tertio Epidemiorum libris utpote genuinis indubitato, deinde reliquis, postremo ex omnibus eius scriptis, propositurus sit: Initiũ autē facit ab illis, in quibus dyspnœæ tanquã manifestæ Hippocrates non meminit. Anaxionis

A pleuritici periphrasis: Et cur nõ uno nomine Hippocrates pleuriticũ eum esse dixerit: Nimirũ ꝙ rariora symptomata ei adfuerint, quæ singillatim enumerare maluit. (Et de more Hippocrat. uniuersale morbi nomē, itē particulares affectiones addendi uel omittẽdi) dyspnœã uero, ceu necessariã huius affectionis comitē præterijt, in septima demũ die mentionē eius faciens. Cũ enim reliqua etiam necessaria in pleuritide symptomata (lateris inquã dolor, dyspnœa, & tussis) nihil remisissent, febris uero etiã aucta esset, hoc cõmemorari ad morbi prænotionē faciebat. Symptomatũ alia necessaria, alia cõtingentia: necessaria per se manifesta sunt. 9. Adhuc de eodem Anaxione: prius aũt admonet de ordine dicẽdorũ, de quo etiã paulo supra dixit. Respirationē in Anaxione pleuritico ut difficilē, ita paruã etiã & densam fuisse per se manifestũ esse. Etsi enim die sexto habuit deliriũ, quod fortes pleuritides sequitꝛ, nõ tantũ tamē, ut eã quæ à dolore fit respirationē, paruã & densam scilicet, in
B cõtrariã uertere potuerit. Pauca adhuc de eodē: quòd respiratio ei magna raraq; futura fuisset, si cum remisso dolore deliriũ ingens eũ occupasset: id quod adolescẽti cuidã in Melibia accidisse ostẽdit (ut habet Hipp. lib. 3. Epidem.) qui passus est circa iliũ distẽtionē nõ magnã, sed laparan, id est mollē & uacuã, nõ dolorosam, atq; oblongã (cui opponitꝛ quæ ilio reuulso ab Hippocrate fieri dicitꝛ, quæ à pectore & costis spurijs occultatꝛ, utpote reuulsa ad diaphragma: ubi uero ab aliqua inferiore particula tensio fit, ea non latet, sed oblõga apparet) deliriũ autē erat ingēs, unde respiratio ei rara & magna fuit per omnē morbũ. Cõclusio: ꝙ ubi uel dolor plurimũ superat deliriũ, uel hoc dolorē, nulla respirationis mutatio ab imbecilliore facta percipitꝛ. 10. Redit ad uxorem Dealcis, de qua etiã supra cap. 4. In hac ut plurimũ perfrigerationi præualebat deliriũ, raro autē superabatꝛ: ita ut perfrigeratio absq; dolore obtineret marcescẽte insita
C caliditate: quod indicant febres ad tactũ tenues, extremorũ frigiditas, horror, mœror, potus mox uentrē penetrãs, & nihil immorans, deniq; cutis arida: rationabiliter igitur spiritus ei semper magnus & rarus ferè semper, aliquando tamen breuis intercedebat. Hæc uicesimo primo die obijt. 11. Quod Pythion lib. 3. Epidem. (de quo & supra cap. 3.) spiritũ habuerit paruũ siue breuem, contra q̃ Dealcis uxor. Cõueniebãt enim in eo dolor & perfrigeratio geminæ breuis spirationis causæ: ille quidē cũ densitate, hæc uero cũ raritate. Remittit lectorē ad ipsos Hippocratis libros legendos, eamq; ob causam quoto libro & libri parte, singula reperiantꝛ recenseri à se scribit. Repetit quædã supra dicta, & demũ concludit, ꝙ rarus & magnus spiritus ubicunq; fit, ibi deliriũ esse, nõ autē cõtra. 12. De reliquis ægris dyspnoicis numero 14. ex primo lib. Epid. Hipp. Horũ primus est Philiscus, alter Silenus (de quibus uide etiã supra, paulo post initiũ huius libri, cap. 2.) in his duobus præ
D ualente delirio spiritus rarus & magnus fuit. Tertius, quartus & quintus, minus deliriũ habuerunt, q̃ ut iuxta hoc respiratio ipsa alterari potuerit: habuerunt autē propter dolores paruũ & densum spiritũ, quod ceu per se manifestũ Hippocrates in eis nõ expressit. Sextus nõ delirauit, spiritum uero similē habuit urgente dolore. Septimus cũ quinto die iudicaretꝛ (nullũ autē deliriũ, neq; dolor prius adfuerat) sanguinē naribus emisit, trãslata illuc materia: sed plus q̃ euacuatum, sit in capite remansit, quod ipsum delirare coegit, non proprie quidē dicto delirio ex affectione morbosa, sed ex repletione, quale & ebrijs contingit: Proinde nulla de respirationis eius mutatione apud Hippocratē mentio fit, Non enim quomodocunq; delirãtibus aut ebrijs, sed solis desipientibus magnus & rarus fit spiritus. 13. Octauus ex 14. (quorũ septē in præcedente capite memorauimus) propter dolorē & inflãmationē paruũ ac densum spiritũ habuit: quod iterum Hipp. ceu manifestũ non expressit. Noni etiã ægroti qualis respiratio fuerit, Hippocrates

tacuit propter casum inopinatum & mortis celeritatē. Prorsus enim paradoxū est, hominē pridie cōsueta uitæ munia obire, deinde magnū pedis digitū uehemēter dolere, & prima die paululum subcalfieri, postridie mori. Decimus cum desiperet, propter dolores tamē magnā raramq; respirationē habere non potuit. Vndecima, uxor Dromadæ (de qua dixit etiā paulo ab initio huius libri cap.2.) cum neq; magnus dolor neq; alia affectio, ut frigiditas, prohiberet, spiritū magnū & rarū duxit, eumq; statim reuulsum, qui qualis sit lib.3. dicet̄. Tres postremi & ipsi desipuerūt, non tamē propria delirio rara magnaq; dyspnœa laborarunt. 14. De 12. ægrotis lib.3. Epid. ante pestilentē constitutionē ab Hippocrate enumeratis: Et ꝙ malit illorū etiā historias breuius q̃ antedictas recensendo, loquacior uideri: q̃ eis omissis in suspicionē uenire tanq; cum positis iam suis hactenus sententijs cōciliare eas non possit. Nos hic ex duodecim, eos tantū qui memorabile habēt, enumeremus. Secun-

A dus igit̄ cū quinq; sequentibus delirabāt quidē, sed ita ut deliriū ab alio maiore affectu superaretur. Septimo loco mulier anginosa est cum spiritu sublimi: qui qualis sit, postea exponetur. Decimo & undecimo loco, mulierculæ duæ sunt, quæ ex corruptione fœtuū male habuerunt, & uteri inflāmatione laborauerunt. Duodecimo, mulier, quæ dolores & perfrigerationem sensit, unde constat utroq; nomine breuispirā ipsam fuisse, quod tamen Hippocrates ceu manifestū præterijt. 15. De alijs 16. ægris eodē in libro statim post pestilentē cōstitutionē: in quibus omnia supra positis respōdēt, nec aliud animaduersu dignū est, nisi quod undecimo loco scribit de muliercula quæ ex mœrore in morbū incidit, dolores magnos & cōuulsiones multas passa. Scribit autem Hipp. in aphor. In febrib. spūs offendēs malū. cōuulsionē em̄ significat. Proinde oportet illi, q̃uis delirauerit, nō rarū tamē & magnū, sed propter fortiores affectiōes paruū & dēsum spūm fuisse, & simul offendēte aliquādo

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER SECVNDVS.



HIC equidē sermo expositio est eorum quæ Hipp. de respirādi difficultate dixit. Dicta sunt autē ab eo multa in multis locis, partim quidem in libris ipsi conscriptis, partim uero etiā in cōmentarijs. Pleraq; em̄ in epidemijs De morbis popularibus ab eo prodita, si non utiq; omnia, merito quis cōmentaria esse censuerit. Est igit̄ expositio uelut alicubi ueterū quispiā dixit, explicatio obscuræ interpretationis. Verū nos non hoc solum præstituros nos esse pollicemur, sed etiā ꝙ uera sint omnia, quæ ab ipso de respirationis difficultate scripta sunt, testaturos esse: non tamē demonstraturos quicq; eorū in hoc libro, sed in præcedentem remissuros esse, in quo nihil citra demonstrationē dictū est. Et ut ne quis Hippocraticæ famæ ac nomini honore habito flectatur, ac citius dictis fidē præbeat prius q̃ per demonstrationes cogat̄, primum sermonē seorsim & per se conscripsimus. Postq; uero ille ipse cum cōuenienientibus ratiocinationibus ac syllogismis absolutus est, in hoc sanē libro ipsum inuentorē ac ueluti patrē dogmatum uenerabimur. Hoc est enim iustū simulq; decens præmiū eorum qui quodcūq; tandem in uita bonum inuenerunt, ut uidelicet inuenta ipsorum non occultentur, neq; hominibus sint ignota, sed tum ipsa appareant, tum ratio & methodus quę ipsa inuenit cognoscatur. Sic enim & pro dignitate ipsos in admiratione constitui continget.

2 II Primū igitur, quod semper obseruandum ueritatis cultoribus censemus, ut nihil eorum quę manifeste apparent occultetur, etiāsi causæ ratiocinationē q̃ maxime incertā habeat, ob id ipsum sanē Hippocratē, cum in alijs omnibus, tum uero in sermonibus de respirandi difficultate uel maxime laude dignū ducimus. Rarus enim & magnus spiritus sexcentis quotidie deliris accidere uidet̄. Verū sophistæ qui eius causam reddere non possunt, (sunt autē hi, uelut antea demonstrauimus, qui respirationē inuoluntariū & naturale opus suspicātur) neq; fieri aiunt ullo unq; tempore talem difficilis spirationis speciem, atq; propterea quod

B causæ inopes sunt, inde adeo substantiam rei subuertere audent, cum non hanc, sed prauam ipsorū opinionem subuersam oportuit, & ipsa ægris accidentia obseruare, q̃d Hippocrates faciebat. Huic enim, inquit, spiritus ad finē uelut reuocato, rarus & magnus. Huic Philisco uidelicet, qui primus scriptus est, post tres constitutiones, in primo De morbis popularibus. Num igitur huic soli spiritus rarus & magnus, aut etiam alijs quibusdam, non huic solum Hippocrates factū uidit? Imò & alijs multis, & ei qui deinceps scriptus est Sileni nomine. enumeratis enim & de hoc omnibus quæ ipsi ægrotāti inciderūt, iuxta ipsum sermonis finē hæc scribit: Ab initio huic & ad finē spiritus rarus magnus. C Rursus autem in sequentibus ægris: Dromadæ, inquit, uxorem à partu & omnibus alijs iuxta rationē factis, secunda die rigor apprehendit. Deinde paululum progressus ait, Spiritus rarus magnus. Hoc igitur statim in primis diebus ita scripsit. Rursus autem de sexta die differēs, sic scribit: Sexta mane superriguit, cito recalfacta est, sudauit per totū, extrema frigida, delirauit, spiritus rarus magnus. Equidē in primo de morbis popularibus quatuor & decem ægrotos Hippocrates describens, quater rari & magni spiritus mentionē facere uidetur. At uero præclari illi sophistæ, prorsus ne uidisse quidem se ullum aliquem aiunt magnū & rarum spiritum ducentem, uerum hoc fortassis ipsis D non immerito credimus. Neq; enim aut hanc, aut aliam ullam dyspnœæ differentiā uiderūt, cū neq; ipsos ægrotos uideant, sed intus desident fraudulentas captiunculas & sophismata componentes.

III Num igitur amplius etiā alij nobis ægri adducendi sunt, de quibus in alijs Morborū popularium libris scripsit, ut magnū & rarū spiritū ducentibus? an ad id quod nunc propositū est, probandum hæc sufficiunt? Apparet enim Hippocrates cōfessione ac suffragio omniū medicorū, ad eorū quæ ægris accidunt, obseruationē, diligētissimus fuisse, & multos hoc modo respirantes uidisse. Verum in sequenti libro etiā aliorū ægrorū mentionem facere necessariū erit, qui magnū & rarū spiritum duxerunt, de quibus sanè in sequētibus libris

ipse Hippocrates scripsit: ad propositã uero nunc rem probandam necessariũ non erit, cum hæc ipsa iam sit manifesta, sed ad aliarum quarundam quæstionum in ipso de ægris sermone contentarũ expositionẽ. Quare tũc etiam fides & probatio eius rei, ꝙ uidelicet multi sic respirent, obiter augebit. Cuius igitur affectionis huiusmodi spirandi difficultas significationẽ exhibet? nullius alterius præterꝗ delirij: ob quam uero causam, in primo libro clare est demonstratum. Cõmonitionis autẽ tantum gratia, etiam nunc paucis referetur. Reuera enim propriũ desipientię symptoma est, magnam & raram, hoc est per longum tempus, respirationem facere. Quid enim plus inspirare oportebat, cum non pluri spiritu opus esset? aut per longum tempus, cum liceret per breuius? Quòd uero non pluri aere opus habeant, qui magnũ & rarum spiritum inspirant, ipsa raritas ostẽdit. Omnino enim frequentius inspirare urgerentur, si pluri indigerent. Quòd uero per longũ tempus cessent, signũ est non multo opus esse. Sed uident ambæ hæ uelut obliuiosæ actionis affectus esse. Etenim immoderatã facere spiritus attractionẽ, rursumꝗ immoderatã quietẽ, eius est qui neꝗ quãdo desinere ab actione oporteat, nouit, neꝗ quando rursus incipere, sed in utrisꝗ mensurã egreditur, ob ignorantiam cõuenientis. Quemadmodũ igitur desipientes sæpe postulata matula quò meiant, obliuiscuntur interea, & neꝗ mingant, nisi quis cõmonefaciat: sic quandoquidẽ & respiratio animale opus est, ipsis autẽ ratio læsa est, obliuiosiores tum circa actiones, tum circa ipsarũ interstitia fiunt. Ambo itaꝗ & actiones, & quietes in multo tempore facientes, hoc modo & magnitudinẽ & raritatẽ circa totã respirationẽ faciunt. Num igitur nos quidem sic dicimus, Hippocrates uero aliter sensit? aut etiã ille in Prænotionibus in hunc modũ scripsit? Spiritus magnus & per multũ tempus, desipientiã significat. Quẽ enim in primo Morborũ populariũ rarũ nominauit, hunc in Prænotionibus, Per multũ tempus dixit, pro ratione nominis mutatione facta. At uerò & in illis ipsis ægris, quibus magnũ & rarũ spiritũ fuisse ait, præter alias accessiones etiã desipientiã scribit. Et in primo quidem Philisco, hoc modo: Noctẽ inquietã tulit, nõ dormiuit, penitus delirauit. Sic quidẽ in tertię diei narratione, in quintæ uero rursus: Somni parui, sermones, deliramenta. In secundo autẽ ægro Sileno dicto, in secundæ diei enarratione, modice delirauit inquit: in tertia uero, sermones multi, risus, cantus, cohibere se non potuit. & deinde subiungens ait: Quarta per eadẽ. Et sanè quod Philiscus & Silenus delirauerint, sic meminit: uerũ in Dromadæ uxore, nam & hanc rarum ac magnum spiritũ habuisse dixit, hoc modo scripsit: Circa meridiem multum delirauit, & rursus cito parũ resipuit. Sic equidem in quinta die, deinde infert: Nocte dormiuit, delirauit. Eodem modo & quæ sexta die facta sunt describens, in hæc uerba inquit: Summæ partes frigidæ, delirauit. Sic quidẽ igitur in primo Popularium morborũ, ubi magni & rari spiritus, ibidem etiam desipientiæ mentionẽ facit. Eodem modo etiam in sequentibus libris nos cõmonefacit, nusquã magni & rari spiritus memor existens, ubi non etiam magni delirij.

3 IIII Quòd igitur huiusmodi dyspnœam in delirio factam Hippocrates sæpe uiderit circa ægrotos, & quòd omnino de ipsa in Prænotionibus pronunciarit, satis iam dictũ opinor. Confirmabit tamen nihilo minus adhuc per ea quæ deinceps referentur. Atqui iustum fuerat, non ualde multa de ipsa dicere. Verũ propter eos qui in ratiocinationibus de respirationis natura aberrarunt, siue præ cõtentionis studio impudenter quædã protulerunt, coacti sumus & nos plura quam conuenit dicere, si quomodo queamus ipsos uel nunc tandem ad meliorẽ mentẽ reuocare. Est autẽ in confesso, ꝙ nulla tinctura adeò ineluibiliter imbuit, ut affectio ad uitiosa dogmata citra ratiocinationem. neꝗ enim ullis persuasionibus reuocari possunt in ipsis connutriti, ut qui neꝗ in demonstratiuis methodis exercitati sint, neꝗ omnino aliquod ueri & falsi iudiciũ sibi cõpararint, imò pleriꝗ ipsorum neꝗ esse uelint, & hanc sapientiã odio habent. Ex horũ sanè numero quispiã ægrotũ nobis demonstrauit delirantẽ quidem, sed neꝗ magnũ, neꝗ rarũ spiritũ ducentẽ. deridens itaꝗ, imo magis impudenter cachinnans, & tum Hippocrati, tum nobis illudens abijt, neꝗ rationẽ relinquens, neꝗ audire quicquam sustinens, quamuis docturos nos promitteremus, quòd non pugnet hoc ui sum, neꝗ cum nostris dictis, neꝗ cum Hippocratis scriptis. Hic enim magnum & rarum spiritum desipientię signum esse ait, non tamen si quis deliret, hunc omnino rarum ac magnum spiritum ducere. atꝗ hoc ipsum etiam nostra dicta confitent, cum nihil adulteremus, neꝗ mutemus ex ijs quæ ille scripsit, sed expositiones tantum ac demõstrationes apponamus. Si uero tibi bone uir inquam, inuentum est, quòd omnibus deliris rarus & magnus spiritus fiat, palàm indicas te nihil Hippocratis legisse, quamuis hoc tibi uendices, ipsa cõdemnando, tanquam sanè prius legisses. Verũ ille quidem abijt, priusquam aliquid utile didicisset. Tu uero quisquis tandem hos libros uersabis, si quidem ueritatem reuera amas, Hippocratẽ audias in tertio Popularium morborum, in ægroto quopiam, nomine Pythionis, sic scribentem, in septimæ diei enarratione: Nocte turbatio multa, delirauit, nihil dormiuit. Deinde in octaua die sic: Sero rursus excalfactus est, delirauit. Et postea rursus in nona: Circa solis occasum inquietus erat, delirabat. Veluti igitur hæc audisti, sic rursus audi, qualis nam dyspnœæ species huic Pythioni affuit. Cognosces enim quòd neꝗ rarum, neꝗ magnum spiritum duxit, quamuis delirus esset. Mentionem igitur fecit Hippocrates difficilis respirationis quæ ipsi accidit, bis per totam narrationẽ, tum circa secundam, tum circa octauam diem. Verum de octaua die prius apponam, in qua & delirasse, & difficulter respirasse hominem ait, sic scribens: Octaua mane quidem parum dormiuit; statim

tim frigiditas, uocis interceptio, spiritus tenuis & imminutus, sero rursus excalfactus est, delirauit. Cōsequenter igitur hic cōplexus est, ac scripsit simul cōmiscens, & q̄ spiritus ipsi tenuis erat ac imminutus, & q̄ in una & eadē octaua die delirauit. Nū igitur iam per Iouem manifestū est, q̄ non in omni delirio Hippocrates rarū ac magnū spiritū fieri ait? Nisi sane putas bone uir, imminutū nihil à magno differre. Si enim hoc putas, manifestū est quòd neq; imminuere quid sit nosti, & idem esse putas q̄d augere. Ne igit à nobis talia discas, sed ad eos qui primas literas ac elementa docent eas. Cæterū uelut elemēta nō didicerat ille, significatiōis uerbi imminuere ignarus, sic neque Hippocratis scripta legerat. Omnino em̄ sexcenties in ipsis reperisset, & imminuere, & imminui, & imminutione, circa oēs ferè numeros & genera & casus ubique inclinata, & cōtrariū uerbo augere & augmēto significātia. Quare etiā imminutus spiritus contrarius utiq; fuerit aucto. Quemadmodū igitur auctus magnus, sic imminutus paruus est. Sic igitur & cum diem secundā enarrat Pythionis, Breuispirum ipsum appellat. Breuis enim spiratio & actionem, & quietem ipsam breuē fieri indicat, quemadmodum longa spiratio cōtrà, ambo esse producta. Atqui etiāsi alterum ipsorū indicaretur, tamē etiā sic in cōfesso esset, quòd nō omnibus delirantibus magnus & rarus spiritus fieret. Rarus enim & magnus iuxta ambo longus est, & actionem uidelicet & quietem. Breuis uero spiratio omnino iuxta ambo ipsa breuis, quemadmodum etiam tenuis & imminutus spiritus, breuis omnino existit.

V Ipse itaq; Hippocrates manifeste nouit, nō omnibus deliris necessariū esse spiritū magnū & rarū. Nec uero pugnat hoc cū pronūciato de eiusmodi spirandi difficultate lato: rarus enim & magnus spiritus proprius est delirij, & propterea necessario ipsum significabit. Nō tamē si quis delirat, necessario magnū & rarum spiritū habet. Neq; enim inseparabilē, sed propriū esse diximus delirij rarum & magnū spiritū. Quemadmodū esse geometrā, esse architectū, esse philosophū, esse rhetorem, & sexcenta alia, quæ singula nulli alij adsunt animali, præterq; homini soli, & ob id propria ipsius esse dicuntur, non tamen inseparabilia, quemadmodū est ratiōale. Neq; enim quicquid proprium est, statim etiam est inseparabile. Quemadmodū aūt hæc nos reprehensa ab ipsis dialectica docuit: sic etiā q̄ tale pronunciatum, Si magnū & rarum spiritū ducit, delirat, neq; idem est quod hoc; Si delirat, magnū & rarum spiritū habet, neq; necessarium est ambo simul esse uera. Non enim reciprocant hæc inter se mutuo, sed solum reuertunt. Sicut igit̄ nemo Olympia uincere potest, nisi prius multo tempore sit exercitatus: sic neq; in ueritatis sermonibus clarus euadet, qui non didicerit etiam horum luctas. Et quemadmodū ne cadere quidem decēti habitu sciunt luctæ penitus rudes, sed aliquādo ad terram supini prostrati, & tenent, & strangulant, & nō dimittunt uictorē: eodē modo artis sermocinādi rudes sæpe manifeste turpis- A simo casu lapsi, tantū abest ut uerecundetur, ut etiam uicisse se existimet. Quemadmodū etiam hic qui delirantē nobis demōstrauit paruū spiritū ducentem, atq; inde per hoc uisum Hippocratis sententiā redarguisse se existimauit. Hic itaq; turpissimo casu lapsus, putauit tamē se nos prostrauisse. Quomodo enim nō turpissimus hic lapsus est? cū simul inueniretur nihil ex scriptis Hipp. legisse, & ob id putasse illius scripta uana esse: simulq; nihil intelligeret ex illius dictis, sed obaudiret, & idem esse putaret, magnū & rarum spiritū delirij esse signum, & ad deliriū omnino dictam dyspnoeā sequi. Deinde quid miri est in curandi ratiocinationibus cæcutire eos, qui tam parua nō cognoscūt? Verū hęc parua ex alijs itidem paruis dependent, B quorum item nihil pensi habuerunt. Etenim ignorare quæ facultas respirationis actionē gubernet, principium est huiusmodi errorum: ignoratū est autem illud, propterea quòd ante ignoratum fuit, unde propositiōes exquirere oporteat ad demonstrationes. Qui enim circa hoc luctæ genus aut inexercitati fuerint, aut penitus rudes, eiusmodi casus incurrunt. Demōstratum etiam nobis in alijs est, & maxime in secundo De motu musculorum, quòd hi qui respirationē inuoluntariū opus esse dicunt, ex eo quòd non potuerunt à substantia ipsius rei propositiones ad demonstrationē exquirere, sed alia ut contingentia & accidentia prout occurrerunt, secuti sunt, in errorem inciderunt. Verum Hippocrates ipsam rerum naturam cōtuitus, C & alijs ut contingentibus contemptis, in uniuersum constanter pronunciauit in prænotionibus: Spiritus magnus, & per multū tempus, deliriū significat. particulatim uero per apparētia in morbis, sermonem extremis ad rei certitudinem experiētijs factis, examinauit ac approbauit. quas opinor admirabitur, qui dictis animum aduertere uelit. Discet enim quòd omnibus delirijs magnus & rarus spiritus, iuxta propriam ipsorū rationem comes est, non omnibus deliris, sed illis tantum qui non per aliam quandam affectionem delirio maiorem, respirationem habent aliter alteratam.

4 Concedatur autem mihi ut prius unius ægrotæ fœminæ apponā enarrationem, quæ in tertio Morborum popularium est cōscripta, ad iam D relata demonstranda, & ad ea quæ nunc proposita sunt, inueniēda. Auspicatur itaq; de ipsa sermonem hoc modo: In Thaso Dealcis uxorem quę in Leio decumbebat, febris cū horrore acuta ex mœrore corripuit, Ab initio autem contegebatur, & ad finem semper silens palpabat, uellebat, scalpebat, pilos legebat. lachrymæ & rursum risus. non dormiebat. à uentre irritatio, nihil prodibat. parū cōmonita bibebat. urinæ paucæ, tenues, nihil substans habentes. febres ad manū tenues. extremarum partium frigiditas. Nona multū delirabat, & rursus sedata est silens. Quòd igitur ab initio & ad finem hæc ipsa desipuerit, didicimus. Neque enim una desipientiæ species ipsi accidit, neque uulgaris, sed multæ & fortes, partim silenti, partim loquenti, & partim cū lachrymis, partim cum

A risu. Audiamus autem deinceps ex Hippocrate, qualis dyspnoeæ species ipsi oborta sit, scribit autem sic: Decimaquarta spiritus rarus, magnus, per tempus, & rursus breuispira. Hic equidem rursus manifeste per oppositionem dicta est breuispira, ad eam quæ magnum & rarum spiritum habebat. & nullus sane amplius, etiã si omnino sinistimus nobis sit, dubitauerit de eo quòd nõ omnibus deliris Hippocrates raram & magnam respirationẽ fieri dixerit. Itaq; in una & eadẽ fœmina utriusq; difficultatis spirandi ex ordine commeminit, & paululum progressus amplius sic scribit: Vigesima sermones multi, & rursus sedata est, uoce destituta, breuispira. Deinde ubi dixit, uicesima prima mortua est: ad finem totius sermonis hæc addit. B Huic ad finem spiritus rarus, magnus, omnino nihil sentiebat, semper contegebatur.

VI Manifestum igitur est ex omnibus quæ retulimus, quòd Hippocrates aliquando magnum & rarum spiritum deliris fieri nouit, aliquando uero ipsius contrarium, aliquando utrosq; in eodem homine singulatim incidere.

5 Et sane me tibi demonstraturum esse confido, si modo mentem adhibueris, & nõ quasi aliud agens supina aure dicta hauseris, in ipsis quos descripsit ægris, singularum prædictarum differentiarum causam ab ipso esse indicatam. Initium autem faciã à postrema nobis adscripta ęgrota Dealcis uxore, in qua omni cõpleto sermone, deinde uelut consueuit, breuiter contenta capita recolligens hæc scribit: C Huic ad finem spiritus rarus, magnus, omnino nihil sentiebat. Etenim quod dicit, omnino nihil, etiam respirationis utilitatem comprehendit, cuius itidem diutius negligẽs erat, proprerea ꝙ nihil sentiebat: & quum per hoc magna quies ac cessatio perficeretur, rarus spiritus reddebatur: nimirum tunc primum ad actionem uoluntate concitata, quãdo prope perniciem & suffocationem peruenit. Quemadmodũ autem hæc fœmina nõ sufficienter bibebat: parum enim inquit cõmonita bibebat: sic neq; respirabat priusquã à uiolentia circa suffocationem admoneretur multo uehementius pungente ac stimulante, & ad actionem excitante, quàm hi qui ad bibendũ commonent. Vbi uero iam respirare cœpisset, reuocabat nihilo minus omnem priorem defectum per D magnitudinẽ actionis, Similiter ut hi qui in mœrore & luctu suspirant. Verum illi quidem ob duplicem causam hoc faciunt, tum quòd circa curã, ob quam tristantur, conuersantur, & ob id rarius ac minus respirantes per multas ex ordine actiones, deinde à defectu coacti, omnem ipsum semel explere coguntur: tum amplius etiam propterea quòd circa mœrores, & spiritus, & calor intus mouetur. In eiusmodi uero dispositionibus, latẽter & paulatim multus calor in alto coaceruatus, ubi primum hominem molestarit, necesse est amplius respirare. Verum in affectionibus delirantium, necessitas quidem à prima causa consimilis est, à secunda uero nõ itidem existit. Neq; enim intrò magis quàm extra his calor mouet, nisi fortuito alia quædam accessio fiat. Differũt autẽ & febricitando deliri ab ijs qui alias mœrore affecti sunt. Atqui & ipse Hippocrates reperitur in ipsis reuocationis uocabulo esse usus, quemadmodũ alibi & de Philisco loquens, huic spiritus ad finem uelut reuocato. Quid igitur tandẽ est quod ait, Per tempus? nam certe & hoc iustum est exponere. Siue enim deest, Multum, ut idem sit quod in prænotionibus dictum est, Spiritus magnus et per multum tempus desipientiã significat. Verũ si hoc est, bis consequenter idem dictum fuerit, tum in Dealcis uxore, tum in adolescẽte in Melibia. Scribit enim in utrisq; consimiliter, spiritus rarus, magnus, per tempus. Siue multum, apponaẽ, quod dictum est tale fiet. Spiritus rarus, magnus, per multum tempus, & bis dicetur utiq; rarus. Nequaꝗ igitur particulam Multum deesse putandũ est, aut certe nõ sic deficere uelut nunc diximus, sed aliter & iuxta alium modũ, ut sit quod dictum est tale: Spiritus magnus, & rarus, non cõtinenter, neq; ex ordine cõsequenter, sed per longius tẽpus. Si enim continenter & consequenter omnes respirationes contingeret fieri magnas & raras, nõ apponere oporteret huiusmodi respirationibus, Per tempus, sed simpliciter scribere, spiritus magnus & rarus. Si uero plures quidem respirationes non fierent magnæ & raræ, coinciderent autem aliquę paucæ huiuscemodi, tunc sane non simpliciter spiritum rarum & magnũ dicere oporteret, sed Per tempus apponere: aut etiam cum hoc pugnat quod in Dealcis uxore dictũ est, in fine totius sermonis. Huic enim inquit, spiritus ad finem rarus, & magnus, ut qui superius dixerat in decimaquarta die: Spiritus rarus, & magnus, per tempus. Manifeste enim quod nunc, Per tempus, hoc in sequentibus, Ad finem, dixit. Quid est igitur Ad finẽ? id uidelicet quod usq; ad finem per omnem morbum contingit. Verum cum hoc pugnare uidebitur, quod in decimaquarta die est dictum: Spiritus rarus et magnus per tempus, & rursus breuispira. Quomodo enim si per omne tẽpus magnus et rarus erat spiritus, etiã rursus uox Breuispira adscripta est? Siquidẽ enim omnino aliquod tempus fuit, in quo breuispira erat, non penitus longispira erat, At uero quòd penitus uelit ipsam longispiram factam esse, tametsi non per hæc uerba in decimaquarta die, uerum in fine utique, cum ait Ad finem, manifestum redditur, ac omnes hoc ipsum confitebuntur, qui Hippocratis dictionem audire sunt assueti. Neq; enim semel aut iterum, sed ualde frequenter reperitur apud ipsum, Ad finem, neq; in alio ullo usurpatum, quàm ubi per omne tempus indicare uelit. Quare hoc dubium penitus manet, siue hoc ipsum, Ad finem, per multum tempus significare suspicemur, siue aliud quicquam. Imò sanè neque dubium est, sed frustra nosipsos calumniamur. Non enim dissecat id quod raro incidit, in ullo aliquo eorum quę sic dicũtur, sententiam in uniuersum prolatam. Quemadmodum si etiam sic diceremus: Huic fœminę per omne quidẽ tempus magnus & rarus erat spiritus: incidebat tamẽ

aliquando

aliquando rarenter spiratio breuis. Quòd uero huiusmodi sermo ipsi Hippocrati sit familiaris, cum ex alijs libris ostẽdere licet, tum ex ipso tertio Popularium morborum, in quo etiam hæc ægrota conscripta est. Pestilentem enim constitutionem enarrans, sic sane incepit: Annus austrinus, pluuiosus, sine flatibus ad finem. & paululũ progressus ait: Etesiæ parui dispersim spirarunt. Verum ob hoc ipsum Sine flatibus annum dixit, quòd neque alij quidã uenti, neq; qui Etesiæ appellantur, continenter & memorabiliter spirauerũt, sed parui & dispersim. Rursus porrò Apollonium in Abderis decimum tertium ab hac constitutione scribens, postquam de omnibus circa morbum ipsius diebus recensuit, ad caudam totius sermonis apposuit, Delirus ad finem. Atqui paulo supra de ipso scripserat hæc uerba: Circa uigesimam quartam per lenitudinem alia quidem in eodem statu, parum autẽ resipiebat. Verum non sufficiens erat ipsum parum resipuisse, ad hoc ut totam de ægroto prolatam sententiã subuerteret, & ob id rectè dixit, Delirus ad finẽ, hoc est usq; ad finem, quod idem ualet quod, per omnem morbum.

6 VII Iam igitur tandem finem sermoni imponere oportet, ꝙ Per tempus, nõ idem est quod, Ad finem. Et quandoquidẽ hoc demonstratũ est, causam deinceps referemus, ob quã aliquibus deliris rarus & magnus per omnẽ morbũ fit spiritus, aliquibus uero nunquã, & quibusdã per longius tẽpus, raro intercidẽte aut simpliciter diuerso, aut etiam cõtrario. quibusdã uero uice uersa, raro quidem magnus & rarus, sæpe uero aut cõtrarius, aut quoquo modo diuersus, quibusdã uero ex æquo uterq;. In memoriã itaq; & hic reuocemus ea quæ in primo libro sunt demonstrata, De simplicibus affectionibus. Dolorẽ etenim solũ, in aliqua particula quę circa respirationes mouetur factũ, paruã & dẽsam efficere uniuersam respirationẽ demonstrabatur. Deliriũ uero solum contrariã illi ipsi, raram uidelicet & magnam. Augmentum aũt caloris, magnam & densam. Et contrariã ipsi frigiditatem, paruam & raram. Si igitur à solo delirio respirationis ornatus et integritas cõfunditur: magnus & rarus erit spiritus penitus. Si uero solo dolore: paruus & densus. Si uero ambo cõcurrant, & dolor uehementer obtinuerit: obscura omnino alteratio ex delirio erit. Si uero moderatus fuerit dolor, aut plus quidẽ ex dolore, minus uero ex delirio: respirationẽ alterari continget, aut uice uersa, aut æqualiter iuxta utrũq;. Neq; eñ deliriũ ualde perfecte demoliri potest alterationẽ quę fit ex dolore, præterq; si ipsum ualde sit magnum & uehemẽs, dolor uero paruus & obscurus. At uero dolor ubi fortis fuerit, perfecte euincit respirationis difficultatẽ quę ex delirio induceret, ut in totũ ne cõpareat quidẽ. Sic etiã si cum alia quapiam affectione deliriũ complexũ sit, respirationis speciem interdum aliam efficiet, secundum quod aut superat, aut superatur, aut æqua potentia prædita sunt, aut nunc quidẽ (si ita contingat) superat, rursus uero in alio tempore morbi superatur.

A 7 Demonstrabimus igitur quod etiam hoc ipsum in libris Morborum populariũ docet, per conscriptos in ipsis ægrotos. demonstrabitur aũt euidẽter & manifeste, ubi prius parũ quiddam de Hippocratis uoluntate ac proposito præfati fuerimus. Existimant enim ueteres omnia quæ ægris contingunt ipsum conscribere, uelut Thucydidẽ. Verum res non ita habet, sed hoc ipsum est in quo uel maxime cõtraria sunt Hippocratis & Thucydidis scripta. Thucydides enim omnia scribit etiã idiotis nota, nihil ipsorum penitus prætermittẽs. Hippocrates uero pauca ex ijs quæ ad ipsam affectionem pertinent, circa quã ægrotus est periclitatus: multa uero alia ab idiotis quidem neglecta, artificiosam uero & exactam cognitionẽ exhibentia, B & quæ etiã optimos medicos sæpe latere possunt. Ille uelox in interpretãdo, & nihil quod non magnopere iuuet scribendũ sibi ducẽs, uidebitur tibi rursus propria mente emoueri, quando etiam quæ penitus nõ sunt facta ægro scribit, hoc ipsum insuper indicans ꝙ non sint facta. Hic uero etiam ex factis plurima relinquẽs, minime uidebitur in non factis tempus terendo delirare: uerũ si meditatus fueris ob eandem causam tum illa relinqui tum hæc scribi, tunc sanè opinor teipsum esse admiraturum: neq; enim uulgaria, neq; quę quilibet medicus assequi queat, hic scripsit. Demõstratum est aũt de his nobis, tum in alijs multis libris, tum in his qui sunt De Hippocratis dissectiõe scripti, nec minus etiã in ijs qui de Thucydidis peste. Ho C rũ igitꝰ memor, haud difficulter intelliges ea quæ dicentur. Demonstrabo enim (quãuis præter opinionem hoc esse uidebitur) multos difficulter spirantes esse in morbis popularibus conscriptos, uerum Hippocratem nihil de difficili ipsorum respiratione dixisse, propterea quòd manifesta erat, & omnibus medicis conspicua. Si enim aut pectus, aut costas, aut locos circa clauiculas, aut fauces, alicui inflãmari contingat, & ob id paruus ac densus spiritus necessario sequatur, uelut in priore sermone est cõmonstratum, Hippocrates neq; difficilis respiratiõis speciẽ, neq; prorsus ꝙ difficulter spirãs factus est, scribere dignatus est. Multam enim & frequentem huiusmodi dyspnœæ speciem quotidie ferè uidere est & in peripneumonicis, & D pleuriticis, & in angina, ac simpliciter in omnibus quibus aliquid circa thoracem ac pulmonem est inflammatum. Quin & ad hepar inflãmatum, & præsertim gibbam eius partem, & ad splenem inflammatum, & maxime ipsius caput, itemq; peritonæum, membranam, aluum ac intestina omnia amplectentem, eiusmodi difficilis spirationis species cõsequitꝰ. Imò etiã quibus uenter inflãmatus est, & magis si os & stomachus ipsius, & quibus pellicula aliqua, aut musculus circa pręcordia, aut ipsum adeo septũ transuersum, his omnib. paruus & densus fit spiritus. Sæpe uero etiam intestinum aliquod gracile, & maxime quę iuxta ieiunũ sunt, & supernę coli partes, maiori inflãmatione correpta, adeo difficilẽ spirationẽ induxerũt. Per inflãmationem aũt nunc intelligendus est durus, & calidus

lidus, & dolens tumor, quemadmodũ & Erasistratus uocare cõsuetudinẽ habet, & recentiores medici omnes, quandoquidẽ ꝙ ueteres Græci phlogosin id nominauerint, quod hodie phlegmonẽ, hoc est inflammationẽ dicimus, nemo ferè ignorat. Demonstratũ est autem in libro hũc præcedẽte, ob quid hydropicis, & ijs qui se aut potu, aut cibis supra modum expleuerunt, & prægnantibus, & qui prominentẽ uentrem habent, paruus & rarus fiat spiritus, & uniuersim loquendo, omnibus quibus aliquod respiratoriũ organũ coarctatur. Sic enim & anhelosis, & pulmonarijs, & suppuratis, & quibus spina dorsi magnopere distorta est, aut alius quispiam tumor memorabilis in quacunque prædicta particula existit, necessarium est paruum & densum spiritum ducere. Hi igitur neque uulgares quidẽ medicos latere possunt, sicut neq; affectiones ipsorum, ad quas necessario sequitur spirandi difficultas. Nã & affectus manifesti sunt, & species dyspnœæ euidens est, & plerisq; tãtum non quotidie contingit. Verum quòd Hippocrates nihil ex tam manifestis scribat, sæpe demõstratum est. Thucydides equidẽ quæ circa ægros contingunt, uelut idiota, idiotis cõscripsit. Hippocrates uero ut artifex artificibus.

§ VIII Dicamus igitur iam etiam ipsos difficulter spirãtes ægrotos, in quibus nõ dignatus est nõ solum non speciem difficilis respirationis, sed neque ipsum hoc solũ simpliciter dicere, quòd difficulter spirauerint. Quãdo uero septem sunt ex toto morborũ popularium libri, & ex his septimus manifeste spurius esse omnibus uidetur, immo & recentior ac subornatus. Quintus uero nõ magni Hippocratis Heraclidæ filij, sed iunioris filij Draconis. Secundus uero ac quartus, & sextus, ab aliquibus Hippocratis filij, ab alijs uero ipsius Hippocratis esse putantur, non tamen ut conscriptos libros, neq; ut Græcis inuulgandos, sed commentarios potius esse. Quibusdam uero qui mihi exactius librorum uim expendisse uidentur, à Thessalo conscriptos esse quinq; libros uidetur, uerum duos esse magni Hippocratis, & ob id sanè inscriptos illos esse, libri ex parua tabella, Thessali uidelicet, qui omnia quæ pater ipsius scripserat, in idẽ coaceruare studio habuit, quò nihil deperiret: solos autem reliquos ex his septem libris, Hippocratis magni esse ferè omnibus confessum est, nempe primum & tertium. Proinde rationi consentaneum mihi uisum est, primum eos ægrotos qui in his libris conscripti sunt, in manus sumere, postea uero etiam eos qui in alijs morborũ popularium libris proditi sunt, ipsis statim annectere, prout sermonis progressus hoc ipsum sibi peculiariter postulauerit, imò etiam quæcunq; in alijs ipsius scriptis de respirandi difficultate sunt dicta. Et sanè primi omnium Anaxionis mentionem faciemus, quem uelut ipse ait, febris acuta apprehendit, lateris dextri dolor continens, tussiuit aridas, neq; expuit primis diebus. Et primum utiq; hoc ipsum demonstrabimus, cur tandem cum breuiloquus sit Hippocrates, licuissetq; ipsi per unum no-

A men, quòd pleuriticus erat Anaxion dicere, sic relatis accessionibus quę ad hoc nomen coincidere solent, per illas ipsas magis dignatus sit facere de ipso enarrationem. Neque enim aliàs hunc morem habet, sed penitus cõtrarium, ut uidelicet ad unum nomen & caput, partialia semper reducat. Neque uero uerisimile est nunc eum fortuito sic scribere, qui neq; unum aliquod temere scribat. Quæ est igitur causa? Singulorum morborum accessiones partim necessario, partim cõtingenter, & ut plurimũ existunt. Earum quæ necessario existunt, plures sunt differentiæ, quędam sæpe uidentur, & ob id naturæ morbi proprie esse creduntur. Quædã ualde raro, & propter aliquod præcipuũ quod priuatim coincidit. Hippocrates igitur cum

B consuetæ species accessionum extiterint, tunc sanè solo uniuersali morbi nomine cõtẽtus est: cum uero aliquid ex raris incidit, post uniuersalem & cõmunem totius morbi appellationem, statim illum ipsum discriminat. Quòd si plures aliquando conspiciat affectionum species, quę singulę supra cõmunem & consuetam naturam propria discriminatione opus habent, tunc uniuersale quidem transgreditur: enumerat autem statim singula partialia, tãquam sanè ex his etiam illud manifestum fiat. Pleuriticis itaque necessario accedit & lateris dolor, atq; hic cum febre, & respirandi difficultas, & tussis. Neq; enim possibile est pleuriticum esse, cui non omnia hæc adsint. Verũ efferri quicquam ex inflammatis partibus unà cum tussi, non qui-

C dem necessarium est, ut plurimum tamen contingit. Sic uero etiam eorum quæ efferuntur species subrubra, aut subflaua, aut spumosa existit. Quemadmodum autem in iam dictis, aliud consuetum, aliud peregrinũ est: sic etiam in ipsis quæ necessario coincidunt, aliquæ species sæpe, aliquę raro uidentur. Hippocrates itaq; in proposito nunc ęgroto Anaxione, postq; particulares affectiones discriminatione indigebant, ut quæ rarioris speciei essent, quibus ipsis distinctis pleuriticis accessionum concursus manifeste cognobilis redderetur, superuacaneum existimauit scribere, quod omnino citra conscriptionem erat intelligibile. Febris enim, inquit, acuta apprehendit, & dextri lateris dolor cõtinens, & tussiuit aridas, tussiculas uideli-

D cet. Non solum igitur ꝙ febris fuit, sed etiã qualis. nam didicisti. acuta enim, inquit. & non solum ꝙ lateris dolor, sed etiã qualis, nempe continens: & non solum ꝙ tusses, sed etiam quæ, & quales, nimirum aridæ, neq; quicquã expuentes. In eodem autem hoc sermone didicisti, quòd pleuriticus fuerit hic homo. In nullo enim ex omnibus morbis prædictarum affectionũ cõcursus adest, præterquam in pleuritide. Per unum itaq; sermonem, et ꝙ cum pleuritide cõflictatus sit homo, & qualis hæc ipsa fuerit, ostensum est. Quando uero respirandi difficultas necessario pleuritidem sequitur, de hac scribere reliquit, neq; ꝙ ægre spirauit hic homo dixit. si quidem enim & de hac quicquam peregrinum ac rarũ quod diceret, habuisset, nõ utiq; tacuisset. cum uero, uelut uerisimile est, cõsuetam speciem

seruaret, rationabiliter eam reliquit. Quemadmo A dum autem hæc reliquit, sic alia adscripsit, quæ neq; necessario pleuriticis adsunt, neque ut plurimū, neq; ex dictis intelligi possunt. Inquit enim, siticulosus, uigilans, urinæ autem coloratę, multę, tenues. deinde inferens: Sexta delirus, ad calfactoria uero nihil remittebat. Hæc omnia neque necessario pleuriticis adsunt, neq; contingenter, seu ut plurimum. Si uero & septimæ diei audiueris enarrationē, adhuc manifestius cognosces uoluntatem uiri. Habet autem hoc modo: Septima dolorosa, febris enim se extendit, & dolores non remiserunt. tussesq; infestabāt, ac difficulter spirans erat. Hic sane difficilis spirationis mentionem fecit, cum hominem male affligi collectionem faceret, inter alia etiam ipsam recensens, cum neq; ea B quæ à principio ipsi coinciderant, sedata essent, neq; remisissent. febres enim etiam insuper se extendisse ait. Reliqua uero tria mala (quatuor enim sunt quæ pleuriticarum accessionum concursum perficiunt) in eodem statu permanere ait, dolores uidelicet, tussesq;, ac difficilem spirationem, ab ipsa morbi substantia colligens, ac ratiocinationem faciens hominem dolorose habere, ac affligi. Si enim ex affectionibus ipsum morbum constituentibus, quatuor numero existentibus, tres quidem eodem modo habentes, permanent, quarta uero etiam peior redditur, omnibus manifestum est, quòd homo male habuit. Quare palàm uides, quòd difficilis spirationis mentionem propterea fecit, quòd ea opus sit ad constitutionis morbi prę C notionem, aliàs ipsius haudquaquā mentionem facturus. & ob id primum hunc ægrum ex omnibus in manus sumpsi, ut ostendam quòd non male nunc difficilis spirationis mentionem faciat, de qua in principio nihil dixit, quando neq; in totum ea opus erat. Si enim mentem adhibueris ad ipsam dictionem, inuenies ipsam hoc indicātem, Septima inquit, dolorosa. nam & febris se extendit, inquit, & dolores non remiserunt, tussesq; infestabant, ac difficulter spirans erat. Hic enim, uelut dixi, unum quidem malū extensum esse ostendit, reliqua uero manere in eodē statu. Nam quod ostendit per hoc quòd, non remiserunt, dixit: id ipsum etiam in reliquis, tussiculis uidelicet, & difficili spiratione, ex communi intelligere oportet, D cum familiarissima sit eiusmodi interpretatio, nō Hippocrati solū, sed & alijs ueteribus fermè omnibus. Sicut enim dolores nihil remiserūt, sic etiā tusses infestabant, eodem modo scilicet, nihil remittentes, & difficulter spirans erat eodem uidelicet modo, nihil remittēte difficili spiratiōe. Quin & ipsa uox, Erat, indicat similiter ut prius. Neque enim difficulter spirans fiebat dixit, quamuis dicere potuisset, et magis utiq; quàm omnia alia dixisset: si circa septimam tandem hæc affectio insuper accessisset, & prius non fuisset, sed nec accedebat uidelicet. Omnino enim à principio ipsam cum alijs consistere oportebat. Recte itaq; Hippocrates docuit, in principio quidē enarrationis ipsam relinquens, postea uero eius mentionem faciens.

9 At uero in alijs multis ægrotis sicut in principio reliquit, sic neq; in progressu sermonis difficilis spirationis mentionem facere uidetur. Cæterum omnes ipsos deinceps adscribam, tum qui in primo morborum populariū, ut dixi, tum qui in tertio sunt conscripti, ubi prius apposuero quæ desunt adhuc expositioni in præscriptum ęgrotum. Quemadmodum igitur quòd difficulter spirans erat, ex ipsa morbi natura cognouissemus, etiamsi non postea ab ipso Hippocrate dictum esset, Sic etiam quòd difficilis spirationis species ipsi parua ac densa fuerit, non obscurum est, etiamsi Hippocrates nō scribat. Velut enim quòd pleuritici difficulter spirant apparet: Sic etiam quòd paruam ac densam spirationem habent. Diximus autem antea quod Hippocrates nihil eorum quæ etiā alijs manifeste cognoscuntur scribat. Atqui etiam delirauit hic homo, dicit igitur sic de ipso. Sexta delirus. Sed quidem non ut accessio natura sua animum percellens, sed ut affectus accessorius ad fortes pleuritidas, non sanè alterationem ex dolore superaturum erat, neq; per seipsum difficilis respirationis speciem formaturum. Verum dolor in latere fortis existēs per seipsum omnino respirationem alteraturus erat. Si tamē ut ita supponamus, dolor obscurus fuisset, delirium uero uehemens, omnino sanè aut perfecte delirium dolorem superasset, aut certe ut plurimum: atq; ita per omnem utiq; morbum talis ægrotus magnū & rarum spiritum duxisset, aut plurimum quidem hunc, rarenter autem paruū & densum, & hoc Hippocrates penitus significasset, uelut in adolescente in Melibia. huic enī distentio quædā submollis circa præcordium erat, sed & magnopere desipiebat. Scribit itaq; de distentione quidem sic. præcordij distentio submollis, oblonga ex utrisq;. De desipientia uero sic. In decima die delirauit sensim, in decimaquarta die multum delirabat, in uigesima furiebat, inquit. Sola itaq; uox, furiebat, sufficiens est ad delirij magnitudinē indicandam, sed & ꝙ moderatus est ac taciturnus adolescens, non parum magnitudinem delirij auget: siquidem sanè & in Prædictionum libro, responsiones temerarias, nedum deliria ipsa, malas esse ait in moderatis. Neq; enim alterius rei gratia in decimæ diei enarratione, ea quæ ad mores adolescentis pertinent adscripsit. ut uero ne putaremus, propterea quòd scriptum est, Delirauit sensim, simplex quoddam & uulgare esse deliriū, ob id sane infert, erat autem moderatus & taciturnus; per quæ omnia uehemētiam delirij indicauit. At uero distentionem circa præcordium ex utrisq; lateribus, fortassis putauerit aliquis paruum ac densum spiritū efficere. Verum per ea quæ de ipsa scripsit, rationabiliter ostēdit ipsam à delirio uictam esse. neq; enim simpliciter dixit, erat autem circa præcordium distentio, sed apposuit, submollis, ostendens quòd non fuerit cum magno tumore. Molle enim quod hoc loco Hippocrates Laparon dixit, uacuū significat. Ex eo uero ꝙ, oblonga, dixit: cōtrariū ostendit ei ꝗd ipse sæpe dicit, pręcordio reuulso. Cū enim à se

pto transuerso tenditur, tunc quidem reuellitur,
ac totum occultatur, ad thoracem tractum. Cum
uero ab aliqua infra sita particula, tūc sanè oblon-
ga ipsa tensio apparet. Nō est enim quicquam an-
te situ quod ipsam occultet, uelut in thorace sunt,
tum costæ spuriæ, tum ipsum pectus. Non solum
igitur ex his palàm est, quòd parua omnino fuerit
affectio circa præcordium ad difficilis respiratio-
nis generationem, sed & ex eo quòd Hippocra-
tes de ipsius dolore nihil adscripsit: non taciturus
siquidem dolorosum fuisset, cum hic ipsi mos sit,
ut nihil eiusmodi rerum negligenter prætereat. Si
quidem igitur hæc ipsa omnino erant parua, neq;
enim tumor aliquis magnus erat in ipso, neq; do-
lor, neq; septum transuersum premebat, sed secun
dum uentrem totum extendebatur, delirio uero
contrà nihil deerat quo minus & maximū & gra-
uissimum esset, pro ratione utiq; ab ipso penitus
superata est affectio circa præcordiū, ut ob id per
omnem morbum respiratio rara & magna sit fa-
cta. Et propterea Hippocrates utriusq; simul me-
minit, nempe & speciei difficilis spirationis, & af-
fectionis circa præcordium. Habet autem dictio
ipsius hoc modo: spiritus rarus, magnus, per tem-
pus, pręcordij distentio submollis. Vt ne quis ne-
gligenter prætereat sermonem, sed ex ordine con
sequentes inter se duas legens affectiones contra
riam difficilis spirationis speciem operari solitas,
consideret causam, cur perfecte quidem superet
delirium, uincatur autem distentio circa præcor-
dium. Verum nos sanè causam diximus, & men-
tem ac sententiā uiri exposuimus, & oportet iam
transitione facta, reliquā propositi sermonis par-
tem explicare. Quādo enim delirium perfecte ui-
cerit contrariam affectionē, ipsum solum per pro-
priam uim respirationem alterat, uelut in præscri-
pto dictum est adulescētulo, qui in tertio morbo-
rum populariū ultimus recensetur. At uero quòd
etiam dolore perfecte exuperante, nihil apparet
præterea ex difficultate spirandi quam delirium
inducere solet, in Anaxione demonstratū est, qui
& ipse in tertio popularium morborum scriptus
est, octauus à pestilenti constitutione.

10 In ipsa autem Dealcis uxore, cuius etiam
antea mentionē fecimus, octaua ab hoc, decima
quinta post pestilentem constitutionem scripta,
ut plurimum quidem delirium exuperat, rarenter
uero exuperatur: uerum uerba paulo antea quan-
do exponebā quid significet, per tempus, adscri-
psi. Nunc uero affectiones ipsas pugnantes refe-
rā, secuturus & hic sermones ab Hippocrate pro-
latos. Nulla itaq; dolorosa affectio huic mulieicu
læ accidisse uidetur, præualuit autem perfrigera-
tio, marcescēte insita caliditate. ex eo enim quod
scriptum est de ipsa, febres ad manum tenues, ex-
tremarū partium frigiditas, hoc ostenditur, & ex
eo quod per omnē morbum contegebatur. cum
enim dixisset, ab initio autem contegebatur, po-
stea in fine totius narrationis, semper contegeba-
tur ait. Quin & ex mœrore initium sumpsisse, his
consentit. Inquit enim, febris cum horrore ex mœ

A rore corripuit. Sed & ipsa febris cum horrore iu-
xta eandem causam facta est. Et sanè etiam hoc, q
potus uentrem penetrent ac percurrant, neq; par
uō tempore cōsistentes, maximum signum est in-
natam caliditatem extinctam esse. Quin & cutis
arida nihil aliud est quàm resiccata. Deperit autē
unà cum eiusmodi siccitatibus innatus calor. At
uero quòd hæc omnia in ipsa facta sint, ipsa dictio
nū sequela ostendit. Decimaseptima enim inquit,
irritationes à uentre turbulentæ, postea uero ipsi
potus percurrebant, neq; consistebant, omnino
nihil sentiebat, cutis aridæ circumtensio. Rationa
biliter igitur per omnem morbum magnus & ra-
rus spiritus præualuit, intercedebat autem aliquā
do etiam breuis, ad perfrigerationes consequens.
B Mentionem autem faciam etiam nunc ipsius di-
ctionis, uelut antea iam adscripsi. Decima quarta
spiritus rarus, magnus, per tempus, & rursus bre-
uispira. Vigesima sermones multi, rursus sedata
est, uoce destituta, breuispira. Vigesima prima
mortua est, huic ad finem spiritus rarus, magnus.
Hic igitur delirium perfrigerationem superabat,
& propterea raro quidem breuispira, per omnem
uero morbum longispira seruata est.

11 Vice uersa porrò in Pythione cuius iā an-
tea memini, breuis spiratio per totum quidē mor-
bum erat, raro autem quādoq; longa spiratio con
tingebat, atq; id iuxta rationem. Duæ enim oppo
nebātur delirio affectiones breuis spirationis cau
sæ, dolor & perfrigeratio, quæ ambæ paruam re-
C spirationem facere solent, uerum dolor cum den-
sitate, perfrigeratio uero cum raritate. Quòd itaq;
delirauit sæpe scriptum est apertis uerbis ab ipso
Hippocrate, ut hoc neminem latere possit, sed ne
que dolor circa aluum, nam & hic aperte sic scri-
ptus est: Iuxta aluum grauitas cum dolore. q uero
perfrigeratus fuerit, & insitus calor contabuerit,
clarum ex his fit: Secunda circa medium diem fri-
giditas extremarum partium, uerum magis circa
manus & caput. Deinde consequenter in tertiæ
diei enarratione. Sero circa solis occasum subfri-
gefactus est parum. In quarta autem die non so-
lum frigiditas, sed etiam quod recalfactus sit post
tempus; adscriptum est. Clarius autem adhuc de
octaua die narrans, Mane quidem dormiuit, in-
D quit, parum. statim autem frigiditas, sero excalfa-
ctus est rursus. Item in decima die rursus multa fri
giditas ait. Ex his igitur manifestū est quòd & fri-
giditas erat, non solum dolor, & delirium in Py-
thione, Quòd uero præualuerit quidē breuis spi-
ratio, fuerit autem & quædam longa spiratio, per
spicuum ex secundæ diei enarratione redditur, sic
enim scriptum est: Breuispirus ad tempus multū.
Hoc enim quod ait, ad tempus multū, indicat nō
solum esse breuem spirationē, sed ipsam longam
spirationem ab illa superari. Porrò hic Pythion in
tertio morborum popularium scriptus est, tertius
post pestilentem constitutionem. Quare licet uni
cuiq; per se diutius in ipsius senis sermonibus im-
morari ac conuersari, ne nos omnes ipsos adscri-
bendo, longum librum texamus. Cæterum quòd

nullam

nullam dictionem, quæ his quæ nobis dicta sunt A cõtraria sit, uolentes præteriuimus, maxime utiq; credibile fiet huic, qui ad ipsos libros legendos accesserit. atq; ea gratia indicamus nos, tum in quo libro æger, de quocunq; tandem nobis singulatim differentibus sermo cõtigit, scriptus est, tum quotus est, aut à principio, aut à constitutione numerãdi exordio facto, ut ne quis cunctetur ob hæc & circa inuentionem pigrescat, atq; aut citra experimentum nobis credat, quod minime expetimus, aut nos suspectos habeat tanquam qui perperam adscribamus, quod multi expositores fecerũt. Verum illi propterea libros silent, ac uolentes cælant ex quibus singulatim adscribãt dictiones: nos uero non ipsos solum libros, sed & locos ac capita indicamus, quò quisq; quod uelit facilius reperire B queat. Scimus enim quòd firmiorem fidem habebunt eorum quæ dicimus, qui totum libri locũ legerunt, ex quo dictionem adscribimus. Cæterum prædictorũ ægrorum mentionem nos facere sermonis sequela coegit, cũ uellemus ostendere, iuxta quem modum aliquando solum delirium spirandi difficultatem operetur, cõtraria affectione superata, quãdoq; uero penitus superatum etiam ipsum, exile reddatur. & aliquãdo quidem ut plurimum exuperat, raro intercidente diuersa spirandi difficultate, aliquando uero exuperatur, atq; ipsum adeo suã difficilis spiratiõis speciẽ interlabentem ostendit. Et iam sanè perspicuũ est id quod à principio dicebamus, nẽpe q̃d, cui magnus & rarus est spiritus, huic omnino etiã deliriũ: cui uero C deliriũ huic nõ omnino magnus & rarus est spũs.

12 Porrò quod ex propositis adhuc deest, id sermoni addamus, omnium ægrorũ qui in primo & tertio morborũ scripti sunt censura facta, à primo usq; ad ultimum omnium, eodem ordine sermonem facientes, quem ipse in scribendo obseruauit. Primus itaq; omnium Philiscus, q; quidem delirarit, ac magnum & rarum spiritum habuerit, superioribus sermonibus demõstrauimus. Quòd uero neq; dolor quispiã ipsi fuerit circa ullam aliquam partẽ, ex quibus affectis paruã ac densam fieri respirationem dicebamus, nũc ostendemus, ipsa etiam hic ueteris dictione in memoriã reuocata quæ sic habet: Splen eleuatus est orbiculari gibbositate. Minime enim etiam aliàs dolorosum D est uiscus splen, neq; septũ transuersum premit, similiter ut hepar & uenter, nisi maximum sanè habeat tumorem circa caput, quod in Philisco non erat. & ob id splen ipse sufficiens minime erat, ut spirandi difficultatem ex delirio inductam superaret, cum neq; dolorosus esset, neq; septũ transuersum premeret. At uero Silenus qui deinceps scriptus est, cuius itẽ in superioribus sermonibus post Philiscum mentionẽ fecimus, q; rarum & magnũ etiam ipse habuerit spiritũ, & quòd delirarit, istic ostendimus. Quòd uero nullã affectionẽ habuerit, quæ delirium superare potuerit, hoc loco demonstrabitur. Etenim tertiæ diei ipsius morbi enarratio sic scriptũ habet. Præcordij distentio ex utrisq; oblonga ad umbilicum submollis. Igitur et ad umbilicum secedebat distentio, & neq; dolor quispiam, neq; tumor memorabilis erat. Quin & quod in fine dictum est, præcordij tremor, neq; ipsum sufficiẽs est difficilẽ ex delirio respirationem alterare. Dictum enim sexcenties iam est, aut dolorem esse oportere circa aliquam partem, quæ iuxta respirationem mouetur, aut aliquod ex respiratorijs organis coarctari, ut paruus & densus spiritus fiat. Igitur neq; Silenus hic, neq; prior Philiscus aliquam aliam affectionem habuit respirationem alterare potentem, præterquã deliriũ. Neq; enim dolor, neq; compressio organorum respirationis, imò neq; perfrigeratio aliqua aderat, qualem in tertio Morborum populariũ, Pythioni & Dealcis uxori factam esse ostendimus. Cæterum tres deinceps his scriptos, Herophontẽ uidelicet & Philini uxorem, itemq; Epicratis reperias, si diligẽter enarrationes de ipsis perlegeris, minus delirium habere, q̃ ut iuxta hoc respiratio ipsa alterari possit. Imò Herophõti splen eleuatus est, & præcordij, ait, distentio, neq; apponẽs submollis, neq; oblonga, neq; ad umbilicum. Quare huic partes circa septum transuersum inflãmatæ fuerũt, quod ipsum septum primum & principalissimum respirationum organum esse, nobis in tractatu de causis respirationis est demonstratum. At uero Philini uxor dolebat, inquit, cor & præcordiũ dextrũ. Epicratis uero uxor non solum cor dolebat, sed et lateris, ait, sinistri grauitatem cum dolore habuit. Ob id igitur neq; adscripsit ulli horum paruum & densum spiritũ, sed penitus obticuit, morem hunc habens, uelut etiã antea indicauimus, ut quæ omnibus manifeste cognoscuntur relinquat. Manifestissima autẽ & omnibus nota erat, uelut item ostendimus, respirãdi difficultas iuxta paruitatem ac dẽsitatem, quam necessario præscripti tres ægri habebant. Quin & Cleanactides qui post scriptus est, itidem necessario similiter difficulter spirabat, ob sinistri lateris dolorẽ. Verũ neq; in hoc quicq; scriptum est de difficilis spirationis specie, ut quæ citra scriptionem intelligi possit, neq; uero delirauit hic Cleanactides. Qui uero post eum scriptus est Meton, neq; quæ dolorem inferre posset, neq; quæ aliquod respirandi organum coarctare ualeret, affectionem habuit, imò neq; delirij ullã morbosam causam. Verum quid præter opinionem, & quod occurrere non ualde soleat, ipsi accidit. Quinta enim die sanguine ex naribus effuso, & sudore excluso, perfecte iudicatus est. Sanguinem igitur effundebat adhuc etiã post iudicationem, uigilans existens, imò & delirabat, inquit, quamuis ante iudicationem penitus nõ deliraret, & ob id etiam nos diximus nullam morbosam affectionem delirij ipsi affuisse. Verum sic delirabat, uelut ebrijs ex capitis repletione contingit, ob hoc autem & Delirabat uocem Hippocrates scripsit, ut ostenderet similitudinẽ ad ebrietatẽ ipsi factam, ex capitis repletione. Peruenit enim non pauca sanguinis copia ad ipsius caput, uelut ex his quæ contigerunt coniectare licet; ob quam sanè totus morbus est iudicatus, suscipiente nimirum capite

omnem ipſius affectionē. Verum ex hoc ſanguine non parum, ſtatim in quinta die impetuoſe excretum eſt cum ſudore, multo uero magis quàm euacuatum eſt, in capite remāſit, quod ipſum grauauit, & hominē delirare coegit. Vnde ſanè Hippocrates poſtquam dixiſſet balneis circa caput uſus eſt, ſanguinem ex naribus ſæpe poſt iudicationem fundebat, ait. Quare in hoc nō ſolum nullum difficilis reſpirationis modum ſcripſit, ſed neq; an prorſus difficulter ſpirarit. Neq; enim quomodocunq; delirantibus, aut ebrijs, ſed ſolis deſipientibus magnus & rarus fit ſpiritus: atq; hoc eſt quod in Prænotionibus ait, ſpiritus magnus & per multum tempus deſipientiam ſignificat.

13 Cæterum ægrotus qui poſt ipſum ſcriptus eſt Eraſinus, neceſſario difficulter ſpirabat, relicta autem eſt difficilis ſpirationis ſpecies, ob ſæpe dictam cauſam. Nuſquam enim ullam aliquam doloroſam affectionem, aut reſpirandi organa prementem, prædixiſſe ipſum apparet, atq; deinceps ſequentem difficilem ſpirationē adſcripſiſſe, ſed ubiq; uelut omnibus notā reliquiſſe. Quòd uero fuerit eiuſmodi affectio ipſi Eraſino, clarum fecit cum dixit, præcordia ſublimia, diſtentio cum dolore. Magnitudinē enim inflāmationis declarat, ob quam tametſi homo delirabat, non tamen difficilem ſpirationem delirio propriā habebat, aut certe huius omnino mentionem Hippocrates feciſſet. Quemadmodum enim paruam & denſam in doloribus contingentē ipſe ſemper relinquere reperitur, propterea ꝙ eſt manifeſta: ita cum eam quę in delirijs contingit norit ambiguā, nuſquam relinquit, neq; indefinitā præterit. Equidem quæ in Critone poſt eum cōſequenter ſcripto acciderunt, manifeſtam cauſam habent. cum enim ſecunda die mortuus ſit præter opinionē, uelut ex ipſa narratiōe diſcere licet, merito de reſpirationis difficultate quicq; dicere Hippocrates reliquit, aut quòd qualis ea fuerit non obſeruauit, aut quòd mentionem eius facere non eſt dignatus. Vtrunque enim rationi conſentaneū exiſtit, quòd non obſeruauit quidē tum ob mortis uelocitatē, tum propter acceſſionum perterrefactionē ac conſternationem: neq; enim paruum miraculū eſt, hominem obambulantē, & conſueta uitæ munia obeuntem, deinde magnum pedis digitum uehementer dolentem, prima die paululum ſubcalfactum eſſe, ſequenti deinde mortuū eſſe. Cum igitur nulla mora interim facta ſit, ſed uelociter homo morti conceſſerit, non autē ſimpliciter deſipuerit, ſed, ut ait, furierit, impoſſibile erat obſeruare quomodo reſpirauerit. Etenim furioſos ne propè quidē accedere ſuſtinemus, uerū diſcedimus omni modo, formidantes ne quid mali etiā nobis affricent. Aut igitur non obſeruauit, ut diximus, aut non dignatus eſt ſpeciei difficilis reſpirationis mentionem facere, propter inopinatum tot acceſſionum concurſum, ad quem ſolum nos mentem adhibere cōuenit, & non circūduci ac diſtrahi ad ea quæ per alios ægrotos inueniri poſſunt. Conſequenter porrò Clazomenium deſcribit, qui caput, & col-

A lum, ac lumbos, ut inquit, à principio dolebat. Verum hæc non ſufficiebant ad ſpiritum paruum ac denſum efficiendum, niſi de collo ſanè hoc dicere uelimus, uerum de hoc in progreſſu ſermonis determinabimus. At uero præcordium cum tumore eleuatum, ſufficiens erat. Quare tametſi hic deſipuit, nō tamen propriam deſipientiæ reſpirationis ſpeciem habuit, cum nimirum prædictæ doloroſæ affectiones exuperarent. Cæterum Dromadæ uxor, quam etiam ſtatim à principio huius ſermonis appoſui, non ſolū deſipuit, ſed & magnum & rarum ſpiritum habebat, cum neq; circa thoracem, neq; circa præcordiū ulla affectio eſſet, quæ paruam & denſam ſpirationem efficere ex natura ſua poſſet. Ob id igitur & Hippocrates omnia B quæ mulierculam ipſam apprehenderant exacte deſcribens, Circa præcordium inquit, anxia, mœrens. Vitiatis uidelicet humoribus iſtic os uentris mordentibus, non tamen ulla inflammatione exiſtente, neq; etiam aliqua alia affectione, à qua paruus & denſus ſpiritus produci ſolet. Et ſanè in hac narratione paululū progreſſus Hippocrates, ubi ſcripſit, præcordij dolor, uocem, anxia, appoſuit: & deinde rurſus, anxia, ſiticuloſa. Neq; igit. quicquam eorum quæ circa præcordiū aut thoracem fiebant, ſufficiens erat deliriū exuperare, ſed neq; calor innatus extinguebatur: quemadmodū alijs ſic cōtigiſſe oſtendimus. Quare pro ratione, cum nulla affectio ex his quæ delirio oppoſitæ ſunt, reſpirationem alterare poſſet, magnus & rarus C ſpiritus huic fœminæ fiebat. Quādo uero adſcriptum eſt & hoc, ſtatim reuulſus, hoc ipſum adhuc me indicare ac adnotare nunc oportet, ne quis ſuſpicet nos id ſegniter prætermiſſuros fuiſſe. Verū nunc ſanè id exponere non eſt tempeſtiuum, explicabit autem in ſequenti libro unà cum alijs quæ ſimiliter ſunt dicta. Cæterum in præſenti ſermone reliquos adhuc tres ægros in manus ſumemus, qui quidem & ipſi deſipuerunt, non tamen propriam delirio difficilis reſpirationis ſpeciem habuerunt. Ob id in primo quidem ſcriptum eſt: pręcordij dextri dolor, inflammatio ſubmollis ex interna parte, ex ea uidelicet quæ ad ſeptum tranſuerſum uergit. In ſecundo uero circa præcordium tumor eleuatus cum dolore: & paulò poſt, præcordij dolor, D & rurſus deinceps, Circa clauiculam ſiniſtram dolor permanebat. In tertio autem ægroto (muliercula uero erat hæc) uelut etiam præcedens. Capitis inquit, & colli & pectoris dolor fortis. & paulo poſt, dolores permanebant.

14 IX Atq; hi quidem ſunt quatuordecim ægroti ex primo libro Morborum populariū, eo ordine ab Hippocrate, quo etiam nos ipſorū mentionem fecimus cōſcripti. Porrò libro tertio Morborum popularium xij. ſunt ante peſtilentem conſtitutionem ægroti, ſex & decem uero poſt eam, qui omnes conſentiunt cum his quæ à principio ut cōſtanter pronunciata ſuppoſuimus: pro comperto autem habeo, ꝙ ſi relinquam ipſos, & permittam his qui uolunt in omnibus conſenſum intueri, ut priuatim & per ſeipſos narrationes à ſene con-

con

conſcriptas legant, non propterea ut longiores ui tem ſermones, hoc facere uidebor, ſed quòd non poſſim pronunciata à principio ſuppoſita per totum ſermonem cõſeruare ac tueri. Si uero omnes deinceps recenſeo, nugator & loquaculus eſſe uidebor, ut qui ea quæ quiſq; per ſeſe expẽdere ſufficiebat, ipſe fruſtra adſcribam. At uero ſi penitus me alterum abſurdum incurrere oportet, aut uide licet ſuſpicionẽ falſi dogmatis, aut loquacitatem, reperio autem loquacitatis aliqua ſolatia, ſuſpicionis uero nulla, honeſtius utiq; fuerit de omnibus dicere. Quæ igitur ſunt loquacitatis ſolatia? Primum ut paucis percurram ipſos ægros, neq; amplius ſimiliter immorer ſingulis, ſed nudã ſolum faciam mentionem. Alterũ uero ut adhorter eos qui neq; tam pauca ſuſtinent audire, quò ea tranſ- B grediantur, & ne ſcripta quidẽ eſſe putent. Quemadmodum enim in magna epulatione cum multa ſint apparata, alius aliud eligit, hoc quidem ut dulce, aliud uero ut ſalubre: Sic etiam ſermonum apparatum opiparũ eſſe oportet, electionem autem in utentibus. Primus itaq; omnium ęgrotus nomine Pythion, ex ipſa narratiõe manifeſtus fit, quòd nullam difficilis reſpirationis cauſam habuerit. Secundus uero Hermocrates, caput, inquit, dolere incepit & lumbos, præcordij diſtentio ſubmollis: non tamen quòd infra & ad umbilicum ipſa tenſio proceſſerit, aut quòd oblõga fuerit, adſcripſit: ex quo clarum fit quòd à ſepto tranſuerſo inflammato præcordiũ reuellebatur, & ob id etiam ſubmolle apparebat, ut quod nullam propriam habe C ret inflammationem. Hic igitur etiamſi delirabat, tamen ipſum deliriũ ab alio maiore affectu ſuperabatur: quemadmodum etiam in tertio, & quarto quintoq; ac ſexto. Etenim in tertio, præcordij dextri diſtentio ſubmollis ſcripta eſt. In quarto uero pręcordiũ dextrũ diſtentũ fuit, & ad interna proceſſit. In quinto aũt collum doloroſum habebat. Verum in ſexto ægroto, (Erat autem hæc muliercula,) præfatus Hippocrates, Hæc incipiẽte morbo dolebat fauces, & ad finemruborem habebat, gurgulio reuulſus, fluxiões multæ, tenues, paruę, acres, tuſſiebat, maturũ nihil efferebat, paulo poſt ait. Erat autem & quid innatum tabidoſum. Quare manifeſta etiam in hac ſit affectio prędominãs, in reſpiratorijs organis conſiſtens. At uero eã quę D inde ſequitur enarrans ægrotam, hoc modo auſpicatur. Mulier anginoſa circa Bitonis. progreſſus autem inquit, ſpiritus ſublimis, quod ipſum etiam in progreſſu ſermonis exponemus. Nũc uero q̃d propoſitum eſt abſoluemus. In octauo uero deinceps ægroto ſcriptum eſt: præcordij diſtentio ſubmollis ex utriſq;. In nono uero, dolores circa præcordia. Verum hæc ſanè muliercula non deſipuit. Quæ uero ſequuntur duæ mulierculæ, ex corruptione fœtuum male habuiſſe ait. Affectiones uero quas recenſet de ipſis, ut uniuerſim pronunciemus, uterorum inflãmationes ſunt, particulatim uero quæ ad eiuſmodi affectiones etiam alias conſequuntur. Poſtremam uero quę adhuc reſtat, cor doluiſſe ait: ſimul apponens uocem, anxia. Quin

A & frigidum ſudaſſe, & per omnem morbum horrore impetitam eſſe, ac magnopere perfrigeratã, ut uix recalfieri potuerit, aut penitus non recalfacta ſit. Quare manifeſtum eſt etiam hanc omnino ſecundũ utraſq; affectiones, tum doloris, tum perfrigerationis, breuiſpiram fuiſſe, nõ tamen dignatus eſt in hac Hippocrates difficilis ſpiratiõis mẽtionem facere, ut quæ ualde eſſet manifeſta.

15 Conſequenter aũt ſequitur peſtilens conſtitutio, poſt quam rurſus, primũ quidem ægrum Parium ſcribit, in quo circa finẽ ſermonis, ubi quę in omni corpore cõtinenter permanſerint ſcribit, habetur & hoc, cum doloribus uigilans. Secundo uero in Thaſo de quo ait: tuſſes autem continentes, humidę multę. Tertius eſt Pythion quem iam B antea explicauimus. Et quartus phreniticus mente captus. Et quintus cui repente dextrum femur dolere incepit: & cũ fluxio in partes circa caput conſcenderet, ſtatim quidem delirauit, & ſtatim item mortuus eſt: ſimiliter ut is qui in primo Morborum popularium, dolore circa magnũ digitum oborto, ſecunda die mortuus eſt. Quare in his de difficili reſpiratione penitus nihil ſcripſit, ob cauſas quas in illo ipſo iam ante retulimus. Sextus deinceps neq; deſipuit, neq; aliam quandã affectionem ægram ſpirationem inducentem habuit. Septimus autem ægrotus uirguncula eſt, quæ ob ſanguinis multitudinem ſic circa caput infeſtata eſt, uelut in primo Morborum popularium ſeptimus item ex ordine ęger, cui ſanguis ex naribus profluxit. Quare quæ iam de illo diximus, ea etiam huc transferantur. Octauus porrò ægrotus Anaxion eſt, de quo in ſuperioribus egimus. Nonus autem tum uirgunculæ, tum in primo libro Morborum popularium, cui ſanguis ex naribus profluxit, conſimilem totius morbi cauſam habuit. Decimus uero qui eſt in Abderis Nicodemus, delirauit quidẽ ſemel in ſexta die, die uigeſima per ſudorem iudicatus, cum exiſtimaret ſe penitus ſine febre eſſe, rurſus febrijt, & rurſus paululum delirauit. Scribit de ipſo etiam hæc. Irritationes autem & dolores huic ad finem. Verum qui nam dolores, quæſierit fortaſſis aliquis? Cordis equidẽ dolore ipſum ſtatim in principio impetitum fuiſſe dixit. Paululum autem inde progreſſus, dolores omnium ſcripſit. Ob id igitur & deliriũ, quod exiguum & per modicum omnino durans tempus illi factum eſſe dixit, reſpirationis difficilis ſpeciem minime alterauit. Deinceps porrò conſequenter eſt muliercula quæ ex mœrore in morbum incidit, in qua ſcribit: Dolores magni, continentes. Quin & conuulſiones multæ ait. Cæterum in aphoriſmis certis & definitis ſententijs de cõuulſionibus hoc modo ſcribit. In febribus ſpiritus offendens, malum, conuulſionẽ enim ſignificat. Itaq; ſpecies difficilis reſpiratiõis huic mulierculæ partim iuxta dolores, partim iuxta conuulſiones fiebat. Ob id igitur quamuis delira eſſet, tamen magnum ac rarum ſpiritum nõ habebat, ut qui ab alijs duabus fortioribus affectionibus ſuperatus eſſet. Poſtea uero uirgo in Lariſſa ſequitur, quæ duodecima poſt peſtilentem

constitutionem ab Hippocrate est conscripta, & ob sanguinis multitudinem ægrotauit, & per fluxum sanguinis ex naribus iudicata est: itemque per sudores, & fluxum menstruorũ tunc primum conspectorum, quæ ipsa etiam nullam ullius alicuius difficilis respirationis structuram habuit. At uero Apollonio in Abderis qui inde sequitur, præcordij dextri, inquit, eleuatio cum dolore. Quin & quod semper fuerit magnis uisceribus præditus, & quod dolor circa præcordium ipsi extiterit familiaris, hoc ipsum sane in principio narrationis scriptum est. Nihil igitur miri est ipsum quamuis delirauerit, non tamen respirationis speciem delirio propriam habuisse, cum uidelicet ita magnam dolo- A rosam affectionem in præcordio haberet. Deinceps ab hoc sequitur mulier, quæ in Cyzico gemellas puellas peperit, de qua sic scripsit: Capitis & colli grauitas cum dolore. Quare etiam spirandi difficultas secundum hanc ipsam affuit. Restāt post hanc duo adhuc ægroti in tertio Morborum popularium libro, uxor uidelicet Dealcis, & adolescens in Melibia, qui ambo & delirauerunt, & magnum ac rarum spiritum habuerũt, de quibus in superioribus sufficienter diximus. Cæterum cum hic liber iam ad iustam magnitudinem peruenerit, de reliquis omnibus, quæ de difficili spiratione à sene tradita sunt, in sequenti libro uidebimus.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI TERTII GALENI DE DIFFICVLTATE respirationis. Vide supra quæ monuimus ab initio argumentorum in librum I

Cap. 1. Argumenta trium de dyspnœa librorum, & de usu eorum. Quòd primus lectu necessarius sit: cæteri duo pro illis tantum conscripti, quibus otium suppetit, & in particularibus apud Hippocratẽ exēplis exerceri cupiunt. Secundum librum ante hunc legi debere, quidque in eo contineatur. Ordo huius tertij libri: & ex quibus Hippocratis uel attributis ei libris sentētias hic adducturus sit. Additur etiā censura super libris Epidemiorum (de qua habes etiam supra libro 2. cap. 8.) quod primus & tertius uerè sint Hippocratis: secūdus, quartus, & sextus Thessali Hippocratis filij, ex schedulis paternis & proprijs etiam obseruationibus confecti: quintum uero & septimum, nemo Hippocratis doctrina dignos existimat: ut ne quartum quidem Galenus, & si hunc alij à Thessalo compositum dicant. Ex quibus alijs præterquam Epidemiorum libris Hippocratis sententias adducturus sit. 2. Ex libro 2. Epidemiorum, quatuor paria difficilis spirationis: illic quidem imperfecte scripta, perfecte autem in sexto: Nempe spiritus, uel paruus & densus, uel magnus & rarus, uel paruus & rarus, uel denique magnus & densus in quauis dyspnœa fiat oportet. Nō plures enim quàm quatuor cōiugationes ex duabus oppositionibus nascunt. Sunt & aliæ differentiæ, quibus inspiratio expirationi comparatur, ut cum spiritus extra magnus sit, intra paruus, uel contra. Quot autem & hæ & aliæ in uniuersum sint, sequenti capite dicetur. Loci duo Hippocratis manci. Contra librarios. Qui modus seruandus in locis corruptis in integrũ restituendis. Methodus diuidendi necessaria. Lectio lib. 2. Epidemiorum, restituta ex sexto, sectione 2. 3. Quod uelocitas & tarditas propriè sint differētiæ motus. Mobile autem necessario magnum aut paruum erit. Iuxta hæc igitur duæ oppositiones fient: Accedit per accidens alia supra dicta secundum densitatem & raritatem utpote rei ex distantijs conflatæ & duobus contrarijs quiete distinctis. Item alia ex æqualitatis & inæqualitatis consideratione. Alia denique partibus respirationis, nempe inspiratione & expiratione inuicem collocatis. Quòd quatuor differentiæ ab Hippocrate dictæ, secundum magnitudinem, paruit. densit. & raritatem, totius respirationis sint, non tantum alterius partis seorsim, ut reliquæ etiam duæ ex inspirationis & expirationis collocatione. Quæ uero sequuntur differentiæ, nempe extendens (ut Hippocrates uocat) id est tardus, & urgens id est uelox spiritus, alterius in respiratiōe partis propriæ sunt. Cæterum his uerbis (Dupla intro reuocatio uelut superinspirātibus) inæqualis inspiratio ostenditur: cui altera in expiratione opposita, à librarijs omissa hic uidetur. alibi enim ab Hippocrate memoratur. 4. Alia respirationis ab Hippocrate posita differentia, uideli- B cet calida & frigida: & quod aliqui perperam hunc locum immutent, cum tamen alibi quoque mentionem calidæ & frigidæ respirationis Hippocrates faciat. 5. Quæ in prognostico id est prænotionum libro, Hippocrates de dyspnœa scripserit. Tres respirationis differentiæ tantum apud Hippocratem in prænotionibus habent: nempe quid significat spiritus densus, quid magnus & rarus, quid frigidus. Cur has solum in respirando differentias, nec plures, hoc in libro cōmemorauerit Hippocrates: ad quod excusandum alij expositores, uel nihil, uel nugas meras adferūt. Qua methodo hæc & huiusmodi inquirenda sint. Methodum unam sumi ex differentijs difficilis spirationis, alteram faciliorem ex affectionibus in organis respirationis. Quæ in primo huius operis libro dicta sint, uidelicet quinque esse tum affectionum tum dyspnœæ genera. Modus conciliandi illos, qui in numero diuisionum discrepant. Obscurum esse quod scribit Hippocrates in Prænotionibus, spiritum densum dolorem aut inflammationem significare C in locis super septum transuersum: cum alius densus & magnus sit, alius paruus. Quòd raræ quidē & magnæ spirationis Hipp. meminerit in spirationibus, raram autem & paruam reliquerit: Et quod ibidem frigidæ tantum, non etiam calidæ meminerit. Cur ibidem Hipp. frigidum quidem spiritum ualde perniciosum esse dixerit: de denso autē, deque raro & magno, quas ob affectiones fiant, & quid indicent, non dixerit: Inæqualem insuper omnino præterierit. 6. Soluit iam propositas dubitationes, & defendit Hippocratem: primum ex breuiloquentia, deinde ex peculiari eius animi altitudine, qua quæ alijs medicis nota sunt præterire solet. Densum & magnum spiritum fieri in pleuritide, peripneumonijs, anginis & orthopnœis, & multo calore in respirationis organis collecto. Densum uero & paruum, cum solus est dolor circa costas, aut os uentris, splenis caput & hepatis gibba, & diaphragma partesque alias attiguas, aut D non procul dissitas: in uniuersum, si tumore quopiam organum aliquod respiratorium coarctetur: aut pars aliqua afficiatur ita uicina ut cum pectoris motu ipsa quoque moueatur, densus & paruus fit spiritus. Densus & magnus spiritus à multo calore in thorace fit, ut in febribus ardentibus. Hippocratem densi spiritus simpliciter in Prænotionibus posuisse significationē, quod nos intelligere per nos possimus, cum paruus est dolorem tantū: cum magnus, phlegmonem insuper significare. 7. Contra calumniam dicentium Hippocratem paruum & densum spiritum ignorasse: cum in alijs libris, quos genuinos Hippocratis esse cōstat, sæpe mētio eius fiat: Et primum id probat ex principio libri de uictu in morbis acutis, ubi densum spiritum propter dolorem fieri ostendit, (Galenus etiam modum & causam eius addit

addit: Nam cum aliqua thoracis pars dolet, parum moueri poteſt: quo minor autem & imbecillior motus fuerit, eo celerior & denſior fiat oportet,) Cum Hippocrates denſum ſpiritum nouerit, paruitas autem denſitatis cauſa ſit, paruum quoq; non ignoraſſe ipſum apparet: id quod uerbis etiam ipſius citatis cōprobat, quæ ſunt de coarctatione organorum reſpiratoriorum, à qua itidem denſus ſpiritus gignitur & paruus. Prohibitio inſpirationis, et coarctatio locorū, idem eſt quod paruus ſpiritus: Itē cito exſpirare, & denſe reſpirare, idem ſignificant Hippocrati. Quòd non ſolū dolor & locorum coarctatio, ut paruam, ita denſam faciant reſpirationē, ſed etiam febrilis caliditas, ab Hippocrate ſatis manifeſte innuitur. Quòd multi ſpiritus (ut ſcribit Hippocrates) cauſa ſit calor febrilis: & multum ab eo dici, nō magnum, ſed qui ex multis paruis coaceruatur, ut in pleuriticis & cæteris: Quod em̄ pauci magni, hoc multi parui poſſunt. Sic & in peripneumonicis, magnus quidē, ſed multus & dēſus ſpiritus fit per multas paruas reſpirationes. Satis eſſe, apud Hippocratem res ipſas manifeſte deſcriptas inueniri, licet non ijſdem nominibus. Adfert tamen, ut illis nominū captatoribus ſatisfaciat locos Hippocratis, in quibus ille ijſdem nominibus magnum & denſum ſpiritum, & paruū denſumq; in libris de uictu acutorum & in prognoſtico nominat. Item in angina orthopnœam fieri dicit: omnibus autem cōſtat orthopnœæ ſpiritum paruum denſumq; eſſe, qualis fit propter anguſtiam & ſputi retentionem, quod Hipp. etiam monuit. Deinde citat Hippocratis uerba ex libro de articulis, ubi deſcribit gibboſitatem ſupra diaphragma factam, ac reſpirationem inde anguſtam & cerchnodi, id eſt ſtertoroſam, paruam denſamq; intelligens. Quòd coarctatio organorum, paruus ſpiritus, ſtertoroſa reſpiratio & orthopnœa (quæ omnia apud Hippocratē leguntur) ad unum genus reſpirationis coincidant: & quantum in eo ceruix erecta conducat.

Concluſio: Omnibus igitur propter anguſtiam dyſpnoicis, tum parua ſpiratio æditur, tum duo neceſſaria ſymptomata accedūt, reſpiratio nempe ſtertoroſa & orthopnœa. Stertoroſum ſonum Hippocratis alibi renchos, alias cerchnos uocat, alibi utrunq; coniungit.

Adducturus Hippocratis uerba ex libro de uictu in acutis, quibus ille diligenter omnem denſi ſpiritus rationē expoſuit (ideoq; in prænotionibus breuiſsime & negligentius attigit) monet prius denſum ſpiritum omnem, uel à dolore, uel ab anguſtia, uel à caloris copia gigni. 8. De paruo & raro ſpiritu: cur Hippocrates illo omiſſo in prænotionibus frigidi meminerit. Nēpe quia ut magnus & denſus à nimio calore fit: idemq; eſt uel calidum, uel magnum & denſum dicere: ita paruus & rarus non alius eſt ꝙ frigidus. Et cur Hipp. frigidū ꝙ paruum rarumq; dicere maluerit. Quòd ſolum frigidum ſpiritum pernicioſum eſſe dixerit Hippocrates: quamuis & cæteri aliquando periculoſi ſint, non tamen tam certo quàm hic pernicioſi. Nimius enim calor, dolor, & deliriū, ſæpe pernicioſi non ſunt. Eupnœan, id eſt facilem ſpirationem in acutis, mox ibidem ſemper ſalutarem eſſe dixit. Sequitur, ꝗ dyſpnœam omnem non ſemper periculo uacare putarit: frigidam uero præter periculum, mortis etiam imminentis ſignū præſentiſsimū eſſe. 9. Excuſat cur Hipp. in Prognoſtico nihil ſcripſerit de inæquali dyſpnœa, cum multis alijs in libris mentionem eius fecerit. Nam in ſecundo Epidemiorum de duplici ſpiritus reuocatione introrſum, item in primo & in ſexto ſcribens, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλίπηται quod in libro de uictu exponit de expiratione offendente ſiue interpellata. In Aphoriſmis ſic docet: In febrib. ſpiritus offendens malum: conuulſionem enim ſignificat. Epidemiorum libro 1. Dromeadis uxor, cui reſpiratio magna raraq; erat, & ſtatim reuulſa, delira conuulſaq; moritur. 10. Quòd Hippocrates nō omnia quæ ad prænotionem pertinent, in Prognoſtico ſuo libro ſcri-

A pſerit. multa enim ſunt in libello eius de aere locis & aquis, quæ breuiter etiam in Aphoriſmis continentur: Multa in ipſis Aphoriſmis, quæ pertinent ad prænotiones circa ætates, regiones, anni tempora & populares cōſtitutiones: itē de urinis & muliebribus, deniq; morbis nonnullis, quorum nihil in prognoſtico reperitur.

Quòd in Prognoſtico Hippocrates acutas tantum ægritudines ſibi propoſuerit, & quæ ex acutis fiūt: ideoq; multas in Aphoriſmis & alibi dictas prænotiones omiſerit, quæcunq; ad diuturnos pertinēt morbos. Quòd autē ſolos acutos morbos eo in libro ſibi propoſuerit, multis paſsim ipſius Hippocratis in eo dictis comprobat. Itaq; inæqualem etiam ſpiritum omiſit, ceu ad morbos proprie acutos non omnino pertinentem, cum ex conuulſione partiū reſpirationis fiat, & ut ipſe ſpaſmus etiam diuturnis ſæpe morbis comes ſit, ijſq; ſine febribus. Morbi autem proprie acuti dicti, febres ſibi iunctas habent continentes, quod item ipſius ſenis uerbis B probat. Cur difficilium reſpirationum illarum, in quibus uel inſpiratio ſola, uel expiratio ſola magna fit, Hippocrates non meminerit: ut neque celeris & tardæ reſpirationis in Prognoſtico. Quoniam ad quinque ſupra dictas differentias cæteræ omnes referri poſſunt. Concluſio: Recte igitur Hippocrates tum in Epidemijs omnes reſpirationis differentias propoſuit, tum in prognoſtico & Aphoriſmis illas tantum quæ ad rem præſentem faciebant. 11. Explicat uerba hæc Hippocratis, quæ tum in ſecundo tum ſexto libro Epidemiorum leguntur: (Sanatorium continuarum oſcitationum ſpiratio longa: in abhorrentibus à potu, & uix bibentibus, ſpiratio breuis:) Sanatorium, inquit, ſiue ut ſignum, affectu in contrarium abeunte: ſiue ut remedium. contraria enim contrarijs medentur. Oſcitatio à uaporoſo craſſoq; ſpiritu muſculis incluſo fit: ſimul autem ſtatim & expiratio æditur, ceu ſpiritu illo per eam euacuando: Quod ſi quis rarius re-C ſpiret, ſignum eſt affectionem illam iam abijſſe, ea ratione qua ſingultui etiam medetur rara & cohibita reſpiratio: Et ſanè omnes athletæ poſt exercitia ſpiritū aliquantiſper cohibere ſolent, ut humores uaporéſue qui in poris hæſerint, propellantur. Cæterum hæc uerba: (In abhorrentibus à potu, & uix bibentibus, ſpiratio breuis, ſanatorium:) plus dubitationis habent. poſſunt enim referri uel ad phreniticos, quos Hippocrates alibi brachypotas uocat: uel ad illos quibus propter partes circa cor & pulmonem refrigeratas, rarus & frigidus eſt ſpiritus: in quibus nō ut ſignum modo ſanatorium, ſed etiam ut cauſa efficiens breuis, id eſt frequens reſpiratio eſt, excitans & calfaciens loca refrigerata. Qua quidem ratione etiam in Epidemijs libro 2. iracundiam cieri conſuluit, & coloris reparādi, & ſanguinis in uaſa ſub ter cutem colligendi gratia. conſtat autem ab iracundia quoq; denſam produci reſpirationem: Quare frigidis & macris per interualla quædam, nō nimis frequentia D tamē, cōueniet, tēpeſtiue adhibita. Sic & brachypnœa non temere, ſed certo tempore & modo aſſumenda erit.

Quòd frigida expiratio, de qua in prognoſtico loquitur, utpote febri acutæ coniuncta planè pernicioſa ſit: ſe uero hic nō de tali loqui, ſed illa quæ abſq; febri in morbis quibuſdam toto corpore refrigerato contingere ſolet. Quæ licet haud abſq; periculo, non tamen omnino periculoſa eſt: ut in uterina ſuffocatione, & omnimoda ſpiritus interceptione, quæ uiris etiam aliquando, & ſi raro, contingit. Simile de igni & flamma, quæ uel omni materia conſumpta marceſcit, ut ſpiritus in acutis: uel multis uiridibus lignis iniectis ſuffocari periclitatur, ſæpius tamen ea uincit, ut ſpiritus alijs in morbis refrigeratus. Quòd ſpiratio in uiuis nunquam prorſus aboleatur, ut uulgo uidetur: & quod motio eius appareat leuiſsimo aliquo (ut pilo uel lana tenuiſsime diducta) naribus adhibito. In his igitur affectibus denſa reſpiratio uel ſignum eſt bonum, uel etiam cauſa efficiēs:

Quemadmodum continuæ oſcitationis non rara modo (ut diximus) reſpiratio, ſed magna quoq;, tum ſignum bonum tum remediũ eſt: Nam magnus etiam ſpiritus ſecundario macropnœa uocatur, primario autẽ & proprie rarus. 12. Ex Epidemiorum libro 2. de Antigenis uxore, quæ ante partũ anheloſa fuit, deinde in partu pus euomuit. Quòd anhelantiũ ſiue aſthmaticorum denſus ſit ſpiritus: & hoc accidere ubi multa inſpiratione opus eſt, ut in magnis exercitijs & febribus ardentibus: item ex aliqua in partibus reſpiratorijs anguſtia.

De Lycina, in qua ſpiritus duplicabatur, non tamen magnus: refrigerata enim erat, & nerui ita affecti ut urina retineretur. 13. De cynanchicis quibus ſpiritum non admodum ſublimem fuiſſe ſcribit: quaſi ut plurimum cynãchicis fieri ſoleat ſublimis, id eſt, paruus ſeu breuis, intra pharyngem tantum, nõ in imum thoracis deſcendens: qualem cæteris etiam parte aliqua reſpiratoria dolentibus fieri, ſupra dictũ eſt. Cynanchicis uero quos hic deſcribit Hippocrates, ideo talis ſpiritus non erat, quia non conſueta cynanche nec inflammatione gutturis laborabant: proinde neq; ſuffocationis aliquid ſentiebant, niſi inter deglutiendum: ſed partes circa ſpinam eis affectæ erant, & uertebræ ceruicis luxatæ partim introrſum, partim ad latera, unde incõmodum etiam aliquod ad guttur ueniebat, ut ſpiritus aliquo modo ſublimis euaſerit & modice denſus. Quòd ſi nullum neq; per ſe, neq; aliunde incommodum gutturi acceſsiſſet, prorſus non ſublimis futurus fuiſſet. 14. Ex eodem libro de alia conſtitutione: Circa ſolſtitium æſtiuum ægrotare cœperũt à cauſo, ſine uomitionibus, ſed aluo multũ reddente: cauſum morbus diuturnus cum uomitibus excepit. Apparet ſanè in cauſa fuiſſe phlegma putrefactum circa inferiores partes, unde cauſus efferebatur, illæſis interim ſuperioribus, ore uentris & reſpirationis organis. Merito igitur neq; magnum ſpiritum habuerunt, ut illi habent quibus calor circa thoracem nimius eſt, οὐδὲ μετέωρον πάνυ, id eſt, nec admodum paruum. Poſt hæc nil aliud ad dyſpnœam pertinet eo in libro, uſq; ad hæc uerba: Spiritus, denſi parui, magni rari. Eodem in libro Scopus cum dolore hypochondriorũ ſpiritum habebat ſubdenſum. hypochondria enim thoraci cõiuncta ſunt. quòd ſi thorax ipſe doluiſſet, ſpiritus fuiſſet abſolute denſus. 15. Ex quarto libro Epidemiorum: Nicoſtrati uxor ſpiritum habuit paruum & denſum: quod appoſuit Hipp. quoniam illa deſipuit, unde magnus & rarus ſpiritus eſſe debebat. Sed quanquam caput ei affectum fuerit (nam & deſipuit parum, & ceruix & os & nares ei obtorta ſeu conuulſa ſunt) maiorem tamen circa hepar affectum fuiſſe apparet. ex eo enim q; cibus intus concluſus fuit ad decimum uſq; diem, & eruorum ſpeciem ſedimentum urinæ præbuit, nõ paruam hepatis phlegmonen fuiſſe colligitur. qui quidẽ utpote multo fortior affectus quàm ſuperiorum, reſpirationem in proprium ſibi modum mutauit. Paruum autem eius delirium fuiſſe, etiam ipſe indicat uſus uerbo παραλέγειν. 16. Pneumatodes dubium utrum Hippocrati ſignificet eum cui uenter inflatur: aut idem ſit quod pneumatias in libro de acutis, qui multum denſumq; ſpiritum habet. Obſcurius adhuc eſt quod de Timenei filio ſubijcit, eum habuiſſe aliquid ſpiritus ut uiridantis palloris eſſet. Color enim herbaceus indicat omnino huic etiam aliquem iecinoris affectũ fuiſſe, propter quem fieri poterat ut uel difficulter reſpiraret, uel uentrem haberet inflatum. Vide

A mox circa initium ſequentis capitis. De marito Lechus icterico, qui magna & dura hypochondria habẽs, ideoq; ſpiritum denſum octauo die mortuus eſt. Obſcuriſsimum illud quod de ipſa Lecho ſcribit: Deſinente febri ſpiritus non ſolutus eſt. Neq; enim addit qualis ea dyſpnœa fuerit, nec aliunde conijcere licet. Pneumatodes rurſus ambiguum de Timenei uxore: uidetur tamen potius de anheloſo & denſum ſpiritum habente accipiendũ, quàm inflata. Mox enim ſubdit, & aliquanto facilius ſpirabat, ceu qui prius contrarium dixiſſet. Deinde rurſus ſexto decimo die obijſſe eam ſcribit denſum ſpiritum habentem, ceu ipſe uocem pneumatode interpretatus, eodem reuerſo malo. 17. Apœmanti ſoror propter magna hypochondria & lienẽ denſe reſpirans: in qua ſimpliciter pneuma, id eſt, ſpiritum fuiſſe memorat, ſubintelligens paruum & denſum (qualis ex tumore aliquo aut dolore hypochondriorum neceſſario fit) ut etiam habentes talem ſimpliciter pneumatodes uocat: uide in præcedentis capitis parte 2. & infra

B circa initium capitis 19. Proinde paulo poſt cum hypochondrion quibuſdã hypolaparon, id eſt ſubuacuum uel ſub molle fuiſſe dixiſſet, addit: pneumatodes autem non ualde, ſed eatenus licet, quatenus affecta & non uacua eis hypochondria fuerint. Ancillæ cuidã tumor magnus quidẽ in dextro hypochondrio, ſed cum pauco dolore erat: proinde non admodum difficulter reſpirabat. Sic & ſenex (in fine libri) qui parum mente motus eſt, paruam dyſpnœam habuit. 18. Ex libro 5. Epidemiorum: Hippoſthenes æger luctans, durum in ſolum concidit, aduerſario ei illapſo: lauit, cœnauit, deterius habuit, poſtridie febricitauit: ſpiritus denſus, cũ tuſsi arida pectoris & dorſi dolor. Medici peripneumonicum putarũt: ſed ſtertorem non habuit, quæ nota eſt peripneumoniam non fuiſſe, ut explicatum eſt ſupra.

Ibidem ægrotus 39. Puer à mulo in uentris & iecoris regione percuſſus, delirauit quidem, non delirij ta-

C men, ſed doloris (inflammato nimirum ab ictu hypochondrio) proprium habuit ſpiritum, nempe denſum.

19. Ex ſexto Epidemiorum (ex quo ſupra etiam ea uerba, quæ ſimiliter in ſecundo leguntur interpretatus eſt, capite 2. huius libri) & primum q; ſpiritus ſimpliciter ab eo nominatus, dyſpnœam ſignificet (uide etiam ſuperius circa initiũ capitis 17.) quæ ſi maior ſit, aſthma ab eo uocetur. πνεῦμα ἐγκαταλείπεσθαι, id eſt, ſpiritũ intus relinqui dicit de dyſpnœa cum denſitate. Agiſidis filia cum puella adhuc denſum ſemper ſpiritum habuiſſet, nõ multo poſt partum cum ſuſtuliſſet magnum onus, uiſum eſt ei aliquid circa pectus crepare, rupto nimirum antiquo tuberculo, etc. Rurſus q; ſpiritus ſublimis idem ſit qui paruus & denſus, non autem magnus ut quidam expoſuerunt. Rurſus nominantur pneumatiæ dubio ad anheloſos & inflatos uocabulo.

Deinde ἄσημον πνεῦμα, id eſt ſpiritus obſcurus, qualis in interceptionibus ſpiritus (ut uocant) & ſuffo-

D cationibus uteri fit. accidunt autem hæ mulieribus ferè non parientibus, ut ſunt quæ non recte purgantur, & quæ diutius ſine maritis degunt. Epilogus: Quòd hactenus plæraq;, quæ in genuinis Hippocratis libris de dyſpnœa reperiuntur, annotauerit, reliqua etiam ex cæteris libris (qui Hippocrati inſcripti, Theſſali tamen aut Polybi, aut Euryphontis eſſe feruntur) per otium aliquãdo in quartum librum congeſturus.

Sed nullus præter hos tres ad
nos peruenit.



NIVERSO de difficultate spirãdi sermone, in duplicem doctrinæ modum à nobis di uiso, in primo equidẽ libro, quæ medicum de ipsa cognoscere oportet unà cum proprijs demonstrationib. ostendimus. In secundo uero qui hunc præcedit, & hoc ipso tertio, omnium quæ ab Hippocrate de spirandi difficultate dicta sunt, in omnibus ipsius scriptis, expositionem facimus. Quare qui ipsorũ tantũ artis operũ studiosi sunt, nihilq; de ueterũ dictis curiosius inuestigandum (uelut ipsi aiunt) censent, omnia quæ cupiunt ex primo libro sufficienter habebũt. Qui uero etiam B Hippocratis sententiã de his discere expetunt simulq; possint, ex his sanè libris eam colligent ac assequẽtur. Appetere itaq; cognoscere ea quæ ab optimis dicta sunt, cõmune est omnium natura honestatis studiosorũ. Verũ posse etiam ipsa discere, longiore tẽpore indiget, neq; similiter omnibus expositũ existit. pleriq; enim præ multitudine molestorũ negociorũ, ocio ad optima prosequenda priuantur. Hæc sanè cum nos non lateant, ea quæ maxime ad artis opera pertinent in primo horum cõmentariorũ explicauimus: ueram Hippocratis sententiam per reliquos duos libros exponimus, quorũ alter secundus est, alter tertium locũ occupauit ordinis à principio cõstituti. & oportet sane C eum qui ea quæ in hoc ipso dicuntur assequi uelit, prius diligenter secundũ librũ uersasse, in quo primum totã mentẽ ipsius Hippocratis ostendimus, q nihil uulgare, neq; quę uulgus medicorũ nouit, scribere dignetur. Deinde uero & particulatim omnes ex primo & tertio Morborũ popularium ægrotos recensuimus, demonstrantes q in multis, quamuis difficulter spirare necesse erat ipsos ægros, tamen non adscripsit, quemadmodũ neq; alia multa quæ ad ea quæ scripta necessario consequuntur. Quę enim citra illum discere licet, ex his unde seipsum progressum quẽdã inuenisse dixit, hæc non putauit scribere oportere. In multis uero D etiã ipsam difficilis respirationis speciem ipsis narrationibus de ægrotis adscribit, quando aut non necessario sequitur ægrotos, aut non promptum erat cognosci ab his qui ipsius scripta legunt. His igĩt scopis etiã nunc adhærentes & intenti, postq; primum & tertiũ Morborũ populariũ in superioribus exposuimus: rursus à secundo initium faciemus, ipsiq; etiam reliqua Hippocratis scripta connectemus. Quemadmodum autem primus & tertius, non solum ab Hippocrate compositi esse uidentur his qui optime de his sentiunt ac iudicant, sed etiam ob speculationis familiaritatem mutuo inter se connexi: eodem modo, opinor, habent ea quæ in secundo & quarto ac sexto habentur. In confesso est enim iam, etiam hos Thessalum Hippocratis filium composuisse, ut qui in parentis ta- A bulis aut chartis siue pellibus & membranis quibusdam commentarios repererit, ipseq; etiam aliqua, eaq; nõ pauca, de suo addiderit. At uero quintum & septimum Morborum popularium, non uidetur mihi quispiam genuina Hippocratis doctrina dignos censere, & ut ego sentio, neq; quartum, quamuis quidam etiam hunc à Thessalo cõpositum esse putent. Cæterum Prænotionũ liber, & Aphorismi, & liber De aquis, locisq; ac aere, amplius liber De uictu in morbis acutis, quem aliqui ad Cnidias sententias inscribunt, non præter rationem Hippocratis scripta esse creditũ est. Horum igitur ubi usus postularit, mentionem faciemus: itemq; aliorum, qui partim ipsi Hippocrati, partim Euriphonti & Thessalo ac Polybo, ut autoribus deferuntur.

2. II Ordiamur itaq; iam expositionẽ à dictione in secundo Morborũ popularium scripta, quæ hoc modo habet: Spiritus paruus densus, magnus rarus, paruus rarus, extra magnus intra paruus, alius quidem extendens, alius uero urgens, dupla intra reuocatio uelut superinspirantibus, calidus, frigidus. Eadem uero dictio in sexto libro perfecta scripta est. Supra tres enim cõiugationes ipsius difficilis spirationis, quarta item adiecta est, quæ manifeste in secundo Morborũ popularium desideratur, non ipsius autoris, ut mihi uidet, culpa, cum perspicuum sit ipsum non ex experimento quopiam & memoria, multitudinem spirationum difficilium coaceruasse, sed ex rationali diuisione. nequaquam igitur relicturus erat aliquam difficilis spirationis speciem. Verum in hoc quispiam ex ueteribus descriptoribus librorum peccauit, atq; ita postea habens liber inuulgatus est, seruatusq; est hic error usq; huc merito sanè, cum aliqui negligenter planè ueterum libros uersent, ut neq; an deficiat quippiam, neq; an in alio libro dictum sit sciant: quidam uero etiamsi sciant, tamen quod deest apponere non audent. Neque enim similiter nostri æui hominibus priores faciles erant, neq; prompti ad scribendum ueterũ dictionem, quæ eodem modo in omnibus exẽplaribus scripta esset, sed significationem solum facere contenti erant, quòd hic quidem defectuose, in sexto uero Morborum populariũ perfecte, diuisio difficilium respirationum scripta esset, tum quæ secundum magnitudinẽ ac paruitatẽ fit, tum quæ iuxta raritatẽ ac densitatẽ. Has enim duas oppositiones, eam uidelicet quæ iuxta magnitudinẽ ac paruitatem fit, & eam quæ iuxta raritatem & densitatem, Hippocrates manifeste inter sese cõplicat, & coniugationes difficilis spirationis quatuor facit. Vnam in qua minor simulq; densior q̃ naturalis, respiratio fit. Alteram cum maior & rarior, & præter has aliã tertiã, in qua minor & rarior, & supra has quartam, quam in secundo Morborũ popularium desiderari & relictã esse diximus, in qua maior simulq; densior fit. Demõstratũ eñ mihi sæpe

A est, etiamsi hoc citra demonstrationem omnibus manifestum sit, quòd duæ oppositiones inter sese complicatæ, quatuor coniugationes faciant. Cæterũ dictio Hippocratis in sexto Morborũ populariũ, non solum in hoc differt ab ea quæ in secundo habetur: sed & in eo ꝙ in sequentibus, quando inspirationis magnitudinẽ cõfert cum magnitudine expirationis, altera coniugatio penitus relicta est in secũdo libro, indicante & hic ipso librorũ descriptore extremã secordiã, aut sedulitatẽ. Si enim integras dictiones trãsgressus est, extreme socors erat. Si uero similes inter se, nescius quatenus differunt, unum & idem utrasq; significare putauit, deinde alterã sustulit, ad summã utiq; sedulitatem progressus est, correctorẽ scriptorum Hippocratis, non ministrũ, seipsum ostendens. B Hoc equidẽ utile est circa plerasq; obscuras dictiones meminisse, in quibus aut relictũ quid esse credibile est, aut adscriptũ. Nihil em̃ uetat iuxta illas, aut quod deest apponendo, aut quod delictũ est corrigendo, perfectũ ac uerũ reddere & absoluere sermonem. Quemadmodum enim transcribere ac mutare ueteres dictiones temerariũ est: sic uelut scriptum est cõseruare, & paucis quibusdã appositis, aut immutatis, dubitationes dissoluere, bonorum expositorũ opus est. Verũ de his opinor me paulo post per ipsa opera demonstraturũ esse quæ facere oporteat: nõ enim simpliciter, neq; prout cõtigit, hoc ipsum faciendũ est, sed cum demonstratione ueritatis rerũ, ampliusq; demonstrãdo prius ipsam senis sententiã sic habere, & utrasq; consentire, dictionis transmutatione conuenienti facta. C

III Cæterum ad propositum iam progressi, & perfectiori dictione apposita, quæ in sexto Morborũ popularium habetur, uideamus qualis'nam sentẽtia ipsa sit. Quòd enim ex rationali diuisione inuenire conetur omnes difficilis spirationis differentias, hoc ipsum etiã his qui libros ipsius exposuerunt uidetur, & coniectare omnibus facile esse opinor. An uero recte diuidat, & an nulla relicta sit difficilis spirationis species, hoc non etiam omnibus inuenire facile est, sed qui de his iudicaturus est, eum & diuidendi methodi expertũ esse oportet, & circa Hippocratis dogmata non inexercitatũ. Et methodus sanè ad id quod diuidit̃ respicere oportere erit, qualis naturæ existat. D Si enim simplex fuerit, ea quæ iuxta substãtiæ ipsius rationẽ sunt, quot sunt, & quæ, ac qualia cõsiderare oportet, atq; ex his diuidere. Si uero cõpositum, utranq; aut singulas partes diuidere, ut dictũ est oportet, totũ uero ex modo cõpositionis. Verum quæ est Hippocratis sententia de cõpositione, nobis alibi fusissime dictũ est: relatũ est etiã in superioribus. Quare nihil uetat ad hos scopos intẽtione ac respectu habito, ipsam morborũ populariũ dictionẽ intueri, quæ sic habet: Spiritus parui densi, magni rari, parui rari, magni densi, extra magnus intra paruus, intra magnus extra paruus. alius extendens, alius urgens, dupla intra reuocatio, uelut superinspirantibus, calidus, frigidus. Quòd igitur non quarta solum coniugatio circa densum & magnũ consistens, in secundo Morborũ popularium relicta est, sed & ex sequentibus duabus, in quibus expirationẽ cum inspiratione confert, altera scripta quidẽ est in præsenti iam proposito sermone, relicta est autẽ in secundo Morborũ populariũ, palàm uidere est. Neq; enim in illo libro scriptum est, intra magnus, extra paruus, sed altera sola difficilis spirationis species ostendit̃, in qua magnus spiritus expiratur, paruus uero inspiratur. In multis igitur codicibus reperire licet hunc defectũ adscriptũ, uerũ in plurimis & fide dignissimis exẽplaribus relictus est, atq; hoc sanè nihil ad præsens refert. Propositum est enim nobis perfectiorem locutionem considerare, eam uidelicet quæ nunc est descripta. Quòd itaq; ex spiritus intra & extra meatu, totius respirationis actio composita est, & quòd altera eius pars inspiratio, altera expiratio appellatur: dictũ quidem est in primo libro statim in principio, uerum etiam si à nobis dictum non esset, nemo ferè ignorat.

3 Quòd uero nullius alterius rei quàm motus propria sint uelocitas & tarditas, dictum quidem & hoc iam est, sed etiam nunc in memoriam reuocetur. Magnitudo quidem & paruitas uelut non sunt motui propria, sic omnino inseparabilia sunt ab eo quod per spatium aliquod aut distantiam localem fertur: & ob id iuxta utranq; respirationis partem, duæ differentes oppositiones fient. Altera iuxta uelocitatẽ ac tarditatem, altera iuxta magnitudinẽ & paruitatẽ. Quòd uero totius spirationis adhuc alia oppositio sit iuxta densitatem ac raritatem consistens, id ipsum etiam antea relatum est. Et quòd hæc oppositio nõ sit respirationis, uelutí motus, sed ut compositæ rei ex distantijs conflatæ. Quare in his tribus generibus omnes respirationis differentias esse necesse est. In uelocitate quidem & tarditate, propterea quòd hæc propria & ab omni motu inseparabilia sunt. In magnitudine uero & paruitate, propterea ꝙ per distantiam organorum respirationis fit motus. Densitas autem & raritas tertiũ ex prædictis genus, neutrius propriarũ ac primarum respirationis partium proprium, aut inseparabile est: uerum totius respirationis pars fit per accidens quoddam, quandoquidem composita res est, ex duobus contrarijs motibus quiete distinctis constans. Hæ igitur sunt primæ differentiæ totius respirationis. Cęterum cum respiratio res sit quæ & facere aliquid, & pati possit, aliud utiq; fuerit differentiarum genus in ipsa, utraq; uidelicet parte æqualiter aut inæqualiter perfecta. At uero & rursus aliud, ipsius totius ut cõpositę, partibus inter se mutuo collatis. Hæc cũ ita habeant, sciendum primas quatuor difficilis respirationis differentias in proposita Hippocratis dictione scriptas, totius respiratiõis esse. Neutrius enim partis est densitas & raritas, si sanè meminimus eorũ quæ statim à principio primi libri dicta sunt. Sic uero etiam sequentes duas: nam & in his duæ totius respirationis partes cõferunt̃, & ob id sic scriptum est: extra magnus, intra paruus, intra magnus extra paruus, uidelicet spiritus. Sequentes

tes autem deinceps duas differentias in quibus di citur, alius extendens, alius urgens, alterius partis ipsius respirationis proprias esse putandũ est, quã sane iuxta substantiam esse uel maxime ipsius respirationis diximus. Extendens enim tardus est, urgens autem uelox. tarditas autẽ & uelocitas ab omni motu inseparabilia sunt. Quod uero deinceps habetur: dupla intra reuocatio uelut superinspirantibus: inæqualem inspirationẽ ostendit. Inquirenda est autem eadem oppositio in expiratione, quam ego relictam esse credo à transcribentibus magis, quàm ab ipso Hippocrate, quandoquidem in alijs scriptis etiam eiusmodi speciei difficilis spirationis mentionem facere apparet, ut in sequentibus palàm ostendam. Quòd si cui ab ipso Hippocrate relicta esse uidetur, hic peiora pro melioribus eligit. Equidem penitus nullam inæqualitatis mentionem fecisse, iuxta neutrã respirationis partem, sed penitus oblitum esse ac reliquisse, minime conueniebat Hippocraticæ diligentiæ. Verum ego sane etiamsi id quod nunc de inspiratione scriptum est, in totum scriptũ non esset, describentis magis peccatum esse quàm ipsius Hippocratis, dicere audeam. Rationẽ aũt utiq; aliquã sic haberent hi quibus ad peiora animus inclinat. At uero cum & inspirationis speciem adeo manifeste indicauerit, ut non solum dixerit, duplam intra fieri spiritus reuocationem, sed & uelut superinspirantibus apposuerit, quomodo tandem aliquis adhuc suspicari queat ipsum expirationis esse oblitum? De his igitur etiam rursus agemus.

4 Deinceps autem alia adhuc difficilis respirationis specierum oppositio apposita est in fine totius sermonis sic habens. Calidus, frigidus: ut uidelicet et hic subaudiamus spiritus uocem. Quemadmodum enim magnus & paruus, & densus ac rarus, sic etiam calidus et frigidus spiritus expiratur. Quanquam & hic decepti quidam, propterea q̃ ipsi non intelligant, corrigunt & dictionẽ immutare audent: non calidus, & frigidus, uelut nunc dictum est, scribentes, sed ipsa cum prædicto connectentes, atq; hoc modo legentes: Velut superinspirantibus calidum frigidum. Hi quidem igitur supra hoc quòd ipsam dictionem nullam sententiam referentem efficiunt, etiam palàm produnt, quòd neq; senis libros legerũt: omnino enim meminissent eorum quæ in alijs locis ab ipso sunt scripta, de calida et frigida expiratione, quæ qua nam ratione aut in illis ab ipso scripta sunt, aut hic relicta, non habent quod dicant. Si enim non putauit ex difficilium spirationum genere esse calidam & frigidam expirationem, non rite in alijs locis ipsarum ueluti difficilium respirationum meminit. Si uero in illis rite ipsarum cõmeminit, nũc sane non recte ipsas reliquit. Verum hæc non ita habent. Nam & hic recte in difficilium respirationum diuisione continentur. Quid uero indicent, in alijs locis recte ab ipso dictum est.

5 IIII Relictis igitur iam his qui sic ab Hippocratis mente aberrant, & omnia magis quàm sententiam ipsius intelligunt, ipsi per nos ipsos inspiciamus, quidnam in Prænotionum libro de difficili respiratione in hũc modũ scribit: Spiritus densus existẽs, dolorem aut inflammationẽ significat in locis super septum transuersum. Magnus aũt & per multum tempus, desipientiam ostendit. Frigidus uero ex naribus & ore prodiẽs, ualde iam perniciosus est. Apparet enim in hoc libro, harũ triũ tantum difficilium spirationũ ipsum mentionẽ fecisse. Atqui si tot solum sunt, quid tandem multo plures ipse in Populariũ morborũ libris scripsit? Si uero adeo multæ sunt, cur paucissimarũ in Prænotionũ libro mentionẽ fecit? An numerum quidem ipsarũ nosse, cõmodum existimauit, quid uero singulæ indicent, non utile esse putauit? aut hæ solæ indicant, reliquæ uero nihil? sed possibile est quandoq; præter naturam respirare, nullam uero affectionẽ in animali præter naturam esse? aut in tantũ hoc uerum esse oportet, ut necessarium sit, omnem affectionem in animali præter naturam fieri difficilis respirationis causam? Siquidem igitur causæ rationem habet affectio ad difficilẽ respirationẽ, fuerit utiq; hoc modo, & tempore, & ordine, & facultate prior. Quomodo igitur Hippocrates in Prænotionũ libro, tantum difficilium respirationũ numerũ relinquere uidetur? Equidem ea gratia uolebã ipsos expositores inter se conferre, & quærere, ac soluere, uerum eius rei faciendæ nulla est facultas. Etenim expositorũ cur quis tandem mentionẽ faciat? Eorũ uero qui ante nos uixerunt, & quorũ cõmentaria ad nostram ætatem seruantur, multas & longas nugas conscriptas inuenire est, quæ uero sic alicuius momenti sunt, penitus ab ipsis relicta sunt. Verũ nos sane inquirimus ipsa, etiamsi nullam uiam habeamus ad inueniendũ ab illis præmonstratã. Dictũ quidem à nobis est, & in his quæ De optima secta sunt, & in curandi Methodi scriptis, quomodo talia omnia inquirere & inuenire oporteat. Imò & in primo horum cõmentariorũ duplicem uiam ostẽdi ad eiusmodi inuenienda, alteram ex differentijs difficilis spirationis procedentẽ, alteram ex affectionibus in organis respirationis, quam etiam faciliorem & manifestiorẽ esse dicebã: Et quisquis illa scripta diligenter uersauerit, haud indigebit multis rationibus ad præsentium solutionẽ. Si uero negligenter illa tractauit, aut alias ad discendum hebes est, qui quidem negligenter tractauit, rursus ipsa relegẽs, identidem repetat. Qui uero hebes ad discendum est, aliud quid agat, ac sciat quòd paruæ naturæ magni uiri sententiã adsequi impossibile est, qualis sane ipse Hippocrates erat. Quæ igitur nemo priorũ aut proposuit, aut dubia putauit, aut quesiuit, aut inuenit, ego & proponam, & dubia faciam, & quomodo quærere oporteat dicam, & dijs uolentibus inuenturum me spero. At uero ipsum problema etiam paulo ante à me relatum est, Cur nam tot difficilium respirationum species Hippocrates in Prænotionum libro reliquit. Dubitatio uero nunc dicetur, ubi quæ in primo sermone scripta sunt prius in memoriam reuocaro. Omnes enim difficilium respirationum differentias, in illis sermo-

sermonibus, in quinq; ex toto tum affectionum, tum difficilium spirationum genera reduxi. Quare adhuc magis dubium constituitur problema, spe etiam quæ sola restabat sublata. In eiusmodi enim omnibus, in quibus cuiuscunq; tandem rei differẽtiæ plures quidem ab altero quopiam, siue uiro, siue scripto, pauciores uero rursus ab aliquo altero dicuntur: una sola superest consensus spes, siquis demonstrare queat alterum in primis diuisionis partibus rem ipsam extendisse, alterum uero cõtraxisse. Hac igitur spe nobis sublata: demonstratum est enim in primo libro neq; affectionum, neq; difficilium respirationũ genera, in minorem numerum reduci posse: quæ amplius ars soluendi quęsita inueniri possit? Cum ob alia enim, tum ob id quod quędam prima genera relicta sunt, amplius'q; diuulsa, & male distinctim mutuo opposita, ac obscure enarrata in Prænotionum libro reprehendere quis merito possit, quamuis siquis alius Hippocratis liber, is ipse perspicuus existat. Atqui obscurum simulq; indeterminatum est quod statim in principio dictionis dictũ est: Spiritus densus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transuersum. Si enim non duplex esset spiritus densus, alter quidem cum magnitudine, alter uero cum paruitate, aut si non ex diuersa affectione uterq; ipsorum generaretur, recte utiq; Hippocrates aut indiuisum ipsum reliquisset, aut differentiam eius quod per utrunq; significatur non indicasset. Quando uero ipse manifeste in Morborum popularium libris, alterũ densum simulq; paruum, alterum densum & magnum statuit, & nos demõstrauimus hos ex prima ipsorum differentia esse, male utiq; indiuiso relicto denso, simpliciter sic dicere contentus fuit, Spiritus densus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septũ transuersum. atq; hoc sane unum dubium existit. Consequenter uero tertiæ differẽtiæ mentionem faciens sic: Magnus autem & per multũ tempus delirium significat: & hanc solam ex primis differẽtijs manifeste prolocutus, oppositæ ipsi spirandi difficultatis, quæ rarum & paruum spiritum ostendit, nullam omnino mentionem fecit: quanquã sane uelut densus spiritus duplex erat, magnitudine & paruitate distinctus, sic etiam rarus necessario duplex est, magnitudine ac paruitate distinctus. Verum alterius solius in Prænotionibus meminit ubi ait: Magnus autẽ & per multum tempus, delirium significat: alterum uero rarum simul & paruum relictum esse apparet. Quare ex quatuor coniugationibus, quas in Morbis popularibus scripsit, primæ duæ indiscriminatim & obscure ac confuse dictæ sunt. Sola uero tertia, ut diximus, tum ipsa, tum quod per eam significatur, ambo manifeste scripta sunt. Cæterum non in his solum obscurus & indistinctus, & qui plura relinquat, sermo esse uideri potest, sed & ex eis quæ deinceps inferens ait: Frigidus uero ex naribus & ore prodiens, ualde perniciosus est. Cur enim tandem, si differentias iuxta calidum & frigidum recensere statuerat, frigidæ tantum mentionẽ fecit? Et amplius, Cur nam aliarũ duarum, tum eius quam indiscriminatim spiritum densum nominat, tum quam distincte rarum & magnum, affectiones ipsas solas adscripsit, nõ tamẽ in quid finiant significauit, dolorem quidem & inflammationem à densa, deliriũ autem à rara & magna spirationis difficultate indicari dicens: in differentia uero iuxta frigidum, in quid desinet dicit: inquit enim perniciosum ualde esse huiusmodi spiritum: affectionem uero ob quam ita difficulter spirant obscuriorem existentem, non etiam dicit: cum tamen præstaret in omnibus difficilibus respirationibus, tum ipsas affectiones dicere, quæcunq; tandem hę sint, tum alterationis ipsarum modum adscribere, mansuetas à malignis distinguendo. Atqui sic non fecit, uerum in prioribus spirandi difficultatibus affectiones, in ultima alterationis modum solum ostendit: & quòd crimen omnium minime effugere potest, quòd uidelicet nihil penitus de inæquali spirationis difficultate dixit, id ipsum sane etiã iam sermoni apponatur. Extendens equidem et urgens spiritus, & extra magnus intra paruus, et intra magnus extra paruus: neq; ipsi quidem in Prænotionum libro relati sunt. Verum ex his quæ nos in primo libro explicauimus, in quatuor difficilium spirationũ coniugationibus comprehensi reperiuntur. At uero quintã inęqualem, cuius dimidiam partem in Morbis quidem popularibus scripsit, duplam intra (inquiens) reuocationem, in Prænotionum uero libro penitus reliquit, sub nulla quatuor coniugationũ iuxta ullum aliquem modum comprehensam inuenire licet. Atq; tot quidem ac tales sunt dubitationes.

6 V Oportet autẽ hic nos non similiter ut multi faciunt, qui Hippocrati contradicunt, dubitationes quidem facile reperire, in solutionibus uero ipsarum hærere, uerum primũ quidem uiam quandam facultatis inuenire, deinceps uero per demõstrationem, ea quæ per ipsam uiam inuenta sunt confirmare. Quæ est igitur uia facultatis? oportet enim inde initium sumere. Vna quidem cõmunis illa omnibus ueteribus familiaris breuiloquentia. Altera uero peculiaris illa Hippocrati animi altitudo. Demonstratũ enim nobis est quàm grauis sit sæpenumero hic uir, ut qui ea quæ alijs medicis nota sunt prætereat, uelut, quæ à nemine eorũ qui artem ingenue exercent ignorari queant: Quæ uero talibus ignota sunt, omnia diligenter simulq; perspicue exponat. Si uero hic ipsi mos est, quid mirum est ambiguã ac obscurã apud plerosq; differentiã difficilis respirationis, eam uidelicet quæ fit iuxta magnitudinem & raritatem, tum per alia scripta demonstrare conatũ esse, ut quæ desipientiæ propria sit, tum in Prænotionum libro manifestaria doctrina dignam censuisse. Verum differentias dẽsitatis, ut quæ medicis ignotæ esse nõ queant, una summa cõprehensas breuibus indicasse. In pleuritide enim & peripneumonijs, anginisq; & orthopnoeis dẽsus et magnus fit spiritus. Quòd si pleuritis non sit, solus aũt dolor circa costas extet, densus & paruus fit spiritus. Quemadmodum etiam

etiam si circa os uentris, aut stomachum, aut splenis caput aut hepatis gibbam partem. Nam & in his locis si quis sit dolor necessarium est paruū & densum fieri spiritū, & multo magis si sit circa septum transuersum, & partem eius quæ cōiungitur & cohæret peritonæo membranæ aluū ac intestina omnia ambienti, itemq; musculos illic circumsitos. Atqui etiamsi non istic solum, sed longe inferius peritonæum fuerit affectū, & offensam ipsius percipit septū transuersum, itidem paruū ac densum spiritū efficit. Quin & uentris ipsius maiores affectiones, quæ cum dolore fiunt & tumore, splenis item & hepatis infernæ partes non minus densum ac paruū efficiunt spiritū. Et in uniuersum, siue tumor quis sit premēs ac coarctans quodcūq; tandē respiratoriū organū, siue dolor circa quamcunq; partē, sic appropinquantē respiratorijs organis, ut ipsis motis simul moueat, densus ac paruus erit spiritus. Reliquas porrò horū causas in primo libro recensuimus, Quemadmodū sanè & q̀ caliditate multa in respiratorijs organis coacerua ta, dēsus et magnus spiritus fiet: id quod fermè omni die, in omnibus exurentibus febribus apparet, ut neminē latere possit. Etenim q̀ inflammationē præter naturā phlogosin Græcis dictā, nō Hippocrates solū, sed omnes ferè alij qui ante Erasistratū fuerunt Phlegmonē nominarint, non à nobis tantum, sed ab omnibus Hippocratis expositoribus est ostensum. His itaq; sic stantibus, nihil amplius mirū est, prædictas ambas differentias Hippocratem una summa ostendere ubi ait: Spiritus densus existēs dolorē aut inflāmationē significat in locis super septū transuersum, tanq; sanè nos intelligere possimus, q̀ cū paruitate dolorē significet, cum magnitudine uero inflāmationē. Apponit autem rationabiliter, in locis super septū trāsuersum siue respiratorijs, tanq; immodicæ caliditates partiū, infra septū transuersum, respirationē in magnitudinem ac densitatem eleuare non queant.

7 VI Atq; uia quidē inuentionis quæsitorum circa primas differentias hæc est. Verum demonstrationem etiam quandam ad sermonē apponere necessarium est. Nunc enim q̀ non impossibile est, hanc sententiā Hippocratē usurpasse, ostēsum est. Demonstrabitur autem consequenter q̀ penitus hoc modo habet. Cur enim tandem in utrisq; Morborū popularium libris secūdo ac sexto, has duas spirandi difficultatis differentias primas omnium distinguere reperitur? priorem quidem paruum & densum spiritū, alterā uero densum & magnum: in proposito autem Prenotionū libro ipsas ignorare uidet, supra hoc quòd postea statim scribat rarum & magnum? rarum igitur & magnum spiritum nouit: densum uero & paruum ignorat? & sanè etiamsi quisq; eorū quibus animus in peiorem partem inclinat, dicere queat, quòd quinam sit densus ac paruus spiritus, cognoscere non potuerit. at uero quæ sit affectio quæ ipsum efficiat, non potuit non cognoscere: sed cū dicat, Densus spiritus dolorem significat, aut inflammationē in locis super septum transuersum, palàm fit quòd &

A affectiōes scribat, & neutrā relinquat. Imò & eundem ordinē ostendit, quem etiam in duobus Morborum popularium libris fecit. Perspicuū itaq; est q̀ denso & paruo dolorem, denso uero & magno inflammationem coniungat. Neq; enim dicere licet, quòd in Popularium quidem morborū libris duobus, parui & densi, & magni & densi spiritus mentionē fecit, in alijs uero nusq;. Nam & in illis ipsis sæpe, & in lib. De diæta seu uictu in morbis acutis, quem etiam De ptisana inscribūt: statim in principio libri, non tantū huiusmodi difficilis spirationis speciem palàm nominat, sed & ipsam affectionē in qua fit, & modū ipsius iuxta quē lædere solet. Atqui nullus eorum qui ex contentionis studio multos Hippocratis libros, uelut non genuinos rescindunt: hunc librū detruncare ac Hippo- B crati auferre ausus est. Equidem quæ in fine sunt post balnei usum plериq; tollunt: quæ uero eousq; habentur, omnes conseruant. Si igitur non solum in hoc libro demonstrabimus, sed etiam in alijs similiter inuenitur, quòd tum differentias, tum affectiones dēsi spiritus cognoscat, quid adhuc deesse uidebitur ad demonstrationem? Si uero etiam in ipso Prænotionum libro paulo inferius inueniri potest, quòd & differentias non ignoret, & affectiones ipsas sciat, non'ne credes adhuc amplius id quod propositum est satis esse demonstratum? At uero quòd hæc ita habeant, neq; mentiamur, ex ipsis uerbis uidere licet. Incipiam autem à libro De uictu in morbis acutis. In hoc libro statim in C principio, de morbis circa pulmonem ac thoracem uerba faciens, hoc modo ait. Quibuscunq; enim cibus statim conclusus est, si quis non subeuacuatis sorbitionem præbeat, dolorem præsentem utiq; exacerbauerit, & non præsentem statim induxerit, & spiritus densior reddetur: malus autem hic est, resiccat enim pulmonem, & præcordia, ac pectinem & septum transuersum dolore fatigat. In hoc sermone primū quidem, quòd propter dolorem densus fit spiritus ostēdit, nobis opinor relinquens meditandū generationis modum, quem in primo horum cōmentariorū me dissoluisse manifeste puto. Quemadmodū enim dolentibus cruribus, multum progredi nequimus: eodem modo ubi quoddam organum ex his quæ in respirationi D bus mouētur doluerit, parum respirare cogimur, & citius desistere cupimus. Quando enim simul cum temporis respirationis longitudine extenditur dolor, qui citius cohibet motum respiratoriorum organorum, citius dolore liberatur. Verum quanto citius quàm oportuit cohibetur, tanto ipsum animal defectuosius inspiratione participauit. Quemadmodum igitur si quis pauciores cibos quàm ex usu sit accipiat, hic statim aliorum ciborū opus habebit: sic siquis minus quàm ex usu est inspirauerit, hic citius inspiratione indigebit, & in hoc spiritum ipsum densari continget. Quo enim tempore inter actiones medio organa respirationis cessantia requierunt, eo ipso nunc requiescere animal non permittit: tanquā enim singulas respirationes defectuose respirans, semper etiam

magis

magis propè ad suffocationem accedit: huius autem ipsius affectionis timore, citius respirare urgetur, & respirationis organa citius quàm oportet mouet, non permittens ipsis quiescere, in quantum quiescebant, quando secundum naturam habebant. Quando igitur Hippocrates ob dolorem, spiritum densiorem fieri dicit: uidetur autem per mediam paruitatem densitas ipsa generari: omnibus sanè manifestum est, quòd etiam paruitatem nouit. Quis enim tertium à primo nosse queat, si medium ignoret? & præsertim si ipsum tertio generationis causa existat? Et sanè paulum progressus, ipsis suis proprijs uerbis aperte, paruitatem densitatis causam esse tradit, sic scribens. Etenim ipsum sputum intra retentum prohibet quidem spiritum intra ferri, cogit autem cito extra ferri. Hic alteram rursus causam docet generationem densi spiritus, appellauit autem ipsam in superioribus sermonibus respiratoriorum organorum coarctationem. Quod igitur in dolore nobis intelligendum relinquebat, hoc ipsum hic ipse exposuit. Quid est autem hoc ipsum? Multo inquit sputo circa arterias, pulmonis uidelicet, contento, & spiritus ipsius regionem preoccupante, spiritus circa inspirationis actionem intra accedere prohibetur. Num igitur aliud quid est quàm parua inspiratio id quod nunc dicitur? Non certe, siquidem iuxta copiam substātiæ quæ inspiratur, magnitudinem respirationis metiri oportet, uelut in primo libro est demonstratum, uerum si ob aliam quandam causam cogi spiritum cito extra ferri dicit, quàm ob inspirationis paruitatem. Non est autem quòd hoc dicamus, cum ipsæ dictionis series sic habeat: Etenim ipsum sputum intra retentum prohibet quidem spiritum intra ferri, cogit autem cito extra ferri. Propterea enim quòd latione spiritus ad interna priuatum est animal, quiescere non permittit, ut quod de suffocatione periclitetur, & in hoc densus spiritus generatur. Neque enim conuenit ipsas nominum syllabas audire uelle, cum integri sermones perspicue dicantur: neque aliud quiddam esse putare, cito ad expirationem concitari, quàm dense respirare: & aliud quiddam, prohiberi inspirationem sufficienter fieri, quàm paruam esse respirationem. Verum hic quidem ipse Hippocrates manifeste exposuit, quomodo in detento sputo densus fit spiritus, per mediam paruitatem. In dolore uero reliquit, ut opinor, propterea quòd multis locis ipse dixerit, actiones organorum à dolore impediri, cum possimus nos etiamsi ex illo non audiamus, ex manifeste apparentibus inuenire. Supra hoc igitur quòd ambo hæc nos manifeste in hoc sermone docet, quòd & dolor, & locorum coarctatio, paruam efficientia respirationem, statim etiam densam reddunt, amplius & hoc edocet, quòd non hæ solum sunt densi spiritus causæ: primum quidem in eo quòd dicit, dictum est autem sic in dolore, ipsum hoc manifestum facit, quòd ob aliam causam spiritus iam densus existat, densiorem fieri dicens ob dolorem, tanquam ut opinor & hic nos ratiocinari possimus, febrilem caliditatem ipsum omnino densum efficere. Secundo autem in eo quòd dicit, A denso &

A multo spiritu, uelut iam dictum est, sputum crudo modo uiscosum redditum, ascensum & exitum fieri prohibet. Densi enim spiritus dolor causa est. Multi autem non hic, sed calor febrilis. Cæterum hic ualde manifeste, non magni spiritus dixit, sed multi. Magnus enim quantitate circa singulas respirationes iudicatur. Multum uero possibile est aliquando ex multis paruis coaceruari, & apparet sanè hoc manifeste fieri in pleuriticis, qui magnum quidem spiritum semel ducere ob dolorem non possunt, quamuis pluri aere ob febrem opus habeant: ob continuitatem uero actionis, æqualem multitudinem spiritus magnis respirationibus coaceruant. Quòd enim paucæ magnæ, hoc multæ paruæ possunt. Eodem modo & in peripneumonicis multo quidem spiritu opus est, uerum ob locorum coarctationem parum inspiratur: etiam hic igitur densitas multas paruas respirationes efficiens, ad æqualitatem cum paucis & magnis redigit.

B

VII Num igitur indigebimus adhuc inquisitione syllabarum ipsorum nominum, in hoc libro conscriptarum sic consequenter de parua & magna respiratione, non contenti rebus ipsis adeo manifeste ostensis? Atqui hoc non erat quæsitum, an Hippocrates paruæ ac magnæ respirationis nomen nouerat: repetitur enim tum in Morborum popularium libris scriptum, tum rursus in Prænotionum libro, ubi inquit: Magnus spiritus & per multum tempus desipientiam significat. Verum an duplicem nouit densum spiritum, & alterum ipsorum à dolore fieri dicat, alterum à caliditate multa in respiratorijs organis coaceruata. Quando igitur hæc demonstrata sunt, superuacaneum est adhuc audire desiderare nominum syllabas: quandoquidem & secundum hunc ipsum, quem in Prænotionibus dixit sermonem de insipientia, cuipiam dicere licet, non rarum & magnum dictum esse spiritum qui ipsam desipientiam indicet, & dictionem proferre hoc modo habentem, Spiritus magnus & per multum tempus desipientiam significat, tanquam sanè non idem sit, aut rarum dicere, aut per multum tempus: aut quòd nos nunc nomina uenemur, & non res ipsas quæramus. Cæterum quando sanè quidam in tantum ad rem assequendam rudes sunt, ut etiam ipsa nomina audire uelint, reuocabimus etiam ipsis in memoriam duas quasdam dictiones, ex ipso De uictu in morbis acutis libro sic habentes: spiritus offendens in sursum latione densus aut magnus. Hic quidem habes, siquidem desideras, nomen ipsum magnus. Rursus autem etiam paruus, ubi ait: Et spiritus paruus, & reuulsio spiritus densa ac uiolenta accedit. Rursum autem in ipso Prænotionum libro, difficulter ferre morbum inquit, & spiritum magnum ac densum esse. hunc quidem igitur palàm ipso nomine prolato, magnum & densum scripsit. Paruum uero & densum rursus in sermone De angina, ubi ait. Plurimumque dolorem exhibent & orthopnœam, hoc est rectam spirationem. Quòd enim in orthopnœis paruus & densus fiat spiritus, ob coarctationem respirationis organorum, haud scio an quisque ignoret. Atqui etiamsi talia ab ipso Hippocrate discere uelimus, in libro

C

D

quidem

quidem De uictu in morbis acutis, in uerbis quæ paulo ante adſcripſi, docuit nos quomodo paruus dēſus ſpiritus fiat, iuxta ſputorū cohibitionē. In libro uero De articulis ſtatim in principio ſermonis de ſpina dorſi enarrās luxationes in poſteriorē partem, in locis ſupra ſeptū tranſuerſum, ex tumoribus aut morbis factas, hoc modo ait (opinor enī præſtabilius eſſe ut totus ſermo ipſius adſcribatur) Quibus ſupra ſeptum tranſuerſum fuerit in poſteriorē partē luxatio, his & coſtæ nō uolunt in latitudinem augeri, ſed in anteriorem partem, & pectus acutum fit, ſed non latū, ipſiq; difficulter ſpirantes fiunt, & ſtertoroſi. Minorē enim amplitudinem habent uentriculi ſpiritū ſuſcipientes & emittentes. Nam & cogunt circa magnum uentriculum, collum habere in anteriorē partem luxatum, ut ne pronum ſit ipſis caput. Coarctationem igitur multā faucibus hoc exhibet, cui accedit quòd ad internam partem repit. Nam et rectis natura difficilem reſpirationem hoc os exhibet, ſi intra repſerit, donec reprimatur. Ob hanc igitur rem huiuſmodi homines eluxati gutturis magis apparent quā ſani. Tuberculoſiq; ut plurimum tales circa pulmonem ſunt, ex duris tuberculis ac crudis. Etenim occaſio luxationis in poſteriorem partem, & diſtentio, plurimis ob eiuſmodi collectiones fiunt, quibus ſanè uicini nerui cōmunicauerint. In hoc toto ſermone luxationem in poſteriorem partē, ob tubercula in pulmone cruda & dura fieri dicit. Difficultatem uero reſpirationis ob coarctationem locorum, appellauit autem huiuſmodi ipſius differentiam ſtertoroſam. At uero in libro De uictu in morbis acutis, quādo eorum quibus in paruitatem & dēſitatem reſpiratio uertitur meminit, etiam hoc ipſum orthopnœæ nomen appoſuit, & ſtertere ipſos dixit. Quare etiam cum in libro Prænotionum de angina narrans dixit, plurimumq; dolorem exhibent & orthopnœam, non aliam quādam difficilis reſpirationis ſpeciem quàm paruam & denſam ſic appellauit. Omnes enim qui ob coarctationem non ſufficienter inſpirare poſſunt, de ſuffocatione periclitantur ſi decumbant, & ob hoc tum thoracem totum tū collum, rectū habere eos oportet, utpote cum non paruum auxilium ipſis ex huiuſmodi figura accedat: ampliora enim ſimulq; longiora oīa reſpirationis organa fiunt, partim quidē per rectam figuram in directū extenta, partim uero minus in ſeſe cōcidere prohibita & impedita. Manifeſtum eſt autem etiā ipſum Hippocratē, ſic ut nos nunc dicimus, de ipſis ſtatuere ac pronunciare, per hæc uerba ex lib. De articulis iā ante relata: ipſiq; difficulter ſpirantes fiunt & ſtertoroſi. Minorem enim amplitudinem habēt uentriculi ſpiritum ſuſcipientes & emittentes. Omnibus igitur qui ob coarctationē locorum ſeu organorum difficulter reſpirant, etiam paruus fit ſpiritus, & ex neceſſitate ſequunt̄ duo ſymptomata ſiue acceſſoria mala, ſtertoroſa uidelicet reſpirationis ſpecies, & paulo ante dicta orthopnœa, ſiue ſpiratio recta. Et ſanè uelut de induſtria ipſa diſſecās, alterū in Prænotio-

A num libro ſcribit, pernicioſis anginis ipſum adeſſe dicens, alterū uero in lib. De articulis. in Prænotionū quidem libro, orthopnœam, in lib. uero De articulis, ſtertoroſam reſpirationem. Porrò in lib. De uictu in morbis acutis ambo in idem coegit Hippocrates, ſic ſcribens, partim uero ab orthopnœa & ſtertore ſuffocati. Vtitur aūt & alibi in ſuis ſcriptis utriſq; nominibus uelut idē indicare potentibus. Quandoquidē igitur adeo diligenter in libro De uictu in acutis morbis, de omni denſi ſpiritus generatione enarrauit, nihil mirum eſt ſi caput tantum & ſummam totius ſermonis in Prænotionū libro conſcripſit. Quòd uero omnia exacte tradiderit De ſpiritu dēſo, nihil amplius opus habeo pluribus oſtendere, uerū ubi hoc ſolum in

B memoriam reduxero, aut quòd ob dolorē, aut locorum coarctationē, aut caliditatis multitudinē, dēſus fit ſpiritus, deinceps totū ſermonē ipſius Hippocratis adſcribā hoc modo habentem: Quibuſcunq; enim cibus ſtatim concluſus eſt, ſi quis nō ſubeuacuatis ſorbitionem præbeat, dolorē præſentem utiq; exacerbauerit, & nō præſentem ſtatim induxerit, & ſpiritus denſior reddetur. Malus autem hic eſt, reſiccat enim pulmonē, & præcordia, & pectinē, ac ſeptum tranſuerſum dolore fatigat. At uero amplius dolore lateris cōtinēter exiſtente, & ad calfactoria nō remittēte, ac ſputo nō exeunte, ſed & crudo ac uiſcoſo permanente, ſi quis dolorem non ſoluat, aut aluum emolliendo, aut uenam ſecando, utrum tandē ex his contulerit, uerum ptiſanas ſic habētibus exhibeat, horum

C repentina mors cōtinget. Ob has igit̄ cauſas, atq; alias huiuſmodi adhuc amplius, hi qui tota ptiſana utuntur, ſeptimo die aut etiam citius moriunt̄, partim quidem mēte moti, partim uero ab orthopnœa ac ſtertore ſuffocati. Tales uero ueteres ſyderatos eſſe putabant, ob hoc maxime, nō minus autē quòd & mortuorū latus liuidum reperitur, ſimilitudine quadam ad plagam. Cuius rei cauſa eſt, quod ante ſolutum dolorem moriuntur. Cito enī anheloſi fiunt. A denſo uero ac multo ſpiritu uelut iam dictum eſt, ſputum crudo modo uiſcoſum redditum aſcēſum & exitum fieri prohibet, ſed ſtertorem facit, in cartilaginoſis pulmonis partibus detentum, & cum ad hoc res ipſa peruenerit, mortale ut plurimū exiſtit. Etenim ipſum ſpu-

D tum intra retentum prohibet quidem ſpiritum intra ferri, cogit autē cito extra ferri, atq; ſic ad perniciem mutuo ſeſe affligunt. ſputum enim retentum, ſpiritum denſum facit: ſpiritus uero denſus, uiſcoſum ſputum facit, ac lubricū fieri & elabi impedit. Siquis hanc dictionem diligēti animaduerſione in animum adſumat, ipſamq; ſæpe relegat, ſpero equidē facile eum perſuaſum iri ex his quæ dicta ſunt. Quod enim non magna ſapientia indigeat denſi ſpiritus in ſuas differentias ſectio, & quòd ipſam perfecte in hoc libro antea cōſcripſerat, ob id ſanè in prænotionibus ualde breuiter perſtrinxit, tanquam qui iam ad ſcientes rem omnem, uelut compendium quoddam ſermonis faciat.

8 VIII Tres quidem igitur iā nobis coniugatio-

nes difficilium respirationum inuētæ sunt. Deest aūt adhuc quarta, in qua paruus & rarus fit spiritus. Cur igitur tandem ipsa relicta, frigidā expirationē scripsit? An quòd non alia est parua simulq; rara, alia uero frigida? Manifestum autē hoc est. Contrariam enim sibi magnam & densam, ex immoderato calore in respiratorijs organis coacervato generari demonstrauimus. Necessario igit̄ parua et rara his ipsis organisperfrigeratis erit. Et sanè duo nobis dubia soluta sunt, nempe q; neq; quarta difficilis respirationis cōiugatio, parua uidelicet & rara, relicta sit, neq; item calida. Calidā enim in altera dēsi spiritus parte, quæ à principio relata est, cōprehensam habebimus, eadē est em̄ cum densa & magna: raram uero & paruam in frigida, nam rara & parua à frigida nihil differt. Cur igitur tandem non raram & paruam, sed frigidam ipsam scripsit? quòd primum quidem ab euidentiore accessiōe ipsam ostēdere uoluit: deinde quò ostēderet causam ob quam ipsam perniciosam dicit: & tertio q; sic quàmcelerrime nos intellecturos esse suspicatus est, eandem hanc nihil à rara & parua differre, & cōtrariam ipsi calidam nihil differre à densa & magna. Frigidus enim spiritus omnino rarus est & paruus, uelut etiam in secūdo ostensum est libro. Densum autē & magnum, eum qui inflammationē respiratoriorum organorum indicat haudquaq; quis dixerit, nisi etiam calidus effletur. At uero & in eo quod apponit ad solum frigidum spiritū, quòd ualde iam perniciosus est, manifeste ostendit quam sentētiam de prioribus tribus respirādi difficultatibus habeat. Siquidem enim & ex illis aliquam perniciosam putasset, omnino utiq; adscripsisset. Nū igitur extra periculū ipsas esse opinatus est. nequaquam, sed non quidem perniciosas, non tamē extra periculum. Perfrigerari em̄ respiratorijs organis palàm perniciosum est, cū istic sanè cor situ͂ sit, quod principium & fontē insiti caloris esse scimus. Verum inflammationem multam esse ipsis, aut dolorē, aut desipientiam, non omnino perniciosum est. Eiusmodi enim caliditas in multis acutis febribus coincidit, quot autem & quibus morbis dolor adsit prædictum est. At uero & ipsa desipientia nō necessario perniciosa est. Quòd uero ita de ipsis sentiat, manifeste ostēdit per cōsequentem dictionē ubi inquit: Facilem uero spirationem ualde magnam uim ad salutē habere putādum est, in omnibus acutis morbis, qui cum febribus sunt, & in quadraginta diebus iudicantur. Si enim magnā uim ad salutem habere putauit facilem spirationē, certe nō semper extra periculū difficiles spirationes opinatus est. Quare aliæ quidem omnes respirandi difficultates hoc solū habent, q; non extra periculum sint: postrema aūt omniū relata, supra hoc quòd & periculosa est, & perniciosa, non procul à morte hominē esse annunciat. ob id igitur non simpliciter perniciosam ipsam esse dixit, sed etiā, ualde apposuit. & neq; hoc rursus cōtentus, intulit: iam tanquam propinquam mortem sola hæc spirandi difficultas annunciet. Adeo enim perniciosa est,

A ut mihi uideatur, quòd neq; quicquā de ipsa scripsisset Hippocrates, nisi omnem modum de respirandi difficultatibus recensere uoluisset. Quę em̄ iam morientibus fiunt, ea nullum magnum momentum in prænotionibus habent. Est autem bonorum medicorum opus, non quæ idiotis iam apparent præsagire, sed quæ ipsos latent, & cum nihil mali æger habere putet, apparet. Verum cum omnes ex ordine difficilis spirationis species scribere uellet, uidetur mihi etiam huius meminisse, & amplius adhuc propter magnæ & densæ oppositionem. Hæc igitur tandem hic finem habeant.

9 IX Cur igitur nihil in Prænotionū libro de difficultate respirationis inæquali scripsit? quamuis cognoscat ipsam non solū in secundo & sexto B Morborū populariū, sed etiam in primo ac tertio, & amplius in lib. De uictu in morbis acutis, & Aphorismis, & alijs multis scriptorū suorū locis. in secundo enim & sexto Morborū popularium, iuxta præscriptam dictionē meminit ipsius, ubi ait, Dupla intro reuocatio uelut superinspirantibus. & amplius in secūdo Morborum populariū, ubi enarrat quæ Lyciæ acciderunt, Spiritus intra duplicabat, adscripsit. Hoc em̄ nihil differt ab eo q̄d dixit, Dupla intro reuocatio uelut superinspirātibus. In sexto uero, Si uero spiritus intus relinquatur, ait. Nā & hoc idem est cum eo quod in libro De uictu in acutis dixit, Spiritus offendens in sursum latione. Quemadmodum enim quidam inspirantes non semel hoc faciunt, sed per cessationem ipsam actionem dissecant, similiter ut pueri C eiulātes, sic etiam expirantes. Quin & in his quæ in eodem libro post sermonem de balneis habentur, spirituum protensiones dixit, actionem dissectam ostendēs. In primo uero Morborum popularium in Philisco, hoc modo ait: Huic spiritus ad finem uelut reuocato. Similiter em̄ ut dupla intra reuocatio, etiā hic dictū est, uelut reuocato. Rursus autem in Dromadæ uxore, Spiritus rarus, magnus, statim reuulsus, inquit. Nam & hoc similiter dictum est. In Aphorismis uero etiam quid significet huiusmodi spiritus edocet, sic scribens. In febribus spiritus offendens, malus: cōuulsionem enim significat. Secundum rationē igitur in Morborum popularium loco paulo ante citato, Dro-D madæ uxorē conuulsam mortuā esse dicit, in qua prædixerat, Spiritū magnum, rarum statim reuulsum. Vbi sane & maxime mirari licet, quomodo utraq; difficilis spirationis species, propriā ipsius affectionē indicauit. Non enim solū conuulsa est hæc muliercula, sed etiam delirauit, ut quę non solum propriam conuulsionibus spirandi difficultatem haberet, sed etiam eam quæ est desipientiæ.

10 Quare quòd hanc inæqualem respirationis difficultatem Hippocrates nouerit, manifeste est demonstratum. Quòd uero etiam in Prenotionum libro eam rationabiliter reliquerit, uelut etiam multa prænotionis signa, consequenter fuerit dicendum, ubi prius in summa eius mentionē fecerimus, quòd neq; de signis circa ætates, aut regiones, aut horas, aut populares constitutiones,

in Prænotionum libro quicquam ſcripſit, & quidē integro libello De aere, locis, & aquis ab ipſo ſcripto, & in Aphoriſmis his omnibus in compēdio relatis, imò neq; de urinarum iudicijs, ea quæ in Aphoriſmis ſcripſit, in Prænotionib. recenſuit, & neq; quę ad mulieres pertinent in Aphoriſmis ſcripta, ad librum Prænotionū tranſtulit, quanq; & hæc, & alia multa in Aphoriſmis relata, prænotoriæ medicinæ partis exiſtant, uelut ipſe ſuis ipſius uerbis indicat. In eo enim quod dicit, Si uero boreas fuerit, tuſſes, fauces, alui duræ, emittendæ urinæ difficultates, horrores, laterum dolores, & pectoris. Quando hic præualuerit, talia in morbis expectare oportet. & in eo quod ait, Cum æſtas fit ueri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet: manifeſtum ſeipſum facit, q; talia prænotoriæ artis partis eſſe iudicet. Expectare enim & ſperare ac timere, & omnia huiuſcemodi uerba prænotionis propria ſunt. Et ſanè etiam in eo q̄d dicit, Siquidem hyems ſqualida & borealis fuerit, uer aūt pluuioſum & auſtrinum, neceſſe eſt æſtate febres acutas, & lippitudines, & dyſenterias fieri: manifeſte hoc idem indicat, & multo ſanè magis, cum de urinis ſcribit in hūc modum: Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febribus multitudo ueniens ex his tenuis prodeſt, Maxime uero tales ueniūt, in quibus à principio, aut breui, reſes ſubſiſtit. & rurſus: Quibus urinæ conturbatæ uelut iumenti, his capitis dolores aut adſunt, aut aderūt. Et rurſus: Quibus in ſeptima die iudicantur, his nubeculam habet urina in quarta die rubram, & alia iuxta rationem. Similiter uero & quæ ueſicæ ac renum affectiones indicant, in Aphoriſmis ſcripta ſunt, in Prænotionum uero libro relicta, itemq; alia omnino multa, quēadmodū & huiuſmodi. Morbis quibuſcunq; incipientibus, ſi bilis atra aut ſurſum aut infra ſubierit, mortale. Dyſēteria ſi à bile atra incipiat, mortale. Quibus in febribus ſanguinis multitudo undecunq; eruperit, his in refectionibus alui humectantur. Eiuſmodi itaq; et alia multa in Aphoriſmis ſcripta inuenire licet, ipſius prænotoriæ artis partis exiſtentia. Cur igitur nihil horū ex Prænotionū libro recenſuit? propterea ſanè q; de acutis morbis in illo docere propoſuit, uelut ipſe tum in principio, tum in fine libri dixit. In principio quidē ubi ait: Conſiderare aūt ſic oportet in acutis morbis. In fine uero ubi hæc uerba adſcripſit: Hæc uero de acutis morbis dico, & his qui ex ipſis naſcunt̄. Qui uero ſint qui ex ipſis naſcunt̄, ipſe Hippocrates rurſus in eodē libro recenſet. Hydropes ex acutis morbis nati omnes mali. Et rurſus: Facilem uero ſpirationem ualde magnam uim ad ſalutem habere putandum eſt, in omnibus acutis morbis, qui cum febribus ſunt & in quadraginta diebus iudicantur. Nam & hic acutorum ex tranſmutatione mentionē facit, uelut in libris De iudicialibus diebus demōſtrauimus. Quin & in alijs multis locis eius libri ſignificauit, quod aut de acutis morbis, aut de his qui ex ipſis naſcunt̄, ſermonem faciat. Velut etiā hoc loco. Sudores optimi quidē ſunt in acutis morbis omnibus, qui in diebus iudicialibus fiunt. Et quid multis uerbis opus eſt? cū ipſe manifeſte in illo libro oſtendat, quòd multa prænotoria ſigna uolēs relinquat, alicubi quidem ſic dicens: Ne decipiat autē te, ſi ipſa ueſica aliquem morbum habens, eiuſmodi quandam urinam reddat. nō enim totius, ſed ipſius ſecundum ſeipſam ſignum eſt. Nec uero apponit ſigna ea in Prænotionum libro, ſed in Aphoriſmis ipſa ſcribit. rurſus aūt ſic ait: Oportet autem & impetum morborum populariū cito animaduertere, & temporis conſtitutionem non ignorare, Nec tamen de hoc quicq; in Prænotionum libro nos docens. Propoſitū enim eſt ipſi, ut dixi, ſolum ea quæ acutorum morborum propria ſunt recenſere: quæ uero diuturnis propria ſunt oīa relinquere, Quare rationabiliter etiam inæqualem reſpirationis difficultatem, ex alio morborū genere exiſtentē, hic reliquit. Si etenim conuulſis reſpiratorijs organis fit, fuerit utiq; & diuturnorū morborum comes hic affectus, & hac ſane ratione nulli, ſiue acuto, ſiue diuturno proprius. fuerit aūt utiq; & eorū qui citra febrem fiunt, uelut etiam cōuulſiones. Verum ipſi propoſitum eſt in Prænotionibus, de his qui proprie acuti nominātur facere ſermonem. Sunt autem tales qui omnino cum febribus cōtinentibus fiunt, uelut ipſe in libro De uictu acutorū oſtendit, ſic ſcribēs: Sunt itaq; hi acuti, quales ueteres nominarunt pleuritin, & peripneumoniā, & phrenitin, & cauſum ſiue febrem æſtuantē: & alij quicunq; his conſimiles, quorum febres omnino ſunt continentes. Nequaq; igitur cōuulſiones huius morborum generis ſunt, unde neq; propriam ipſorum reſpiratiōis difficultatem ſimul cum his recēſuit, quemadmodū neq; de urinis, aut egeſtionibus, aut alijs omnibus, quæ in Aphoriſmis ſcripſit, propterea q; acutorum morborū propria nō erāt. Cur uero neq; de talibus difficilis reſpirationis ſpeciebus in Prænotionibus docuerit, in quibus aut ſola inſpiratio, aut ſola expiratio eſt magna, ſuperuacaneum puto nunc explicare, ut qui manifeſte in primo horū commentariorū demonſtrauerim, quòd ad has quinq; difficilis reſpirationis differentias, de quibus nūc dicere deſino, omnes reliquę commode reduci poſſunt. Neq; enim aut uelocis aut tardæ reſpiratiōis in Prænotionū libro mentionem fecit, iuxta eādem rationem: oſtendimus enim quòd omnes aliæ differentiæ in prędictis contineant̄. Quare Hippocrates utrūq; ipſorum recte feciſſe uidetur: in morbis quidē popularibus diuiſionem in omnes particulares ſpirandi difficultates ponens, in Prænotionibus uero & Aphoriſmis, quantum uſui erat cōmodum, ac neceſſarium.

11 X Quando igitur hæc nobis iam ſufficienter ſunt demōſtrata, Reliquum fuerit ſanè adhuc, etiam alios reſtantes ſermones ex omnibus ipſius ſcriptis exponere, initio rurſus à ſecūdo & ſexto Morborum popularium ſumpto. In utriſq; enim his libris, conſequenter ad primam omnium relatam dictionē, in qua omnes difficilis reſpira-

tionis differentias docet,hoc modó ſcriptũ eſt.Sa
natorium continuarum oſcitationum ſpiratio lõ-
ga:in abhorrentibus à potu,& uix bibentibus ſpi
ratio breuis. Quòd ſanè hic per longam ſpiratio-
nem, ſpiritus per longum tempus factus, hoc eſt
rarus,inſuperq; magnus indicet̃, in ſecundo libro
eſt demonſtratum, quemadmodũ etiam per bre-
uem ſpirationem,is qui per modicum tempus fit,
hoc eſt,denſus inſuperq; paruus.Sanatorium igit̃
aut ſignum,aut cauſam continuarũ oſcitationum
fieri magnum & rarum ſpiritum,utrunq; ſanè de-
monſtrari poteſt. Signum quidem, ut affectionis
in contrarium mutatę,cauſam uero, quòd contra
riorum contraria ſint remedia. Oſcitant enim &
cum hiatu diſtenduntur continenter,ob uaporo-
ſum quendam & craſſum ſpiritũ in muſculorum
genere cõtentum,uelut in alijs locis eſt oſtẽſum.
Quibus uero hoc contigit,ſtatim etiam continen
ter exſpirant,utpote cum in expirationibus eiuſ-
modi ſpiritus expurget̃ & euacuet̃. Si uero quis
non ita cõtinue,ſed per longũ tempus expiratio-
nes faciat, manifeſtũ eſt quòd præexiſtẽtes in ip
ſo affectiones ceſſarunt,atq; ita ſignum ſanatoriũ
oſcitationis longa ſpiratio erit.Atqui longam ſpi
rationem etiam uelut cauſam ſanantem cõtinuas
oſcitationes intelligere licet, atq; hoc ipſum non
longo ſermone mihi indigere uidetur.Reſpiratio
nem enim ad plurimum tempus cohibere, quod
ipſum ſpiritus detẽtio nominatur, qua ratione ſin
gultus ſanat,eadem etiam oſcitationes ſanabit.E-
quidem faciunt hoc etiam in exercitijs omnes a-
thletæ,per uim expellere conantes quicquid ſiue
humorum, ſiue uaporũ, in tenuibus circa cutem
meatibus detinetur.Ob hæc igitur ſpiratio longa
continuarum oſcitationum aut ſignum,aut cauſa
medicatoria exiſtit.Cæterum,in abhorrentibus à
potu & uix bibentibus ſpiratio breuis,hoc ipſum
ſanè nõ ita manifeſte, ſed cõiecturaliter dictũ eſt.
An uidelicet phreniticos ab ipſo nũc indicari pu
tandũ ſit, propterea ꝙ alio loco dixit: Phrenitici
paucibibi,ſtrepitus facile ſentientes,tremuli: atq;
hos magis q̃ quibus partes circa pulmonẽ & cor
perfrigeratæ ſunt, ut ſimul & per lõgum tempus
reſpirent,& frigidum expirent. Breuis enim ſpira
tio utriſq; inducta ſanatorium ſignum eſt. In per-
frigeratis uero non ſolum ſignum, ſed etiam cau-
ſa.Quemadmodum enim ſpiritus detentio ſuper
flua euacuare poteſt, & ob id hanc in ſingultienti
bus,& multũ oſcitantibus,& cum hiatu ſe diſten-
dentibus, & continue ſe exercitantibus aſſumi-
mus:ſic continens reſpiratio uentilare ſimul & ex
calfacere perfrigerata poterit.Iuxta hanc igitur ra
tionem etiã in ſecundo Morborũ populariũ con-
ſuluit diligentiã adhibendã eſſe,ut excãdeſcentia
inducatur,& coloris reparandi,& ſanguinis in ua
ſa ſubter cuticulã colligendi gratia, tanq̃ ſanè &
excãdeſcentia innatum calorẽ excitare queat. At
uero ꝙ denſiorem omnino reddat reſpirationem
ipſa animi excãdeſcentia,nemo ignorat.Aſſume-
mus igit̃ ipſam in perfrigeratis,& decoloratis, ac
gracilibus, ex quibuſdã interuallis, & tẽporibus

A opportunis,nõ ſanè ita cõtinenter, ut ualde facul
tatem offendamus:ſed uelut exercitationes inna-
tum calorẽ corroborantes, non immoderatas fa-
cere iubemus,ſed tum opportune,tum moderate
aſſumimus:ſic etiã breuem ſpirationẽ ſiue per ſe,
ſiue cũ excandeſcentia procuramus,non ſine op-
portunitate & modo aſſumemus. Porrò hic dili-
gẽter animaduertere ad ſermonẽ ipſum oportet,
& nõ putare eandẽ affectionẽ eſſe cũ ea quæ nũc
à nobis oſtendit̃,eã quam in Prænotionum libro
recenſuit, de qua dixit: Spiritus frigidus ex nari-
bus & ore prodiẽs ualde iam pernicioſus eſt.In a-
cutis em̃ morbis de quibus in illo libro ſermonẽ
facit,huiuſmodi ſpirandi difficultas mortẽ portẽ
dit.In alijs uero morbis qui citra febrẽ cõſiſtũt,fri
B gíditas totum animalis habitũ apprehendit, & ac
cidit quidem neq; his extra periculum, nõ tamen
penitus pernicioſa. Ex his aũt eſt & ſtrangulatio
uteri appellata,et omnino omnes ſpiritus interce
ptiones,quæ mulieribus quidem aſſidue, & præ-
ſertim uiduis accidunt:raro aũt aliquando & ui-
ris.In huiuſmodi enim omnib. affectionibus præ
multitudine materię frigidę innatus calor grauat̃,
ad ſimilitudinẽ flãmæ,quæ præ multis humidis li
gnis ſuffocat̃. Quare etiã accẽdere quãdoq; poſ-
ſibile eſt hanc,ubi materiã exuperauerit:aliquan-
do tamen cõſumpta materia neceſſario etiã ipſa ſi
mul extinguit̃. Quemadmodũ in his qui in acu-
tis morbis ſic expirant,nulla ſpes ſalutis relinqui-
tur. Horum itaq; meminiſſe oportet, & amplius,
C quòd in interceptionibus ſpiritus omnem reſpi-
rationem perfecte perijſſe,neq; ſuſpicari poſſibi-
le eſt,neq; ſic habere apparet,ſi quis quod cõtin-
git diligenter cõſideret.Minimus aũt ſimulq; per
longiſsimũ tempus ipſis fit ſpiritus, atq; hac ratio
ne pleroſq; latet ac fallit.Verũ ſi quis diligenter a-
nimaduertat, aut etiã digitũ quempiã naribus æ-
gri admoueat,percipiet utiq; reſpirationẽ. Quòd
ſi quis etiam præ naribus pilum, aut tenuẽ lanam
ſuſpendat diligenter ac probe concerptã,uidebit
ꝙ etiã hæc ipſa moueant̃.In huiuſmodi ſanè affe-
ctionibus ſpiratio breuis,hoc eſt motus reſpirato
riorum organorum per breue tempus, quẽ uideli
cet etiam denſum ſpiritum appellamus, cauſa ſi-
D mulq; ſignum ſanatorium exiſtit.Iuxta eandẽ ue-
ro rationem continuarum oſcitationum, non ſo-
lum reſpiratio per longum tempus,hoc eſt,rara,ſi
gnum ſimulq; cauſa ſanatoria exiſtit, ſed etiã ma-
gna. Vocatur enim hæc & in ſecundo libro ſpira-
tio longa.Primario etenim eã quæ per longũ tem
pus fit,hoc eſt rara,hoc nomen poſſidet: ſecunda
rio uero etiã magna. Atq; de his quidẽ ſic habet.
12 XI Apponamus porrò & alia uniuerſa ab ip
ſo de ſpirandi difficultate cõſcripta.In ſecundo e-
quidẽ Morborũ popularium,in Antigenis uxore
præfatus,ꝙ anheloſa fuerit ante partũ,poſthæc in
fert:poſtea ſimul cũ partu pus reuomuit. Quare
& hoc cum his quæ à nobis demonſtrata ſunt cõ-
ſentit:anheloſi enim ſunt,qui dẽſum ſpiritum ha-
bent,& ſimul thoracem multum diſtendũt.Con-
tingit autem hoc,aliquãdo quidem in affectioni-
bus

bus multa inspiratione indigentibus, & profecto etiã à cursu, aut alias quomodocunq; uehementi exercitatiõe facta, eiusmodi spiritus accidit et omnibus ardentibus febribus. Fit etiam ut demonstratum est quando obturatio, aut cõpressio, aut coarctatio quædã in respiratorijs organis existit. Tale uero quiddam apparet accidisse etiam Antigenis uxori, quemadmodum pus indurauit. Huius equidem primæ in secũdo Morborum popularium spirandi difficultatis meminit. Post hanc uero eius quę Lycię accidit, de qua uelut antea dixi, scripsit: Spiritus intra duplicabat, non tamen magnus, atq; hoc secũdum rationẽ. Affectum enĩ erat in ipsa neruosum organorũ genus, ut etiam ab soluta urinarum suppressio fieret, & ob hoc sane duplicatus spiritus fiebat. Cur aũt non magnus?
B An quòd erat perfrigerata? Contegebatur itaque inquit. Demonstratũ est autem quod hac uoce in perfrigeratis iuxta innatum calorem utatur.

13 Consequenter uero & de anginosis tũc factis differens sic scribit: Spiritus his nõ ualde sublimis, tãquam uidelicet ut plurimum sublimis spiritus anginosis fiat. Sic autem uocare ipsi mos est paruum, & uelut alicui uideri possit, eo loci usq; ad fauces ingredientem, non autem ad thoracis profunditatem descendẽtem. Quòd uero eiusmodi spiritus necessario existat in his qui quodcunq; tandem respiratorium organum dolent, antea dictum est. Quę igitur causa est, ob quam anginosis spiritus non ualde sublimis erat? An quod neq; angi-
C næ species ipsis cõsueto more facta erat? primum enim inquit, fauces non inflammatæ, uerum iacentes. Deinde sic ait: Nam suffocabantur plurimi, nisi cum deglutire cupiebant. & omnino tota narratio de angina tunc facta illæsas permansisse ostendit ipsas fauces, uerum uicinas his partes uerticulis colli continuas affectas fuisse. Nam & ipsa uerticula luxata discessisse ait, partim intra solũ, partim uero in obliqua. Cũ igitur neq; aliud aliquod respiratorium organum ipsis fuerit affectum, neque fauces ipsæ iuxta propriam rationem, sed ob communitatem tantum positionis ex affectionibus participantis, merito nõ ualde sublimis ipsis spiritus erat. Etenim si penitus non fuissent fauces infestatæ, nequaquam sane spiritus sublimis fuis-
D set. Quando uero per consensum ex uicinis infestabantur, mediam prædictorum constitutionem accepit moderate densatus.

14 Deinceps porro ab hac constitutione, alterius meminit in Perintho factæ, hoc modo narrationem incipiens. In Perinthum circa solstitiũ ferè æstiuum uenimus. Deinde recenset totam morborũ speciem, à causo ardenti febris genere exorsam, uerũ uomitoriã factam, & ad plurimum tempus inueteratã. Quin & quòd citra uomitus, causi febres his factæ sunt, & quòd uenter ipsis multa egesserit, apposuit: Vt tũ ex his, tũ ex alijs omnib. manifestum sit, eius constitutionis causam in pituitis putrescentibus factam esse, ita ut respiratoria organa illæsa permanserint, itemq; ipsum os uentris, uerum ex inferioribus partibus initium

A impetus sui sumpserint ardentes febres. Merito igitur ipsis neq; magnus spiritus factus est, quemadmodũ his fit quibus in pulmone & corde febrilis caloris multitudo congregata est: & paruus sane non erat omnino, utpote qui non dolerent, neque perfrigerati essent. Siquidem igitur paruus & sublimis nihil diuersum significant, iuxta rationem utiq; sublimes spiritus ipsis factos esse dicit, non tamen ualde. Post hanc uero constitutionem nullius deinceps difficilis respiratiõis Hippocrates mentionem fecit, usq; ad illam dictionẽ quam primã omniũ in principio huius libri apposui, cuius initium hoc est: Spiritus parui, densi, magni, rari. hanc uero totam iam antea exposui. Tempestiuum igitur iam fuerit mentionem facere difficilis
B respirationis, ab ipso in ægroto quodam consequẽter cõscriptę, cuius nomẽ scopi expressit. Habet autem senis dictionis series hoc modo: Spiritus subdensus, præcordia dolebat, & respirans, & cum uerteretur. Apparet autem & hic æger testimonium præbere ijs quæ multoties à nobis sunt dicta. quando enim præcordia cum respiratorijs organis coniuncta sunt, ob idipsum sane dolentibus ipsis, subdensus spiritus erat.

15 Atq; hæc quidẽ difficilis spirationis genera in secundo Morborũ populariũ scripsit. In quarto uero primũ meminit uxoris Nicostrati in Cranone; quæ paruũ & densum spiritũ habuit. Deinde uxoris Antigenis anhelosæ non nuper factæ: sed à principio existentis, ut & tussiret semper. & de
C hac sane nulla quæstio fuerit. Verũ de uxore Nicostrati in Cranone, ob id mihi uidet̃ paruus & dẽsus spiritus apposit⁹ esse, quod nõ ualdè delirauit. Dictum enĩ iam sæpe est quòd contrarius, hoc est, rarus & magnus spiritus, delirij proprius existit. Quare questione omnino dignum est: cur hic quidem non fiebat, uerum ipsi contrarius, qui dolorum proprius est, paruus uidelicet & densus. Neque enĩ in enarratione ægritudinis ullius particulæ dolorem aliquem factum esse apposuit, sed neque tumorẽ notabilẽ circa pręcordium, aut thoracẽ. Quid igitur est quòd reuera illa habuit mali? Mihi equidẽ uidetur duplex morbi species circa hanc mulierculã à duplici principio constitisse. In eo enim quod desipuit, & collũ, & os, & nasum con-
D uulsa habuit: manifestum fit quod in capite causa aliqua ipsius morbi extiterit. Ex eo uero quòd cib. intra conclusus erat usq; ad decimam diem, & in urina reses eruinã speciem prę se ferebat, nõ paruam in hepate factam esse inflammationẽ existimo, per quam superna affectio uicta, nõ potuerit secundum seipsam respirationis speciem effingere. Dictum enim est & iam ante sæpe, quod iuxta prę ualentem affectionem ipsa difficilis respirationis species formatur. Hanc ipsam uero delyrij paruitatem, uel maximè indicat ipsa adeo senis dictio, delirare enim ipsam dixit. Solet autem huiusmodi uerbo uti, ubi paruam læsionem indicare uelit: quemadmodum & hoc sæpe demonstratum est: Nihil igitur miri est, cum ipsa parum quidem desipuerit, fortem uero inflammationem circa hepar

habuerit,non ipsius desipientiæ,sed inflammationi propriam respirandi difficultatẽ euenisse. Atq; ita sanè de his habet.

16 XII Quid uero cum pneumatode aliquem factum esse dicat, intelligere oportet. Num eum quem in libro De uictu acutorum pneumatiam uocauit: ita ut pneumatodes & pneumatias idem significent. an per uocem pneumatodes is qui uẽtrem inflatus est, significat? At uero quis sit pneumatias, in libro De uictu acutorũ ipse manifestissime exposuit. Cum prædixisset enim, cito pneumatiæ hoc est anhelosi fiunt, statim connectens infert: à denso uero ac multo spiritu, atq; hoc sanè etiam statim in principio huius libri exposui. Cæterum quod in quarto Morborum populariũ habetur cõsiderandum est, ipsa dictione subscripta, quæ hoc modo habet. Vir metallicus, præcordium dextrum intentum, splen magnus, aluus intẽta, subdura, pneumatodes, decolor. Possibile est enim utrunque, & difficulter spirantem ipsum factum esse, ob iliorum affectiones, & uẽtrem item inflatũ fuisse: multo uero magis obscurus est qui deinceps sequitur ægrotus, sic habens. Temenæ filius habuit quid spiritus, ut uiridãtis palloris esset. Nam & huic quædam ualde mala hepatis affectio aderat, ob quam & difficulter spirare ipsum possibile erat, & uẽtrem item inflari. Color enim uiridãtis palloris, male affecti hepatis signum est. Porrò quod deinceps ab eo dicitur hoc modo, Maritus Lechus apud Sitodochũ, arquato morbo infestatus, ad quem septima die ingressus sum, octaua moriebatur: neq; mingens, neq; egerens, præcordia magna & dura, & spiritus densus: nihil quæstione dignum habet. Duris enim, nõ moderate, & magnis præcordijs factis, rationabiliter dẽsus ipsi spiritus erat. Verum penitus obscurum est quod continenter deinceps in ipsius Lechus morbo dictum est, hoc modo: Desinente autem febre, spiritus non est solutus. Qualem enim difficilis respirationis speciem habuerit, neq; ipse manifeste indicauit, neq; aliud quoddã eiusmodi accessorium malum siue symptoma scripsit, ex quo quis coniecturam facere possit de affectione ipsi facta. Atqui & post hanc non paululum progressus, in hunc modum narrare incipit: Vxor Temenæ pneumatodes. potest enim difficulter spirans intelligi, potest etiam quemadmodũ plurimi ex enarratoribus huius loci putant, iuxta præcordia inflata dici. Verum mihi sanè uidetur melius esse, & fortasis necessarium, non inflatam iuxta præcordia dici, sed potius difficulter spirantem. paululum itaq; in narratione progressus, & quodammodo facilius spirans, inquit, tanquam qui iã prædixisset de ipsa quòd difficulter spirasset. Quòd uero pneumatodes appellare soleat, eos quibus densus est spiritus, dictum quidem in superiorib. est, sed & nũc manifestum est. Rursus enim in peius mutabantur huius mulierculæ accessoria mala, et circa decimamsextam diem ipsam mortuam esse ait, densum spiritum habentem.

17 Quin & quòd post hanc conscriptus æger, A etiam ipse densum spiritum habuerit, ob præcordiorum affectionẽ, ipsa dictio manifestum facit, hoc modo habens: Filius erat mulieris ipsius Apemanti sororis, prẹcordia magna, & splen, spiritus, egestio amaræ bilis. Quemadmodum enim pneumatodes hoc est anhelosos, aliquando uocat, eos qui densum spiritum habent, Sic quandoq; etiam simpliciter spiritus scribit. Nihil uero miri est, si magnis existentibus præcordijs, spiritus dẽsus fiebat. Nã etiam rursus progressus in ipso denuo inquit, præcordia uero intenta erant, & sanè erat etiam tussicula modice sicca. In uniuersum enim ueluti diximus, quando aut tumor, aut dolor quispiam in partibus iuxta præcordia cõstiterit, paruus & dẽsus necessario fit spiritus. Quare neq; hoc mi- B rabile cuipiã uideri debet, ꝙ etiam in ijs quę post hęc sequunt̃, cũ antea dixisset, præcordiũ submolle, apponat: pneumatodes hoc est anhelosi nõ ualde. Si ẽm Laparon Græcis uacuũ & molle, hypolaparon aũt subuacuũ & submolle significat: in tãtũ sanè difficulter spirabunt, in quantũ partes circa prẹcordiũ ipsis male habuerint: moderate itaq; ipsis affectis, moderate difficulter spirabunt. Quẽadmodũ rursus inferius in eodẽ libro ubi in hunc modũ scribit: Famulæ, quã recens emptã uidi, duricies in dextris erat magna, nõ ualde dolorosa, rationabiliter infert, & nõ ualde difficulter spirãs. Siquidem ẽm duricies nõ ualde dolorosa erat, certe neq; ualde difficulter spirantẽ ipsam esse uerisimile erat. Sic uero etiã in fine iã libri, de seniore nar- C rans, atq; præfatus, mente motus est moderate, intulit, nõ ualde difficulter spirabat. Semper ẽm iuxta magnitudinẽ causæ difficilem respirationẽ facientis, etiã ipsa difficilis respirationis magnitudo producitur. Verũ hæc quidẽ in quarto Morborũ popularium scripta sunt, quæ omnia ijs quæ à nobis de difficili respiratione demõstrata sunt, abunde testimonium præbent.

18 Porrò in quinto Morborum popularium, decimusquartus ægrotus hoc modo scriptus est: In Larissa Hipposthenes peripneumonia apprehensus esse medicis uidebatur, erat autem nequaquam, uerum principio luctans, in duro loco cecidit supinus, aduersario ipsi illapso, & lauatus est frigida, & cœnauit, & grauior factus esse sibi uide- D batur. Sequẽti autem febricitauit, & tussis apprehendit siccior, & spiritus densus. Deinde paululũ progressus, Quando uero tussiebat, inquit, dolebat pectus et dorsum. Nihil itaq; mirum est, sic affectis partibus thoracis, dẽsum spiritũ factũ esse. Cæterũ quod in fine sermonis habet̃: Neq; stertorem habuit, ad demonstrationẽ dictum est, ꝙ non fuerit peripneumonicus hic homo. Testimoniũ aũt præbet hoc ipsum, ijs quæ statim à principio in hoc libro à nobis dicta sunt, quãdo hanc dictionem ex libro De uictu acutorũ exposuimus, partim uero ab orthopnœa & stertore suffocati. Nonus deinceps & tricesimus ęgrotus in quinto Morborum popularium scriptus est, itidẽ & ipse densum spiritũ habẽs. Adscribam aũt & hic ipsam dictionem hoc modo habentẽ: Puer à mulo percus-

sus uentrē et hepar, mortuus est quarta die, spiritū dēsum habuit, & nō intelligebat quicq̄, & febris corripuit. Nō obscurū est in hoc, & peritonæum membranā aluum ac intestina omnia amplecten tem: itēq; septū transuersum, unà cum uētre & hepate inflāmata fuisse, & ob id etiā puerū delirasse. Verū iuxta delirium nō habebat difficilis spiratiōis speciē. maior eñ affectio circa præcordiū, iuxta sese, ipsam respirationis speciē efformauit. minor uero penitus est suppurata. Hæc quidē in quinto libro Morborum popularium habentur.

19. XIII Rursus uero ad sextū transgressi, cuius etiā iam antea cōmunem ad secundū librū dictio nem exposuimus, reliquas sentētias huc pertinen tes recenseamus. Sunt aūt fere omnes ex iam prędictis manifestæ. Etenim spiritum solum simplici ter scribens, in accessorijs morborum malis concurrentibus, pro difficili respiratione scribere demonstratum est, ea uidelicet in qua densus spiritus redditur. Eundem uero amplius densatum, anhelosum uocare, itemq; anhelationem in consuetudine habet. Quare in sexto Morborum popula rium ubi inquit: Si spiritus intus relinquatur, respirandi difficultatem cum dēsitate intelligemus. Similiter autem & in muliercula in Cranone, in qua sic scribit: Splen natura magnus, febris ardens, rubicunda, spiritus: prædicta difficilis spira tionis species accipienda est, in qua spiritus densa tur. Quemadmodum etiam in filia Agasis puella. Quòd uero differat densus spiritus ab anhelatione, manifeste indicauit, habet ipsa dictio hoc mo do: Filia Agasis puella existens, densi spiritus erat, mulier uero facta, ex partu non ita diu dolorosa existens leuiter, magnum onus sustulit, & statim quidem strepuisse circa pectus uidebatur, sequenti uero anhelationem habuit, & dextrum coxendicem doluit. Deinde cōsequenter, spuebat spumosum inquit, ab initio autem erat florida. Equidem ex toto accessoriorum malorum cōcursu manifestum fit, quòd tuberculo in respiratorijs organis inueterato & ægre concoctili rupto, hæc expuerit: & quòd ob hęc tubercula den

A si spiritus fuerit. Porrò inferius in eodem libro circa constitutionem, quam hoc modo incepit: Tusses cœperunt circa solstitium hybernum. Quibusdam uero & spiritus simul sublimis fiebat, inquit. Et sanè quòd sublimis spiritus est paruus & densus, in superioribus explicauimus, & profecto etiam anginas circa illam constitutionē factas esse ait. Male itaque sentiunt qui sublimem pro magno dictum esse putant, propterea quòd hic thoracem sublimem & eleuatū facit, ipsum plurimū distendens. Progressus autē paululum, pneumatias nominat quosdam: & dictum etiam de hoc est antea, q̄ aut inflatos, aut anhelosos sic uocat. At uero qui deinceps scribitur, spiritus obscurus, paruus est, & propterea non apparens, qualis &

B in interceptionibus spiritus, & in suffocationibus uteri concomitatur: atq; huiusmodi quiddā uult etiam ex ipsa dictione indicare, quæ sic habet: Et spiritus tabescentibus obscuri mali, & non parientibus, & quicunq; alij tales ab eadem constitutione. Mulieres etenim non parientes, sunt autem hæ omnino quæ non probe purgantur, maxime à spiritus interceptionibus apprehenduntur, quē admodum sanè etiam quæ diutius maritis sunt uiduatæ. Quare spiritus qui non manifeste insignes sunt, neque patentes, eos obscuros appellauit. Ex his igitur progressus quispiā inueniet, & citra meam ulteriorem opem, omnia alia de difficili spiratione dicta, tum in genuinis, tum in spurijs Hippocrati inscriptis libris, quanquam nos fermè o-

C mnes genuinos in hoc sermone locos recensuerimus. At uero quandoquidem & hi qui ad Thessalum filium ipsius referuntur, & qui ad Polybū generum, itidem artis Hippocraticæ sunt, & non procul ab his absunt, ea quæ Euryphontis esse uidentur: feruntur autem inter Hippocratica scripta: si mihi ocium contigerit aliquando maius, alium adhuc quartum adijciam librum, in quo exponam ea quæ in reliquis Hippocrati inscriptis libris continentur, De respirationis difficultate.

Nunc uero alijs rebus instantibus ac urgentibus, ad illa non transibo.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SEQVENTIS.

CAP. I. Contra medicorum omniū imperitiam, primo rationalium: quorū plurimi multitudo quid sit, & ad quid relatiue dicatur, ignorant: alij ad uirtutem dicunt. Virtutem uero aliquam in animalibus esse Methodici omnino negant, referuntq; multitudinem ad uasorum tantum capacitatem: sed eorum aliqui multitudinem ne nominant quidem unquàm, à sola stegno si indicationem medendi sumentes. Empirici denique ratione omni ablegata, minime quid ad aliud dicatur curantes, medendi modum è symptomatum concursu obseruant. Relictis igitur Methodicis cum Empiricis, rationalibus se deinceps responsurum testatur.

II. Contra rationales simul & Methodicos, multitudinem neq; ad solam uirtutem, neq; ad solam uasorum capacitatem, sed ad utramq; referri debere, euidentibus idiotarum quoque exemplis docet.

Grauationis uel molestiæ & doloris alicuius sensum, plurimum differre à distentione.

D III. Quærendum esse posthac quot sint uirtutes in animalis corpore & quot humorum differentiæ, qui uirtutem grauant, aut uasa distendunt. (Aduersus imperitos medicos. Quæ nam docuerit in libris De Hippocratis & Platonis placitis: item in libris De elementis secundum Hipp. & De naturalibus facultatibus.)

IIII. Alterum genus multitudinis quod ad uasorum capacitatem refertur, non includi posse sub spiritū seu uirtutem synecticam, quam nullam omnino esse (licet à Stoicis introductam) Galenus confirmat. Est enim uirtus causa uel essentia actiua, nihil autem in seipsum agit, igitur neq; continet. Item si omnia entia spiritu synectico egerent, res in infinitum procederet.

V. Contra Herophilum: & rursus distentionē à uirtutis grauamine differre. Est autem uirtutis sensitiuæ sui grauamen persentiscere, quæ in alijs magis, alijs minus, alijs nulla prorsus habetur. In arterijs pulsu percipitur, in uenis autem nullum adhuc signum Galenus

inuenit. Sentiunt partes se grauari, uenter, uesica, pulmo, iecur, renes, cerebrum: Ossa autem quædam per quàm obscure, alia penitus nō sentiunt. Adeps etiam, & adenes nonnulli, & medullæ omnes sensus expertes uidentur. In pulmone, iecore, renibus, non ipsa uiscera uideri sentire, sed eorum mēbranas ambientes.

VI. Redit ad multitudinem grauantem. In quibuscunque sensu præditis partibus humorum multitudo inest, grauari se sentiunt: At non quæcunque grauantur, multitudine laborant: sed ob inbecillitatem sæpe (ut in paralysi) à musculis etiam circumiacentibus grauari pars infirma potest. Item primario grauans grauatumq; non posse agnosci, nisi primum mouens intelligatur: ad quod opus est librum de musculorum motu perlegisse. Quibusdam partes aliquæ grauantur solum cum mouentur, alijs etiam quiescentibus.

VII. Plethoricam partem cogniturum anatomen & locorum naturam debere nosse, aliter cum Erasistrato deerraturum: cuius uerbis citatis in hominem inuehitur, primo refellens quòd mediocriter ab initio repletis uasis robustiora corpora fieri scripsit Erasistratus. (De plethora & eius generatione: quòd proprie dicatur ad uasa, & quibus signis dignoscatur.)

VIII. Rursus contra Erasistratum: reprehendit eius battologiam, quòd εὐτονώτεροι & ἰσχυρότεροι dixerit. Plethora Erasistrato paremptosis causa. Non si uenæ nimium sunt repletæ sanguine, paremptosin solum esse necessariam: sed rumpi aliquādo uenas, uel oscula ipsarum aperiri. Contra dictum Erasistrati aucto mediocriter sanguine fieri robustiores. Robur non necessario sequi sanguinis copiam: quin sæpe iminuto robustiores, aucto infirmiores fiunt. At uero δύναμις & εὐτονία inseparabilia sunt & inuicem conuertuntur.

IX. Reliqua in Erasistrati uerbis persequitur, docens tensionem inseparabile quidem plethoræ signum, non tamen proprium esse, sed etiam in phlegmone haberi. Quòd si absit phlegmone, & pars adhuc tenditur, uel ob lassitudinem id fit, ut post exercitia, uel ob plethoram. Abundanter & inutiliter Erasistratum meminisse brachiorū, surarum, & manuū. Vlcerosum affectum minime indicio esse plethoræ.

X. Redit ad institutum, asseritq; non à sanguine solum tensionem fieri, sed ab alijs etiam humoribus, & spiritu incluso.

XI. Ad eos qui multitudinem ad solam uirtutem accipiunt. Docet multitudinem non esse humoris pungentis, mordentis, uel ulceris sensum inferentis affectum, ut in ulcerosa lassitudine. Itaque obiter mordacium, qui uel extra nos sunt, uel in corpore nostro humorum differentias explicat. Sensum autem grauaminis multitudinem esse, quòd uirtutem attinet: tensionis, quod uasorum capacitatem concludit. (De medicis ignauis.)

XII. De utriusque multitudinis proprijs notis. Tum rursum in Erasistratum, cuius uerba τρίχρονον σημείωσιν Empiricorum (à triplici temporis differentia sic dictam) præ se ferre uidentur.

XIII. Conuertit se ad Empiricos, qui multitudinis uocabulum ne nominant quidem, sed syndromen plethoricam: cuius quàm plurima symptomata coaceruant, quæ omnia concurrere iubent antequam sanguis detrahatur: quod tamen in paucissimis, ut uniuersa cō-ueniant, contingit: in quibusdam unum aut alterum satis magnum est phlebotomiæ faciendæ indicium. imò sæpe nullo prorsus illorum, quæ ipsi memorant, symptomatum præsente, ipsimet quoque uenam incidunt. proinde uanum esse ostendit syndromes uocabulum.

XIIII. Ad rationales, qui multitudinis symptomata signaq; non solum indistincte, sed in quibusdam toto genere perperam exposuerunt. Actionum imbecillitatem non semper multitudinem indicare, sed plurimas ob causas oriri. Tum corporum solidorum, ut carnis & adipis incrementum ac molem, non perpetuo significare plethoram, nisi suimet, de qua hoc libro non loquimur. Item uenarum externarū molem, tum solum plenitudinem signare, cum neque interiora externis calidiora sunt, neque uicissim, & mediocris uniuerso corpore calor est, minus enim uenas inflat. Postremo nil referre docet sanguinem aut humores dixisse, modo in sua proportione se habeant.

XV. Breuis iam dictorum cōprehensio. Quòd minus calor inflatione uenas attollat. Moles & tensio uenarum externarum, plenitudinem quidem in eis indicat, non tamen inde constat humorne sit, & qualis: an flatus. Plethora duplex est: minor, quæ cauitatē solum in uenis replet: maior, quæ tunicas etiam distendit.

XVI. Ruborem indicio esse sanguineæ solum plenitudinis, uel totius corporis, uel eius tantum partis in quo apparet, ut in phlegmone (sed eius nulla fit hic mentio: nam de priore tantum hic liber tractat) nisi quæ externa caussa, uel animæ quispiam affectus antecesserit. Plethora dicitur sanguine uel per totum corpus, uel plurimas & præcipuas partes abundante, siue per uenas tantum id fiat, siue in carnosis locis.

Moles alia est carnis siue musculorum, estq; multitudo ad uirtutem quæ grauatur: alia est humorum quos imbibit caro, & hæc plenitudo respōdet uasorum plenitudini, quam uocant κατὰ τὸ ἔγχυμα. (parenchyma aliqui uocant carnem simplicem, ut uiscerum, non qua lis musculorum est.) Plenitudo grauans non facile sentitur in arterijs ac uenis, nisi ab exquisitissimum sensum habentibus. Plethora autem earum pulsu discernitur, nam si uenæ sint plethoricæ, sanguis in arterias transfluit, ac ipsæ etiam implentur.

XVII. Vnde dignoscatur qui qualisúe humor plenitudinis causa sit, aliàs ex pulsu, aliàs ex calore sanguinis. Si sola bilis flaua uel atra, aut pituita sola abundet, cacochymia est, non plethora aut πλῆθος. Plethoræ perpetuo adesse uel molem tumorémue, uel grauationem: quorum neutrum bilem abundantem sequitur. prius enim alio modo afficeretur ab ea corpus. A solo phlegmate forsan, non quolibet tamen, sed quale in leucophlegmatia hydrope est: item à phlegmate, quod crassum minusq; flatuosum est, grauatio uel moles corporis producentur. Pituitæ uarias differentias, & singularum effectus, item utriusq; bilis per digressionem docet. non enim ex professo hic de cacochymijs neq; de tumoribus præter naturam agit.

Pulsu sanguinis differentias indicari. De sanguinis mutatione per uictus rationem.

XVIII. Anacephalæosis superiorum per exemplum quoq; declarata, quo pacto, quibus signis & symptomatis, quando & quo ordine animaduersis, plenitudinem dignoscamus.

CL. GALENI DE MVLTITVDINE LIBER.

Bartholomæo Syluanio Salonensi interprete.



VLTITVDINE neq; aliud q̃d magis circunferāt nomē oēs fere huiusce tēpestatis medici cōperire queas, neque quod magis ignorent. Qui ergo sermonē & promere & percipere ualēt, ex ijs plurimi quidem quidnam multitudinem uocent sciscitantibus, in collatione ad aliquid ut multum & paucum nomen dici respondent: ita fieri ut mensura comprehēdi non possit: nam quod uni multum, id quandoq; parum alteri est. Tum ubi rem proferant ad quam multitudinē aiunt pertinere eos rogaueris, aliqui magis quàm pisces obmutescunt, quidam adeo prolixa atq; absurda nugantur, ut quid dicant intelligere minime possis. Paucissimi uero multum inquiūt & paucum tanquam ad potestatem intelligi. Ac si rursum ex eis quæras quidnam potestatē dicat, nonnulli nihil prorsus respondent: eorum uero qui effari quicquam audent nemo idem alij dicit: plurimi autem omnia magis quàm potestatem interpretantur. Quod siquis inter eos usqueadeo sapiens inuentus est, ut efficacē substātiam, uel causam efficacem esse potestatē dicat, tum si primum percōteris num aliqua eiusmodi substātia sit quæ animal regat, dein si sit, etiam quidnam ea sit exponat, nec dum ita quoque interrogatus quæstioni respondet, sed aut omnino silentium agit, aut adeo ad aliena sermonem detorquet, ut præstiterit tacuisse. At si in his quoq; eo quisq; peruenisse eruditionis deprehendatur, ut dicere quidē quidnam substantia sit potestatis nō habeat, cæterum eam esse certo ex operibus signo colligere, rursus si & hunc ipsum interroges an quæ Asclepiades compluresq; tum Asclepiadeorū tum Methodicorum de eo scripsere quòd nulla sit in animantibus facultas perpenderit atque diluerit, ne scire quidem an dictum sit ab eis uidetur. Porro quòd ipsi illi rursus qui potestatem non esse aiunt, ut ad hanc intelligi & constare multitudinem negent, magis dilucet. nam fieri nequit, ut ad respectū qui nullatenus est multitudo constituatur æstimet q̃: multum uero & paucum ut ad solas uasorum capedines esse arbitrantur. Interim quoq; ne multitudinem omnino quidem initio nominant: neq; euacuandi aliquam ab ea indicationem desumūt, sed à sola stipatione id est στεγνώσει, quam ab eorum nemine eodem modo exponi aliàs ostendimus. Quin & tertius quidam cœtus alius est, qui nec sit ne an non sit aliqua facultas nouit, nec se quærere profitetur, sed ex nonnullis quæ liquido apparent notis circa ægrotum consistentibus euacuationem sibi ait ex longa experientia repertam: deinde si quænam notæ eæ sint exquiras: distentionem dicit uasorū, & ruborē, & grauitatem corporis uniuersi, & pigritiam ad motiones, & tentiones membrorum: nonnulli uero & ulcerosam & lassitudinariam adijciunt sensionem, & traductam in ocio priorem uitam, non sine ciborum ac potuum largiore ingestione, & solitarum excretionum suppresione. Ex hac igitur syndrome hócue concursu (sic enim symptomatum aggerationem appellāt) uenæ secandæ utilitatem B obseruatam. Ii igitur non sibi tantum ipsi, sed alijs etiam hominibus cunctis adimūt rationem, cum omnia ex usu comperta affirment. Alij, uti sanè modo diximus, & ratione se uti aiunt, & potestatem quidam haud omnino esse, nōnulli uero esse eam quidem, sed quænam eius essentia sit nequaquam intelligi. Quo fit, ut paucissimi sint qui substantiam essentiamq; potestatis prodere audeant. Sed horum quoq; nec numerum nec essentiam eandem pronunciant omnes: immo uero qui nobis quidquam scriptum reliquere, nonnulli semper quasi de una facultate animal regente minore negocio disputant nulla adducta in medium ratione, C quidā uero demonstrare aggrediunt, aiuntq; una plures non esse. Quapropter qui in corpore laborantis multitudinem esse pronunciat, hunc necesse est à medicis qui Empirici nominantur atq; Methodicis iam desciuisse, ueluti autē ad facultatem aut ad uasa id quod multum est dicere. Ergo nos quoq; disputationem aduersus Empiricos & Methodicos differamus, transeamus uero ad alios, qui se cum ratione tractare artem profitentur: tametsi huius ætatis quidā eò perueniunt temeritatis, ut sectę sibi titulos inscribāt, quorū ne illorū quidem ullum licet agnoscas. Itaq; complures sæpius audias apud ægros qui dicant plenum esse hominem, eiq; uenæ sectione opus esse: postea uero ubi inciderit ratio, se ipsi & methodicos D & Empiricos nominent.

II Verum q̃d dixi ad eos, qui analogismo id est disquisitiore atq; altius repetita ratione utuntur, uenientes congregamur eorum primatibus, qui id quod multum est identidem ad potestatem intelligunt. fere enim ij neq; utres neq; culeos supra modum plenos conspexisse uidētur: sed neq; plus quàm par sit unquam cibi sumpsisse quo uēter distenderetur, nec in uesica urinam aliquando, uel stercus in recto intestino ulterius q̃ oporteat collegisse. Namq; in id genus casibus omnib. dictorū quoduis instrumentorum perspicue distenditur, ut homo nisi superfluū excernat crucietur. Neq; tamen fit sensus idem grauantis uel mordētis uel dolorem qualitate aliqua ineffabili afferentis. Audire igitur licet uel populares, qui sine pertinacia

dogmatis asserendi id quod ipsis accidit plane interpretētur, nempe quod interim à cibo quamuis exiguo ingesto grauentur opprimāturq;, interim uero mordeantur atq; erodantur. Sæpe item, cum accidens significare exacte non habeāt, angi se fastidio ferunt. nullus enim horū sensuum idem apud homines fit, uentre plurimum copia nimia ciborum extento atq; distēto. Quamobrem in eiusmodi statibus rumpi uentriculum sibi propemodum aiunt, quē nos quoq; summopere intentum cernimus: at ubi se queruntur grauari, contractū aspicimus uentrē quandoq;. Sic uesicæ quoq; alia plurimum humorē continentis dispositio est, alia paucum, uel ingrauescentis. Ergo et excretionem in ea quæ ex repletione tēditur quāplurimā uideas licet, in ea quæ grauatur, parcissimā quidē, sed frequentissimam. neq; enim tempus expectat repletionis, sed noxium excutere protinus cupit, sicuti uel cū à qualitate eius mordet: tunc eīm quoq; excretionē obit assiduam. Itaq; & cum ueluti ab onere contento grauatur, tunc haud recte sane dixeris uitiose dispositam, esse autem ipsi quod degrauat multū, quamuis tunicam nequaquā distendat. Hæc si opinionis omnino huius duces affirmant, negantibus ijs qui contrarie sentiūt, rursus quærendū ex utrisq; est, an uesica, cum quoquo uersum usq; eò distenditur, ut discrimen ruptionis immineat, quippe quæ contentum detinere præterea nequit, atq; ubi onere premitur ac morsu lacessitur eandem molestiam percipiat. Nam hi rursus qui semper uasorum amplitudinibus multitudinem metiuntur, prōpte concedunt: qui uero potestate, interrogationes id genus ęgre ferunt atq; irascuntur, ultro citroq; uarijs modis reluctantes, q; hanc quoq; multitudinē esse permittere nolint. Itaq; nos utrosq; precib. rogatos ut à lite cessarēt ad concordiā hortati sumus, hos qui multitudinē ad ambientis capacitatem dici nunquam existimant, quibuscum inita primū disputatio est, ut ueris acquiescerent orantes, memores repletas partes dum distenduntur dolore cōflictari: illos uero qui hoc tantummodo multitudinem consistere arbitrantur, ut id quod grauat ingrauescenti multitudinem esse concedant. Rursus aūt ut dilucide apparentibus utrosq; confundamus commoneamus seorsum eos, qui multitudinem ad facultatem solum intelligi aiunt peritonæi copia ciborū dirupti ac dilatati, tū in exteriorib. quoq; utres & uesicas hoc perpeti ostendamus, quādoq; uero & dolia ipsa ubi flatuosa multitudo extiterit uiolēta: interrogemus de ijs qui ex pulmone sanguinē extussiere, uel uase citra ictum aut casum aut aliā huiusmodi extrariam uiolentiā rupto, an neq; hi sibi à plenitudine quāplurima uas distendente sic affici uideanī. Alteris rursus priuatim in memoriā reuocemus, nō posse boni habitus iuuenē & paruū admodū puerum onus idem gestare: nam q̄d pue rulo grauissimum, id opinor florētis ætatis iuueni leuissimum est. Vtrū ergo neq; onus id dicemus omnino quod quisquā sustinere non possit, neq; multum quod ita premat & grauet: an onus qui-

A dem & graue nominare, multitudinē aūt nequaq; sinemus? At hoc pacto non de re, sed de nomine controuersia erit. Alio autem modo neq; homo is tibi uidebitur, qui uel si uiginti eius humero talenta imposueris nihil prorsus unq; dicat grauari. Ad eos uero q; seruili sese dogmati subiugarunt, nihil est satis. Quapropter omissis iam ijs, immo uero si uerum dicendum sit facessere iussis, cū eo qui liber ueritatisq; amicus est disseramus.

III Duas ergo multitudinis significationes relationesq; proposuimus, alterā ut ad robur & uires ipsam ferentis, alterā ut ad cōcipientem regionē. Et uero his præmissis quot animalis facultates omnes sint inspiciamus, ac quo pacto in quauis earum plenitudinē aut agnoscemus aut curabimus.

B Ad hæc etiā quot uniuersa humorum genera eorum sint, qui aut uires degrauant, aut in uasis cōtineri nō possunt. In his enim studiosus ac magnus sit medicus oportet, nō in euidentibus cōtemnendis, quæ demōstrationis om̄is principia sunt. Sed nihil fortassis mirū id ipsum quoq; ignorari ab ijs, qui nihil de demōstratione explorarunt, nec comperierunt, nec didicerūt, nec exercuerunt. Perinde igit̄ insulsi sunt ac si quis hos cōmentarios legens demonstrare me primū hoc speret sermone quæ de plenitudine exacte perscrutaturum scire prorsus oporteat, deinde uero dijudicationē curationemq; multitudinis cuiusq; inuenire, nequaq; intelligēs si res tam magnæ ea cōparatæ essent natura, ut unico libro explicari possent, utiq; artem

C longā nō esse. Mihi uero euidenti probatione diuersam quandā in arterijs facultatē ab ea esse quę in neruis & uenis habetur, in libris de Hippocratis & Platonis dogmatibus assertū est. Docui eodem etiā uolumine arteriarū facultatis ueluti fontem cor esse: neruorū cerebrum: iecur uenarū. In opere autē De elementis secundū Hippocratem, demōstraui substantiā generationi interitioniq; obnoxiā, per totā ipsam pro quatuor qualitatibus alterari, humiditate & siccitate, caliditate & frigiditate: corporisq; cuiuslibet propriā substantiā in tali quadam esse temperie. Proinde & substātiam facultatum quibus ea regūtur proprietatem esse temperamenti. Ostensum mihi quoq; id est in cōmentario De naturalibus facultatibus et alio seor-

D sum tractatu. Diximus iā pluries et in alijs libris multis, tum utriusq; multitudinis generis dignoscendi notas, tum priuatim pro utroq; singulorū: utriusq; inquam, nempe eius quod ad potestatē pertinet, et eius quod secundum enchyma cōstat: Sic enim genus uocant alterū multitudinis quod ambiens locus metitur: neq; in solis consistit animalibus, sed in anima quoq; nihilominus carentibus, & subtegminibus & textis, & pellibus, & uasis fictilibus, æneis, ferreis, ac quæcūq; ex auro, argento, stamnoúe conflantur. nā hæc quoq;, cōclusa in eis spirituosa multa substantia rumpuntur.

IIII Nisi quis & huiusmodi multitudinem uelut ad contentricē facultatē cōstitui uelit, eius oblitus notionis quā à principio in facultatis nomine cōmemorauimus, cū efficacem causam eā esse dicere-

diceremus, ceu nihil referat efficacē an factricem, id est δραστικὴν an ποιητικὴν dicas. Si cui tamen dicere libeat facultatē, substantiā, non causam factricem esse, minime reclamamus, sed id tantū obseruari in oratione uolumus, facultatē efficacē & factricem uocari, non passiuā & materialē uel causam uel substantiam esse. Id eñ si seruetur, perspicuum est, facultatē actionis cuiusdā causam factū iri. Actio uero certe ipsa quoq; motus sit ex faciēte in patiēs est necesse, uti sane & passio motus in patiente ex faciente in patiens. Quapropter facultatis tum intellectio tum substātia in respectu ad aliud habētur. Enimuero in se ipsum quoduis facere aut agere si dicas, præter mētis conceptū est. Sic ergo et seipsum cōtinere. Etenim qui maxime facultatē cōtentricē inuexere, ut Stoici, aliud cōtinens faciunt, aliud cōtentū: spiritualem substantiam, continēs: materialem contentū, unde aerem & ignem continere, terrā & aquā contineri aiunt. Atqui nostræ ętatis nōnulli qui sese Herophileos nominant, cum ne per somniū quidem hæc audierint, de ui contentrice audacter loquūtur, ignorare se quidem fatentes num aer an ignis an utrunq; id sit quod lapides & ligna aliaq; id genus cūcta contineat, cæterū absolute pronunciātes facultatē quādā esse quæ eiusmodi coerceat omnia, quādo nullo ea cogente ac stringente dissoluerentur dilaberenturq;. Tum interrogati an uti in sermone audeāt quopiā eius generis axiomate, nempe res omnes cōtinētis egere, nécne, illico quidē impigre proferunt, & interrogationē asseuerant: inde uero ad incōmodū deducti, sese deuouēt dictis, et interrogātibus uti morosis & sophistis indignantur. nam & hoc facere si quidq; aliud hodierni medici solent, ut de maximis dogmatibus incōstanter sententiam dicant, ubi uero arguuntur, moleste ferant, ac refellētes sophistas inde appellent. Quomodo igitur in absurdum aliquem sermonē deduci sit necesse, si nos ens omne causa contentrice egere statuerimus, iam tibi enarro. Contentricem causam quænam sit intelligere se nequaq; fatētur Herophilei, num & ipsi eā ex ijs quæ sunt an non sunt quodpiā esse arbitrentur. Nam si non entium cuiusquā, uirorum sapientiam demiror, si & eorū quæ sunt quodlibet, aliquo eorū quæ non sunt dicāt egere. Quòd si in entium numero contentricem causam reponāt, reminiscātur dixisse se ab omni ente cōtrentricē causam ut existat requiri. ita nāq; eueniet uel ipsam causam alia causa ut subsistat indigere, eaq; alia rursus, atq; hoc in immensum. At si entium quædā aliā ut sint causam poscere dixerint, quædam ipsum esse ex sese habere, primū initio propositū axioma se nō præterea seruare intelligant, quod esse re omni uerius affirmabāt, nempe ab omni ente ut sit, cōtentricis causæ operā exigi. Deinde uero lōgissimo eis sermone opus esse cur alia egeant, alia minime, aut qualia etiam ex ijs utraq; sint. Non enim nec Herophileorum multi, nec Stoici iuniores demonstrationem aliquam afferunt quòd spiritus & ignis seipse aliaq; contineat, aqua autem & terra alte-

A rius contenturi opem desideret. Nam quantum prompta imaginatio suggerit, durum & renitens & densum se ipsum continere dicetur, rarum & molle & cedens aliud quod contineat postulare. Neq; uero solum uiri nulla accersita demonstratione suppositioni suæ fidem censent habendam, sed ipsam sibi repugnantem supponere nō etiam sentiunt. Nam corpora quæ præter cætera tenuioribus partibus, ac molliora, habiliora, tractabilioraq; sunt (ignem & aerem) hæc telluri duritiei & obnixus causas esse aiunt: quasi fieri possit ut aliud alij facultatem uel naturā uel actionē uel qualitatem qua ipsum careat impartiatur. Atqui non solum ab igne nihil contineri, sed omnia etiā dissolui palàm uidentur.

B V Verū cum aduersus Stoicorū suppositionem alibi disputatū abunde sit, ad Herophileos redeo, quibus etiā satis mihi fuerit in pręsentia dicere, eorum præsidem maxime contrarijs detineri, tum quòd in quamplurimis hęsitet quę demonstrationes in procinctu habēt, tum de ijs, quorum & demōstrationes impossibiles sunt et suppositio falsa, sentētiam ferat. His igit̃ quoq; omissis, rursum dicimus, plenitudine distendi ac rumpi, ipsorum continentium uasorum affectum, non facultatis cuiuspiam esse: grauari autem, sensoriæ potestatis. Qua propter si in commentario de uiribus naturalibus recte demonstrauimus quandam propriorum attractricem potestatē esse, aliā horum ipsorum alteratricem, detētricem aliam, quartam C alienorum expultricem, satietatis ad harum quālibet pertinentis alia quædam indicia explorare oportet, quasi satis grauitas non sit. Neq; enim uti infirmus uentriculus ob eximiam sensionē ipsum grauantia percepit, sic uena & arteria sensu eodē præditæ sunt, sed diuerso: siquidem non idem est genus & neruis quod prolixiorem sermonem ad declarationē & probationem requirit. Satietatis igitur arteriarum ad earum facultatem respicientis sciētifica indicia in lib. De pulsibus dicta sunt: quorum nulla sane norunt ij qui in ore satietatis seu multitudinis nomen quotidie habent. Verūtamē eius quæ ad uenas refertur signum aliquod quo scire id liceret ipse nō reperi, aut scriptum inuenire apud aliū potui. Atqui principio ne ullus D quidem nobis prior facultates ipsas scientiaria indagatione pręfiniuit. Parū enim contemplationē earum attigerunt Philippus atq; Archigenes, sed eorum neuter adamussim elaborauit. Quærit autem proposita nunc disputatio nō hæc solum, sed in quauis etiam particula satietatem, ut iocinore uel corde uel renib. uel colo uel cerebro uel osse. Quibus ergo aut difficilis aut nullus sensus datus est, eæ non pariter uentriculo ac uesicæ contenta in ipsis excrementa percipere ualent. sed hæ nullo pacto, illæ aut prorsus obscure, aut nihil omnino: prorsus inquam obscure, ut in multitudine quamplurima: nihil omnino: ut in pauca. Nam & in pulmone & iecore & renibus grauitatis sensus interim fit. Quidam quoq; osse grauari & ipse leuius persensit. In cerebro quoque grauitates sæ-

pe numero non solum exiles, sed quãdoq; admodum etiam manifestæ innotescunt. At partibus sensu carentibus sensus aliquis fieri nec grauitatis nec symptomatis cuiusquam alterius potest. Porrò sensu nullo prædita esse uidētur ossa quædam, & pinguedo, & adenes nõnulli, nisi forte & omes medullę ex sensus expertium numero sint. Cerebrum tamē & spinalis medulla inter ea censentur quæ sensum obtinēt. Quidã etiã asseuerauit de carne circa iecoris gibba adnascēte, quam parenchyma cõplures medici appellant. Neq; enim in eam ullo pacto alicunde ingreditur neruus. Sed de ea quoq; quæ in sima parte est quisquam dubitauerit: adeo enim breues sunt qui ad portas inseruntur iocinori, ut solam ipsius mēbranam intexere uideantur. Quin etiam in liene et renibus pari mo B do addubites: magis item in pulmone: dixeritq; aliquis forsitan, in ijs uiscerib. grauitatis sensum, non uiscerum ipsorum, sed ambientium ea tunicarum membranarumq; esse: præsertimq; in pulmone & iecore, quæ dependent suspensaq; sunt, nec stabili sede firmata. Manifeste enim ægrotantes sæpenumero parte superna ad clauiculam tentionem quandã, ut in iecoris tumoribus, uiscusq; ipsum graue persentiũt. Vt uero fortunatus is est qui uita sua tota non sentit quod tam crebro omnes inuadit. Quodam itē loco Hippocrates. Dolor, inquit, in renem grauis: uti etiã in pulmone grauitas fit. quod pleriq; omnes medici prodidere, ubi phlegmonem uiscus contraxerit. Sed cum nullum ex his quęsiuerint medicorum quam plurimi, C quidam uero nec quòd esse interdum in toto animali multitudo possit, liceat autem in parte quoq; una qualibet uel etiam pluribus, de multitudine temere pronunciant.

VI Verũ in præsenti si libet difficultatibus his omnibus dimissis, faciliora meditemur. Videtur autem mihi facilius esse rursus à grauitate exordiri. hæc enim multitudinis quæ ad sentiendi uim pertinet, signum ostenditur perspectissimum. Vtrum igitur uerum sit asserere necessario ex plenitudine sequi grauitatem, an plenitudinem grauitati anteire? non enim idem est aut sequi in oratione grauitatem, aut antecedere. Nam cui aliquorũ in corpore humorum copia existit, huic partibus in ijs uidelicet sensu præditis, in quibus plenitu- D do cõstiterit, grauitatis sensum suppetere uerum est: cæterũ id non uerum, si grauitas aliqua in parte sit, humorum in illa redundantiam inesse. quandoquidem fieri potest, ut, quemadmodum in paralysibus, à solidis partibus ægrotans facultas grauetur. Nam ea languente, cum musculi membri totius agitandi ad id dimouendũ trãsferendumq; impotes reddantur, sensus paralyticis fit grauitatis. Nõ enim quod ægrotat graue sibijpsum uidetur, ut musculus, neruúsue, denique quoduis corpus partes primum mouet, sed affectus ijs qui grauitas dicitur, ex alio in alijs fieri natura est aptus: ipseq; per se neruus, seu tendo, seu musculus, seu quicquid sit quod nos mouet, potest quidē se ipso imbecillior inualidiorq; fieri: cæterum seipsum grauare, ex impossibilium numero cēsetur. Ergo A si ualentior euadat, robustiores q̃ antea functiones obibit: si infirmior, imbecilliores: uerbi causa musculus, si sit is, qui crus dimoueat, bene ualens, partē illam mēbri cui inseritur magna ui attrahet: bono habitu constans, maxima: & ægrotans, imbecilliter: uiribus autē exoletis, uix atq; obscure. At si non musculus sit, uerum neruus musculum ipsum ciens, rursum illius sanitas & morbus & bonus habitus & infirmitas ea circa membrũ opera edent, quemadmodũ à musculo fieri dictum est. Hęc perinde quoque de spiritu si primus crus moueat dicentur. Age ergo posita nobis hæc perspicuitatis gratia sint, musculum à spiritu, qui per neruos fertur, moueri: à musculo aũt tibiam primum, in quam est insitus musculus, deinde articulationē in genu, cui crus totũ innexum est. uere ẽm suppositis ijs, dicat quisquam musculũ ipsum quoq; infirmo spiritui esse oneri, & cũ eo membrum totum, uerbi gratia tibiam. Quòd si neruũ à spiritu, à neruo musculũ, tum rursus à musculo tibiam supposuerimus moueri, à dictis omnib. spiritus æger grauabitur. Itaq; uel hic iam palàm est, nisi quod primum nostrarũ partium quãlibet moueat fuerit præscitum, quod primũ grauet ac grauetur dijudicari nõ posse. Verũ & hoc aliàs inspectabimus diligentius: id uero de quo sermo erat absoluamus. Fiet autem nunc omnis quoq; cum hypothesi gratia claritatis enarratio. Subiectum itaq; sit musculum id esse, quod & seipsum, & os tibiæ mouet. Sibi igitur ipse nunquã est grauis, ne cum imbecillissimus quidem existit, sed ipsum aggrauat tibia. Vtrũ uero cũ mouere se duntaxat cupit, an etiã licet quiescat, alterius nec leuis est perpensionis, quam in cõmentarijs De musculorũ motu diffiniuimus: qua cõsideratione posthabita, neq; dispositionem, neq; affectum locum in grauitatis sensionibus exacte licet dignoscas. Sanè quidē nõnullis aut mēbrum unum, aut corpus uniuersum grauatur ubi moueri uoluerint: quiescentibus autem nullus fit grauitatis sensus. Sunt etiam qui ante q̃ moueant̃ dicant grauari. Quæ'nam igitur horum utrorũq; dispositio sit, nullo sanè prius molimine deprehendas, quàm quæ moueant, quæ mouean tur corpora per totum crus cõperieris. Nam si neruorũ fibræ per musculum dissitæ cientur primæ, simul autem cum ijs & membranosum, & uenosum, & arteriosum in ipso genus mouetur, præterea ligamenta, grauitatis quidē sensus earum fiet, non propter hæc modo, uerum & quæcunq; alia in toto mēbro habentur. Pensitabimus autem & definiemus quãdo agentis seq; mouētis membri, quando uero quiescentis grauitas fuerit. Quòd si ligamētorũ quoq; in ipso genus simul cum carnoso agitatur, (hæc enim propria musculi substantia sunt) horum certe ullius opera sensus nunq̃ constabit grauitatis. Ergo aut ex uenis, aut ex arterijs, aut ex pinguedine, aut ex ossibus, aut ex nõnullis aut ex omnibus fiet. Porrò uel si quando in id genus diuisionibus hæc uerba ex nõnullis aut ex omnibus omittamus, liquet subaudire ea librum legentes

gentes oportere, intelligentes in omnibus eiusmodi sermonibus nō disiunctiuas, sed subdisiunctiuas esse coniunctiones.

VII Ex ijs ergo quæ iam diximus, propalā fit, si cui partis plethoricæ dignoscendæ perito esse libeat, is regentium nos facultatum scientiam habeat necesse esse, dissectionemq; ac naturam partiū animalis omnium ad unguem calleat. Inde enim exordiens, fortasse partis plethoricæ notas inuenire aliquando poterit. Verū si quisq; ueritatem non curans, imponere alijs uelit, quòd aliquid norit decoctius, huic procliue est, uel si aliud nihil, certe ea duntaxat quæ ab Erasistrato in primo De tuēda ualitudine scripta sunt didicisse. Neq; enim alibi prodere aggressus est plenitudinis notas. Igitur ipsius uerba attendamus, ea primum in quibus plethoræ generatio quænam sit refert (sic enim ipse plenitudinem appellat uenarum): tum ea deinceps, quibus signa dignoscendæ eius enarrat. Talis sanè eius uerbis generatio est: Nam si digeratur, nec applicet, neq; ut cuiq; solet elaboret cibus aliòue quouis modo egeratur, cōcoctionis, digestionisq;, ac potestatū functiones in eis edentium uasa cōpleri est necesse. Ac nisi cibus quidē qui antea uasa obsidebat ullo pacto absumat, ab ijs uero quæ ingeruntur accessio fiat, uasa corporis eo etiam amplius distenduntur. At ubi uasa nō insuper infarturam atq; aggestionem admittunt, cibus aūt alius ex uentriculo importatur, in uasa spiritus proxima irrumpunt. Apertum est igitur eū de plenitudine, quæ ad ἔγχυμα hoc est infusionem attinet, disputare, tum ex hisce, tū uero ex eo quòd plethoram ipse peculiariter nominat. Nam plethora is tantum uocatur affectus, non alter qui ad uim æstimatur. De ea uero internoscenda paulum progressus, hæc scribit: Itaq; operæpretium est, uti diximus, plethoræ dispositionem tētemus dignoscere. Cum igitur inter eius initia mediocriter infarciuntur uasa, se ipsis ualentiores ac robustiores præter solitū fiunt. At ubi magis procedūt plenitudine, brachia & tibiæ adimplentur & manus: non secus atq; ijs qui ab exercitationibus ad distentionem perueniunt. Quòd si longius prouehatur plethora, ulcerosæ, & tardiores, & ad motū inhabiliores redduntur: tenditurq; iunctura uniuersa corporis, quasi lassitudo uideatur. Id genus dispositio morbo iam proxima est, nisi eam admodum apte ac prudenter soluas. Confundit in his Erasistratus diuersi generis plenitudinum notas: præterid quòd quædam ijs quoq; minus necessaria adscribit. Licet aūt eius uerba à principio perpendas. Nam ibi, Cū igitur inter eius initia mediocriter infarciuntur uasa, se ipsis ualentiores ac robustiores præter solitū fiūt: neutra ex parte sermo neq; à dispositione ad eius indicia neque ab indicijs ad dispositionem necessariam obtinet sequelam. neq; enim ex uasis mediocriter refertis ualidiores ac robustiores se ipsis fieri est necesse, neq; cum tales uidentur, mediocriter referta sunt uasa. Nam & repletionibus horū modicis infirmiores quoq; interim aliquos fieri contingit: aut in neu-

A tram partem neq; ad robur neq; ad imbecillitatē conspicue uergere. Quòd si robustiores fiant q̄ antea, consentaneum est nō solum cum uiribus auctam humorum copiam esse, sed aliquando etiam diminutam, & pristinam interdum quantitatem seruare. In utraq; enim hypothesi primum dicto trium esse consequentiam licet. nempe auctis humoribus tum firmitatē tum infirmitatem à priore cōstitutiōe diuersam: item in ijsdem terminis uirium statum atq; cōstantiā. Ei uero quòd ualentiores fieri dixit, id quod est augeri ac decrescere, & cōmodos ac mediocres esse humores. Enimuero in proposito sermone perinde audiatur siue humores siue sanguinem dixero. De ijs enim in serie disputationis definietur.

B VIII Erasistratus ergo simplici sermone pronūciauit, nulla ijs quæ dixit demōstratione adiecta. Nos uero non simplici, sed necessarijs adscitis demonstrationib. singula de quibus modo diximus confirmantes rursus hic quoque ab ipsis Erasistrati uerbis initium sumemus. Valentiores inquit & robustiores uidentur. utrum aliud quicquam significat ualentiores quàm robustiores, ac duo mediocris docuit nos indicia plenitudinis, an unicum indicium duobus est complexus nominibus? Ego sanè significati nullum discrimen inuenio, neq; generis, neq; speciei, neq; maioris minorisúe ratione, sed idē de utroq; significari arbitror. At si libet, alterum intentionem atq; augmētum ostēdere, in collatione ad alterum ponas. Siue igi-
C tur robustiores de ualentioribus, seu ualentiores de robustioribus dixeris, eiusdem speciei prorsus est quod ex utrisq; indicatur. Vbi uero est auctio manente specie, ibi duarum significationum præceptio non est. Cæterum quòd Erasistratus, neq; in hoc libro, neq; in ijs qui De febribus agunt, ne de altero quidem multitudinis genere quod ac facultatem refertur meminerit, planè cōpertum est: siquidem ei plethora corriuationis est author: ex qua & phlegmonæ constant, & febris consequit̄: plethoræq; generationem in suprascriptis uerbis aperte declarauit, in quibus corporis inquit uasa infarciri plurimūq; distēdi, (ijs enim ipse usus est uerbis) sicuti etiam, quòd aggestionem admittere non insuper ualeant, corriuationem in arterias
D superuacui fieri, nimirū ijs quæ in uenis abūdant irruptionem eò capientibus. Est igitur uel hoc loco quidquam in diuisione omissum. Nō enim ita dicere absolute oportebat, cum aggestionē admittere præterea uenę non possunt, eorū quæ in ipsis habentur in uasa spiritus impetum fieri: sed dicere sanè multo præstabat, ex prædicta uenarum plenitudine duorum alterum sequi, aut ipsius ruptionē tunicæ, aut sanguinis in spiritus uasa transfusionem. Porro sanguinem putare, quòd à uenis capi non possit, necessario trāsfundi, hominis est prorsus obliti, uasis diruptionē ob plenitudinem interim fieri: ut osculorum omittā relaxationem, quæ aperte sine transfusione sæpenumero fit in sensiles intestinorum, & uētriculi, & stomachi, & faucium, & oris amplitudines. Verum deliquium uerbo-

uerborum in diuidendo non in hoc opere duntaxat, sed in alijs ferè omnibus familiare est Erasistrato. Rursus ergo quale nam sit id quod dixi æstimemus. Cum mediocriter implentur uasa, ualentiores seipsis uidentur. Vtrum ô Erasistrate etiā nisi cum sanguinis copia robur corporis augescat, an eo quoq; simul crescente? Equidem summopere necessarium esse duco, ad actionum firmitudinem uiriū quoq; robur perinde augeri. Tu uero si sanguinis tantum incremento uirium functiones robustiores fieri putas, Asclepiadis opiniones magis euertere uideris quàm facultatem asserere. Nam nec ille absolute ait, cui plus sanguinis, hunc prorsus ualentiorem esse: cui minus, necessario inualidiorem, Sed distinctiones eum quasdā comperies dicere consentiētes euidentibus, tametsi nullam in nobis facultatem esse neq; animarem neq; uitalem existimet. Aliqui enim magis q̄ fuerint, sanguinei nōnunquam simul & robustiores effecti uisunt: alij simul robustiores minusq; sanguinei. Quare cum nec sanguinis affluētia necessario robur augescat, nec decremento minuatur, hæc quoque negligentius dicta esse Erasistrato putandum est. Quod si fuisset eorum quæ ego nunc recensui à quoquam commonitus, utiq; actionum firmitatē non ex corporis incremēto, sed uirium robore sequi haudquaq; negasset. Nos igitur perfectiorem eius sermonem reddamus, uerba quæ in eo desiderāt supplentes. Erit aūt huiusmodi. Sāguine simul cum uiribus increscente, firmitatē quoq; augeri est necesse. Atqui uel si hoc dixerimus, ueri quidem referemus aliquid, nō tamen inde plus nobis quidquam in rem propositam eueniet. Nam quibus ambo (nēpe sanguis & uires) simul augentur, uere robur quoq; dicetur augeri: at quibus auctū est robur, ijs auctū necessario utrunq;, mendacium est. Non enim cogit necessitas ut uires aucto sanguine simul augescāt. Quandoq; uero et uires tantum contingit augeri. Gymnasta igitur apprime bonus siquem susceperit, qui multum pituitosi sanguinis ex desidia collegit, uiribusq; est inbecillior, hunc, robustū, sanguinisq; affluētiorem quàm acceperit reddet. Vt ergo necesse non est, qui actionibus firmiores præter cōsuetudinē euasere, ijs auctos esse humores: ita qui functionibus se ipsi ualentiores sunt facti, ijs robustiores esse redditas uires necesse est. Non solum autem necessario à firmitate orsus perges ad uirium robur, sed à uiribus quoq; ad firmitatē cōmeabis. Nam uiribus robustus actionibus firmior est. Itaq; ex se inuicem, actionum firmitas ex robore uirium, uirium robur ex actionum firmitudine cōsequunī. Vtrumuis enim eorum esse supposueris, huic prorsus simul adest & alterum. Nō tamen à sanguine uberiore necessaria est sequela. Neq; enim si largior is sit priore, homo ex necessitate ualentior est: neq; si parcior, imbecillior: quēadmodum nec cū æqualis est, tantundē obtinet uiriū. Quapropter ex ijs quæ diximus liquet, actionum firmitudinē robustarū uiriū proprium simul atq; inseparabile esse iudicium: sanguinis uero incrementi, neq; proprium, neq; inseparabile.

A

IX Verū quod deinceps dixit Erasistratus, proprium quidē nō est plethoræ, cęterū seiungi ab ea nō potest. Id aūt adimpleri nominat, sed tendi planius dixisset: siquidē & gymnastarum solertiores lassitudinē quandā, ulcerosam: alteram, tentionariam: tertiā phlegmonosam uocantes, nihil aliud indicant, quàm in tentionaria lassitudine membra adimpleri. Tūc enim particulam quamuis adimpletam aiunt, ubi tentionē ipsius sentiunt quādam. Sensum igitur uel in phlegmone tentionis percipiunt. Verum illi pulsus præter naturam & semper uel magna ex parte est comes: quem quis dilucidius interpretādo, pulsatilem dolorē appellabit. At quibus aliud nihil præter tentionem accidit, ijs pars quæ tenditur neque phlegmone laborat, neq; ex necessitate plethorica existit, sed alterum duorum, uel lassitudinaria, uel plethorica. Quòd si lassitudinaria sit, ex multis laboribus sic sunt affecti: at si homo nihil prorsus laborauit, nō ob lassitudinem, sed aliter fessa ipsa particula redditur. Quamobrem uere dixerim ubi tentionis sensus citra exercitationem adest, plethoram omnino esse. Ita uero dicentibus, fit inseparabile simul & proprium signum utrisq; se mutuo consequentibus. nam & tentio sine exercitijs plethorā consequitur. eius enim signum fit inseparabile, à plethora, tanquam à causa effectum. At uero si eatenus sanguis augeatur ut uenas nondum distendat, adhuc plethora non est. Quid ergo in sermōe Erasistratus meminit brachiorum, & tibiarum, & manuum? Nam & in collo, & dorso, & lumbis, et thorace, & uentre imo tentio id genus consistit. Verum ut artus superfluo commemorauit Erasistratus, eodem pacto, & absurdius, ulcerosam etiam sensionem. Non enim est hæc signum plethoræ, sed ex mordacibus humoribus fit, qualis partibus ulceratis, siue ipsorum aliquo eas tangente, siue sanie irritante, siue medicamine mordente, aut in solis quoque motionibus gignitur. Nam sicuti in copia humorum qui ambientes partes distendunt peculiaris tentio est, si ulcerosus sensus mordacem sequitur qualitatem. Proinde uel in toto corpore pluribus quandoque consistit, qui mediocrem quidem sanguinis modum obtinent, nedum plethora laborant.

B

C

D

X Atq; si hæc ita se habent, uti profecto habēt, tempestiuū iam est de quodam præfiniamus eorū quæ supra distulimus: quandoquidē hactenus cōscriptas ab Erasistrato examinabamus notas. Etenim multitudo siue ad facultatem siue ad ambientium capacitatem intelligatur, commodius profecto est decernamus utrum in sanguine solo, an alijs quoque humoribus omnibus natura consistat, nam id quoq; indiscussum atq; indistinctum reliquere. Quoniam igitur non hi tantū affectus humores occupant (egestas & copia) sed absurda etiam qualitas, percontatus sum medicos omnes tum qui multitudinem ad uires, tum qui ad humorum incrementum intelligunt, utrum solo sanguine eatenus aucto ut coerceri nō possit, tendi

conti-

cōtigerit uenas: si uero uel pituita in partē quāuis aliam, aut uenas etiā ipsas, uel & simul cū hac & si ne hac bilis aliqua, uel sanies, uel spūs flatuosus eo multitudinis congeraī, ut præterea capi ab ambiente nō possit, an etiamnum tentionē sentiat animal non sit necesse. Si pars quæ tenditur sensu prędita est, fieri non potest quin animal ex eo quod distendit nec cōtinetur sensum percipiat tētionis, affectusq́ ipse quæ tentio dicitur partes inuadat: qua plenius augescente, partem quoq; necesse est quæ tenditur rumpi. Tale quidem mihi ijs quæ euidenter apparent consentire uidetur: siquidem non neruos solum & funes, sed sępe dolia quoq; à musto inflata, tentionis uiolētia rumpi uidemus. Dudum itaq; stāneum uas à contento in eo medicamine ex uiperis confecto, flatu distentum adeo est, ut & obuolutum corium, & funiculus quo deligatum erat dirupta fuerint, & operculum conuexam curuaturam receperit. Quinetiam acerbissimis doloribus corripi interim nonnullos à spiritu flatulento in partibus quibusdā animalis concluso, id quod uel in colo accidere potissimū solere, cognitum omnibus arbitror, qui sequi ea curant ac perscrutari quæ quotidie in ægris uisuntur. Melius igitur est partes ab humida omni substātia & spirituosa in tentricem dispositionem agi censeamus, quàm eiusmodi affectum soli humorum sanguini affluenti succedere.

XI. Itaq; ad eos rursum qui tanq; ad uires nunquam nō constare multitudinē putāt transeamus: sciemurq́; ex ijs quoq; unum quod captu facillimum sit, hypothesi quadā tali exempli loco proposita. Duo homines membra submittant imponantq́; humeris, alter lignum uel lapidem uel pondus aliquod grauissimū, alter spinas paucissimas acutissimas. Tū super eo spectaculo rogemus eos qui perpetuo multitudinē ex uiribus ęstimāt, nū paucas etiā spinas onus appellent: an ab utroq; eorū quę ferunt molestari, symptoma quoddā hominibus cōmune sit, species aūt molestiæ nō parū differat. Alteri enim grauari nec pungi: alteri pungi nec grauari cōtingit. Omino aūt si quis pungere uel mordere uel quauis ratione infestare onus et multitudinē nominet, is uel unā spinā aut acum tenuissimā onus appellare aliquando cogeī: quo quid magis ridiculū? Hæc igitur absurda sunt, ac præter omniū hominū animi cōceptus cōmunes. Nobis uero cōmunes cōceptus animi nō subuertere, sed seruare est ꝓpositū. Itaq; multū ducimus quod grauat, molestū quod mordet, seu pungit, seu quouis modo dicere cuiquam libeat. Quinetiam plures mordaces esse humores, qui partim in nobis generationē obtinēt, partim deforis importantur, perspicuū id omnib. est. Sunt uero quatuor eius discrimina in maioris et minoris collatiōe. Nā si modice mordeāt, pruriginosi sunt, quemadmodū scylla: si uehemētius, mordaces, uelut cepa. Plusculū em̄ si corpus nostrū eiusmodi corporis assuescat naturæ, ulcerabiī. Sunt itē, quæ hac magis acria sint, atq; ubi ulceratis præsertim admouētur, horrorē pariāt. Ceterū extento auctoq; horrore, symptoma rigor uocatur. Eadē uero cōuenientia mordaces in nobis hūores quatuor formis cōsistūt. Sūt em̄ ex ipsis mordaces, qui mediocriter lancināt, ijs uero mordaciores, qui ulcerosum inuehūt sensum: qui acrius ijs mordēt, horrorē: rigorem, qui ad summū mordēt. Dictum est de his in pluribus cōmentarijs. Sed ei qui cōpendiū ipsorum quoddā adipisci uoluerit, satis ea sunto quæ in secundo De symptomatū causis, & quarto De tuenda sanitate prodita sunt. Quòd si & De ui medicaminum quisquā perlegat uolumen, & id præcedentē tractatum De temperamentis, sic erit is magis scire de mordacium natura persuasus. Verum medicis cōpluribus simile quid accidit cum eo, quod de ijs Hippocrates dixit, qui in fracturis aut quibusdam eiusmodi affectibus iussa non faciūt. Etenim illi quoq; licet sanitati restitui uelint, tamen curationis laborem, ut hi discendi, non sustinēt. Sed neq; sanos illico fieri licet solo finis assequendi uoto, neq; hos habitum scientiæ comparare non omni uia quam modo indicaui, cōfecta. Intelligēt em̄, si uelint, corporis totius ulcerosum sensum, tū eum qui ex pluribus præter consuetudinem susceptis exercitationibus fit, tum qui sine exercitationibus repente consistit, mordacis fœtum esse humoris. Proinde impensius exercitatos, uberiore oleo, & molli frictione, et calidis balneis dulcium aquarū optime tēperatis curāt gymnastæ, ut mordaces humores dissipentur, qui immoderatius exercitatis, ex pinguedinis, & mollis carnis colliquatione, aut propter ipsos humores qui in corpore habenī uehemēter cōcalefactos, geniti sunt. Si quis igitur horū demonstrationes ediscere sustineat, utiq; solus is constanter fuerit persuasus ulcerosam dispositionem ex mordacibus humoribus fieri: onerosam, ex multis, uiriū respectu: tentricem uero, ex multis quidē & hanc, sed ut ad ambientē eos ipsos capedinē, non cōtentorum corporum facultatem.

XII Erasistratus aūt in priore De tuenda ualetudine ipsam plethoræ generationē explicās, tertiā dictarū dispositionē apertissime docet: deinde uero ad signa cōuersus, non huius aliquod magis q̄ aliarū descripsit. huius namq; unius tentio est, q̄d ille adimpleri nominauit: at ulcerosum factū sensum esse, neq; predictę multitudinis, neq; ad uires cōsistentis peculiare indiciū est, : multo uero magis neq; grauiores effici, neq; ægrius dimobiles. etenim id proprium quoq; est respicientis ad uim multitudinis. Itaq; parum ei defuit, quin omnem nobis Empiricorū descripserit syndromen: quippe & partem quandam tritemporeæ, ut uocant, notationis quam introduxit Herophilus, pariter empiricis expressit, sic inquiens: Nam si digeratur, nec applicetur, neque ut cuiq; solet, elaboretur cibus, aut alio quouis modo egeratur. nihil enim interest, uel hæc dicas, uel ut illi loquuntur, nempe ociosam uitam, & solitarum excretionum inhibitionem. Ociosam enim priorem uitam indicauit, quum dixit, neque ut cuiq; solet, elaboretur: inhibitionem uero excrementorum, quum

A quum deinceps adiungit, neque alio quouis modo egeratur. At uero multitudinis notatio penes tempus, ex præterito quidem ociosam uitam simul cum detentione capit excrementorum, ex nunc autem instante, & ipsum id quod est adimpleri & ulcerosam dispositionem, pigritiamq; ad motus, & corporis grauitatem uniuersi, ac quæcunque id genus adijciunt alia. ex futuro autem, quòd qui hoc habitu sunt, euacuati egregie iuuantur, id quod omissum est Erasistrato. nam hoc quidem rectę discretionis simul et curationis testimonium est, discretionis autem, siue, ut illi uocant, notationis, utiq; nulla pars fuerit, si per notationem dispositiones indicari uolumus, ut conuenientem inueniamus curationem. Quamobrem si B ex alio quopiam orsos curare congrue liceret, superuacua foret notatio. Cum uero temporis præsentis meminerit, ruborem reliquit, ac uasorũ distentionem, quæ & ipsa tum Empirici ferè omes, tum ex Dogmaticis nõ pauci, sicut & alia quædã, uti dictum est, addunt. Atqui quatenus in solo sanguine plethoræ generatio subijcitur, haud perperam adiectus discretioni ab illis rubor & uasorum distentio est. Ad hæc porrò magis, quoad brachia inquit, & manus & tibias adimpleri, non carnium potius ac totorum musculorum turgoris indicia, quàm uenarum ponet, si proprias hypotheseis sequatur. At uero ita quoq; necesse est discretionẽ fieri duplicem, harum sensilium uenarum plenitudinis, alteram quã omnes homines intuemur, alteram quam solus ille est conspicatus. Itaque iam C propalàm factũ arbitror animũ adhibentibus, internoscere multitudinem haud leue esse negocium. Enimuero ubi eam ne ratione quidem tenus iudicare facile est, sed transigi nullo modo potest, multo minus profecto in operibus casu ab ijs recte administrabitur, qui nec prius quicquam de ea cõspexerint, nec comperierint.

XIII Rursus ergo ab Empiricis de multitudine sermonẽ auspicemur, quãdoquidẽ tutò se admodum dictas difficultates putant effugere, fatentes se quidẽ scire nihil prorsus de multitudinis essentia, cæterum ex quadam eiusmodi syndrome obseruatum affirmãtes sanguinis ademptionẽ prodesse, quam plethoricam syndromen nominant. D Nam collectis in idẽ uniuersis quæ à singulis Dogmaticis dicta sunt, euadere se quidẽ ex ijs putãt illorum angustias, sed multo grauius q̃ isti arguuntur, siquis dicta eorũ animaduertat: quæ omnia rursus ab initio repetere satius est. Sit igitur in prę terito quidem tempore cõsueta uictus ratio in cibis à principio solitis, atq; eorum nonnullis in copia q̃ prius largiore: tum excretionis suppressio, ignauumq; uitæ genus uniuersum: in præsenti uero, tentio corporis totius, aut quarundã partium, & pigritia ad motus, & actionũ infirmitas, & sensio tum grauitatis, tũ ulcerosæ dispositionis, unà cum uenarum tumore. adde etiam si libet, ruborẽ: quandoquidem & hunc nonnulli cõmemorant: & uero etiam quidam corporis totius tumor, & quædã inæqualis ac lassitudinaria dispositio: sunt

ẽm qui & hęc addant. Interrogabimus ergo ipsos quæ ego adolescentulus Empiricũ pręceptorem, cum me primum hæc doceret, rogaui, nũquid ad euacuationis recordationem, ut ipsi loquũtur, ea quæ diximus, congredi simul oporteat omnia, an statim uel uno ex ijs conspecto sanguinẽ mittent. Prompte igitur mihi ad primam quidem interrogationẽ respondit, affirmans oportere omnia cõgredi: quippe syndromen concursumúe, talẽ rem existere, nempe omniũ quæ ipsam complent congestum. Verum quoniam primum quidem duos homines ad memoriam reuocaui, quibus dudum ille uenam iussit incidi, alterum graui correptum lippitudine, alterum ex uehiculo delapsum, deinde loris usq; adeo irretitum ac lõgius raptatum ut contritę quædam partes fuerint: post hæc uero silentium agente ipso et alius quidam succurrit, cui febricitanti quidem & ipsi mediocriter, cæterum dolorem capitis nõ ferenti, uenã secuit, ut alij præterea pleuritico neq; ei dictam syndromẽ uniuersam obtinẽti, in maxima hæsitatione stetit. Proinde & similes alios quosdam ei prolixius recensui. Sed et eorum quos dixi commonebam, quòd ijs, quibus tantum deesset ut syndromẽ totam haberẽt, uenam pertuderit. Quapropter me ne aliquorum quidem duorũ quæ in hominibus essent, meminisse affirmabam. Ei enim qui ex rheda excussus est, cum exerceretur quotidie, & omnes quantum satis esset, solitas excretiones egereret, & comederet moderate, ac diem ferè totum nostra cõsuetudine uteret̃, uidereturq; nec sibi, nec alij cuiquam euacuationis egere, posteaquã deturbato contusæ partes quædam sunt, phlebotomiam adhibendam censuit, cum neq; ruborẽ aliquem, neque uasorum tumorem, neq; aliud quicquam syndromen constituentiũ contraxerit, sed dolore cõtusarum partium duntaxat laboraret. Itidem quoque & lippiẽti, & capitis dolore cõflictanti, cum nullum omnino præ se ferrent eorum quæ in plethorica syndrome dicta sunt. Alios porrò etiã no ui, cõplures quibus incisa à uobis uena est, uel nihil planè habẽtes ex plethorica syndrome, aut certe non simul omnia quæ à uobis cõmemorantur. Nunc enim dicebam, memoria repetens eos quibus uenam à uobis cõfossam uidi, nullus ex ijs in mentem uenit, in eiusmodi accidẽtibus uniuersa syndrome pręditus: sed alij q̃ lassitudinari⁹ esset, nec aliud quicquã haberet, sanguis missus est: alij quòd febricitaret uehemẽter, aut oculi, uel caput dolerẽt, aut suppressæ fuerint hæmorrhoides, aut mulieri menstrua, non autẽ omnia quæcũq; coire uult plethorica syndrome. Si ergo dispositiones uniuersas in quibus conferre phlebotomia obseruata est plethoricas nominas, tempestiuũ est lippitudinem, pleuritim, dolorem uehementem, casum ex uehiculo, aliaq; sexcenta plethoricas syndromas dicere. q̃ si nullũ ex ijs continetur in plethorica syndrome, collectus uero symptomatum quæ supra commemorauimus plethorica syndrome dicit̃, nemo est prius quàm ea uniuersa habuerit ad phlebotomiam deducendus. Quonã igitur

pacto

pacto ille ad hæc mihi occurrerit, nihilq; decenter A responderit, prolixi ocij munus proprium nō propositæ nobis in præsentia est rei. Ego uero, quando nunc tempus non uacat nugandi, malui non hic, sed in libro De phlebotomia remedij scopos omnes præmōstrare, quos nec quisquam ipsos diligenter ac distincte conscripsit.

XIIII Igitur omissa in præsens aduersus Empiricos disputatione, rursus ad rationales redeo, symptomata singula quæ scriptis prodiderunt inspecturus. ex ijs enim nonnulla ad uim, quædam ad enchyma pertinentis sunt multitudinis, alia non multitudinis absolute, sed talis multitudinis indicia, alia nullius plane sunt multitudinis, sed uel humorum prauitatis corruptionisq;, uel imbecillarum uirium, uel solidorum corporum tumoris. id B si quæ dicam, animaduertas, ita se habere intelliges. Tentiosa itaq; dispositio cum citra exercitationes contingit, multam plane substantiam indicat in corpore sensu prædito comprehendi: non tamen quantum ad ipsum id solum quod tendatur, quænam substātia, uel species eius sit, etiam indicat, cum id uniuersæ cōmune substantiæ sit, & tenuis, & crassæ, & mediæ consistentia, & spirituosæ: item & calidæ, & frigidæ, uel mediæ, sed differentiales notas ad huius distinctionem requirit. Infirmitas uero actionum, uires minus robustas declarat: quoniā id quo mouet compescitur, ut in manuū motu imbecilli. comitatur eñ status complures. nam siue carnium atq; adipum genus permanente in ijsdem terminis potestate auctum cui C piam fuerit, motus infirmiores necesse est fieri, æquali eo quod mouet manēte, aucto eo quod mouetur: siue humorum aliquis unus, aut omnes iuxta etiā redundarint, non auctis unà cum ijs uiribus, inualidiores & nūc actiōes edi necessum est: siue ambo simul increuerint, & quæ parenchymata uocanī & humores, non simul aūt incrementū accesserit facultati: siue ijs perinde se habentibus, facultas imbecillior euaserit. quādoq; uero & conuenire ambo possunt, ut & uiriū robur decrescat, & unà cum parēchymatibus humores uel plures uel pauciores uel eorū utrumlibet augeantur. Ergo imbecilliores & propter hæc functiones red- D dunī, siue ea singula, siue bina, siue plura, siue omnia iuxta contingant. Nam putare ex largiore solidorum corporum alimonia posse infirmiorem aliquādo motum effici, hominum est qui facultates per solida tota corpora permeare nequaquam norunt, sed arterias & neruos, quasi fistulas uel canales spiritui præparant. Nosces huiusce opinionis leuitatē, cum ex alijs multis, tum uel maxime ex tractatibus duobus nostris, altero Hippocratis ac Platonis dogmatū, Naturalium facultatū altero. Proprium itaq; boni corporis habitus proba solidorum corporum nutricatio est, carnium uero incrementum quadrati status, & corpulentiæ. Proportione igitur, magna ex parte pinguedo magis augescit: quādoq; uero in pinguedine caro magis quam sola pinguedo. diximus de ijs in commentarijs De tēperaturis. Quēadmodum uero in carne partim iusta ratio est, partim excedens, itidem in sanguine hęc cōmoditas sanguinis est, illa multitudo. Quòd igitur cōmoditas sanguinis & qualitate & quantitate exacte secundum naturam existat, eiusdem autem multitudinem non improbare in quali possis, in quāto nō possis, sed ea uel naturalem mediocritatem ab ortu comparatam, uel uiribus opportunam prorsus exuperet, nō est obscurum. fieri enim interim potest, ut utrūq; mutuo præter naturam quæ ab ortu obtigit, simul augescat, nempe et uirium robur, et sanguinis copia, ut in bonis athletarū habitudinibus. etenim humorum & carniū genus in ipsis proportiōe iuxta inuicē augentur. Proinde exploratum iam est, neq; ueros esse eos qui tumorē corporis unum ex plethoricis indicijs affirmant. nam tumor quidem uenarum, plethoricum signum esse potest, carnium autem moles ac pinguedinis, ipsarum illarū multitudo fuerit, non tamen ea profecto quā nunc quęrimus, quęq; plethora nuncupaī. de hac eñ multitudine, nimirum quæ euacuationē indicat, cum dicere proposuerint eorum nōnulli, usq; adeo (ꝙ scilicet æquiuocationibus innotescat) errauere, ut ad carnium & pinguedinis abierint multitudinē. Ita demum multitudinis nequaquā indicium est corporis tumor: quippe illarū quidem uenarum quas oculis usurpamus, index esse potest repletionis, non earum tamē necessario quæ in profundo habētur. Sed usu uenit nonnunquā, uenis licet distentis exterioribus, distentas quoq; interiores nō perinde esse: ut uerbi gratia, frigore domināte sanguis ad ima detruditur, adeoq; exteriores exinaniuntur sanguine ut ne uideri quidem possint. rursus ubi calor incessit, aut lotus quis est, sanguis ꝓfūditate relicta, ad extrarias partes corporis effertur. quòd si & ardens febris adsit, tunc quoq; uri corpus quasi feruēs, inflariq; ac fundi est necesse. Quamobrem tumor uenarum nequaquā humorū multitudinis inseparabile indiciū est: sed eam conditionem corpori primum subesse oportet, ut neq; partes interiores exterioribus, neque his illæ plus caloris obtineāt: secūdum est ut neq; per totum animal immodica sit caliditas. His antegressis præfinitionibus, poterit turgor tandē uenarum sanguinarię signū esse multitudinis, sanguine nūc per pręualentiam dicto: quippe quum exquisitus usqueadeo sanguis in uenis cōtineri nō unquam possit, ut nihil in eo nec bilis, nec pituitæ, nec serosæ feratur saniei. proinde ego supra siue humores dixissem, siue sanguinem redundare, censebā perinde audiendū, cum impromiscuus nunquam purusq; aliorum humorum sanguis comprehendatur in uenis. Demonstratum hoc alibi est nobis nihil referre humores an sanguinem de misto appelles, modo ei non temere, sed ut in mensura quadam mediocri animalibus naturali habitu præditis admisti alij fuerint. nam cūctis in naturali commoditate augescētibus cum sanguine per præpotētiam dicto, idem humorum uocabulum notat, nihilq; discriminis est creuisse humores an sanguinem proferas, oratione quæ humores dicit ipsum id de

id demonstrante, nimirum pro ueteri omino proportione abundare.

XV. Hoc igitur ita definiatur nobis: rursus uero ad institutum redeam. Tumor enim uenarum, si neque ob extrariæ cōstitutionis præpollentiā, neque ob fusionem ac feruorem fuerit effectus, sanguinariam esse multitudinē indicat. Sed nec eiusmodi particulam decliui habitu cōpositam esse conuenit, aut recenter magis cæteris agitatam. Quam obrem & quispiam particulares omnes præfinitiones quadam oratione complexus, tunc sanguinis copiam à uenarum tumore indicari dixerit, cum partes uniuersæ eandem constitutionē cum caliditate mediocri obtinēt. quòd si dispositæ perinde essent omnes, caliditas autem subesset immodica, fusio tunc fit humorum, quæ uenas in tumorem attollit, non tamen sanguinaria multitudo, sed spirituosa indicatur. resoluuntur enim calescentes in spiritum humores. Proinde qui à uenarum turgore signari plenitudinē dixere, si quis In uenis illis in quibus ipsa fit, in oratiōe subaudierit, recte locuti uidebuntur: nam substātia copiosior priore necessario est ea, quæ plenitudinem uenis comparauit: nondum tamen qualis plenitudo sit, iam dilucet: quippe substantiæ omnis multæ communis præter naturam est tumor, seu purus sanguis, seu biliosus, seu serosus, seu pituitosus, seu flatulentus existat. Cæterum ut hoc, sic & uenas tendi discriminis plenitudinis uniuersi cōmune est. nam id quoque plenitudinis quantitatē, nō speciei differētiam sequitur. Tumor ergo, & tentiosa sensio, non humorem aliquem magis, quàm spiritus copiam indicabunt. Quare si quis ita pronunciet, in tentiosis sensionibus multitudo est necessario, uerum dicet: & uero etiā si ita inquiat, multitudo in partibus sensu præditis dispositionē quandam inuehit, & is uerus erit. at si quis generali omisso multitudinis aut humorum nomine, sanguinem in oratione assumpserit, uerum nō ex necessitate dictis de causis affirmabit. Quòd autem in uenarum tumoribus & tensiosa dispositione, non simpliciter plenitudinis, sed eius quod in ipsa magis & minus est, discrimen existat, conspicuum ex eo est, quod turgescēs nulla pars dolet, nisi tentio prius ei facta fuerit uiolenta. Enimuero si in tumorē, sed nō adhuc uiolenter efferatur, nec dum tenditur. Ea propter tumores cum tētione, abundantiorem plenitudinem: citra hanc, remissiorem præ se ferēt. Quō ergo tumor quidem in uenis nullus, quandoque apparet, tentiosa autem est sensio ualida: quippe cum tentiōis dispositionem maximis tumoribus oporteat esse adiunctam: an quoniam tumor interdum in imis uenis conceptus distendit: siquidem in relatione ad aliquid ea est multitudo de qua nunc disserimus: tum quæ ad uasorū amplitudinem pertinet, quam sanè uocamus multitudinem, tametsi nondum ea tendant: tum quæ tunicæ tentioni respondet. uenarum enim generatio tumoris increscit, cum sanguis ad copiam, quæ naturalem cuiusque modum excedat, augetur. id ergo quod multum est, ad illum refertur; tunicæ uero tentio spectantis ad eam mediocritatis præfert excessum. nam neque tendi hanc ex usu est naturæ. Multus igitur uterque est sanguis, tū qui ad naturæ cōmoditatē, tum qui ad tunicæ tentionem respicit. at utriusque meminit Erasistratus, nō distincte quidē, nec perinde ut ego aperte modo, usque eo tamen, ut duplicē rei naturā esse ostendat. nam cum ait: Cum igitur inter eius initia mediocriter infarciuntur uasa, seipsis ualētiores ac robustiores præter solitum fiunt, sanguinis nimietatē supra id quod cuique natura fert, indicauit. in quibus autem subiungens deinceps inquit, At ubi magis procedūt plenitudine, brachia & manus & tibiæ adimplentur, excedentē modum, ut ad ambiētes sanguinē tunicas dictū designat. Quo fit, ut sanguinis incrementi supra quam postulet natura termini duo sint, unus in implendis uenarum tunicis in tumorem supra naturalē cuique modum sese attollentibus: alter in quo etiā præter id tētio accidat, cū horum neutrum in multitudine ad facultatem relata cernatur. atque de ijs satis etiam hęc sunto.

XVI Rubor autem quem ipsum quoque commemorāt, nō simpliciter multitudinis, sed sanguinariæ multitudinis indiciū est. cæterū is quoque distinctiones easdem quas tumor, expectabit, nimirū si ob extrinsecorū aliquod constet, uerbi gratia, solem, uel balneum, uel exercitationē, uel iter, uel, ut semel dicam, caliditatem: sic & ob iram, & uerecundiam, atque eiusmodi uniuersa: febres etiā acutæ eius generis sunt. Cum itaque corporis totius æqualis extiterit dispositio, nullū aūt ex dictis adfuerit, tunc erit rubor sanguinariæ in toto animali multitudinis nota: sin minus, certe in parte illa in qua uisitur. etenim phlegmonas quoque siue in musculis, siue in cute consistant, talis consequitur color, qui plethorici morbi sunt. sed de phlegmonis dictū abunde est alio libro: in quo De tumoribus præter naturam agimus: ostēdimusque eos omnes ab humorum aliàs in partem aliam decumbentiū copia cōstitui. Nunc uero non de ijs, sed de illa ut supra diximus, multitudine sermo est, quæ plethora dicitur, consistente in corpore toto immodica humorum portione. Porrò non ita in corpore toto consistere dicimus multitudinem, ut genus corporum læsum utrumque sit & uasorum & carnium: contingit enim quandoque & alterum duntaxat: ut si uel utrauis pars malū contraxerit, id non in particula quapiam una duabúsue, sed uel in toto animali, uel in particulis quāplurimis ac præstantissimis acciderit. Proinde & tumorē qualis sit, deprehendere uiri est, in dignoscendis rebus apprime exercitati. Igitur in carnoso genere carnium ipsarum tumor alius est, alius humorū, carne humiditate superflua lanæ cuiusdā aut spongiæ instar impleta. Verum eiusmodi multitudo in carnibus, ei quæ secundum enchyma uocatur in uasis, proportione consentit, altera ei quæ ad uires refertur, aut cū grauitate existit, nobis nomine oblitis, de composita carne, an de musculis disseratur, nihil refert: audiendosque musculos esse, siquando de multitudine carnibus insita sermo habeatur, nō simplicem

cem carnem illam, quã nonnulli parenchyma nominant. At uero in arterijs ac uenis relata ad uim multitudo laborantibus ipsis nõ perinde percipitur, sed qui natura sentiẽtissimi sunt, obscura quædam & profunda grauitas in corpore solis talibus repræsentatur. iccirco signa quædã alia id genus multitudinis clariora sunt exploranda. Cum uero bona pars medicorum eam supine ac negligẽter tractauerit, alijq; nullo pacto cõsiderauerint, quidam uero imperfecte sint persecuti, signũ arteriarum motu repertum certius nullũ, quem in opere De pulsib. quoad satis est, explicuimus. Magna enim ex parte unà cum arterijs uenę in plethora ob uasorũ confluentiam constituuntur, quã pluries alibi demõstrauimus. Interdũ porrò collecti in uenis tenaces, crassiq; humores nõ facile in arterias deriuant, sed raro fieri id genus solet: trãsfluunt enim prorsus humores, nisi crassi ad summũ ac lenti fuerint. Quamobrẽ in eiusmodi dispositiõibus euidens nullum congestæ in uenis est signũ multitudinis: ex motu uero arteriarum desumi nõ potest, tametsi quammaxime Nicarcho ac Praxagoræ uideatur: atqui arterijs nihil sanguinis tradũt.

XVII In alijs uero plethoræ dispositionibus notis ex pulsibus obseruatis credẽdum est, quas suo tractatu exposuimus. Verum species multitudinis, cum scilicet æqualiter in corpus totum porrecta est, distingui hac ratione conuenit. Ruborem præ se fert sanguinis copia. flaua bilis pallorem: pituita ubi dominatur, ad albidius quàm natura postulet: ut si potior sit atra bilis, ad nigrius declinat. Porrò singulis ijs quos enumerauimus, iuxta sanguinem quoq; oportet augeri. nam si lutea sola & flaua dicta bilis aliquãdo ut in ictericis superauerit, nõ etiam talis affectus plenitudo, aut plethorica dispositio, sed humorum uitium est. itidẽ quoque in atra bile, ac pituita. Cũ uero, uti prius monuimus, uel grauitas uel tumor supra naturã fuerit, plethora eiusmodi appellata est dispositio. cæterũ dominantis humoris speciẽ ex colore oportet cognoscas. bilis autem sola symptoma plenitudinis inseparabile præstare neutrum potest, neq; tumorẽ, neq; grauitatem. nam proueniet ab hac alius quidã affectus, ante quam eatenus increuerit. Sola autem, si modo id liceat, pituita, neq; hæc simpliciter omnis, sed quæ in eo hydropum genere, quos Græci leucophlegmatias uocant, existit, poterit in toto corpore abundare. Enimuero crudum quoq; humorum genus quoddam unum pituitæ in præsenti sermone cõstitui oportere compertũ est: quando si diuersum ab illa posuerimus, ex tali etiã humore differentiam insuper ijs, quas nuper multitudinis diximus, adijcere est necesse. humor autem is alia pituita crassior est, ac minus flatulentus: qualis in urinis subsidet: ijs præsertim quæ ex edacitate sedimen multum fabaceæ pulticulæ simile obtinent. Quin & corporibus ijs quæ ab exercitationibus abstinuere, cibis uero q̃ plurimis, ac balneis post sumptos cibos utebantur, sæpe eiusmodi humor confertim per aluum descendit: sed & unà cum hoc humore, perinde ac cum pituita decolor quædam in toto corpore subest albedo. Ex cæteris pituitę generibus unũ dulce est, acidum alterum, tertiũ salsum. fiũtq; ex dulci somnolenti: famelici ex acida redundante: uti cũ salsa superauerit, siticulosi: ex crudo uero quem diximus, minime appetentes. Quæ ad somnos attinẽt ex prædictis quidem pituitis omnibus paulo supra modum naturæ sunt: at crudus humor perinde ac dulcis pituita aperte somniculosos facit. nã alibi demonstratum est, sentiẽdi principio humescente ac frigescente comatode dispositionem sequi, quoniam insomniam siccescente ac calescente. Eapropter et biliosi ex utraq; bile insomnes. comitatur uero atrã præcipue tetricus aspectus, & animi molestia ac tædium, idq; præter rationem.

B At uero nisi in toto corpore prædicti redundent humores, in particula uero quapiam una collecti fuerint, tumores pręter naturam corporibus ipsis moliũtur, de quibus alibi declarat̃. Atq; ipsa porrò nunc dicta symptomata, uitio coloris excepto, ex eorum numero sunt, quæ cerebrum & stomachum occuparunt. nam cerebro aliàs aliter disposito, uigiliæ ac somni, stomacho uero, cibi appetẽtiæ fastidiaq; gignuntur. Enimuero os uentriculi nunc stomachum dictum esse cõstat, in quo pituita congesta, ut paulo ante dictum est, appetentias cõparauit. At biliosi in flaua quidem bile sitibundi erũt, ac stomachi fastidio laborabũt, osq; ipsis amarum est: ex atra uero, mœsti, & amarulenti, & horribiles, et sitis expertes, ac saliua referti: cęterũ C nõ omnes cibum auersantur: sed & eorum aliqui fame cõflictantur, nimirũ ij quibus atra bilis qualitatem acidam superantẽ obtinet. id fieri cum malignior ea redditur, solet. Vsq; dum autẽ uelut sanguinis limus dũtaxat, necdum planè acida fuerit, honestius forsitã, quoad melãcholicus humor dicitur, nec eiusmodi humorem atram bilem uocare, uerum ut soleo, melancholicũ, quòd ad atram bilem factam prope accedat. Sed de uitiosorũ humorum differentia nũc disserere tempestiuũ non est, quãdoquidem nec multitudinẽ eos appellari dixi. nobis uero non simpliciter quod quouis modo abundaret inuenire, sed de multitudine considerare sententia erat. id aũt humorum in toto animalis corpore exuperãtia est. Nihil est igit̃ q̃ ne- D que tumorũ singillatim species, neq; cacochymię hoc sermone cupias audire, sed cum aut cũcti pro ueteri ꝓportione aucti fuerint, aut unus ex ijs breuem quendam ceperit excessum. Potest ergo sanguis in plethoricis dispositionibus excessum amplissimũ adipisci, nullus aliorũ potest. humorum enim prauitas id genus, non etiã multitudo, neq; plethora nuncupat̃. Eam ob rẽ pulsus quoq; in cacochymijs proprij ad amussim sunt humorũ naturæ, in supradictis uero multitudinibus non perinde euidentes seruant differentias, quoniam superfluens humor omnino cum copioso sanguine est. at cum pręualuerit uehementer, ex flaua quidẽ bile, pulsus tales fiant necesse est, quales corde siccescente ac calescẽte cõsequi diximus: ex atra uero, tales rursus, quales fieri censuimus, si refrigeraret̃ sicca-

siccaretq́: eadē ratione siquādo uicerit alios pituita, frigidæ atq; humidæ dispositionis prognatos pulsus efficiet. At uero sanguinē qui plane secundum naturam sit, nulla ueteris status alteratio sequitur. ꝗ si redundet humidior, pulsus unà quoque alterantur: quemadmodum si calidior etiam ac frigidior se ipso reddatur. Eiusmodi omnia in opere De pulsibus, distincte tradidimus. nunc eatenus dixisse sufficiat, humidiorem ex ocio & humido uictu se ipso fieri sanguinem posse, ꝗ plus habeat aquosorum excremētorum. ex ira autem, & exercitationibus, & æstibus, & frictionibus, & medicamento calefaciente, et uictu cōsimili, & uinis meracioribus, ac uetustioribus, calidiorem: sicut & ob frigiditatē aliquam recētem, frigidiorē. siquis autem liberalius siccioris temperaturæ cibis, non aliqua uero intemperie alia præditus fuerit usus, siccior ille sanguis euaserit. nihilo secius & in cōiugatione humidior & frigidior, uel frigidior & siccior, calidiorq́; & humidior, uel calidior sicciorq́; dictis de causis efficiet: nullo scilicet aliorū humorum exuperāte. quod si & ob illorum mistionē ad iniustā temperiē deuenerit, talis cum cacochymia tēperatio praua cōstabit, quæ & nūc etiā uel calidiore sanguine facta, uel frigidioreq́; & humidiore, proq́; sex alijs uitiosæ temperaturę generibus dicitur. octo enim fuere uniuersę, cæterum modo diuerso, non uti cum solus ipse per se talis erat. Pulsus autem pro octo illis intemperiei differentijs propriā formam eam obtinebūt, qualem in commentario De pulsibus exposuimus.

XVIII Vtrum uero sanguinis unius sit, uti diximus, an ob aliquam humoris admistionem, distinguere conuenit & corporis totius colore adiuncto, & alijs symptomatibus quæ de somno & uigilia, uel cibi appetitu ac fastidio, aut eiusmodi aliquo dudum dicta sunt, & uictus ratiōe antegressa, & exercitationibus, & ijs quæ ipsi ęgrotanti accidere cōsueuerunt: ad hæc & anni tempore, & regione, & naturali corporis densitudine ac raritate. præstat enim ex omnibus, non ex uno duobusue fidem dijudicationi arrogare, planè intelligentes ipsi in arte uni plurimum coniectandi munus impertitum, parti huic artis inquam dignoscendi uniuersæ, non solū quæ ad humorū uitia uel multitudinem spectat, quæ nūc explicare nos instituimus: nam quæ ad functiones, uel causas morborum, uel curationes pertinēt, magis scientiariam habent cognitionē. dictum de ijs ipsis alibi fusius est: satisq́; erit in præsentia, ꝓposito quoad res postulat præfinito, ibi finem libro imponamus. sufficere autem sermo poterit in exemplo exquisitus pensitatusq́;. Statuamus itaq; febre uacare hominem: tum ei uenas in tumore ampliore, ac corpus rubrius uniuersum. Spectandū igitur nulla ne calefaciētium huic propinquauerit causarū. si enim conspicuum sit, usq; adeo supersedere dijudicationi satius est, dū ex illa motus in toto corpore conquieuerit: quoniā neq; excandescentē, uel lotum, uel lauantem, uel exercitatū, uel qui uino recēs indulsit, aut alia quauis ratione cōcalefactū ad dijudicationem deducere cōuenit: sed eum qui in extrariarum motionū omnium quiete existit. nam si illo tempore talis appareat, sanguis homini abundat. hinc alia perpendenda, ea primū quę uim maximam obtinent, tum deinceps reliqua. Hæc esse ostendimus grauitatē, et tentionem, & segniciem ad motus: deinde quę ad pulsus, et uigilias, et somnos, & ciborum appetentias ac fastidia, & quæcūque alia id genus pertinent: postea uero quæ singula præcesserūt, ac plenitudinē moliuntur, num solita excretio retenta quępiam sit, num neglecta exercitatio, num ciborū alentiorū copiā assidue ingesserit, num post cibū assumptū insolitis utatur balneis: ad hæc etiā, an talis homo plethoricis sæpe prodatur morbis. Is omībus & ea quæ ex loco & anni tēpore obseruant, aut si quid eiusmodi aliud est, addēda: nec omnibus par, uti neq; in artis partib. alijs, tribuēda est causa. Sunt enim ex indicijs quædam scientiaria, quemadmodū tentio, & grauitas, & uenarū turgor, & pigritia, & color, & pulsuum motus, secretis cunctis uidelicet recentibus motionibus. Quædam uero ijs inferiora sunt, atq; interuallo superātur, ut excretionum suppressio, & iners uita, & copiosiores escæ, ualentioresq́;, & à cibo ingesto balneæ: quę tamen à scientificis nō longe absunt, si uniuersa conueniant. Tertiū post hæc ordinem habet, an plethoricis homo familiariter excipiatur morbis. Deinceps uero quæ eos omnes secundum regiones & tempora constituunt: nā hyeme quidem ac uere, & frigidis locis, & bene tēperatis, multitudinē magis aggregāt: minus, calidis et siccis tēporib. locisq́;: ita uero et qui superficie dēsa sunt, magis: parcius autē qui rara.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE TVMORIBVS PRAEter naturam. Nostra distinctio, cui etiam capita respondent, ciphra notatur: aliorum uero, maiore numero.

Cap. 1. Quod dicturus sit de illa mole corporis quæ præter naturam est, non de alia ut crassitudine uel gracilitate, quæ quidem non παρὰ φύσιν, sed ἐν φύσει appellantur: nisi adeò fuerint auctæ ut actionem lædant: sed ne sic quidem de ipsis loquetur, quia cunctis hominibus facile apparent. 2. De phlegmone, quam prolixe demonstrat non ob nimium sanguinis fusi calorem gigni, quo efferuescente particula infletur: sed ob eius plenitudinem primo uenis, deinde carne & cute, & si diutius duret omnibus alijs partibus sanguine repletis, noxa procedente etiam ad ossa. Pluribus autem docet sanguinis essentiam non fundi ut cera & pix funduntur, neque efferuescendo in tumorem tolli.

Vel solus phlegmones color sanguinis abundantiam, non alterius ostendit. Non si augetur quantitas, qualitas etiam alteratur. Phlegmone non est polysarcia, neque ob flatum tollitur. Phlegmonæ iam factæ refrigeratione læduntur: paruæ autem & nondum perfectæ, reprimuntur. 3. Rursum de phlegmones generatione, quæ fit ob solam sanguinis

sanguinis plenitudinem: primo uenis impletis, deinde cuti & carne, ac (si diu duret) ad neruosa quoq; corpora & ipsa ossa procedente noxa. 4. De generatione puris & denominationibus uel compositis ab ipso nomini bus, quid apud medicos significent: item quid abscessus, & suppurationes. 5. De sinu, qui non solum à phlegmone fit, sed initio quoq; statim ab alio humore erodente. De contentis in abscessibus. De fistula, quæ sinus est angustus & oblongus. Quæ sint atheromata, & steatomata & melicerides. 6. De anthrace, cancro, & gangræna. 7. De biliosis fluxionibus, erysipelate, herpete depascente ac miliari. Tum de quatuor humorum tumoribus uel fluxionibus inter se mixtis & à præualente denominandis substantiue, ab altero uero adiectiue. Limum seu fecem sanguinis esse duplicē, alterum nigrum dictum, alterum bilim atram. De scir- A rhis, ecchymomatis, et melasmatis, quæ præcipue senibus accidūt. De aneurysmate, ac eius ab oedemate differentia. Item sphacelus et gangræna quid differant. 8. De melancholicis fluxionibus, cancro, phagedænicis, et malignis quas cacoethe uocant: de psora, lepra, et elephante, qui incipiens satyriasmus dicitur. 9. De quibusdā alijs exiguis tumoribus uel tuberculis, achore, cerijs, myrmecijs, acrochordonibus, psydrace, epinyctide, et dothiene uel in cuti sola uel profundiore. De phymate, bubone, phygetlo, choerade. De omnib. celæ, id est herniæ generib. De uarice, exomphalis, hydrope. Obiter etiam nominat epulides, parulides, thymos. Cæterum uuam, paristhmia et antiades, inflamationis esse species dicit, ut polypum quoq; narium, distinguitq; mutuo. Postremo addit oculis eueniētia, encanthin, pterygia, staphylomata.

GALENI DE TVMORIBVS
PRAETER NATVRAM LIBER

HORATIO LIMANO INTERPRETE.



Ex his quæ corporibus B accidūt, id unum est, ad quod indicandum onci uocabulo utūtur: sic enim Græci spatiū in longitudinem, latitudinē, et profunditatem nominarunt. (Latini tumorē appellant.) interdum etiam quod est supra naturam incrementum, oncon dicunt, (tumorem latino sermone) quæ res non ægrotis solum in parte qualibet, sed etiam ipsis sanis inest: nam & obesi aucti sunt supra naturam in profunditatem et latitudinem: nondum tamen præter naturam se habent. ut enim sæpe dictum est, tertia quædam constitutio est ea quæ est corporum, nō natura dispositorum. hæc est media inter ea corpora quæ se habent secundum naturam, & ea quæ se habent prę ter naturam. obesus igitur aut tenuis non præter naturam est: sed tantum alter quidem est suprà id quod est secundum naturam, alter uero est infrà, uterq; autem non natura dispositus est: quem uero tumor ex aqua intercute occupat, aut quem tenuitas ex tabe, ambo ij præter naturam dispositi sunt. Nunc autem in præsenti libello propositum D est cōsiderare de tumoribus præter naturam, qui & totum corpus occupant, & quamlibet eius partem: eo tamen etiam determinato, quòd excessus dispositionum quæ non natura sunt, præter naturam: læsio uero actionis est terminus excessus earum. Sed de tumoribus his longiori oratione nō est opus. omnes enim homines cognoscunt, non solum ipsi medici, q; plus carnis & adipis quàm iustum est, eos tumores generat: alios autem quicunq; secundum dispositionem ipsorum corporum, non solum secundum quantitatem primam ab eo quod est secundum naturam excedunt, iam consideremus, à phlegmone, id est inflammatione incipientes.

2. II Solent Græci nomen hoc dicere de partibus quæ in maiori tumore sunt, carnosis, intentis, renitentibus, pulsanti dolore dolentibus & calido, & rubentibus. quæ uero causa est, ob quā hæc symptomata fiant, non modo non multitudini hominum, sed ne ipsis quidem medicis omnibus cognitum est. plures enim eorum uia aliqua inquisitionem ipsam non faciunt, sed quod ipsis uidetur, id simpliciter enunciant. Cōsideratio uero fieret, si quis uia hac procedat. Tumor maior nunquam circa corpus ullum fieret, nisi eius substantia ex duabus rebus altera affecta sit, uel ut à multo calore ueluti inferuescens fundatur, aut foris C aliquam nouam substantiam assumat: cum enim funditur, in spiritus uertitur, & refrigerata pristinum tumorem resumit facile: spiritum autē in partibus inflammatis non uidemus contentum ut in alijs tumoribus multis: & eædem inflammationes refrigeratæ, neq; statim, neq; semper ad pristinam constitutionem redeunt. manifestum est autem ex incisione quòd spiritus non cōtinetur. si enim incidatur pars inflammata, apparet sanguis multus effusus, & totus locus euidenter sanguine plenus: quemadmodū spongiæ madefactæ. spiritus uero neq; statim excidens, neq; post. Sed color quoq; sanguinis solus proprius simul & inseparabilis est: partium enim corporis uel humorum nihil aliud est rubrum pręter carnē & sanguinem. Sed neq; multitudo carnis est affectus inflammationis. Et si etiam multitudo carnis in corpore constituatur, sola sine sanguinis multitudine: tumor quidem maior fit quàm pro modo naturę, color autem in terminis salubribus permanet, neq; pristinam naturam euarians. In nulla enim re quæ secundum substantiam augetur, intenditur pristinus color: sic enim & nix magis alba fieret, & pix magis nigra, & aurum magis flauū. incrementum igitur substantiæ diuersa res aperte est ab alteratione: nā augetur secundū quātitatē, alteratur uero secundū qualitatē, est aūt & color

color quoq; indicium qualis substantiæ non quã tæ:hanc ob rẽ multitudo carnis diuersa res est ab inflãmatione.eandẽ quoq; ob rẽ existimaret quis ipsam abundare humore sanguinis. Sed cũ ulceribus quoq; maximæ inflammationes interdum fiunt,& apparet quedã effluens sanies aquosa & tenuis,ipso loco circũ cruento apparente. Necesse est igit in hoc densitatem carnis quã in terminis uulneris sibi ipsi assumpsit,in eã mediocritatẽ uenire,ut ipsas sanies excidere concedat, sanguinẽ uero intra se includat. Et sanies quãto tenuior est sanguine,tanto aut etiã magis crassior est spiritu. Quare si caro uulneris ipsas sanies excidere cõcedit,& ipsum spiritũ certe cõcessisset. eo aũt semel euacuato desisteret inflammationis tumor. Profecto sic fieri apparet in ijs partibus in quibus spiritus uere est aggregatus. dissectis eñ ipsis, statim considet omnis tumor. Sed generatio quoq; inflãmationis quæ in uulneribus fit,testis est. in principio eñ recentibus adhuc uulneribus multitudo sanguinis excidit.supprimit aũt statim aut nobis refrigerantibus,aut sponte à continenti refrigeratus.sed cõprimentibus quoq; nobis manibus,aut deligantibus, prohibitus effluere retinet. dein in oris dissectorũ uasorũ retentus & occlusus, cogitur & concrescit:nõ secus ac grumus. præterq̃ q grumus est aggregata concretio sensibilis sanguinis:quod uero in ulceribus fit,nõ aggregatim, sed in paruis & multis oris dissectorũ uasorũ sistit, & crassum reddit sanguinẽ. Cũ igitur hic crassior est uasorũ uero oræ angustiores:sanguis iam retinet, sanies uero excidit. Hæ omes cõiecturæ maximæ sunt,q inflammatæ partes sanguine abundãt. Calidior quidem est q̃ pro modo naturæ, in ijs quæ inflammata sunt:non tamẽ eatenus calidior, ut sola fusione tãtum tumorem efficiat. Multæ autem tibi huius quoq; rei coniecturæ sint. prima quidẽ ardentissimæ febres: quanto enim uehementior est in his calor eo qui in partibus inflammatis est, tanto tumorem maiorem esse oporteret. secunda coniectura est, ex ipsa sanguinis substantia: non enim ut pix resinaq; & cera à frigore concreuit, sed semper & natura calidior est.illis, cum calefiunt,ad contrarium est transmutatio: sanguini uero natura calido tumor quidẽ paulo maior fieret, nõ tamen tanto, quãto inflammationes partes affectas attollũt. pix quoq; & resina & cera in tantũ calorẽ uenientia,in quantũ ueniunt ea quæ inflãmata sunt,parũ super principiũ augentur. nõ exigua quoq; præter ea q̃ dicta sunt,hæc tibi alia cõiectura est,q tumor partiũ inflãmatarum propter solã fusionẽ nõ fit: alteratio eñ sanguinis exigua quidẽ est in calore, tumor uero non paulo maior est.id uero q apparet,tibi sit idonea cõiectura.nõ eñ ut resina & pix & cera uehemẽtius incalescentia,ad plurimũ fusionis ueniũt:sic sanguis quoq;, sed seruat, quãuis in igne coquatur, pristinũ tumorem,aut in nullã,aut omnino in minimã magnitudinẽ elatus. dictũ est à me suprà quoq;, q refrigeratis inflãmationib. nõ semper desistere cõtingit. uigentẽ eñ et magnã in qua impactus est fluor, et

A si uehemẽtius refrigeras, tumorem nõ tolles, sed liuidã frigidamq; efficies partẽ, & in scirrhũ mutabis affectũ. facilime uero antequam impactus sit fluor, refrigerãtibus & adstringẽtibus repellit, & maxime cũ exiguus est. tenaciter uero ante impactus nihil ab adstringentib. iuuat, euacuatione uero eget. inuentum igitur est à medicis tum nõ modo calfacientibus discutere, sed etiã aliquid ipsius sanguinis sensibiliter euacuare scarificationibus in cute factis.

3 Omnia igit hæc magna indicia sunt, q inflãmata pars humore sanguineo plena est. Immodice aũt calida non statim ab initio, sed tẽpore fit, retenta propter obstructionẽ omnium foraminum pristina respiratiõe. necesse igit est & sanguinem
B moram trahentem putrescere. (quæ enim calida et humida corpora calido loco cõgregata sunt, omnia facile putrescunt, si neq; euacuentur, neq; refrigerent.) quare quæ ex putredine eius est caliditas, ei superuenit quam ante habebat. Quod igitur per partes inflammatas in ipsis uasis plus sanguinis aggregatum est, tumoribus earum coniectandum est. nihilo minus eo quoq; q uenæ prius ob paruitatem uisum effugientes, apparent, nõ sanè in inflammatione genitæ: sed eo q sanguine repletæ sunt, in tantũ magnitudinis elatæ, ut sensibiles fiant. maxime aũt in oculis accidere hoc uidetur, & pene, & mammis. q uero omis quoq; caro cuius iam maximeq; affectio est inflãmatio, repleri fluore sanguineo uideatur: et color & tumor
C ipse ostẽdit. quare & humida omnis & madescẽs ut lana & spongia, apparet. huius rei testis est quę effluit sanies, cum inflãmatio ostiolum habet. iure aũt arbitror, & ipsa cutis unà cũ tumoribus eorum quæ subiacent, attollitur, & circuntenditur. & interposito tẽpore et ipsa de fluore aliquid accipit, ut uasorũ tunicæ quoq;. sic quoq; & ipsæ quæ in inflãmata parte sunt, membranæ. quin etiã ipsi nerui & tẽdines tẽpore procedẽte ipsius inflãmatiõis participãt. interdũ tamẽ uulneratis ipsis aut aliter affectis, ex illis ipsis primo ipsum malũ incipit. uniuersaliter uero nihil inflãmatæ parti secundum naturã exacte se habens perseuerat, cũ mora inflãmationi est, sed omnia cũ carne de fluore fruuntur: ut nonnunq̃ ipsa quoq; ossa attingat, quẽ-
D admodum ex ipsis promouetur interdum primo affectis. cum igitur secundum naturã se habet, laxa cutis est, nõ obesis quidẽ, & locus qui interest, uacuus est, cui insidet. eodẽ modo loca quæ in carne sunt, de quibus in anatomicis aggressionibus dictũ est, inania omnia sunt, maxime quæ circum arterias in circulo earum dilatationibus disposita sunt, in inflãmationibus aũt omnia sanguine replent, ex uasis quidẽ ipsis per tunicas resudãte, in omni uero carnis particula more roris permisto.

4 III Cũ autem ipso procedente tempore uincit quidem natura, coctus uero sit omnis fluor, & factus pus, extra carnem expellitur à uirtute quæ in ea est depultrix rerũ alienarum. ubi igit uel foramen naturale conspicuũ est, ut riuus effluentib. excremẽtis paratus, uel ipse locus ibi rarus est, ex

pure

pure pars expirat, pars sensibiliter effluit. ubi uero circumsidet cutis densa & dura, qualis est quæ extrinsecus nobis est, ibi retinetur pus, & à subiecta carne eam abducit, post & acrimonia perrodit, & exit foras, nisi quis eam scarificare præuertat. uicta autem à fluore natura, nō in pus, sed in alienā quandā mutationem aliàs aliam deuenit sanguis. cōmuniter uero omnes hi à pluribus medicis abscessus uocantur, & maxime qui intus in profundo sunt. nonnulli uero nō omnes sic appellandos putant, sed eos solū qui ipsam alterationem nō in consuetū & bonum pus, sed in corruptionem aliam quandā habent. ut suppurantia omnia alij quidem empyemata uocant, alij uero diapyemata: quemadmodum ipsum empyiscin, & diapyiscin. nonnulli uero non sic, sed cum in uiscere tale aliquid factum est, id solum empyema nominant, & qui sic affecti sunt, empyus. rursus quidam alij medici eos solos empyos nominare recte putāt, quibus inter thoracem & pulmonem pus aggregatū est. Nomina igitur (id quod à me semper dictum) eatenus curare oportet, ut dilucida significatę rei interpretatio sit: ipsas autem res de quibus oratio habetur, inuenire sic studēdum est, ut nihil ex his lateat: omnes enim hæ ad curādi methodum præparationem afferunt, qua methodo dispositionibus ipsis non earum nominibus medemur. huius igitur rei semper memores, ad eas quæ ex ipsis rebus reliquæ sunt, eundum est.

5 IIII Cū corpora pus excoriat, abducitq; et diducit ipsa à subiectis continentia, dein euacuato quoquo modo pure, nequeūt quæ distāt pristinā cōstitutionē recipere, affectus nominaē sinus. nisi uero quis celeriter eū curet, callū cōtrahit & durus efficiē spatio tēporis, ac subiectis agglutinari potest: coerceē tamē siccatus à medicamētis & ratione uictus, ut habere sanitatē irreprehēsibilem pars uideaē. si quidem perpetuo quis accurato uictu utēs, salubre uere & superfluitatib. uacans corpus habet, cohibitus manet sinus: superfluitate uero aliqua subnutrita, rursus repleē, rursusq; fit qui ab initio fuit abscessus, iterumq; ut cōuenit medētibus euacuaē, siccaturq;, & coercetur: & semper longe faciliora ei hæc omnia fiunt, q̄ ijs quæ primo abscedunt. neq; eī q diuelluntur dolent partes: etenim iam distant, celerrimeq; repletur, facile fluorē suscipiente sinu. quin & celeriter euacuatur, uia ipsis effluxionibus facta: ut si agglutinatæ partes fuerint, rursus doleant, cum rumpitur abscessus. Non solū uero ex inflammatione generatio abscessibus est, sed etiam statim ab initio nonnunq; propter alium aliquem humorem spatio tēporis excoriantem, & abducentem à subiectis ea quæ continent. igitur & incisi omnigenam speciē humidorum solidorumq; corporum intus habentes apparent. etenim cœno, & urinę, & grumo, & succo mellito, & muccoso, & ossibus, & lapidibus, & callosis duriciebus, unguibusq;, & pilis in abscessibus inueniuntur similia corpora. quin & animalia sæpe inuenta sunt, omnibus fere ex putredine generationem habentibus similia.

V Est uero & quæ fistula nominaē, angustus & lōgus sinus, quæ sicut alij sinus coerceē, & rursus abscedit ob influxū superfluitatū, quēadmodū illi

VI Atheromata uero, & steatomata, & meliceides alij quidem inter abscessus reponunt, alij uero ad aliud genus referunt. patet autem & natura horum ex ipsis nominibus. aristæ enim aliquid simile in ipsis atheromatis inuenitur, melli uero in ipsis meliceridibus, seuo autem in ipsis steatomatis. ut plurimū uero tunica quædā mēbranosa omnia hæc cōtinet. Hi igitur omnes pręter naturā tumores sunt. Præter hos quoq; carbūculi, gangrenæ, & herpetes, & erysipelata, scirrhiq;, & œdemata, & cancri, & inflationes, quæ neq; ipsa ignorari à medico oportet, sed diligenter cōsiderari & singulorum generationem & substantiam.

6 VII Gangrænæ quidē & carbunculi, cū qui ueluti inferbuit sanguis, propeq; inflammationē est, cutē perusserit. quapropter & cum crusta fiūt, & bullæ præcedunt ulceri, quemadmodū in ambustis, febremq; acutissimam afferunt, & periculum de uita propinquū. nigra uero ubiq; & cinerulēta apparet carbunculorū ulceris crusta. nō tamen ut in alijs, inflāmationis quæ circū est, color ruber est, sed ad nigrius declinat aliter, quàm quæ sanguine suffusa sunt, aut quæ algore frigent. non enim uehementer liuidus ut in illis, tumor est, sed habet aliquid splendens, ut bitumē & pix: talis autē est exacta bilis atra. malignitas igitur ulcerum quæ in carbunculis sunt, inde est. par est enim aut ab initio statim, aut perassatū in ipso feruore sanguinem melancholicum fieri.

VIII Ipsa uero sine feruore atra bilis cācros efficit, eosq; cū ulcere, si acrior sit. hāc ob rē nigriores colore sunt ijs quæ inflāmata sunt, & minime calidi. implenē autē uenæ in his & intenduntur magis, q̄ in inflāmationibus: minus eī excidit è uasis in circumiectam carnem ob crassitudinem humoris qui cancros gignit. non tamen rubræ quoque, ut in inflammationibus, uenæ sunt. sed hoc quoq; pro ratione infestantis humoris.

IX Sequitur autē magnas inflāmationes quæ gangrena uocaē, quæ & mortificatio est affectæ partis, et nisi quis ei celeriter medeaē, facile mortificaē quæ sic affecta pars est, quæq; continua sunt apprehēdit, hominēq; interficit. cū eī ualide obstructa sunt per maximas inflāmationes & ora uasorū & foramina omnia quæ cutis sunt, naturali perspiratione priuata, quæ sic laborāt corpora facile mortificanē. & primum quidem eorum coloris ipse flos extinguitur, qui cū inflammationibus erat. deinde dolor & pulsus pereunt, non sedata quidē dispositione, sed ipso sensu mortificato. inseparabilis aūt ab inflāmatione magna pulsus est: sic autem nominare uidentur antiqui motum arteriarum ipsi laboranti sensibilem, siue sine dolore siue cum eodem fiat: quare in inflammationis symptomatis pulsui quidā addunt hoc, cū dolore. hæc in nomine quidem controuersiam habet. melius autē est generationē eorum scire, appellatione neglecta. in ipso quidē secundū naturā, motus

arteria-

arteriarũ insensibilis nobis est. in ipsis uero inflãmationibus, sensibilis cum dolore. percutit enim arteria, cum dilatatur, quæ circum corpora sunt, & percussione dolemus propter inflammationẽ. cum uero ipsa quoq; iam tunica inflammata est, percutiens simul & quæ percutitur, dolorem geminat. De his quidem satis dictum est.

7 X Dicendum deinceps de biliosis fluoribus. uicit enim nescio quomodo medicorum mos, ut siue bilem nominemus simpliciter, siue biliosum humorem, audiamus pallidam amaramq;, nõ acidam & nigram. illam enim semper cum adiectione nominant, appellationi humoris colorem adiungentes. Cum igitur biliosus fluor decubuerit, qui exactus quidẽ est, cutẽ ulcerat: qui uero aquosa sanie sanguineue mist⁹, minus est acer, magisq; in tumorẽ attollit partem, quam ulcerat. hoc quidem erysipelas nominatur, alterũ herpes. humorem uero qui fecit, & color & calor affectionum indicat. cũ autẽ rursus acer ipse alter quidem minus talis, alter uero magis sit, sciendũ est ex acriore herpetem esthiomenon constitui. sic eñ ipsum nominauit Hippocrates. ab altero uero alterum, cui nonnulli post Hippocratem miliaris nomen posuerunt, quia milijs similes eminẽtias efficit in cute. mihi quidem talis fluor pituita mistus uidetur: alter uero exactæ bilis esse. hanc ob rem cũ corrosione fit, ipsum cutis continuum semper apprehẽdente affectu: unde ei nomen est. æquali uero sanguine bili misto, in medio amborum erysipelatis & inflãmationis affectioni species & natura est. si uero alterũ multum superat, ab ipso superante appellatio affectui est. prædicat̃ uero quod ei mistum est. erysipelas igitur inflammatoriũ ex flaua superante, inflammatio uero erysipelatis sanguine superante dicitur. similis cæterarum quoq; mistionum interpretatio est. inflammatio scirrosa, et scirrhus inflãmatorius: œdemaq; inflammatoriũ, & œdemosa inflãmatio. quatuor enim hi sunt qui freqũeter fiunt affectus propter influxum humorum, erysipelas & œdema inflammatioq; & scirrhus. erysipelas igitur, ut dictum est, bilioso fluore superante, inflãmatio uero sanguineo, œdema tenui cõstitutione pituitæ: ut crassa quidem & glutinosa, alterũ scirrhosum genus. alterum enim fex sanguinis efficit. est autem ipsa quoq; duplex, altera quidem species, quã Hippocrates nigrã uocat: altera uero & ipsa quidem nigra est, propriam uero appellationem habet: nominatur enim atra bilis. huius quidem cancri: alterius uero nigræ una quædam scirrhorum species effectũ est. distinguitur uero ab altera pituitosa colore. cõmunia uero ambarũ sunt, maior q̃ pro ratione naturæ tumor, idemq; sine dolore, & durus. & utriusq; generatio interdum quidem ab initio, aliquãdo uero ex lapsu, aut inflãmationis, aut erysipelatis, aut œdematis: cum immodestius refrigerata sint.

XI Propinqua uero scirrho sunt & quæ effusa uocant̃, & nigrores, senibus maxime cõtingẽtes collisis uenis. ex his aũt sunt nonnulla, ut dictum est, nigra: maximeq; senibus fiunt hæc propter le-

A ues occasiones. nõnulla uero rubri nigriq; in medio, quæ liuida uocantur. omnia aũt hæc fiunt sanguine è uenis effuso, nunc quidẽ per tunicas confusas, nunc uero in finibus reseratas.

XII Ore autem in arteria facto, affectio aneurysma uocatur. fit autem uulnerata ea, cum ad cicatricem deuenerit quæ ei adiacet cutis. manet uero arteriæ ulcus, ea neq; conglutinata, neq; ad cicatricem simul perducta, neq; à carne obstructa. dignoscuntur uero tales affectiones ex pulsu quẽ arteriæ faciunt. Sed & cum premuntur, delitescit omnis tumor, recurrente in arterias substãtia quæ eum efficit, quã tenuẽ simul flauumq; sanguinem esse tenui multoq; spiritui cõmistum alibi mõstrauimus. planè uero calidior quoq; est sanguis hic eo qui uenarũ est, uulneratumq; aneurysma eia-
B culatur sanguinem, ut uix cõtineri possit. cedit in œdematis quoq; materia prementibus digitis, foueamq; pars recipit. uerum neq; pulsus est in hoc affectu, albidiorq; est color. œdemaq; multo latius maiusq; aneurysmate est, nisi grumus quis ingenitus ex aneurysmate syderationem faciat: sic autẽ uoco corruptionem solidorum corporũ omnem, ut ipsis quoq; ossibus insit, nõ carnibus quidem uasisúe. gãgræna uero mortificatio ipsa quoque est solidorum corporum, sed nec ossibus inest, magnasq; inflammationes sequitur, quæ syderationum species quędam est, propriamq; selectã appellationem supra communẽ assecuta est. Hæc satis diffinita sunt. tempus iam est ut de melãcho-
C licis fluoribus dicamus.

8 XIII Cum uero in carnẽ bilis atra decubuerit, cum mordax est, circumiectam cutem perrodit, ulcusq; efficit: cũ uero modestior est, efficit cãcrũ: qui sine ulceratione est. dictũ autẽ antea est: ab hoc magis q̃ ab inflammationibus uenas attolli, earumq; qualis species coloris est. nõ solum autem cancrosum ulcus, sed alia quoq; multa cum tumoribus corporũ eos continentium constituũtur, omnia mali humoris aut biliosi cuiusdam, aut melãcholici, aut aliter quoq; uenenosi prauiq; ex corruptione maiori subnutriti effecta.

XIIII In his uero quæ depascuntur, attinguntq; quæ circum sunt, ipsum continens sanum corpus perrodentia: hæc omnia phagedænica uocantur.
D ex ambobus autem composita scilicet ulcere ipso & circumiecto tumore, phagedænam nominãt. depascitur herpes quoq;, quæ circum sunt perrodens, sed solum cutis exulceratio est. phagedæna uero cum cute, quæ subiecta sunt, attingit quoq;. chironia uero & telephia uocare ulcera superuacuum est. sat enim est omnia cõmuniter maligna appellare. scabies quoq; & lepra melancholici affectus sunt solius cutis, ut si quidẽ in uenis quoq; & carne fiant, cancer nominatur.

XV Melancholica affectio & ipse elephas est, primam quidem generationem ex sanguine melancholico habens: spatio uero temporis ipsius nigrę plus sanguine fit, cum male olẽtes sunt, & molesti uisu. horum nõnullis ulcera contingunt. hãc affectionem, cum incipit, satyriasmon nominant, quoniam

quoniã satyris similes fiunt uultu. aliqui uero quæ in temporibus sunt osseæ eminentiæ sic uocant. in alijs partibus quoq; tales ossium fiunt eminentiæ: easq; uocant aliqui exostoses: ut naturales quoq; pudendorum distentiones non desistentes satyriasmum aliqui uocant, aliqui uero priapismum. A

XVI Est achor quoq; ulcus paruũ in cute capitis, coniectares autem id pituitæ salsæ & nitrosæ effectũ esse. ex eo igitur sanies quædam effluit neq; aquosa simpliciter, neq; iã crassa ut mel, ceu in ijs quæ ceria nominantur. etenim hæc cum tumore quodam foraminibusq; pluribus fiunt, mellito humore effluente. paruus & horũ tumor est, sed non tantum, quantum qui achoris est. quin etiam his minores tumores præter naturam in cute fiũt, myrmeciæq; & acrochordones & psydraces & epinyctides, omnibus notæ affectiones. B

XVII Notus non minime & furunculus est, mitis quidem cum in ipsa sola cute constituitur, malignus uero cum alte exoritur. tuberculo enim sic similis est, solaq; duritie à tuberculo talis furunculus distat. ambo autẽ affectus inflãmabundi sunt, quos præter tertius quoq; ipse bubo. quartusq; quem nominãt nõnulli phygethlon, calore simul & celeritate generationis ab alijs tuberculis distingẽtes.

XVIII Sunt quoq; qui dicant in inguinibus & alis solis phygethla fieri, quę adenum qui ibi sunt, inflammationes sint. hi cum indurati sunt affectus chœras, id est, struma nominãt. ut ipsis quoq; testiculis induratis, nomen morbo sarcocelen posuerunt: quemadmodum cum aquosus humor in tunicis quę circa testiculum sunt, aggregatur, hydrocelen uocãt, & epiplocelen, atq; enterocelen. præter hæc ex ambobus etiã compositũ plus iusto cõnexum enteroepiplocelen medicorũ iuniorũ nomen, omnes testiculorũ tumores κήλας, id est, hernias siue ramices nominantiũ, ut per η elemẽtum prima syllaba dicatur, non per α ut ab Atheniensibus. sicut uero singula quę dicta sunt nomina indicant partis morbũ de quo dicunt, sic cirsocele recentius nomẽ ostendit affectum, de quo dictũ est. C

XIX Κιρσὸς autẽ, id est, uarices alias quoq; uenas omnes dilatatas antiqui nominant. κιρσὸς & has iuniores uocant medici ι elementum cum κ ponentes, non quemadmodũ Athenienses. fiunt autem et in cruribus uarices ob imbecillitatem uenarum quæ ibi sunt, magis q̃ cum sanguine crasso abundat corpus. membrana autem interiore uul- D

nerata aut rupta, post non conglutinata, tumor mollis fit in loco: si uero in inguine fiat, bubonocelen uocant. si in umbilico accidat hoc, exomphalos uocant nõnulli medici eos qui sic affecti sunt. peritonæi autẽ solius non est harum affectionum ulla, sed oportet omnino ipsius quoq; musculi nerueam appendicẽ affectam esse, quam in dissectorijs tractatibus qualis nam sit, ostendi. hæ igiť affectiones transuersorũ musculorũ sunt. qui uero in inguine ramices sunt obliquorum, aut rupta, aut dilatata cum peritonęo tunica, ipsorum appendice quæ eo in loco est. fiunt alij quoq; locorũ quæ huc spectant, tumores, ob aliquod subiectorũ uiscerum sublatũ. dictæ uero affectiones sunt, quæ tumores eorum efficiunt. inflammationes enim sunt, scirrhiq;, & abscessus, & quæ talia sunt.

XX In hydropicis autem eo loco multitudo aggregatur, aquosa quidẽ in ipsis ascitis, uentosa uero in tympanitis, pituitosa autem in ijs qui anasarca & leucophlegmatiæ nominantur.

XXI Iam uero quidam alij quoq; tumores propria nomina adepti sunt, nihil selectum habentes. ut epulides, & parulides, & thymi, cæteraq; quæ talia carnosa germina sunt. ut rursus uuæ, atq; paristhmia, & tonsillę nihil aliud quàm inflammationes sunt. uuæ quidem gargareonis, tonsillæ uero adenum eorum qui in principio faucium inter se oppositi sunt, quemadmodum paristhmia corporum eorũ quæ in faucibus sunt. uidetur autẽ Hippocrates non omnem gargareonis inflammationem uuam nominare, sed unam solam speciẽ, qua gargareonis terminus similis acino uuę est. uerum & polypi aut inflãmatione, aut tuberculo, aut aliquo germine, aut utcunq; nominare quis uelit, in naribus constituto efficiuntur: inflãmabundi uero sunt humidiq; propter locum. encanthis autem ipsa quoq; quidam præter naturam tumor in magnis hirquis fit, non est autẽ toto genere præter naturã. ungues uero germina sunt adnatæ oculis extrinsecus membranę, quę ab ipso circumossali delata, ad coronam peruenit.

XXII Quæ autem staphylomata uocantur, alia quidem solo positu, alia uero ipsa dispositione præter naturam sunt. dictum autem est alibi de omnibus talibus, quæ in oculis affectiones constituuntur. Iam igitur tempus est finire sermonem, nulla adhuc tumorum præter naturam speciẽ, quæ dicta non sit, relicta.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE MORBORVM TEMPORIbus, uidelicet particularibus per singulos paroxysmos.

Caput I. Καιρὸν, id est tempus eiusq; differentias in morbis, esse ueluti ætates in animalibus (quanq; res omnes corporeæ mixtæ ætatum discrimina subeant, alia magis, alia minus) secundum quas illa à prima natiuitate paulatim ad uigorem usq; crescũt, inde rursus paulatim decrescunt tabescuntq; ad extremam usq; corruptionem. Hoc interest forte, ut aliquis putauerit, quòd animalibus generationis formationisq; partium certum tempus requiritur: morbi uero, utpote accidentia tantum, tempus generationi diuersum ab augmento non requirunt, sed à primo statim initio augentur, progressumq; ad uigorem faciunt: & hoc idem esse dicuntur licet parui adhuc & incipientes, quod postea aucti perfectiq;, quantitate solum non essentia differentes. Augentur enim mox à primo accessu morbi, sed non ad eundẽ omnes terminum: phlegmone exẽpli gratia, alia citius uel discutitur medicamentis, uel suppuratur, alia tardius. II. Quòd probabilis quidem iam dicta opinio sit, sed non uera: Proprium enim esse tempus initij morborum, & suis circumscribi terminis. Contra Archigenem qui tempora morborũ diuidens, principij tantũ & uigoris meminit, nulla augmenti quod medium inter utrunq; est mentione facta. Quòd initia morborũ non magnitudine tantũ ab ipsis differant morbis, & eorum

augmentis, sed speciem quoq; siue ideam planè peculiarem habeant. Pleriq; ante Archigenem medici initium morbi uocant, non primã solum & indiuiduam eius accessionẽ, sed spatiũ aliquod temporis memorabile ante illam ei attribuunt. III. Idem ostendit exemplo febrium, initium paroxysmi indicans omnino à sequentibus paroxysmi partibus siue temporibus differre. Græci augmentum αὔξησιν, uel ἐπίδοσιν, uel ἀνάβασιν, uel ἐπανάβασιν uocant. Periodus est certum in febri tempus, quo ipsa ab eodem principio ad idem redit. Est autem periodus alia quotidiana, alia tertiana, alia quartana. Periodus omnis prædictarum febrium, aut desinit ad infebricitationẽ, aut in declinationẽ solum, quæ uel propinqua infebricitationi, uel remota sit. IIII. Exemplum differentiæ temporum, & caloris frigorisq; & pulsuum secundum ea mutationis in paroxysmo tertianæ. Primũ tempus paroxysmi tertianarij est, in quo horror primum mediocris ingruit (siue id fiat ab initio totius morbi, siue post intermissionem aliquam) deinde maior inæqualitas & horror & refrigeratio extremorũ, ut æger decumbere cogatur. sequitur rigor & frigus toto fere corpore. Pulsus interim durior minorq; fit, & in systole etiam celerior: in diastole autem tardior, præcipue ab initio, aliquando tamen in ea sibi similis manet. quies post systolen longior fit: post diastolen ut plurimum sibi similis, aliquando dissimilis, ut & ipsa diastole. Et hæc aliquando duabus horis fiunt, aliàs longiore, aliàs breuiore tempore. Secundũ, in quo pulsus paulatim crescit, magnitudine, celeritate, & densitate, & corpus inæqualiter calescit, cum frigus adhuc in membris sentiatur: inflãmantur interiora, sitis accedit. Tertium: Aequaliter iam totum corpus calet, & calor magis magisq; inualescit: Pulsus etiã maior adhuc, celerior, densiorq; fit. Quartum: Vigor, in quo aliquantisper paroxysmus in summo consistere uidetur, nec crescere, nec minui. Quintum, in quo calor minuitur, uapor prodit è cute, pulsus remittit & pergit paulatim ad naturalem habitum: Pleriq; etiam sudant hoc tempore. Sextum, Remissio, ἀπυρεξία, διάλειμμα Hippocrati. Et hæc omnia in tertianarijs paroxysmis fieri, idiotis etiam manifestũ est, pulsuũ duntaxat mutatione excepta. V. Breuis repetitio sex periodicorũ temporũ, quibus etiam nomina statuit, ut primũ tempus initiũ dicatur, alterũ inæqualitas, tertium æquale augmentũ uel augmentum simpliciter, quartũ status aut uigor, quintũ declinatio, sextum infebricitatio. Digressio: Vtendũ nominibus ueterum uel proprie, uel metaphorice, uel per abusum: aut noua per analogiam fingenda. Contra illos qui temere nomina noua fingunt: & ꝙ hæc eis cõcedẽda sint, modo ne morosi & pugnaces in rebus ipsis errent, quales plurimi sui temporis erant. VI. Morborũ differẽtias ignorare, prima & maxima errorũ causa est. Aliarum enim febriũ aliæ sunt in paroxysmis differentiæ. Alias errorum causas postea dicet: nunc dictis tertianarij paroxysmi differentijs nomina imponere pergit. De aphorismo Hippocratis, Febres quæ non intermittentes tertia die inualescũt: quomodocũq; autẽ intermiserint, signum est eas periculo uacare. Intermittere hic nihil aliud ꝙ infebricitationem ei significat, non autem declinationem: Nam & semitertiana pessima febris, & aliæ omnes (synochis tantũ exceptis quæ neq; periodũ neq; declinationẽ habent sensibilem) ad manifestam declinationem ueniunt. Ακμὴ etiam pro statu in summo apud Hippocratẽ reperitur: Item principiũ paroxysmi, tum quod initio totius morbi fit, tum quod deinceps singulos paroxysmos incipit Secundũ & tertium tempus pleriq; uno nomine augmentum uocant: Græci ἐπίδοσιν, αὔξησιν, ἀνάβασιν, ἐπανάβασιν. Habent enim hoc cõmune, ꝙ in utroq; frigus à calore oppugnatur, & sanguis qui initio ad centrum refugerat, superficiem petit. Quare licet cõmuni uocabulo nominent, subdiuidendum id tamen est: quoniam alia remedia inæqualitatis

A tempori conueniunt, alia æquali calori siue augmento. De declinatione: Et ꝙ omnes prædictæ differẽtiæ, principium, medium, finemq; habeant, tres scilicet partes, quarũ quæq; simile aliquid habet proxime antecedenti & sequenti, & analogiam quandam ad reliquas etiã partes. VII. Quòd partes istæ, quinq; temporũ, suis etiam nominibus appellari possint, ut cum scribant autores uigorem remittere, uel relaxari, uel mitigari: posset sanè principiũ declinationis uocari remissio, uel relaxatio, uel mitigatio. Similiter & alijs partibus sua dari nomina possent. Archigenes finem declinationis perperam nominauit ἄνεσιν, quasi tempus quoddam per se à declinatione diuersum id sit: cum finẽ declinationis, aut remissio excipiat, quæ omnibus nota & paroxysmi pars non est: aut, ut in continuis febribus, cum alterius paroxysmi principio continuetur: quod ubi fit, totum declinationis tempus ἄνεσιν uocare licebit. Omnes igitur tertianarij paroxysmi partes suis nominibus uocare licet: Quæ si quis non admiserit, primum simpliciter

B tempus, & secundum, & tertium, &c. nominabimus. apud idiotas uero supra positis nominibus uti licebit, ut primum tempus appelletur initium, secundũ inæqualitas, tertium augmentum, &c. Possent & plures partes fieri, ut pauciores quoq;. Nam totam aliquando periodum in duas tantũ partes diuidimus: quarum una est paroxysmus, ab initio sui (quod Galenus εἰσβολὴν & προσβολὴν, id est primam accessionẽ uocat, & pro illo quod manifeste exacteq; sine latitudine initium est, accipit: medici etiam ἐπισημασίαν nuncupant) usq; ad remissionẽ. Altera est remissio, eaq; duplex (ut diximus) una simplex, & nihil aliud ꝙ ipsa declinatio: altera ex declinatione & infebricitatione cõposita. Remissionem Græci ἄνεσιν uel διάλειμμα uocant, id est intermissionem. sic enim multi uocitant totũ hoc tempus quod uigorem sequitur, licet ad apyrexian non ueniat. Sed con-

C fusionis uitandæ causa, melius fuerit ἄνεσιν tantũ, non etiam διάλειμμα nos istã partẽ nominare, non pugnantes interim etiã sic uocare uolentibus, aut aliter ut declinationem, uel ἔνδοσιν, uel ὕφεσιν, uel ἀφαίρεσιν, uel μείωσιν. Priorem partem Hippocrates etiam paroxysmum nuncupat, ubi uictum in paroxysmis subtrahendum esse præcipit. dari enim debet in remissione tantũ, non semper tamen in una eius parte. Et sic duæ tantum unius periodi partes fuerint. Febriũ intermittentium tempora (ut diximus) sex sunt: non intermittentium quinq;. Et ꝙ non intermittentes etiam quædam quotidianæ, quædam tertianæ sint: raro autẽ quartanæ. Non intermittentium febrium quædam pulsus magnitudinem, celeritatẽ, densitatẽ & duritiẽ per interualla deponunt: quædam in cæteris quidem tribus ad naturalem habitum redeunt, celeritatẽ solam reseruãt, eamq; aliæ magis, aliæ minus. VIII. Non intermittẽtes febres quinq; priora tempora cum intermittentibus cõmunia

D habent. Et ꝙ priora tria tempora, cum febris insultus absq; systole, id est pulsus submissione sensibili fit, in unum, nempe augmentum, coincidant, nullo inæqualitatis tempore intercedente. Vigorem nunq; omissum se obseruasse, sed in omnibus statum paroxysmi aliquandiu sibi similem uidisse. Initia febrium sæpe sine refrigeratione sibi uisa, & sine arteriarum motu introrsum, qui per systoles celeritatem percipitur (Quæ duo tamẽ præcipue initia accessionum comitantur) similiter sine alijs etiam initiorũ signis, ut sunt pulsus in diastole rari parui tardiq; ob refrigerationẽ, & rigor alias ob causas: unde multi medici decepti declinare iam febrim, aut nullum paroxysmũ futurum putant. Non deciperetur autem, si hanc initij ideam ex systoles celeritate cognoscerent, quæ nisi optime exercitato secundum modum lib. I. de dignoscendis pulsibus scriptum non cognoscitur. Qui de systole iudicare non potest, totũ ante statum tempus uno augmẽti uocabit: & in principiũ, medium ac finem diuidet, tanq; tres partes non specie, sed secun-

dum

dum magis & minus tantum differentes: Et sic tria tantum tempora fient. IX. Febres non periodicæ, ut synochi, neq; paroxysmos, neq; iam dictas partes aut tempora habent: partes uero uniuersales, id est totius morbi secundū diuersa tempora, per alios modos in eis dignoscendæ sunt. Rursus de periodicis: Et q hactenus de simplicibus periodis dixerit: in compositis uero declinationis tempus sæpe angustius fieri, alterius paroxysmi insultu interruptum, anteq; prior periodus terminetur. Item q febres etiam natura intermittētes, alterius sæpe generis paroxysmo ante prioris solutionē superueniente, locum infebricitationi non reperiant. Semitertiana ex tertiana & quotidiana in unā planè febrim cōmixtis fit. huic sæpe alia simplex, ut tertiana uel quotidiana miscetur. Sed his omissis de temporibus in mixtis periodis dicendum. X. Fit aliquando initiū cum horrore, alijsq; omnibus initij signis præter rigorem: licet & hunc aliquando paruum (seu potius magnū horrorem) habere uideatur, nunq; tamen proprie dictum rigorē, qualis in tertianis & quartanis est. Deinde ubi iam signa secundi tēporis apparuerint, iterū nouus horror accedit, aliqui ἐπανάληψιν, alij ἐπαναδίπλωσιν uocant. Nonnullis secūdo etiam & tertio repetitio hæc accedit: & uix tandem æqualiter extenso calore ad augmentū progressus fit. Talis febris nunq; ad apyrexian uenit, cum longo tempore augeatur, & longo iterū declinet: nec in declinatiōe difflatio aliqua aut sudor fiat. Secundo die alter paroxysmus accedit, similiter quidē cum rigore (& in augmento declinationeq; longus) sed absq; repetitiōe horroris, nisi parua aliquādo breuisq; fiat, quod tamen rarum est. Tertius dies primo similis

A fit, quartus secundo, & sic deinceps. Nomen huic febri hemitritæum ponit Galenus, & ab Hippocrate quoq; sic nominatam existimat: addit Romæ perq; frequentē esse. XI. Fit & alia similis iam dictæ febri, sed repetitiones horrorū nō habet, neq; dierū uarietatē: & aliàs sine horrore, aliàs cum illo inuadit. Quin & aliquando sine manifesta refrigeratione febris hæc quinq; tempora habere uisa est, initio & inæqualitate admodum breuibus: augmēto alijs breui, alijs longo: uigore satis longo, alijs plus, alijs minus: declinatione in omnibus longa, sed ita uariante, ut alijs euidenter minuatur ceu statim desitura, in eadē deinceps magnitudine persistens, alijs semper ex æquo tarda fit. Sunt & febres quædam τριταιοφυεῖς à Galeno dictæ, quæ tertio die augentur. XII. Sunt & quotidianæ febris non paucæ differētiæ nunq; intermittentes, ex quibus per digressionem aliquas cōmemorat. Quotidiana aliquando ingruit sine
B manifesta refrigeratione, aliquando cum illa: Et quæ principio propria sunt, alijs diu, alijs breui tēpore permanēt. Sic etiā inæqualitatis tempus uariat. Sequitur augmentū ad statum usq;, longius quàm in tertianariæ notæ febribus: Et hoc peculiare habet (quod in tertianarijs perrarū est) q aliquantisper consistit nihil augescens, deinde rursum augetur. Sic etiā declinatio, alijs æqualiter declinat: alijs una aut altera hora in eadē magnitudine morata, denuo declinat: Et nonnullis usq; ad alterius paroxysmi initiū minuitur, alijs in eodem remanet statu. Hoc ipsum autem magis accidit tertianarijs, ut declinationis ipsius reliquum perquàm diu in eadem maneat magnitudine.

CL. GALENI DE MORBORVM TEMPORIBVS LIBER VNVS.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.



QVALIS res ætatum differentia animantibus est, talis res morbis sunt tēpora, quæ καιροὶ Græcis uocantur. Neq; enim tēpus simpliciter hoc uocabulo significatur, neq; conueniens illud, in quo præsidia etiam consideramus, sed tantum morborum ætas, ut diximus, quæ temporum uicissitudine immutat, ut animal ætatibus: quod omnibus corruptelæ subiectis corporibus, alijs magis alijs minus adesse uidetur. Nam si natura ipsorum immutationis alterationisq; perpetuo expers maneret, nimirū non corrumperetur. Quemadmodum igitur & ipsi nos geniti ad uigorē usq; augescimus, inde iam contabescere incipientes, ad extremam usq; corruptionē declinamus, si omnes ætates pertransituri sumus: pari modo singuli morbi à prima eorum cōstitutione ad statum usq; increscūt, dum pro augmēti prioris portione decrescentes in totum dissoluantur. Videbitur forsan morborū pro tempore immutatio hoc solum ab animantium ætate discrepare, q his proprium generationis tempus est, quo omnes ad uitam necessariæ partes figurantur formanturq;: morborū nullum huiuscemodi tempus est proprium, sed à primo statim ingressu augescunt: idq; ratione probabili: nam illa, corpora sunt: hi, corporū accidentia, quare figurationē generationemq; corporum

C proprietas requirit: accidentia uero ipsis, ut quæ nullam figurationem expetant, primo aditu protinus generationē simul acquirunt, & ad incrementum festinant. Quæ enim inflammationis generatio esse possit? qualis est animantis nascentis figuratio? uel quæ erysipelatis? uel quæ, uerbi gratia, febris? Nam unumquodq; horum, statim cum primum ceperit initiū, huiusmodi speciem habere uidetur, qualem eius generis maximum habet: deficit autē sola ab illo magnitudine. Etenim inflammationis affectus calidior q prius euadit cum tumore maiore, itē dolore simul & tensione: sed hæc parua primo aditu sunt: inde uero ad magnitudinem quandam non omnibus æqualem increscūt.
D Ex quo tempore deinceps tumor naturalem habitum excedens, simul cum doloris calorisq; remissione, præsidijs discutitur, uel in pus mutatur. Sic enim inflammationes soluuntur, si finiri debent. De his autē sermo nobis primum instituatur, consideratione de morbis qui non soluuntur, nunc in posterum dilata. Tempus itaq; nullum inflammationis generationi singulariter proprium attribuitur ab eo quod augmenti est, diuersum, sed unum est uniuersum, à primo insultu usq; ad statum effectu increscente. Sic habet etiā de erysipelatis, omnibusq; alijs: siquidem febris genere quidē caliditatis, ut arbitror, quæ præter naturā est, cōprehenditur: huius autē proprium generationis tempus diuisum non est, sed ubi corpus primum calidius

quàm antea febrili calore fieri cœperit, inde aliud atq; aliud tempus affectionis incrementũ ad usq; perfectam consistentiã excipit, quam in singulis rebus summam esse magnitudinem intelligimus.

II Hic sermo probabilis est, & agonistam aliquẽ ad responsionẽ strenuũ requirit, qui propriã morborũ initijs speciẽ esse demonstret: ut animantibus primũ hoc ordinatũ tempus dum formant, quod finibus proprijs circumscribitur: de quibus iam sententiam meam docere supersederem, nisi mihi casu quodam in hac sermonis parte uersanti, Archigenis diuisio succurrisset, qui morbos in prima & maxima tẽpora diuidens, ab initio statim uigorem seu statum ponit: medio tempore, ascensu siue incremento uidelicet, omisso. Cũ enim totius principij propriũ tempus non esse uideat, sed id omne quod à primo insultu ad statum intercedit, incrementũ existat, quomodo quis Archigeni cõsentiat, qui quod omnibus cõfessum est, præterit: ambiguũ uero tanq; cõfessum prõpte ponit? Hac igitur ratione sermonẽ omnino deseruisse uidet, qui magno certamine indigeat, quo morbi principium propriã figurã habere, non paruitate modo à sequentibus ipsum differre ostẽdatur. Porrò nos iam morbi principium specie quadam ab incremento post ipsum, diuersum demonstrare conabimur. Initiũ autẽ sermonis ex his quæ euidenter omnibus in pluribus morbis apparẽt, sumet. Quo puto medici propemodũ omnes moti, qui Archigenem præcesserunt, initium quoddam cuiusque morbi dicunt, non primũ illum simplicem duntaxat insultũ, sed tẽporis longitudinẽ, latitudinẽq; notatu dignã aliquando ipsi ascribunt: post hoc ascensum: deinde statum: ab hoc declinationem.

III Spectamus sanè nonnullos, dum actionem aliquam obeunt, paulatim inhorrere primũ: deinde iterum atq; iterum inæqualitatẽ quandam ualidiorem, horroremq; euidentiorẽ sentire: ut quæ prius citra offensam agebant, neq; agere, neq; sustinere possint, sed & decumbere, & cooperiri desiderẽt: atq; hoc alijs accidere horis tribus, alijs paucioribus, uel pluribus: ex eo tempore calorem insuauem, eumq; preter naturam sensim augescentem percipere. quandoquidẽ in his ipsis principiũ accessionis ab incremento singulari specie differre manifesto uidetur. nemini uero dubiũ est quosdam augmentũ uocare incrementũ, quemadmodum alios quosdam ascensum: Græci tripliciter αὔξησιν & ἐπίδοσιν & ἀνάβασιν appellant: nos omnibus uocabulis ut in mentẽ uenerit utemur, omnia siquidem rem unam denunciant. hæc itaq; res tribus nominibus appellatur. Sistit quãdoq; & ab incremento cessat, & sibijpsi æqualis uel longiore uel breuiore quodam tempore permanere uidet: deinde minor quàm fuit, uel citius uel diuturnioris temporis spatio fieri. Interdum febricitãtis dispositio ad integritatẽ sic reuerti apparet: est cum à secundæ accessionis insultũ eandem speciem cum prædicta habentis deprehenditur. Interim omnino prædicta secũdo rursus ægrotanti adueniunt: plerũq; tertio, quarto, & quinto, morbo uidelicet

A ex ijsdem ad eadem per ordinem ipsum, circulum quendam ambiente, quem singuli medici circuitum appellitant. Nonnulli ex huius genere uiginti quatuor horis describunt, uocanturq; quotidiani. Aliqui quadragintaocto, hoc est duobus diebus & noctibus, quos tertianarũ febriũ circuitus nominant. Alios quosdam septuaginta duarũ horarum tempus describit: quorũ febres ipsas quartanas nuncupant. Circulum uniuersum, qui ad unum principium reuertitur, quaternarium circuitum: sic etiam ternariũ simul cum tertiana febre: & quotidianum singulis diebus reuertentẽ simul cum quotidianis febribus. At hi circuitus omnes aliquando ad integritatem perueniunt, ut in prædictis febribus, quotidiana, tertiana, & quartana: B aliàs ad declinationem solum, uel propius ad integritatem, uel etiam longius ab ea uenientem.

IIII Itaq; de tertiana febre exempli gratia uerba primum faciamus. Horror huiusmodi febrium mediocris, deinde extremæ partes membrorũ simul cum horrore uehemẽtiore refrigerantur: postea iam & rigore & frigore cõcutiuntur plurimæ corporis partes: pulsus earum in hoc tempore durior, & minor quàm prius euadit: uelocior manifesto in submissione ijs qui systolẽ sentire nouerũt. Nam eleuatio multo quàm fuit tardior, præsertim in insultu: similis interdũ priori constitutioni permanere tibi uidebitur. Quinetiam in submissione quies ferè maior est: in eleuatione eodem cum illa modo sæpe priori æqualis, nũc inæqualis. Hæc horis quibusdã æquinoctialibus duabus fieri solent: C quibusdam uel pluribus eis, uel paucioribus. Inde pulsus maior simul & uelocior, densiorq; fieri incipiens, sensim singulis cõmemoratis increscit: statim uero etiã calidiores q̃ antea cũ relatis pulsus mutationibus redduntur. Quo fit, ut quidam multum calorem intus sentiant, artubus adhuc frigescentibus. In summa inæqualitas quæpiã non mediocris in corpore per hoc tempus exuperat. Secundum uero hoc tempus illius primi est, in quo ex priore statu uniuersum quidem corpus refrigeratum fuit: pulsus autẽ in contraria prioribus conciderunt. Vbi sanè febris ad integritatẽ peruenit, quam interuallũ nominare liceat, quoniã & Hippocrates eam hoc nomine dignatus est, pulsus in D naturali statu consistit, quantũ nos sensu percipere possumus. Huiusmodi uero interuallum longe optimũ est: quippe quod simul atq; animal refrigeratum fuerit, in dictas ante paulum differentias repente transmutet: postea rursus ubi incaluerit, ad contrarias deducat. Primũ itaq; tempus totius periodi exacte est, quo corpus cũ mutationibus pulsus predictis inalserit, uel ex sanitate, uel ex interuallo ad hoc perueniens. Aliud ab hoc secundum est, quod pulsum & calorem in cõtraria mutat, donec tota corporis moles æquabiliter concalescat. Post hoc tertium, quo calor etiamnum augescit, pulsibus magnitudine, celeritate, & frequentia ei respondentibus. Quarta cõstitutio post tres cõmemoratas conspicit, omnibus iam dictis æqualem sibi magnitudinẽ pro sensus nostri iudi-

cio conseruantibus. Ad hæc quinta alia, cum iam calor manifesto decrescit, halitus autẽ per cutẽ excernitur, pulsus ad naturalem habitum redit, reijciens omnia quæ præter naturã ex magnitudine, celeritate, & frequentia conquisierat. Hoc tempore plurimis ipsorũ sudor oritur. Post hoc interualli tempus sextũ ad prædicta peruenit. Nulla horum abditæ rei hypothesis est, sed quotidie ferè in omnibus tertiana febre laborantibus euidenter ita euenire apparet. Atq; Hippocratis sermoni hactenus celebrato adijciendum est, nec medicũ recte posse cognoscere, si pulsus mutationes à sermone excipiamus. Maius enim in se negociũ habent, ꝙ ut ab idiotis queant intelligi. Cæterũ caloris mutatio, etiam si ęgrotantes sequi nolint, hic stimulare, pungereq; ipsos natus est, ut non lateant. Referũt omnes ęgri tam subito quidẽ uel inęqualitatẽ, uel horrorẽ eius ultro citroq; cursitare: inde simul cũ extremorũ refrigeratione horrorẽ intẽdi, sequiq; ipsos totius corporis cõcussionẽ: postea rursus huius cõcussionis quæ rigor dicitur, interim fieri remissionẽ, extremorũ algores resolui, æstus uehementis, qui phlogosis Gręce dicitur, sensum, & sitim intus esse, ad hæc omnẽ inæqualitatẽ: sed totũ corpus æquabiliter aduri, atque hoc semper, magisq; eis euenire: interdum calorem sistere, sibiq; similem manere: postremo solutionis sensum oboriri, idq; ad constitutionem illam non cessare, in qua primum se uri nondum senserunt.

V *In tertianis itaq; febribus* particulares circuitus differentiæ huiusmodi quędam sunt. In alijs autem aliæ, de quibus ordine dicturi sumus. Nũc ad hoc primũ, quod prius instituimus, sermo dirigatur. Primũ tempus integritati cohærens, quod frigoris sensum præbet, initiũ appellauimus: secundum frigus, ut dictũ est, paulatim deponit. uocabitur cõpendij gratia inæqualitatis tempus: ab hoc tertiũ æqualis incrementi: postea quartũ cõsistentiæ: & quintũ imminutionis: postremo sextũ, integritatis. Quòd igitur sex dictæ regulares in tertianarum febrium circuitibus differentiæ sunt, sensu & memoria, non demonstratione logica indiget. Porrò nomina ipsarũ simul ponere, tum compendij, tum claritatis gratia præstat: quemadmodum lex quædã est cõmunis omnibus Græcis, ut quarum rerum nomina apud uetustiores usurpata inueniamus, his utamur: quarũ uero non habemus, uel ab aliquo eorũ quæ nobis sunt, transferamus, uel ipsi secundum rerum quandam similitudinem ad ea quæ denominata sunt, fingamus, uel de alijs dictis abutamur. Licet quidem, si uelis, nec cõsueta Græcis seruare, si facere ipsum oporteat, ad prædictos scopos respiciendo. Atq; hoc frequens est apud recentiores medicos, ut qui non puerili disciplina, quemadmodũ ueteres, instituti sunt. concedendũ itaq; ipsis est utut uelint appellare: quoniam cõtentiosi sunt, & impudentes. Frequenter etiã nominibus utendum, ut illi præcipiunt, quo nugacitatẽ ipsorum fugiamus. neq; enim propter nominũ absurditatẽ ægrotantes incõmodi quicq; capient. Cum autẽ uel tempus aliquod occultent,

A uniuersum prætereũtes, uel prædictis id quod sensibus non apparet, adducant, non ipsis concedendũ est: tanꝙ huiusmodi peccato ad ægrorũ offensam modo spectante. Melius itaq; est, interim erratorum causas prospicere, ob quas medicorum plurimi falluntur, ne ipsi erroris quippiam cõmittamus, & illis ueram rei uiam, si uelint, ostendamus. Quidam enim ex eis huiusmodi ingenio refractario sunt præditi, ut ne uel si Apollinem ipsum, uel Aesculapiũ habuerint desiderantes docere ipsos, monentesq; ut aliquando obtẽperent, audire, atq; aures prębere possint: ne dum hæc dicta animo suscipere: quare nec illis hæc scribentur.

VI Hæc igitur erroris ipsorũ causa prima & maxima est, morborum differentiæ ignorantia. B Tertiana siquidẽ, ut iam expositũ est, moueri, & uelut ætates suas perficere cõsueuit: quanq; non similem motũ quiuis morbus obtinet: ob quod neq; nos recte, quę de tertianis diximus, ad omnes trãs feremus: nec alius quispiam in alio affectu cõmunem unam omniũ rationẽ esse existimabit, unde hæc prima maximaq; errati ipsorũ causa est. Alias autẽ pro usus ordine deinceps explicabo, ubi nomina prius cõmemoratis tertianæ periodi temporibus imposuerim. Proinde cum Hippocrates dixerit: Febres quæ non intermittunt, & tertio die fortiores fiunt, periculosæ sunt: quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significat: hoc intermittere, nõ de alia parte circuitus qui integritatẽ transgreditur, capiendum est. Non enim C iam hoc ait, quocunq; modo declinant, nam hoc falsum est: quippe cum tertiana febriũ deterrima sit: tamẽ in declinationẽ quibuslibet manifestam peruenit, & in alijs omnibus hac parte cõsimiliter fit, nisi in synochis appellatis: quoniam hæ solæ febres nec inclinationẽ sensibus expositã, nec uniuersum circuitũ, aliamq; prædictorũ differentiam obtinent, sed qualem tertianarũ magnitudinis aliquo tempore statũ esse diximus, talem illi habent uniuersum ferè ipsarũ decursum. Si igit', uti dixi, natura periculo uacant quæ ad integritatem desinunt, sicut in libris De febribus ostendimus, non aliud Hippocrates intermittere nominauit, quàm ad integritatẽ finire. Quamobrẽ merito quis ueterem consuetudinẽ secutus, in tertianarũ periodis D interuallũ, tẽpus integritatis appellauerit, quemadmodum & in maxima magnitudine subsistentiam, quantũ nos tactu ipsiq; ægrotantes percipimus uigorẽ: ita sanè & ætatũ uigor supremum est, uideturq; Hippocrates hoc usus uocabulo, sicut & uerbo, intermittere: aliam uero tertiam partem circuitus primo die ueniente, propter decidentiã ex naturali statu, itemq; tertio, & quinto, & reliquis iuxta proportionẽ similiter ob interuallũ circumeuntẽ, principium uocant, non Hippocrates modo, uerũ & alij propè omnes medici. Post principiũ, quod frigore manifesto cognoscitur, secundum tempus inæqualitatis erat: tertium augmenti usq; ad uigorẽ. At participantia ipsa inter se, specie differre non exacte omnes conspexerunt, nominantq; ex ambobus cõpositũ tanq; unũ totum:

alij incrementũ, alij augmentũ, reliqui ascensum accessionis. Quinetiã ueri nõ nihil dicũt: nam post primũ tẽpus, quo extremę partes refrigerant, sanguis uero in altũ cõfluere clare apparet, aliud tempus est totũ huic toti oppositũ, cũ uidelicet calor cum frigore decertat, sanguis autem in exteriores partes extenditur. Atq; si hoc pacto unũ ipsum dixerunt, ut iam exposuimus, nihil referet hoc tempus uniuersum ascensum appellare. Si uero ita uocantes, indiuisum reliquerint, non mediocriter artem offendent. Etenim inæqualitatis in eo tẽpus primũ aliorũ presidiorũ indicationẽ habet, & non omnino eorundẽ cum sequenti tẽpore, in quo æqualis quidem totius corporis cõstitutio est: augmentũ uero, quo in eadẽ specie ad statũ usq; morbi permanent. Reliqua declinatio tempus unũ est specie sibi simile: quoniã nõ maioris minorisq; ratione partes ipsæ differunt. Atq; hoc etiã in primo principij tẽpore, & secundo inæqualitatis, ad hæc tertio ascensus seu incrementi adest: siquidẽ unicuiq; horũ dum sensibiliter immutat, particularis quædam est differentia: nam cuiusq; dicti temporis principium fini omnino est simile. Differũt aũt inuicẽ & à medio tempore manifeste. principium accessionis paululũ à naturali cõstitutione recessit, sicut finis plurimũ. Vbi uero hæc maximis differentijs mutuo dissenserunt, medium planè tempus ipsorum aliquod est, magis quidem ac principium à naturali statu remotum: minus autẽ quàm finis. Hoc modo inæqualitatis etiam initium à cohærente ipsi primi temporis fine paululum diuariat. plus autẽ abscedens, mediumq; existens, prædicto primi temporis fini & tertij principio counitum est. Eadem opinor ratione & quæ secundi huius tẽporis inæqualitatis principijs cohærent, tertij temporis constitutionẽ illis assimilem obtinẽt. Similiter etiam tertij ipsius temporis rursum prima, à secũdi postremis parum euariant: postremo uero, status speciei quodammodo similia sunt. medium amborum ęque ab utrisq; extremis recessit. Quapropter miri nihil est, si ut hic temporibus singulis, ita declinationi quoq; aliud principiũ, aliud finis, aliud medium existat.

VII Porrò unumquodq; horũ propria appellatione uocare potes, si uisum fuerit. Audio eñ frequenter medicos dicentes: inclinauit nunc status, nunc submittit, nunc increscit, nũc remittit. Si igiť hæc dicunt, integrũ est eis prima declinationis nominare inclinationẽ, uel submissionem, uel dimissionẽ, uel remissionẽ, uel horũ aliqua, uel omnia. quinetiã licet uno prædictorũ nomine media & postrema nuncupare. pari modo ut Archigenes quoq; declinationis postremũ, remissionẽ nominat. Verũ male hic agit, q eam à declinatione specie quadã differentẽ existimet: deniq; q omnium partiũ totius circuitus aliã principiũ, aliã finẽ, aliã mediã faciat. Sic quoq; remissionẽ ipsam diuidit, tanq; propriũ quoddã tẽpus ex prima diuisione, quę speciebus quibusdã non solum maioris minorisq; ratione mutuo discordẽt. In utrisq; igitur clare peccat, augmentum ex prima sectione tollens,

A quod omnes manifestius ac principiũ intelligũt: adijciens uero remissionem circuitus termino. Si namq; ad integritatẽ ueniret, manifesta huiusmodi temporis ad alia uniuersa differẽtia esset. Quòd si secundæ accessionis insultus trifariam diuisus, inclinationem accipit, in hoc totius inclinationis partem remissionem uocare est, non tamen aliud quoddam tempus propria natura quapiam insignitum, quemadmodum prius dicta, putare conuenit. Quòd igitur omnes tertianæ circuitus partes manifestis inuicem differentijs separatas uidere licet, nemo ignorat, qui uel unum quempiam hoc morbo laborantem ægrum conspexerit. Porrò si nonnulla eorum nomine carent, ad contentiosos dicemus, tempus primũ, secundum, tertium, quar-
B tum, quintum: deinde integritatis sextum: ad idiotas nominum usum ipsi componentes idoneum, primo tempori proprium initij nomen imponamus, secundo inæqualitatis nomen, tertio incrementi, quarto status, seu uigoris, & quinto declinationis, sextum integritatis interuallum ac quietem nominabimus. Nihil obstat & alio quodam modo totum circuitum in maiores partes diuidere: Siquidem in duas ipsum totũ potes diuidere: unam primæ accessionis à primo insultu ad extremam usq; remissionem: alteram, quę in declinationis & insultus secundæ accessionis medio consistit. Voco iam insultum accessionis tempus simplex, exacte iam primum: Idem hoc Græci ἐπισημασίαν, hoc est febris significationem nominare
C cõsueuerunt. Et quod ab Hippocrate dictum est, in accessionibus abstinendũ esse: secundum eandem diuisionem pronunciatum existimo. Cum enim prædixisset conuenienter: Quibus statim uigor adest, ijs statim tenuis uictus adhibendus: quibus postea uigor aduenit, his in illo ipso, & ante illum tenuiter uiuendum est, antea uero plenius nutriri oportet, ut ęger sufficiat: intulit in accessionibus abstinendum esse, docens nos uidelicet solum illud tempus quod accessionem uocat, obseruandum esse. Nunquam enim in hoc nutrimus, uerum in reliquo omni tempore remissionis, interdum in alia atq; alia eius parte: quia ex simplici interim declinatione, interdũ ex declinatione & interuallo compositum est. Hæc quidem unius circuitus
D in duas partes est diuisio: alteram eius partem primam accessionem appellamus: secundam uel remissionem, ut paulo ante, uel ut quidam, interuallum. Nam interuallũ non pauci medici uniuersum id quod post statum est, qualicunq; natura præditum, nominant: siue ad integritatem ueniat, siue non. Verũ nos appellationes prædictas obseruabimus, ne ulli sermoni obscuritas accedat: uocabimusq; omne quod accessionem sequitur, remissionẽ. Sed neq; prohibemus, ut dictum est, si quis ipsum totum nominet interuallum, uel declinationem, uel remissionẽ, uel submissionẽ, uel ablationem. Instituimus enim non de uerbis disceptare, sed circuitus partes inspicere, quot numero sint, & quomodo inuicem differant. Proinde hæc diuisio est omnium febrium quæ ad integritatem

gritatem deſinunt, quotidianarum, tertianarum, quartanarum: ut quæ ſex partes ſpeciebus manifeſtis inuicem diuerſas habeant. Alia uero non intermittentium, quæ in quinq; partes diducuntur. Sunt autem & hæ permultæ. Nonnullæ quotidie acceſſionem habent: quædam tertio quoque die: non tamen quæ quarto habent, frequenter, ſed raro euenire uidentur: plurimum enim earum genus ad integritatem deſinit. Porrò & duplex harum ſpecies eſt, quæ ad integritatem non finiunt, quotidianæ, tertianæ, quartanæ: quædã enim magnitudinem quoque pulſus, celeritatem, frequentiam, & duritiem deponunt: quædam alia tria ad naturalem ſtatum deducunt, ſeruant autem celeritatem, hæ magis, illæ minus.

VIII At non eſt præſentis ſermonis, illarum diſtinctionem proponere: quoniam partes circuitus in unoquoq; morbi genere enumerare cogitauimus. Igitur cum paulo ante ſex in febribus intermittentibus eſſe dixerimus, deinceps non intermittentium partes referemus, quinque eſſe dicentes, cum aliæ ſimiliter ipſis ſe habeant, ſolum autem integritatis pars deficiat. Ceterum in alijs partibus ſimilitudo neceſſaria eſt, ut acceſſionũ inſultus cum ſubmiſſione pulſuũ fiat. nomino autem ſic id quod poſt frigus accedit: nam ad hoc ſequitur æqualis pulſuum motus cum paruitate, ſanguine in uiſcera ſe recipiente, quem rurſus inæqualitas ex neceſſitate ſequitur: inde incrementum, ſtatus, & declinatio. In quibus ſanè citra ſenſibilem ſubmiſſionem acceſſiõis inſultus accidit, tria tempora in unum recidere neceſſitas eſt, totumq; uſq; ad ſtatum incrementum fieri. nam ubi ſubmiſſio non fuit, ibi nec inæqualitas. Statum uero nunquam deficientem uidi: uerum ſemper ſenſibili æqualitate in omnibus febribus aliquandiu permanentem. Inſultum certe millies ſine prædictis initij ſymptomatis conſpexi: quorum precipuum erat omnibus ferè principijs acceſſionum, perfrictio, quemadmodum ad interiora arteriarum motus. de quo in opere De pulſibus diffuſius dictum eſt: in præſenti libro ipſum ſubmiſſione celeritatis definire ſufficit. Quæ uero alia ſymptomata ſi quæ acceſſionum initio propria ſunt, prædiximus: alia frigori ſuperueniunt, alia ſecus. Paruitas ſiquidem pulſuum, raritas, & eleuationis tarditas, frigus conſequitur: rigor alias occaſiones, quas in Symptomatũ cauſis expoſuimus. At uniuerſum hoc acceſſionis genus omnino, ſicut dixi, perit: & nos multos frequenter à mirandis illis medicis uel ad balneũ miſſos, uel cibum aſſumere iuſſos, tanquam ſuſpectas iam horas acceſſionis ingreſſos prohibuimus. Cõtingit autem ipſos cum arteriam exacte tangere ignorent, huiuſmodi errores committere. Omnibus enim quibus talis acceſſio euenit, ſubmiſſio uelocior redditur: quam cognoſcere non cuiuſuis eſt, ſed exercitationem magnam artis, maxime hoc opus, ſi quid aliud, deſiderat. Hanc autem conſequi nemo poteſt prius q̃ eo modo quem in primo De pulſuum dignotione præſcripſimus, inſtitutus ſit. Si igitur arteria-

A rum ſubmiſſionem noueris, hanc ipſe acceſſionis partem, qua ſubmiſſionem ueclociorem factam ſine eleuatione deprehendis, circuitus initium potes ſtatuere: quæ uero ſequitur, hãc incrementum ad ſtatum uſq;. At ſi hanc quoq; ignores, uideatur autem tibi morbus ſine moleſtia planè inuaſiſſe, totam acceſſionis partem uſque ad ſtatum, aſcenſum, uel incrementum, uel augmentum nominabis: ſecans ipſum in prima, & poſtrema, & media pro maioris minoriſq; ratione, non ſpeciebus diuerſis, ut prius dicebam, in frigore ſenſibili. In huiuſmodi igitur febribus uniuerſa tẽpora tria erunt augmentum, ſtatus, imminutio. nihil enim mali eſt imminutionem illud uocare, quo ex febris magnitudine quippiam demitur.

B IX Quibus uero circuitus non eſt, ut cõtinuis, quas συνόχους uocant, neq; acceſſio quædã omnino eſt, neq; prædictæ partes: attamen hæ quoq; ſecundũ diuerſa tẽpora totius morbi particulas habent, alijs modis innoteſcẽtes q̃ per acceſſionum tempora: quæ paulo poſt ſubijciã: & hoc nomine potiſſimum, q̃ omnes medici in ipſis errent: quanquã Hippocrates rectiſſime ea docuerit. At nunc ad eas quæ circuitu quodã acceſſionẽ habent, ſermonem dirigamus: quod in eis ſcopo caret, diſtinguentes. Vnum iam & primũ in memoria teneri uolo, nẽpe uniuerſum hactenus ſermonẽ de ſimplicibus periodis nobis fuiſſe. Nam in complexis tempus uigorem ſequens, interdum arctius redditur, dum alia mox acceſſio antequam prior circui-

C tus adamuſſim abſolutus ſit, inuadat. Frequenter ſecundum ſuam ipſius naturã febris ex intermittentium genere eſt, ut tertiana: complexus autem nullum integritatis tempus priori circuitui relinquit, dum ſecunda acceſſio, antequam prior abſoluatur, inuadere anticipet. Dictum eſt mihi de huiuſmodi complexibus in duobus cõmentarijs De criſi, & De febrium differentia: ubi etiam complexum à miſtura diſtinximus. Itaq; ſemitertiana ex miſtura & temperamento quotidianę & tertianæ febris fieri demonſtrata eſt. Subinde etiam ſemitertianæ ſimplex aliqua febris copulatur, uel tertiana, uel quotidiana. At huiuſmodi uarietas ad hunc librũ non pertinet, ſatis enim hic eſt propria uniuſcuiuſq; febris tempora diligenter inquirere:

D quoniã ſic complexũ earum prompte nos decernere poterimus. Quoniam uero exacte ſimplices prius dictæ ſunt: de complexis poſtea differam.

X Itaq; fit aliquando cum horrore inſultus, omnes principij peculiares notas habẽs præter rigorem: interdum & huius ſignificationẽ. Etenim uehemens horror, uel initium aliquod rigoris, uel paruus rigor eſſe uideri poteſt. At exactũ rigorẽ, qualis in tertianis, quartaniſq; eſt, huiuſmodi febris non accipit. Atq; ob hoc ipſam φρικώδη, quaſi horroris ſenſu inſignẽ appello: & multo magis, quòd ubi ſigna quædã ſecundi temporis præmonſtrauerit, initium rurſus alterius inuaſionis horrificum efficit: quod nonnulli repetitionem, alij reduplicationem appellant. Aliquando hoc ſecundo, quibuſdã tertio facit: deinde uix æquabiliter

ſimplex redditur ad uſq; ſtatum increſcens. Hæc A
febris ad integritatem nunquam deſinit: nam per
multum temporis uſq; ad uigorē ipſa habet, item
declinationem ſine perſpiratu ſenſibili, Multò ue
ro magis abeſt ab eo, ut cum ſudore ad integrita-
tem perueniat. Quēadmodū igitur à primo inſul-
tu acceſſio ad uigorem uſq; multo tempore per-
uenit, eodē modo à uigore paulatim diminuitur:
ideoq; poſtridie altera ipſis acceſſio ſimiliter hor-
rorem repræſentans aduenit: ſed quæ non item
cum priore repetitiones habeat: aut ſi quādo, idq;
raro habuerit, unam duntaxat faciet, breuem &
exiguam. Porrò hæc acceſſio ad uigorem longo
tempore aſcēdit, nec exiguo pariter inclinat: atq;
ob hoc ipſum tertio die eadem quæ primo acceſ-
ſio inuadit: poſtea rurſus quarto ſimilis ei quæ ſe- B
cundo habita eſt, idq; ordine perpetuo. Hanc ego
febrem compēdioſæ claræq; doctrinæ gratia uno
uolens appellare uocabulo, impoſui ei nomen ſe-
mitertianæ. Si igitur Hippocrates quoq; talem fe
brem ſemitertianā uocaſſet, ut ego perſuaſum ha
beo, duo ex ſermone uno commoda conſequere
ris: nempe rem medicam diſceres, & nomen ue-
tus ei imponeres. Quòd ſi aliam quādam febrem
ab Hippocrate ſemitertianam uocatam eſſe pu-
tas, falli me in uocabulo ratus, rē ipſam addiſcas.
Quòd enim talis quædam febris, qualem dixi, ac-
cidit, neq; hic teſtimonium uel Hippocratis, uel
alterius cuiuſquam oratio requirit, cum quotidie
nos ipſam uideamus, potiſſimum Romæ. Sicut e-
tenim in alijs locis alia, ſic in illa ciuitate hoc mali C
abundat.

XI Porrò alia quædam ei finitima eſt, quę nec
ſecundo die aliam ferat acceſſionem, nec primo
de tertio repetitiones. Habet autem nec ipſa mo-
dum unum ac ſimplicem: interdum etenim ſine
horrore, aliquādo cum horrore inuadit: aliàs cum
extremis partibus membrorū manifeſto inalgen-
tibus. Viſa autem eſt interim etiam citra ſenſibile
frigus febris hæc quinq; tempora obtinere: prin-
cipium, inæqualitatem, incrementum, ſtatum, &
inclinationem. Temporibus iam diuiſis breue eſt
principiū: ſic ipſius inæqualitas: aſcenſus non æ-
que omnibus, ſed quibuſdam breuis, quibuſdam
longior. quinetiam uigoris tempus ſpatium om-
nino ſenſibile & latum occupat: ſed in maioris mi D
norisq; relatione nō mediocriter differt, ſic etiam
declinatio longo quidem tempore omnibus con
tingit. At in hoc differentiæ quippiam ſuſtinet, q;
nonnullis manifeſto diminuitur, & celeriter fini-
endi ſpem præbet, poſt hæc ſiſtit, æqualem decli-
nationis magnitudinem reliquam cōſeruans: non
nullis lente ab initio ad finem omnino inclinat.
Quare ex temporis interuallis longioribus conij-
cienti tibi, uidebitur decreuiſſe planè quippiam,
tamen hoc nimis quàm modice. Huiuſmodi quæ
dam ſunt & aliæ differentiæ particulares febrium

tertio die accedentiū, quas uniuerſas τριταιοφυεῖς
hoc eſt tertianæ naturam referentes appello, ad di
ſpoſitionis unde excitantur, cognitionem utiliſſi
mæ, ad præſens autem opus inutiles.

XII Propoſitum enim eſt nobis hic circuitu-
um, totiusq; morbi tempora diſtinguere, tempe-
ſtiui auxiliorum uſus gratia, cui nihil talis oratio-
num uarietas conducit, ſicut nec illa quæ ex quo-
tidianæ figuræ uariatione conſtat. Siquidem ha-
rum non paucæ quotidie acceſſionem habentes,
interuallum nullum oſtendunt: dicam tamen ipſa
rum paucas differentias exempli gratia, non ut in
ſtitutæ hypotheſi commodas, ſed quoniam medi
corum aliqui ab his omnino quæ ſine ratione nu-
gantur, ſe iactitant, & gloriam apud indoctos au-
cupantur, tanquam diligentes & ſtudioſi, ſapien-
tiusq; aliquid his qui ſola utilia ſcribūt, intelligen-
tes. Inuadit ergo acceſſio febriū, quæ ſingulis die-
bus eam habent, interdum ſine manifeſto frigore,
interdum cum ipſo, & initij tempora quibuſdam
breuius, quibuſdam diutius permanent, atq; ſic
etiam inæqualitas his breuiore, illis longiore tem
pore. Poſtea hæc febris uſq; ad uigorem aſcendit,
diuturniore tempore, quam quæ triduo acceſſio-
nem capiunt. Cæterum tale quippiam ipſi adeſt,
quod etiam illis interdum ſed raro accidit: multo
autem magis clarum hæc aſcenſum moliri uide-
tur, conſiſtit aliquo tempore nihil increſcens, de-
inde rurſus increſcit. Similiter in declinatione uel
æqualem fert imminutionē, uel interim in eadem
magnitudine alijs hora una, alijs duabus conſiſtit:
poſt hæc imminuitur: quinetiam ad ſecundæ ac-
ceſſionis inſultum uſq; nonnullis diminuitur: qui
buſdam in magnitudine qua eſt, permanet. At ma
gis hoc tertio die acceſſionem habentibus adeſt:
quoniam circuitus earum longior eſt. Nam du-
plex ferè tempore circuitus eſt febrium triduo ac-
ceſſionem ſuſtinentium, ſi cum ea quæ quotidie
intenditur, compares. Quare declinationis ipſius
reliquum propter hoc manifeſto in æqua manere
magnitudine poſtulat. Cæterum multi alij circui-
tuū modi ſunt differentijs particularibus euarian
tes, ad præſentē diſputationē ſuperuacanei. Hu-
ius rei gratia quorundam memini, quòd medici
talem doctrinam huius conſiderationis non eſſe
propriam neſcientes, de ijſdem conſcripſerunt, er
rantes quoq; in ipſorum enumeratione. At nunc
eos reprehendere in hoc commentario tempus
non poſtulat. diſces autem artificioſe, quòd inuti-
lia nugentur, ſed Hippocrates miro quodam mo
do methodum circuituū inuenerit, nec quiſquam
eam elaborauerit: ad hæc, quòd multi eam depra
uarint, in illa maxime ſermonis parte, qua iam di-
ctis temporibus auxilia cōiuncturus ſum. Faciam
ſanè hoc, ubi totius morbi tempora oſten
derim. Etenim hactenus particula-
ria tantum recenſui.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI DE TEMPORIBVS TOTIVS morbi: quæ etiam uniuersalia tempora uocat. Reperiuntur autem in omnibus morbis: ut particularia tempora (de quibus superiore libro egit) in periodicis tantum, quales sunt febres omnes synochis exceptis. Omnino autem hic liber à præcedente separari non debet: sed pars eius existimari: cum ambos Galenus pro uno libro scripsisse uideatur: proinde cõmunis priori titulus est de morborum temporibus, etc.

CAPITVM DISTINCTIO SECVNDVM ALIOS, MAIORE NVMERO IN contextu notatur: nostra uero (cui argumẽta applicantur) minore seu ciphra.

Cap. 1. Quatuor totius morbi tempora, nempe generatio eius siue initium, augmentum, status, & declinatio. Aliorum circa hæc tempora dissensiones, uigorem alijs nullum nisi cogitatione, alijs breuissimum ponentibus: & loco initij quandoque, ut in synochis. Initium alij prorsus negant, declinationẽ etiam alij, ut cum morbus ex apocopis, id est subito soluitur. Ordo dicendorum per quatuor capita. 2. Esse principiũ in omnibus morbis: & generationis ac temporis eius latitudinem nullam esse, sed mox à primo indiuiduo principio augmentum sequi, rationes illorum qui primum tantum exacte morbi insultum pro eius initio accipiunt: Quos & præcedente libro refutauit Galenus: & hic etiã refutat, Primum morbi insultum inquiens ridiculum foret primum morbi initium existimare. Loca aliquot Hippocratis, unde initium morbi in spatio temporis situm, & primum morbi insultum præcedere constat, tanto saltẽ tempore ut phlebotomia interim & clysteribus uti liceat. Adde, ridiculum esse breuissimorum simul & longissimorum morborum æquale principium putare. Non igitur primus & indiuiduus insultus morbi, initium eius fuerit. Quòd libro 1. de Crisibus principium morbi ex cruditate noscendum docuerit. 3. Ex empium in phlegmone, quod nam sit eius dicendum initium: illud nempe, quamdiu pars ægre repletur: Augmentũ uero, cum calor, diffusio & tensio augetur, licet nihil amplius influat. Status, cum pus fit. Cum tumor & tensio minui incipiunt, declinationis initium est. Sic & febrium cum phlegmone tempora sunt: Sine phlegmone autem; cruditate humorum initium morbi circumscribitur: qui cum cõcoqui incipiunt, augmentum est: cum uero concoctio maxime fit, status: Demum declinatio, in qua symptomatum magnitudo, & multitudo horum minuitur, parumq; superest de humoribus nondum concoctis. Obscuræ, manifestæ, & perfectæ, tũ coctionis tum cruditatis signa in opere de Crisibus docuit, ex alui excrementis, urina, & sputo, secundum diuersas corporis partes. Temporum differentiæ in ulceribus, secundum saniei & puris in crassitie copiaq; differentias. Omnis qui soluitur affectus hæc tempora habet, quæ non aliter q̃ per coctionis & cruditatis signa noscuntur, excrementis inspectis, quæ primo in singulis tenuiora copiosioraq; fluũt, inde pauciora & crassiora. Exempla in uentriculi & uenarũ coctione: in pleuritide & peripneumonia: in ophthalmica: in catarro ad os & nares. 4. Quæstio de statu morborum, utrum is planè temporis latitudine careat, licet ad sensum eam habere uideatur: aut eam semper habeat: aut in morbis alijs habeat, in alijs non. Quòd ipse in omnibus morbis statum cum latitudine aliqua uiderit: & quamuis ea ad sensum solum existeret, non autem suapte natura, nihil hoc nobis ad medendum conferret. Logicæ quæstiones medicinalibus non intermiscendæ sunt, quod Archigenes & alij sæpe temere faciunt. Status ut in ætatibus semper latitudinem habere apparet, ita in morbis, & si non omnibus eandem. 5. In ætatibus animalium uigor maxime conspicuus est: cum ut canes uenatici, & equi certaminibus destinati, cum iam perfecti sunt, uno & altero anno, & quandoq; tribus, eodem in robore consistunt: sic uiri athletæ non tribus tantum

A sed etiam quatuor aut quinq; interdũ annis, quantum sensu apparet. Sic in morbis etiam, & paroxysmorum status suum habet spacium, & multo magis qui totius morbi status est: reliqua item tempora, omnibus morbis sunt, in alijs manifesta, in alijs obscura & angusta, in alijs penitus propè latẽtia præsertim idiotas. Sine principio tamen augmentoq; aliquo nullus planè morbus est aut uiget, ut cunq; subito inuadat. Nam & synocha febris à primo insultu ad uigorẽ usq; tribus aut quatuor horis peruenit. Et apoplexiæ & epilepsiæ accessiones non sine aliquo tempore fiunt: morbus enim affectio aliqua corporis est, non subita illa collapsio. 6. Exemplis declarat primas affectiones sæpe latere longo tempore, nec impedire actionem, donec paulatim auctæ fuerint: ut scirrhi qui sine phlegmone statim initio fiunt in cruribus, & tertio demum quarto' ue anno nimium iam

B aucti incessum impediunt. Si fieri potest ut scirrhus in iecore natus diu lateat donec præ nimia mole tactu tandem agnoscatur, etc. Initij uel generationis tempus in morbis omnibus est, non in omnibus tamen sensibile: Sic augmentũ etiam sensum quandoq; latet: status uero nunquam, ut neq; declinatio. Quamuis enim (ut in acutis sæpe fit) profluẽte sanguine aut sudore illico morbus iudicetur, hoc ipsum tamen in aliquo temporis spacio fit. 7. De morbis qui non soluuntur, quales quidam ex propria cõstitutione sunt, cum eam prorsus auctam habuerint: alij ex genere quidem illorum qui soluuntur, propter ægri tamẽ imbecillitatẽ, aut affectuum uehementiam, aut simul utrunq;, occidunt antequam soluantur. Vel si uno genere complecti libet, omnes qui supra naturæ uel ægroti uires fuerint affectus. Quanq; magnus morbus aliquãdo simpliciter dicatur, non sem-

C per comparatione ad uires ægroti. Omnis morbus aut est infra uires ægroti, & soluetur, si omnia recte fiãt: aut supra illas, & occidet. Tempora morborum qui non soluuntur, simile habent cæteris principium morbi: augmentum dissimile, ut in quo nõ coctionis incipientis, sed omnino cruditatis & perniciosa signa appareãt, idq; uel in urina, cuius bona malaq; signa recẽset: uel in sputo, uel alijs excrementis. Hæc si planè præter naturam fuerint, magni per se & perniciosi morbi indicia sunt.

Status in ijs qui soluuntur morbis, esse definitur tempus, in quo maximi paroxysmi fiant: in ijs uero qui non soluuntur, sæpe anteq; ad summũ perueniant mors accedit: ut status & summa magnitudo in eis cogitatione tantum constituenda sit, quam attingunt ægri ualidiores, inualidi non attingunt. Exempli gratia, phlegmones status in generatione puris est: sed inualidus ante il-

D lam morietur: Cum uero non soluenda phlegmone ad summũ peruenerit, in gangrænam aut putredinem desinit. Similiter in alijs contingit morbis. 8. Duos aut tres morbos aliquãdo in uno ægro conuenire: quorum alius forte declinet, alius incipiat aut ab initio augmenti sit, alius plurimum iam auctus. Hic si moriatur æger, in solum illum qui plurimũ auctus erat, reijcienda est causa. Considerandæ sunt primũ tres principales corporis partes, cerebrũ, cor, & iecur: deinde singula quæ ab eis procedunt uasa: deinde cæteræ quæ à principalibus reguntur, aliæ quidem ex æquo ab omnibus, aliæ magis ab hac quàm illa. Sic enim inuenies primum an

unus an plures morbi sint: deinde tempora singulorũ discernes, ut auxilia commode adhibeas. Efficaciora enim in fine & principio requiruntur: in statu mitigantia, & in medijs temporibus secundum proportionem. Hæc utilitas est cognitionis differentiæ temporum sine qua ne diæta quidem recte institui potest. Nam si quis animo præsentiat quantũ temporis ad statum sit futu-

A rum, & an æger eo usque sufficere possit, præstiterit alimentis abstinere ad declinationis usque principium: sin minus, nutriendus erit subinde, quotiescunque per morbum licuerit, id est in qualibet remissione. Hæc primus optime docuit Hippocrates: quo plurimi relicto multa temere nugantur, quemadmodum Archigenes in duobus libris suis de temporibus.

CL. GALENI DE TOTIUS MORBI TEMPORIBUS LIBER

Ioanne Guinterio Andernaco Interprete.



ITAQUE totius morbi tẽpora similiter ac animantium ætates cõsideramus. Unum quidem & princeps generationi eorum attribuitur: alterum ascensui seu cremento: tertium uigori: quartum declinationi, cũ ęgri salui futuri sunt. Nam si uel in ascensu uel in uigore protinus decesserint, liquet talem morbum non omnia tempora pertransiisse. Qui uero pertransit, de omnib. fere eius particulis opinionum dissensiones obtinet: quippe cum nõnulli uigorem unum esse tempus dicant, quod intellectu solo deprehenditur: alij uigorem, ut in synochis, non esse uniuersum: alij uigorem ad breue adeo principium reducant: alij non in his solum, sed etiam in reliquis omnibus morbis principium auferant: quidam interim et declinationem tollant, si morbus ex abscisione, ut illi dicunt, quæ Græce ἀποκοπὴ nominatur, solutus sit. Primũ igitur opiniones hæ diluendæ sunt: inde exacta morbi totius temporum cõsideratio instituenda: postea ipsorum notæ tradendæ sunt. Proximũ huic fuerit, utilitatem ostendere, ijs quæ de circuitibus præcepimus, admiscentes.

2 II Quare morbi principiũ, quatenus aliquando salubri statu corporis labascente inuadit, in omnibus ipsis est, sine temporis productione æstimatũ: cum hoc tamen non conceditur etiã cuiusuis morbi generationẽ esse, sicut in animãtibus cõtemplamur. Non enim ex particulis quibusdã, ut animal ex capite, thorace, & artubus, sic etiam morbi cõpositi sunt: siquidẽ ubi ex naturali habitu decidũt, breuissimo quodã temporis spatio generationẽ sortiunt͂, inde usque ad uigorẽ ascendũt. Esto iam morbus ex intemperie, uerbi gratia, unde febris etiã constitui nobis demonstrata est. Necessariũ igitur, ubi calor hic naturæ cõtrarius primum nascatur, hominẽ febricitare, coloremque adusque statũ intendi. nã cuius nõ sunt partes, quomodo hoc temporis spatio generabit͂? Hæc mihi dicta sunt, & statim ab initio ad ea respondi, de febribus quę cum frigore inuadunt, mentionẽ faciens. At in circuitibus abunde responsio sufficit. unum enim particulariũ temporũ atque ordine primũ est,

quod totius morbi frigus occupat. Ridiculũ maxi-B me foret primũ tempus accessionis primæ, totius morbi principiũ existimare: etenim hoc tempus, quod morbi principiũ nominãt, ad præsidia ferenda mirũ in modũ conducit. Ac Hipp. huc respiciens inquit: Incipientibus morbis siquid mouendũ uidetur, moue: cõsistentibus uero, præstat cõquiescere. Similiter & illud dixit: Circa principia & fines omnia imbecilliora sunt. Quinetiã De medicamento scriptũ reliquit. Cocta purgare cõuenit, cruda non mouenda, neque in principio, nisi stimulauerint. Ad hæc: In morbis acutis raro, & in principijs utendũ purgationibus. Multa insuper alia partim Hipp. partim alij medici oẽs ueteres memoriæ prodiderũt: quibus nõ primæ accessionis C impetũ, sed longũ magis tẽpus principiũ esse nobis persuadẽt, nempe quo sanguinẽ detrahere, & clysterio uti possimus: interim, si res postulet, etiã purgare. Præterea ridiculũ esse, morbis qui intra diẽ septimũ finiunt͂, & ijs qui in annũ durãt, quẽadmodũ interim quartana, æquale principiũ statuere. Multa sane de hoc principio etiã in primo De crisi libro diximus: ostendẽtes primũ hoc tempus esse quomodocunque id quispiã cognouerit. Erat eius summum, morbi cruditas. Satius est aũt & hic adijcere quæ præsenti narrationi conueniunt.

3 III Fingamus igitur primum inflãmationis principiũ inquiri. Quis iam negauerit generationẽ eius toto illo tempore esse, quo pars sanguinolenta substantia repletur? siue enim propter coincidentiam eiusmodi contingit, siue propter im-D pactionẽ obstructionemque omniũ uasorũ, siue ob circunstantiã quandã molium quæ meatus occupant, siue ut nos docuimus in libro De inæquali tẽperie, itẽ in cõmentario De tumoribus præter naturã, abundantia quæpiã sanguinis inflãmatione oborta, in particula cõstituitur: hoc erit primũ tempus, quo pars, affectus magnitudine subiecta repletur. Cum autem influxus cessauerit, & quod in particula inflãmatione obsessa continetur, putrefieri inceperit, calor quidem ob putredinẽ nascitur, et fusio magis propter calorem, unde etiam spiritus generat͂, atque ob hæc ambo particula magis quàm antea distenditur, etiam si nihil influat: secundũ hoc tempus est inflãmationis augmenti. Porrò cũ in pus iã uertit͂, maximi uidelicet dolores tũc partẽ apprehendũt: nã in puris generatio-

ne

ne dolores, febrisq; magis quàm prius infestant. uocatur autem huiusmodi tempus uigor affectio nis, Si autẽ fluor in pus mutatur, uel digeritur, minorem tumorem & tensionem reddet: huiusmodi est declinationis principium. Sic quidem in inflãmatione tempora diuiduntur. In febre quæ ex illa prouenit, eadem tempora consistunt. Quæ ex humore citra inflammationẽ proficiscitur, humorum molestantium cruditatis tempus principium ponendum est. Vbi concoqui cœperint, initium finiri: secũdum aũt tempus, quod ascensum nominant, accedere. At cũ ipsa concoctio maxime conficitur, uigor. Inde rursus declinatio, qua quidẽ & symptomatum magnitudo, & humorũ copia cessauit, restat uero modicum in ea humorum adhuc qui concoctionẽ requirant. Indicauimus in opere De iudicijs & notas uniuersas cruditatis, & cõcoctiõis obscuræ, euidẽtis, & perfectæ proprias uentriculi concoctionis. item eius quæ in uenis fit, ad hæc respirandi instrumentorum cõcoctionis proprias. Cæterũ aliæ ex deiectionibus, alię ex urinis, quædam ex sputis sumebantur. Atq; hæc copiosissime in illo cõmentario simul cum Hippocratis dictis percensui. Impræsentiarum uero tantum dixisse modo sufficit, quòd ulcerum quoq; eadem sunt tempora. Primum enim sanies aquosæ, incoctæ, & tenues ex ijs defluunt: inde pauciores & crassiores: postea iam pus tenue: postremo minus quidem copia, sed crassius & albidum magis redditur: quapropter nullus morborũ solutorum est, qui non quatuor hæc tempora percurrat: non tamen ex quodã alio quàm cruditatis & concoctionis signis, quæ ex recrementis deprehenduntur, cognitio ipsorum constat. Nam quis ignorat uentriculum male concoquendi munus obijsse, deiectiones nondum in chylum mutatas contemplatus? Quis nescit urinam in uasis ipsis cõcoctione esse frustratã, aquosam cõspiciẽs? Quis tenue sputum in pleuritide, uel peripneumonia redditum similiter intuens, non intelliget morbi adhuc esse principium? Sic etiã in lippitudine, principio quidem copiosus humor, tenuis, & incoctus plurimũ defluit: deinde paucior, crassiorq;, notã quandam cõcoctionis accipiens: postea temporis processu copia decrescente, cõsistentia uero ad crassitiem spectante, adeo concoctionis signa augentur, ut etiam palpebræ dormientium inde conglutinentur. Is humor & ipse primum tenuis & copiosus, temporis autẽ spatio paucior & crassior euadens, morbi concoctionem, eiusq; declinationẽ ostendit. Quinetiã humorũ qui ẽ cerebro per palatum & nares defluunt, initium quidẽ est, cum aquei tenuesq;, itẽ copiosi & acres apparent. extremã eñ hæc cruditatem indicant. Cõcoctionis notæ iam sunt, crassior, & minus acris, & modicus humor descendens. Quòd si muccus & pituita, ut dicunt, simul egrediantur, certius iam hoc est concoctionis indiciũ: quemadmodũ si crassiora pauciораq; reddantur, multo magis concoctionem innuunt.

4 IIII Atq; hæc sane morborum tempora sunt, ex quibus egri seruantur. De alijs uero in quibus pereunt, paulo post dicturus sum, absoluens prius ea quæ distinctione quadam prædictorum indigẽt. Vnum igitur ipsorum est uigor, siue perpetuo temporis expers ex sua sit natura, licet cum temporibus mentione dignis frequenter extendi sensibus appareat: siue perpetuo latitudinẽ quandam habeat, nunc maiorem, nunc minorem: siue in morbis quibusdã tempore uacet, in alijs ipsum habeat. Quia uero longiorem sermonem disputatio requirit, uisum est mihi omnia relinquere, imitato Hippocratẽ de humeri luxatione uerba facientem. At nõ his ego tantum ualidis innitor: & si quod dicam, in procinctu consistat. Quẽadmodũ enim ille perpetuo uisis sibi cõtentus fuit, in eum modum ego quoq; nunc, quæ semper uiderim, in mediũ producam. Omnem uigorem particulariũ accessionũ temporis spatio fieri conspexi. Quare si ex natura tempore careat, ne ulla quidem utilitate inde fruemur. nam cum primum sensui manifesta declinatio fiat, tunc cõuenientibus ei præsidijs utimur. Quousq; ab æqualibus numeris febris magnitudo constiterit, eousq; uigoris magnitudini propria agere cõuenit. Simili modo in oculorum uitijs, pleuritide, omni inflãmatiõe, & in alijs morbis singulis generalia tempora sensu æstimata, diuersorum auxiliorum usum significãt. Logica igitur fit contemplatio de uigoris latitudine, siue de particularibus accessionibus, siue de toto morbo cõsideres. At nunc huiusmodi distinguere propositum mihi non est, ut ij qui omnia in omnibus adducunt, factitare solent: quorũ unus est & Archigenes: immiscet enim hic uir commentarijs maxime medicis interim de nominibus inquisitionẽ, interim de ipsis rebus, sed logicam. Nos sicut hoc cauimus perpetuo, ita nunc quoq; faciemus, relicta de uigore quæstione alijs, temporis ne expers sit, an cum tempore quodam & usum quendã metiamur: naturã eius, & in ætatibus eam quæ uiget temporis latitudinẽ manifesto dissolui cõspicientes: itidem in morbis interdum longiore, frequenter minore tempore, omnino autem sensibili.

5 Verum hanc ipsam temporis differentiam clarius uidere licet in animantiũ ætate uigente. Et eñ canes uenatorios & equos pugnaces propriũ aliquod opus augmenti tempore facientes iam uidemus: post hæc etiam adultos ipsos euasisse dicimus, et manifesto conspicamur fortiores q̃ antea: quin & pari robore nõ anno uno, sed duobus quoque, interim tribus permanẽtes: sicut homines pugiles nõ tribus annis modo, sed quatuor etiam & quinq; frequenter æquali fortitudine, quantũ sensu deprehẽdimus perdurare. Eadem ratione & in morbis, ut dixi, particulares accessiones uigorem manifesto tempore consequuntur, imò his magis uniuersalia totius morbi tẽpora latitudinẽ quandam obtinent: ad hæc alia omnia: & his nihilo minus uigor, aliaq; singula. Cognoscere aũt morbos interdũ aperte licet, aliquando obscure: uel etiam prorsus diu ignorantur. Hinc quidã statim ubi uigent, inuadere uidenť: quod ex eorũ numero est, quæ fieri non possunt. Neq; enim synochos febris

protinus à uigore quandoq; inuasit, uerũ à primo insultu usq; ad perfectissimũ uigorẽ horis uel quatuor, uel tribus, quod minimũ est, peruenit: inde prorsus æqualis sibi permanens, continue ad iudicium properat. Sed neq; repente adeo inuadentẽ statum apoplexiã dixeris: quoniã tale adamussim nõ est: sed breui tempore & principiũ, & ascẽsum percurrit, nõ tamẽ caret principio, nec statim perfectissime inuadit: quemadmodũ nec comitialis morbi accessio. Nullus siquidẽ tã subito symptomate corripitur, ut ij quibus ceruix detruncatur: quanq; horum quoq; sectio primũ aliquod tẽpus habet, & secundũ, & tertium, & quartum: ut si chirurgus rem quamlibet diuidat. At enim si uis, concedamus sine tẽporis spatio comitialẽ attonitãq; concidentiã fieri, κατάπτωσιν appellãt, ut quod ab initio proposui, recenseam: hæc etenim catapto-sis symptoma eorum est, morbus aũt non est, uerum corporis aliqua dispositio dicẽda, sicut ostensum est: & si uel generatæ ipsius, uel increscentis notam nullam habemus, ideo sequens sermo non peruertiť, quo omnẽ morbũ necessario per ascensum ad uigorẽ peruenire dicebamus. At difficulter interdum, multis etiam minime scitur, aliquod morborum augmentum confitendum esse.

6 Porrò uerum hoc esse quod dico, paucissimis uerbis hisce tibi persuasero. Scirrhosos tumores subinde in cruribus conspexi statim ab initio sine inflãmatione præcedente constitutos, tribus interdũ & quatuor annis paulatim augescentes, sine manifesto necessariarũ cruris actionũ impedimẽto: temporis aũt processu, propter magnitudinem cõspicuam postea incessu quoq; molestatos. Quamobrem considera (non enim impossibile) humorem illum in cauis iocineris partibus constitui scirrhosum. latebit aliquamdiu huius constitutio, postea tamẽ dispositio ipsa peior euadet: quippe cum nos propter quem corporis statũ hoc accidat, inuenire non possimus. At temporis interuallo postea iam affusio aquæ cõtinget, tumore scirrhoso uidelicet nunq; ex tactu significationẽ præbente: qui post illa cõspicuus apparẽs, prioris nos ignorantiæ cõmonefacit. Multos itaq; uidi in tali symptomatũ uia breui tempore tumorem in iocinere scirrhoso permagnũ enunciasse, cõstitutum quidem iam diu, sed propter ipsius paruitatem, & probam musculorum, qui præcordijs subiacent, nutritionem. Cum uero scirrhus augescẽs pariter gibbas iocineris partes ascẽdit, simul aũt infelicis nutritionis, atrophiam uocant, autor tum alijs animalis particulis, tũ musculis præcordiorũ fiat, ex utrisq; his euidẽter breui spatio dignosces, magnitudine ipsius scilicet iam insigni. Huiusmodi sanẽ omnia, affectarum partium inspectioni cõiuncta sunt. de qua in præsenti considerare institutũ meũ non est. de cõmunione ipsarũ non citra frugem disputauimus. Verũ sermo primũ institutus opportune modo repeteť. Morbi uniuscuiusq; propriũ est generatiõis tempus, interim sensui manifestũ, interim secus: post quod rursus augmenti tempus est, non æque manifestũ ita in omnibus: quæ à ui-

A gore sequitur tempus omnino sensile: dum fateamur nos nullã aliquã notam euidentem principij morbi & augmẽti esse. In his igitur ex artis usu uere dices, solũ uigoris tempus esse. Si uero salus futura est, sequi id prorsus declinationis tempus, & hoc sensui subiectum: ut quod non simplici, sed lato spatio cõsistat. Etenim si per sanguinis fluorem uel sudores aliquis acute iudiceť, tẽpus certe declinationis & huic est manifestũ. Quòd si minus hoc in alijs morbis fiat, tribus uel quatuor, uel plurib. diebus declinans, hoc nihil priorẽ sermonẽ offendere uideť: neq; pronũciati summã subuertit: sed relinquitur adhuc omniũ morborũ qui soluũtur, ut uigorem, sic etiam declinationẽ quandam esse.

7 V His igitur à nobis abunde demonstratis, B de morbis qui non soluuntur, cõsiderabimus. Duplex aũt eorum natura est: non enim ipsorum preparationem habent, ubi exacte illã absolutam sint consecuti: alij ex genere quidem illorum sunt qui soluuntur: sed cum occidere festinant, hoc eis fieri contingit. Triplex quoq; horum modus est: uel enim propter ægrotantiũ imbecillitatem, uel propter morborũ fortitudinẽ, uel propter utraq; prius occidunt, q̃ soluti sunt. Alia ratione cõmunis unus omniũ huiusmodi modus est: nempe cũ supra uires existunt: nã quod ægrotantis perniciẽ continet, in hoc situm est: quippe dum nec seruari quis potest, nisi natura morborum superauerit: neq; perire, nisi natura uicta sit, morbusq; ea superior euadat. Hinc est ꝙ nonnulli unum ex magno C morbo, qui ad aliquid relationẽ habet, significari arbitrantur, ignorantes interim & sic magnũ morbum dici, quẽadmodũ si maiorẽ etiã diceremus, cum supra uires nostras fuerit. dicitur aũt ex propria substantia, ut homo, uel equus, uel bos magnus. Cæterũ de huius duplici significatu frequenter iam alibi diximus: sed omnia in omnibus inuestigare, nugatoriũ est: quod igiť ad præsens opus cõducit, hoc enarraturus sum. Itaq; morbi singuli ex sua quidem natura magnitudinẽ quandã possident: melius eñ est sic dicere claritatis gratia. Hęc morbi magnitudo uel supra uires est, ut eas grauet: uel econtrario uiribus ægri imbecillior, ut ab illis superetur, omnibus probe euenientibus. Proinde cum supra uires fuerit, homo prorsus morie-D tur. At morbi tempora tunc partim simili modo cum prædictis sumuntur, partim dissimili, siquidẽ initium similiter in morbi generatione cõstituiť, ascensus non in concoquendo, sicut in ijs qui superstites futuri sunt, sed in cruditatis, letalibusq; signis consistit. Demonstrauimus eñ, nisi fallimur, hæc inuicem differre: attamen et nunc ipsorũ non nulla ob memoriã renouandam dicentur. Itaq; colorata urina, & mediocriter crassa omnium longe est optima, quantũ ad colorem & cõsistentiã pertinet. adesse uero ei uel salubre suspensum, uel nebulam conuenit, uel subsidere, utcunq; morbi natura postulauerit. Alia eñ in biliosis morbis, alia in abundantijs quæ ex crudis humoribus proueniunt, residere tibi demõstrauimus. Ex opposito, ut ita dicam, cruda urina est quæ nec suspensum

quicq̃,nec ſubſidẽs,aut nebulam habet:imò quæ nec craſſitiẽ aliquã, uel pallidũ colorẽ aſſumpſit, ſed alba eſt,& cõſiſtentia tenuis aquæ ſpeciẽ referens,ſi certe nebulæ quędã,uel aliquid nigri ſuſpẽdet,uel ſubſidet, maxime ſi tota ſit turbida, letalis eſt: queãdmodũ ſi quædã parti farinæ craſſiori ſimilia, uel lamis,in ea apparẽt:quinetiã ſi fœditatẽ odoris habet, et pinguedinẽ oleaceã,quã ἐλαιώδη uocant,mortẽ minantur. Hæ igitur ſunt urinæ, magni morbi notę: quę ſecũdũ ipſius naturã magnũ eſſe dicebã. Magnũ aũt,ſi etiã ſputũ pleuritide & peripneumonia laborãtibus,uel nigrũ,uel amarũ uehemẽter, uel ſpumans, uel impenſe fœtidũ eſt, uel nõ omnino expuitur:ingenti dolore,uel ſpirãdi difficultate hominẽ occupãte. Reſpondent his & alij morbi,qui iecur & uentriculũ exercent, eodem letaliũ ſignorũ genere cõprehenſi. Vnde in huiuſmodi morbis uigorẽ ſimiliter cum eo qui ſalubriũ eſt, determinare non licet: nã illic maximæ acceſſiones ſtatum definiunt, hic non maximę æque determinãt: quippe cũ morbus omnino non concoquatur. Verum intellectu maximũ capere oportet, ad quod aliàs morbus peruenit, aliàs protinus occidit. In inflãmatione quę finitur, puris generatio uigoris terminus eſt. In ea uero quæ non finiet, homo etiã in eius aſcẽſu mori poteſt: & uires ualidiſſimæ uſq; ad extremã magnitudinem ſufficere. Huius etenim inflãmationis, quãdo non ſoluitur, immenſa magnitudo uel in gangręnã, uel in putredinẽ terminatur. Quouſq; uero horum nihil aſſit, augeri ipſa poteſt: ſimiliter & aliorum morborum uniuſcuiuſq; generis incrementa cenſeantur. Diximus nos ipſorum non genera modo, ſed etiã differẽtias & ſpecies integro cõmentario cui titulum, De morborum differentia, indidimus.

§ VI Illi maxime animũ te adhibere præcipio, qui prętermiſſus non mediocris erroris cauſa eſt. Nã uno & eodem tempore duobus tribúſue morbis homo infeſtari poteſt, quorũ alius iam inclinat, alius principij tempus adhuc, uel augmẽti primordia occupat: tertius plurimũ auctus eſt: deinde hominẽ mori cõtingit, non propter inclinantem, neq; nunc incipientẽ, ſed ob uehemẽter auctum. Qua de cauſa tria facultatũ corpus totũ gubernantiũ principia maxime conſidera, quo ſtatu prædita ſint. Dico aũt hæc: cerebrũ, cor, & iecur: deinde alias quoq; uniuerſas particulas, ex ſingulis principijs ortas, neruos, uenas, & arterias: ad

A hæc illas quę naturã propriã quidẽ habent, ſed ab omnibus principijs reguñt: quædã ſanè ſimiliter, quædã ab hoc magis, ab illo minus: quoniã ex hac ſpeculatione primũ, ſiue unus, ſiue plures in homine morbi ſint, inuenies: ꝓximũ eſt, cuiuſq; ꝓpria tempora ad præſidiorũ inuentionem neceſſaria, inſpicere: ob quam ſermo hic nobis elaboratur.

VII Etenim circa initiũ et fines omnia imbecilliora ſunt: in uigore fortiora, quę hęc intercedunt, medio ordine cõſiſtunt: Quia principio uicina, uigori propinquis imbecilliora ſunt, ſicut etiam fini cõtigua. Quæ uero æque à principio & uigore abſunt, mediã utriuſq; ſummitatis fortitudinẽ obtinẽt. Pari modo quę à uigore & fine æque recedũt, media & hęc propriorũ ſummorũ ſunt. Igiť in uigore, quod mitigandi uim occupat, in curatione B præpollere debet: in principio & fine, quod uehementiã habet: at media tempora pro ſummorum proportione capianť, ut in medendi methodi cõmentario copioſius dictũ eſt. Nunc deſcriptionis gratia ipſa capita rerũ percenſui, utilitatẽ temporum differentiæ in morbis oſtendens. Neq; enim quã quis uictus rationem inſtituet, inuenire poterit: neq; unquã nutrire ſine certa temporũ diſtinctiõe. Siquidem cõijcere ſignis oportet ſtatim ab initio, quãdo morbi uigor futurus ſit, & quãtæ laborantis uires exiſtant. ſi namq; uigoris tempori etiã ſine alimenti exhibitiõe ſufficere queat, optimũ fuerit, donec morbus inclinet, à cibo abſtinere: ꝙ ſi uero ſufficere citra cibũ non poteſt, proti- C nus ab initio in quolibet tempore quod alimentũ admittit, alendus æger eſt, porrò tempus hoc eſt remiſſiõis. uoco remiſſionẽ modo ſecundã partẽ totius circuitus in duo uniuerſa diuiſi, acceſſionẽ & remiſſionẽ. Hippocrates itaq; omniũ primus quorũ memoria ad nos peruenit, recte hęc diſtinxit. Pręſtat uero artẽ ipſius excolere, quod nemo propè factitauit. nõnulli etiã ab ea planè recedentes ad nugacitatẽ diuerterũt: ut Archigenes cum in alijs omnibus, tũ in duobus libris quos De morborũ temporibus inſcripſit. Diſces clare quod dico, ſi hæc duo adamuſſim diſquiſieris: unum ſanè, hæc ne quæ integro uolumine declaraui, ſcire, ad curationẽ & præſagia utiliſſimum ſit: alterum, an quid ab Archigene dictũ extet. Si eñ nullo ex uti- D libus omiſſo dicere uideť ab his diuerſa, modo duplici peccat, ꝙ uidelicet neq; utilia doceat, & lectores longis inutilium nugis grauet, moleſtetq;.

CAPITA LIBELLI GALENI DE TYPIS.

Cap. I. Præfať, de typis breuiſsime & dilucide ſe ſcripturũ propter tyrones. Typus quid. Periodus quid. Plæriq; morbi typos admittunt, febres præcipue (continuis exceptis) deinde alij, licet raro: quidam nunq̃, ut tabes, paralyſis, elephas, & ſimiles. II. Diuiſio typorum: primi, qui paruã acceſsionẽ, longam remiſsionem habent: ſecundi, qui contra. Qui eodem certo tempore redeunt, ſtati dicuntur, alij præueniunt, alij tardi ſunt. Rurſus alij ſimplices ſunt, alij compoſiti tum ex ijſdem ſpecie tũ ex diuerſis febribus. Item typus aut eſt quotidianus, aut tertianus, aut quartanus, aut quintanus, aut ſeptimanus. III. De ſignis quotidianæ & tertianæ. IIII. Hemitritæi ſigna: & differentiæ 3. eſt enim paruus medius, & magnus. Primus mutatur horis 24. medius 36. magnus 48. ſuperans ſecundum horis 12. ut ſecundus primum. Semitertiana unde dicatur. V. Quartanæ ſigna, & pulſuum eius ad tertianæ quotidianæq; pulſus comparatio. VI. De typis inordinatis, & quot modis tales ſint. VII. Typi cõpoſiti ex eiuſdẽ generis febribus, ut quotiana duplex, tertiana duplex, quartana duplex (ut etiã triplex) tum ex diuerſis: quotidiana enim iungitur aliàs tertianæ, aliàs quartanæ, aliàs utriq;: Tertiana aliàs quartanæ iungitur, aliàs quartanæ ſimul & quintanæ, aliàs ſemitertianæ.

CL· GALENI DE TYPIS COMMENTARIVS

IOANNE GVINTERIO ANDERNACO MEDICO Interprete.



CVM multi fuſius de typorum ſpeculatiõe tractauerint, neceſſarium ipſe putaui ſuccinctius & breuiter hęc percurrere: ita rem numeratu facilem ijs qui recẽs arti incũbunt, exiſtimãs, dũ ſimplex eſt: et poſt ſimpliciorem comprehenſionem faciliorem, ac ueluti ex promptu pleriſq; occurrentem. Hinc itaq; auſpicari oportet. Typus, ordo eſt intentionis & remiſſionis: periodus autem, tempus eſt intentionis & remiſſionis in morbis factum. At pauci affectus typum non imitantur, ut cũ corpus cibum non ſentit, ἀτροφία dicitur, paralyſis, elephantiaſis, & his ſimiles. Plures uero typum experiuntur quidem, ſed rarius. Omnium maxime febres typos magis comprehendunt, exceptis continuis uel inordinatis.

II Typorũ igitur alij ſunt primi, & alij ſecundi, alij conſiſtentes, alij mobiles. ac rurſus hi ſunt ſimplices, illi compoſiti. Primi igitur ſunt, qui paruam ſanè habent acceſſionem, longam autem remiſſionẽ, quales tertiani & quartani. Secũdi aũt, qui longã ſanè habẽt acceſſionẽ, paruã aũt remiſſionẽ, ut quotidianus & extẽſus ſemitertianus. inter extenſos aũt hic ſolus per excellentiã ſic apud ueteres dicitur. Conſiſtentes autẽ ſunt qui ijſdem horis inuadunt & remittunt: mobiles, qui ſemper alijs horis inuadunt. ex quibus qui quidem præuertunt, & hora citius promouent, præoccupatorij appellantur: qui tardius morãtur, poſteriores. At ſimplices ſunt, qui unum faciũt inſultum: compoſiti, qui ex pluribus conſtant & acceſſionibus & remiſſionibus. Ex compoſitis alij ſimilibus genere conſtituuntur, alij diuerſis. Ex ſimilibus quidem genere, cũ quotidianus typus, exempli gratia, ſimplex duplici quotidiano commiſcetur: aut tertiani duplices, aut duo tertiani concurrunt: aut rurſus duo & tres quartani. Ex diuerſis genere, cũ quotidianus, uerbi cauſa, tertiano complicatur, aut tertianus quartano, aut alteri cuipiam ex ijs qui eiuſdem generis non ſunt. Cæterum quotidianus eſt, qui quotidie unam molitur acceſſionem, eandemq; lõgitudine circumſcriptam, & unam eandemq; remiſſionem. Tertianus, qui tertio quoq; die unam eandemq; acceſſionem longitudine cõmoderatam, & unam eandemq; remiſſionem obtinet. Quartanus, qui quarto unam & eandem acceſſionem & remiſſionẽ experitur. Eadem de quintano & ſeptimano intelligantur, & ſi quis alius typorum ordo inuenitur.

III Quotidianum uero comitatur, habitus hu-
A miditas, pituitoſi uomitus, ſitis non intenſa, & totius corporis grauitas, ſomnus carum cataphoramq; repræſentans, pulſus magnus, rarus, & laxus, facies ſubliuida, flaccida, mollicula, & quæ multam materiæ prauitatem teſtetur, & conuerſionem. Iam lien hoc typo duritiem contrahet. Ac ſi in uetuſtatem inciderit, tremulæ, & lethargum referentes cataphoræ, thoracis fluxiones, aquæ intercutem ſuffuſiones, ſubſequuntur. generantur autem potiſſimum, ob ſtomachum male affectum. Tertianum comitatur ſitis intenſa, æſtus, acres & bilioſi uomitus, ciborum abſtinentia, animi deiectio. magna ſanè ex parte rigores hãc præcedunt, interim & perfrictio. Pulſus autem tertiana laborantibus exiguus & frequens ſuperuenit.
B Noctes quæ acceſſorios dies præcedunt, moleſtæ obueniunt. At ubi morbus prorogatur, non amplius fiunt moleſtæ, ſed etiam febrim ſiſtunt: atq; ita febricitantes aliquando ex tertiana in ſemitertianam tranſeunt: Hic typus omnium minime infeſtat, præſertim in æſtate generatus. id quod Hippocrates indicauit his uerbis: Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus ut longiſſime iudicatur: raro autem in uetuſtatem incidit, præcipue niſi in autumno iam deſinente, ac hyemem attingente conſtituatur. Vrinæ ſunt flauæ. Faceſſunt eis negocium etiam uigiliæ.

IIII Omnia uero quæ tertianam comitantur, etiam hæc hemitritæo accidunt: quippe eiuſdem generis communionem obtinent, tertio quoque
C die & remiſſionum & acceſſionum repetitiones experiuntes. At peculiariter ſemitertianis typis accidit inuaſionũ productio, & quòd inſultuum reditus, quos Græci proprie ἐπαναδιπλώσεις uocant, diutiſſime cum perfrictione & in ſtatu nondum abſoluto infeſtent. Cæterum ſemitertiana periculum minatur, ut quæ non ſolum ſtomachum & neruoſam partem attingat, & ſummatim media, ſed etiam lethargicas in ſoporem delationes, deliraſq; uigilias inuehat: interim et ad ſyncopam uſq; corpus digerat, linguam ualide ſiccet, animæ defectum efficiat, uehementer ea quę in alto ſunt commouens. In uniuerſum typus hic & ferus eſt, & periculi pleniſſimus. Interdum primo die con-
D ſtituitur, quemadmodum & reliqui typi: aliquando à ſecundo & tertio die incipit. Quare fit ut medicis huiuſmodi inſultu maxime imponat. Generatur etiam ex tertiana producta, ac interim ſolutus in tertianam facit recidiuam: nõnunquam ex inuaſionis longitudine in duas tertianas & quotidianas dirimitur. Frequentius corripit naturam uirilem, ætatem florenti proximam, tempore potius autumnali, quando etiam ualde periculoſa accidit. Porrò non ſemper continua eſt, ſed etiam

inter

intermittens reperitur. Traditum est ab Hippoc. non modo acutis eam morbis annumerandā esse, sed etiam diuturnis. Habet autem tres in magnitudine differentias. Alia enim exigua est semitertiana, alia media, alia magna. Exigua igitur est, quæ horarum uigintiquatuor interuallo uertitur: media, quæ trigintasex: magna uero, quæ quadragintaocto, quæ & continuæ febri propinqua est. Quidam uero semitertianam ita nominatam esse censent, ut semicirculum, & semisphærulam, minorem eam dimidio tertiani circuitus asseuerantes. Alij dictitant semitertianam appellari, sicut & sesquialterum numerū: ut tertiana inuasione, uerbi gratia, ex duodecim horis conflata, semitertiana quidem duodecim tertianæ horas comprehendat, dimidiumq; illarum his adhuc addat, ut omnes numero fiāt octodecim, ac dimidio maior sit tribus circuitu repetentibus typis, quotidiano, tertiano, & quartano, ut horarum sit ipse uigintiquatuor. Agathinus semitertianam dictam esse pronunciat, à relatione ad tertianam, nam utrisq; tertio quoq; die fiunt accessiones. Vtrum igitur horis aut interuallis semitertiana signetur? Agathino quidē neq; horis, neq; interuallis (ambo enim hæc circumscriptam habent magnitudinem) ut etiam semitertiana indefinitam habeat constitutionem in latitudine & horis subsequentibus.

V Quartanum typum comitantur rigores ualidi, pituitosi uomitus, lienis inflammatio, & tumor: interim cibi fastidium, sputi frequentia comitatur: interim ex contrarijs, appetitus intensus. tussicula nonnunquam adest, habitu corrupto. idcirco difficulter solui potest, ac diutius omnibus typis perdurat, ut etiam ad biennium usq; prorogetur. Porrò cum inualescit, ipse sibi coniungitur, ut duas, & tres quartanas efficiat, aut etiā ad continuitatem aliquam procedat. Rursus cum moderatior euadit, in unam conuertitur. At fiunt nonnunquam etiam periculosę ob accidentia ipsis implicata, ut phthisin postremo, aut aquæ subter cutem suffusionem efficiant. Porrò regnat potissimum autumno, & solutu contumacissima est. Si per æstatem inuadat, minime molesta est. Ac magna parte alijs prægressis inordinate superuenit, raro & ipsa ab initio constituitur. Pulsus tertiana laborantes, non adeo exiguus magnitudine comitatur, quantum quartana occupatos: neq; usq; adeo in tumorem attollitur, quantum quotidianæ febri accidit. nam pulsuum mediocritas in hoc typo inuenitur. interim etiā per initia accessionum rarior q̃ naturalis conditio exigat, apparet.

VI Cæterum febres inordinatæ aliæ typicos dierum motus conseruant, per tres typos, aliæ uero typorum expertes, per unum. Quæ igitur typicos dierum motus seruant, uel præter horas con- A suetas præueniunt, aut tardius remorantur. inordinatę autem fiunt etiam iuxta motuum speciem. quare nunc præuertunt, nunc tardius redeunt: inordinate autem utraq;: inde quòd aliàs citra ordinem moueantur, aliàs consistant, nunquam uero ordinate, ubi à nullo prohibentur manente dierum figura, in particularibus solis inordinationibus. At typi expertes præter omnes enumeratos modos, præterq; ordinem dierum fiunt: nonnullæ quidem inuadunt cum indicijs, nonnullæ omnino sunt inordinatę.

VII. Porrò speciei differentias plures esse contingit, licet autem prædicto modo considerare, & typorum prius enumeratorum proprietates con- B iungere. Porrò duplicantur ex typis primi dicti, ut quotidianus, tertianus, quartanus. Quotidianus igitur duplex est, qui singulis diebus bis similiter accedit, & remittit. Duo autem tertiani cum diuersis accessionibus quotidie oborientibus, tertio die sibijpsi occurrunt. Quartani autē cum uno die bono orto, subsequentibus duobus diebus febris accidit, figuris quæ per quatuor æstimantur in singulis inuasionū horis, seruatis. At quotidianus tertiano iungitur, cum primus dies bis insultum experitur, ac bis remittit, sequens semel, tertius rursus primo similiter. Quartanus uero quotidiano commiscetur, cum primo sanè die accessiones duæ inuadunt, subsequentibus duobus, una, quarto similiter duæ. At iunguntur quotidianus, tertianus & quartanus, cum primus dies tres ha- C bet inuasiones, ac totidem remissiones, secundus unam, tertius duas, quartus tres, quintus unam, sextus duas, septimus iterū tres: ac reliqui eundem cum primis ordinem tuentur, ac altero modo typi coeunt, in eandemq; figuram reducūtur. Coniungitur autem tertianus quartano, cum primus dies duas experitur inuasiones, duasq; remissiones, secundus nullam prorsus, tertius unam, ac quartus rursus similiter. Pari modo & reliqui subsequētes. Cōmiscetur autem tertianus, quartanus, & quintanus, cum primo die accessionem fieri cōtingit, secundo remissionem, ac rursus tertio tertiani, & quarto quartani, ac quinto pariter semel. Iam alio quodā modo huius typi insultus accidit, dum ni- D hilominus in eundē ordinis typum tertianus cum semitertiano cōplexus incidit, sicut in subscriptione habet: Hæc primo die incepit uesperi cum rigore, ac mane soluta est, perseuerauit autem usq; ad horam octauam: deinde incidit accessio cum perfrictione, ac durat nocte subsequenti, ac die usq; ad horam octauam, rursusq; remissio comitatur, deinde in noctem iterū accessio incipit cum rigore, ac die iterū remissio proportiōe similis, ac deinceps circulus similiter perficitur.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI GALENI AD EOS qui de typis siue circuitibus scripserunt.

Cap. I. Periodi nomen ueteribus notissimum, definitione nō opus habuit. posteriores addiderunt etiam typi uocabulū: & quidam hæc ambo, & taxin etiam: alij in uerbis curiosi in medendo indoctissimi typum nō aliter dicendum uolunt, nisi dies saltem & nox integra periodo adfuerint. Contra indoctos medicos, qui febres una aut altera hora citius tardius'ue inuadentes, non amplius id quod sunt, sed nouis & inusitatis nomi-

nibus appellant, ut quotidianam horis duabus quotidie citius ingruentem ex duodecim duodecumanis compositam esse dicunt: sin una hora citius, ex 24. uigintiquaternanis, etc. II. Quòd Antonino & Vero simul imperantibus primum mirabiles istos typos ab iatrosophista quodam audiuerit, quærente ab ipso qualis nam typus foret, si paroxysmus quinque horis duret, remissio duabus: qualis tamē nullus reperitur. III. Vtilissimum, in febribus præcipue, accessionem præ- nosse: ad quod primum ipsa febris qualis sit cognoscenda est: quam qui non primo die statim discernere potuerit, secundo saltem aut tertio, aut ut longissimum quarto discernet. Neque enim ulla est aut quintana aut sextana, aut deinceps febris: quæ si essent, periodus primis tribus aut quatuor diebus prænosci nequiret. Qui plures in febribus quàm tres periodorum species faciunt, nullum illi paroxysmum præsagire queunt, cum periodorū spacia ad plurimos dies extendant. IIII.

A

Contra illos qui tres quidem tantum periodos admittunt, nō statim autem ex ipsius febris natura ipsam dignoscunt: sed paroxysmorū uices & analogias, (quas antapodoses uocant) expectant. Quòd hi ad quartum saltem aut quintum diem, si febris composita fuerit, speciem eius ignoraturi sint. Hoc probat exemplo febris ex diuersis generibus compositæ, quarum singulæ diuersis temporibus infestant. Quòd hi non cogitent duorum paroxysmorum typos eandem in horam conuenire posse: quo facto, uices & antapodoses eis pereāt: ex quibus ipsi solis ideam febrium cognituros se sperabant. Imò fieri potest ut tres aliquando diuersarum febrium paroxysmi in unam horam conueniant. Eædem si quotidie accedant uno coniunctæ paroxysmo, quomodo dignoscēt illi an quotidiana sit, aut tertiana, aut quartana triplex? Sunt qui differentiam horæ qua incipiunt paroxysmi spectent: atqui fit aliquando ut una omnes hora incipiant. In summa certi nihil habent ne hi quidem cum febrium naturas ignorēt: quas tamen ad prænotionem paroxysmorum & uictum ordinandum & auxilia præscribenda omnino cognosci necesse est: Et quòd iatrosophistæ de typis scribentes hæc non spectauerint, sed inanem tantum exercitationem, ueluti conuiualia ænigmata, iuuenibus proposuerint. Illis qui febres non per circuitus modo, sed ex naturis singulorum discernunt, inutilem & uanam esse omnem de typis traditionē. Agathinus, Philistio. V. Quòd inutilem iatrosophistarum de typis calculationem, amicis rogantibus, breuiter hic per tabellam descripturus sit. Et primum typus quid apud illos, quòd ut minimum ex una die naturali, uel duobus pluribus'ue constet: periodum esse spacium ab uno paroxysmo ad alterum. Tabula typorum & periodorū, id est horarum ab uno paroxysmo ad alterum. Superat quilibet numerus horarum proximum antecedentem per 24. initium est à quotidiano typo, qui periodum 24. horarum habet, & procedit usque ad quinquagenarium, cui periodus est horarum 1176. VI. Explicatio & usus inutilis huius tabulæ, cuius hæc summa est. Numerus periodicarum horarum paroxysmi (quātuscunque is nobis oblatus fuerit) typum constituet ex totidem typis compositū quota pars ille typi alicuius fuerit. Hoc Galenus multis exemplis perspicuum facit. VII. Rursus eandem generalem de usu tabulæ sententiā seu explicationem, aliis atque aliis modis aphoristice effert. Contra autores typorum istorum, quòd unus sæpe horarum paroxysmi numerus, multorum deinceps pars aliquota sit, neque constare possit ex quonam typo potius componi dicendus sit: Vt duodenarius, omnium & singulorum deinceps pars aliquota dici potest, sic & senarius, & alii si non omnium plurium tamen. Bonum arithmeticum, sine hac tabula, omnia prompte digitis calculaturum: de quo uide capite ultimo. VIII. Quòd stolidissimi homines solius exercitij causa hæc se inquirere fatentes, innumeras interim utiles rei medicæ partes negligant.

B

Et quòd ipsi inter se dissentiant ad quot usque dies typi progrediantur. Se sententiā suam de febribus ultra quartanam alibi aperuisse, nihil hic docturum, sed alios tantum refutaturum. IX. Quòd illi qui typos ad 15. dies extendunt, exercitij (ut aiunt) gratia, suo se gladio iugulent. X. Melius facere illos qui dierū numerum indeterminatum esse dicunt, cum non similiter ut superiores ipsi in numeris sibi repugnent. Hoc tamen his absurdi contingere, quòd innumeræ febrium coniugationes ad ipsorum sententiam sequantur. Nam ut qui tres tantum primos admittunt typos, multas eorum coniugationes faciunt: ita qui plures typos inducunt, plurimas omnino syzygias admittent: quæ res infinita propemodum & incomprehensibilis est: quod ostendit exemplo per quintani typi coniugationes: quæ primum septem fiunt ex duabus quintanis, & aliæ septem ex iisdem diuerso tempore incipientibus: deinde eundem typum triplicem & quadruplicem fieri posse, licet solus ipse secum componatur: si uero cum aliis etiam sequentibus typis & quintanus complicetur, & illi similiter secum & cum aliis, innumeras per multas myriades fore syzygias, uix multis libris explicandas, quarum numerum etiam optimo arithmetico inuenire laboriosum sit.

C

XI caput libro iam perfecto propter amicos adiectum. Typis nomen est, non à periodo uel dierum numero, sed à paroxysmorum uicibus. Quartana enim à quatuor diebus dicitur, cum trium duntaxat dierum circuitum habeat, ut quintana quatuor. Quomodo possit aliquis absque supra posita tabella per digitos, uel alioqui prompte computare, quocunque horarum paroxysmo proposito, ex quo ille typo quoties compositus sit, ex Euclide.

(primi numeri qui. Pythicum, parce tempori.)

CL. GALENI AD EOS QVI DE TYPIS SCRIPSERVNT SIVE DE CIRCVITIBVS LIBER

Ioanne Guinterio Andernaco Interprete.



VETERIBVS ſanè medicis abunde hoc ſolũ fuit dixiſſe, nonnullis morborum acceſſiones per circuitũ oboriri, quem Græci periodum appellant, nõ adhuc adijcientientibus, quid uocabulũ circuitus ſibi uellet. Nouerant enim ſe Græcis hominibus libros ſcribere, qui manifeſto ſcirent, cum æquali tempore aliquid ſimile ſpecie fiat, totum hoc tempus Græcos periodos nominare. Ita igitur Olympiacas quaſdã & pythiacas appellabãt periodos: recentiores autem primum ſanè periodis, typi uocabulũ, quaſi dicas formulæ, inuexerũt. Deinde alij idem uoce periodus, ordo, & typus ſignificari: alij non idem putauerũt. Omnia uero hęc diffinire aggrediuntur alij aliter, non ſolum proprias diffinitiones conſtituentes, ſed etiam aliorum contradicentes. Qui igitur ſtudioſe diffinitiones tractarunt, cõcedentes tribus nominibus, typo, periodo, & ordine, unũ quiddã ſignificari, minus nugantur. At qui periodũ nominant tempus, quo idem fit: typum aũt non abſolute omne huiuſmodi tempus, ſed cum integris diebus & noctibus circũſcribitur, prolixas hi & inutiles nugacitates proferũt. atq; idcirco tum ſuum, tum diſcipulorũ tempus cõterentes, ubi ægros accedũt, quouis idiota ſunt deteriores. Siquidẽ idiota mentis compos cum uiderit aliquem quolibet die acceſſionem experiri, ſiue paulo tardior acceſſio ueniat, ſiue præuertat: imaginationẽ quandã periodi quotidianæ dictę habet. At ſiquis etiã induſtrius, & medicinæ ſtudioſus fuerit, eũ notio quædã ſubit duarum tertianarum, aut trium quartanarũ, atq; id à medicis diſtinctũ eſſe uolet. Qui uero prędictis hypotheſibus mancipati ſunt, ſi ęgroto duabus horis quotidie acceſſionem anticipatoriã ſuſtinenti inciderint, uiginti ſanè & duarum horarũ periodũ eſſe pronunciabunt: totum uero typum non ſimplicem, ſed compoſitũ quendã arbitrantẽ: deinde perſcrutati plurimũ, & apud ſeipſos ratiocinati, alij in digitis, alij etiam in tabella libro cuidam inſcripta, duodecim duodecumanas eiuſmodi typum eſſe dictitant. Verũ cum auditores propter hæc rident, indignãtur. Multo uero magis cũ hora una quandoq; acceſſionẽ præuertentẽ conſpexerint, tunc quoq; uigintiquatuor uigintiquaternanas enunciant: & ipſi ridentur, & alijs medicis quandam ignorantiæ ſuſpicionẽ apud idiotas conciliant. Cum enim illos ex libro uiderint cum grauitate quadã ceu rem maximã inuenientes uigintiquatuor uigintiquaternanas, ſubit ipſis om-

A
nes qui libros legũt damnare, ac potius irrationali exercitio artem tractantibus ſeſe permittunt. Si igitur quiſpiam argumenta medicorum huiuſmodi nugantium ſequatur, etiam tertianam, cum uel hora una pręuertat, uel tardius accedat, omnia potius quàm tertianam dicet. Nam præuertentem, quatuor & uiginti horarum cum ſit, implexum eſſe dicit quadrageſimumoctauũ: tardius autem uenientem, quinquageſimanã, atq; hanc referet quinq; & uiginti horarum eſſe.

II Quis igitur primus inceperit hanc attonitam ſcientiam haud noui: quando autem ego primum eum qui ipſam indicat, audiuerim, aperiam.
B
Exceſſerat ſanè nuper è uiuis Antoninus, qui Adriano in principatu ſucceſſerat: regnabat autem tunc Verus, qui ſeipſum quidem mutato nomine Antoninum uocauit: Lucium uero quem in imperij communionem acceperat, Verum appellabat. Hoc tempore quum primum audiuiſſem, admiratus ſum eos qui in hunc modum proponebant. ſi quinq; horis aliquis acceſſionem experitur, duabus remiſſionem, ut tota periodus horarum ſeptem exiſtat, idq; ordine deinceps fiat, quis typus cenſeri debeat. Reſpondi igitur ſtatim ei, id ne fieri quidem poſſe. nam breues ita acceſſiones, longas facere declinationes, ac omnino etiam ad integritatem peruenire. Tu acceſſionẽ quidem,
C
dicebam, narras morbi mitiſsimam: periodorum autem frequentia pernicioſiſſimam ipſam rurſus pronuncias. Non, inquit, conſideretur in præſentia, utrũ hypotheſis fieri poſsit, an minus, exercitij aũt gratia huiuſmodi inquiri permittito. nã ad uariorum typorũ inuentionẽ doctiores nos efficit.

III Illi igitur, ꝙ huiuſmodi exercitiũ ineptiores nos potius reddit ꝙ̃ promptiores, oſtendere tunc tentaui: nunc alijs oſtendã, ubi prius percenſuero, quis tandem huius ſpeculationis uſus exiſtat. Quoniã igitur nihil adeo utile eſt, præſertim in febribus, ut acceſsionũ futurarũ principia prænoſcere, ſiquis ſtatim ab initio artificiali coniectura id poteſt efficere, plurimũ ægrotanti per totum
D
morbi decurſum profuerit: ſin aũt ſtatim ab initio nequeat, procedente aũt tempore poſsit, reliquo tempore ægrotũ iuuabit, & quanto citius in morbi ſpeciei notitiã uenerit, tanto longiori tempore ægrotanti auxiliabitur. Incumbendũ igitur eſt ſtatim per initia, ut cognoſcas qualis ſit febris, ſicut in cõmẽtarijs De criſibus oſtenſum eſt, ac magna ex parte firmiter licet hãc ex notis illic proditis cognoſcere. At ſi quæ prima die dubitatio fuerit oborta, in ſecundo diſcerni debet: ſin etiã hunc quandoq; effugiat, tertio certe cognoſcetur. ꝙ ſi hunc etiã interim effugiat, ꝗd raro accidit, ſaltẽ in quarto neceſſario intelligetẽ: ſi neq; in hoc quis morbi

ſpeciẽ cognouerit,ſed etiamnũ dubitat,magnam partem artis hic ignorat. Nã cum alia,tum acceſſiones omnes febrium, uel in ſingulis diebus, uel tertio, uel quarto inuadunt: cum in pluribus ſanè morbis,in quibus etiã præcipue uſus prenotionis eſt,acceſſio futuræ tertio quoq; die ſit & ſingulis, in pauciſſimis aũt quarto. Sed dicet forſan aliquis recentiorũ horum ſophiſtarum, etiam quinto die periodos quaſdã fieri, & ſexto, & ſeptimo,nõnullasq; alias ad multos dies extẽdi: quos reuera beatos prædicare ob admirandã intelligentiã licet, ſi non aſſequuntur ex his quæ dicunt,ſe totius de typis operis utilitatem è medio prorſus tollere. Qui igitur confitentes ſe à primo die febrium ſpecies dignoſcere neſcire, expectãt uſq; ad quartũ, neq; quintanam aliquam periodum,neq; ſextanã,neq; extra has aliquam uidiſſe pronunciant, etiã ſi non ſecundo,aut tertio,ſaltem ſequentibus(ſequenti) de futura acceſſione aliquid ſperare poſſunt. Illi uero qui in numeroſam dierum multitudinẽ dies extendunt, futuram acceſſionem neutiquã poſſunt prænoſcere. Verbi cauſa,in primo die ortæ licet & in quotidiana, & tertiana, & quartana, & quintana,omnibusq; ſubſequentibus ineſſe.Si igitur in ſecundo die orta eſt acceſſio ſiue non,de tertio die nihil poterũt ſperare, qui longas periodos inuehũt. Fingamus itaq; poſt primum diem neq; in ſecundo,neq; in tertio,neq; in quarto,acceſſionem accidiſſe. Qui ſanè tres ſolas periodos nouerunt,hominem è lecto erigunt, ac conſueta obire iubent, ab omni ſuſpicione liberatum arbitrãtes: qui uero etiam ſequentes,quæ multorum dierum ſunt, fieri dicunt, ſimiliter quintum diem merito ſuſpectum habent,quemadmodum & alios priores:ita uero & ſextũ, ſeptimũq;, aliosq; ſubſequentes,At ſi etiam in ſecundo die quædam oboriatur acceſſio,incertũ eſt,an ſecundũ quotidianæ figuram, proportionem cum ea quæ primũ facta eſt, tueatur,ſiue alterius periodi ſit initium.Hac ratione ſi etiam ſecundũ tertiam periodum in ſecundo orta fuerit. Nam ignoranti ſtatim ab initio diſcernere num quotidiana ſit,an tertiana, ſiue alia quædam febris, incertũ unáne ſit quotidianæ duarum tertianarũ implexus, uel etiã trium tertianarum. Ac de alijs maioribus periodis eadem ratio eſt.

IIII Quòd igitur qui multas eſſe periodos arbitrantur,nõ ſolas tres,haud unquam futuram acceſſionem prænoſcere poterũt, oſtenſum iam eſt. Dicamus autem deinceps de ijs, qui ſolas tres arbitrant̃,non tamen ex propria natura unã quanq; naturam dignoſcunt, uerum ex acceſſionũ repetitionibus.ita enim ſolent nominare ipſi acceſſionum proportiones.Tales ſi non ſemper quemadmodũ priores,acceſſionem futuram ignorabunt, certe uſq; ad quartum,aut quintum neceſſario.Ponamus enim in primo die unam obortam eſſe acceſſionem, in ſecundo duas, in tertio rurſus duas, & totidem in quarto. Poteſt itaq; & talis eſſe ſimplicium periodorũ implexus,ut in primo die quotidiana inceperit: in ſecundo, tertiana: in tertio, poſſit & tertiana, poſſit & quartana incepiſſe, in-

A certum enim hoc ante quintũ eſt: deinde in quarto die,quartanæ, quæ ſecundam acceſſionem iuxta primũ diem incepit, & tertianæ,quæ in ſecundo auſpicata eſt,ſecundam.Conſtat autem omnibus quintum diem duas habiturũ acceſſiones, nempe ſecundam tertianę,quæ die tertio incepit, & quartanæ, quæ ſecundam die ſecundo auſpicata eſt. Fieri autem poteſt alijs pari modo habentibus,ut duæ aliæ tertianę,aut duæ quartanę aliæ in tertio die inceperint. Quoniam enim quartus dies in tali hypotheſi nullam habet cum tertio communionem,accidit & duas tertianas duasq; quartanas, & tertianam quartanamq; unà in tertio die incipere.Mirari autẽ ſubit eos qui huiuſmodi implexus componunt, ꝙ non intellexere fieri poſſe,
B ut duorum typorum acceſſiones in eandem horam cõueniant: q̃d ſi eueniat, corrũpuntur ipſius repetitionis notæ. In propoſita igitur hypotheſi accidit, ut alia quartana in primo die hora ſecũda incipiat, alia quartana undecima. Quæ cum ita ſe habent, una in quarto die eſt acceſſio ſecunda hora inuadens: non tamen unam dicunt aliquando fieri ſecundum ſubiectã hypotheſin, ſed duas perpetuo. Contemplator aũt quomodo licet & tres ſimul acceſſiones in unam horam cõcurrere, atq; ideo nõ ignorari implexũ ab ijs, qui uniuſcuiuſq; typi ſimplicis ſpeciem poſſunt dignoſcere. Fingamus enim in primo die quartanam hora tertia incepiſſe:in ſecundo, eadem hora tertianam: in tertio,eadem hora quotidianam: neceſſe iam his ſub
C iectis in quarto die unam acceſſionem trium circuituum in idem inter ſe peruenientium hora tertia oboriri. Sed nullus ipſorum hoc literis mandauit, omnes aũt tanq; ex uno ore in prædicta nunc hypotheſi in quarto die tres fieri acceſſiones dicunt,ſiue quis ſingulis diebus ſemel ægrotum acceſſionem habere ſtatuat. Nonnulli ſimpliciter quotidianam pronunciant, nõnulli uero duas tertianas eſſe, ac tres quartanas poſſe dicũt.Quomodo tamen diſcernere ipſas cõueniat, plures ipſorũ neutiquam inquiſierunt: nonnulli differentia horarum cõiectant, tanquam non liceat hora ſexta, uerbi cauſa,oẽs diebus diuerſis inuadere.Quod ſi fiat,ſingulis diebus continget unam apparere acceſſionem trium periodorũ inuicem implexarũ, quotidianæ, tertianæ, & quartanæ. Nam primus
D dies quartanã habebit ſolam, ſecũdus tertianam, tertius quotidianam, quartus ſimul omnes tres in idem tempus congreſſas: ob quas quintus rurſus dies quotidianã habebit ſolam, ſextus præter hãc etiam tertianã, ſeptimus tres in idem tempus congreſſas.Nõ igitur conſtat, ut dictum eſt, utrũ quotidiana una ſit,an duarum tertianarũ miſcella, aut tertianarũ & quartanarũ, aut quartanæ, tertianæ, & quotidianæ.Atqui nõ eadem eſt curatio tertianę, quartanę, & quotidianę, niſi & hoc arbitrent̃. Ex quo enim imperitia ſimul & impudentia eorũ qui in artẽ inſiliunt laſciuiũtq; præpollet, miri nihil eſt quibuſdã etiã talia ignorari: uerũ nos nouimus quã differentẽ quotidiana una à tertianis duabus, ac tertianę à quartanis curationẽ deſiderent:

ac neutiꝗ fieri poteſt, ut ij qui uniuſcuiuſꝗ ſpeciē ignorant, diſcernant. Ac ſubinde in ægrotantibus medicos uidimus duarum tertianarū implexum, quotidianam unam eſſe autumantes. quibus uix perſuaſimus ęgrotū à duabus tertianis infeſtari, ſoluta quidem ex ipſis prius mitiore, relicta autē ſola difficiliori. Omnes igitur qui de typis libros ſcripſerunt, uidentur nihil curare præſidium quod ex ipſis in prænotionem & uictus rationem peruenit: ſed quemadmodum dicunt, ita quoꝗ faciunt, exercitia iuuenibus hæc ſcribentes, ſimilia ænigmatis, quæ in cœna proponunt. Si igitur ipſos abſolute uelint exercere, id facere liceret, ducentes ipſos ad geometriam, arithmeticen, logiſticen, & dialecticen. At ſi ut inuadentem acceſſionē prænoſcant, ad hoc perueniūt exercitij, ex toto errāt, qui iuuenibus, prauis inſiſtere uijs, ex his perſuadent, unde nihil inueniunt, uel in prænotionē, uel in curationem utile: cum liceat ipſos edocere quo modo acceſſionem internoſcant febris quotidianæ, tertianæ, quartanæ, ſemitertianæ tertianæ naturam referentis, aliarumꝗ ſingularum, quæ non modo circuituum figura, ſed etiam tota natura inuicem differunt. Nam qui has ignorant dignoſcere, inutilis ipſis tota de typis ſpeculatio eſt: præſtiterit autem forſan dixiſſe, quòd tota hæc ſit ſuperuacua. Ei uero qui proprijs ſignis unamquamꝗ febrem noſſe ſtuduerit, non modo lucro eſt uanam loquacitatē cōtemnere, ſed etiam uictus ſpeciem unicuiꝗ conuenientē prænoſcere. Sed hi ſanè ad huc tolerandi ſunt: Etenim Agathinus uir nō uulgaris, in eiuſmodi diſciplinam ſucceſſit. At qui ſeptem horarum circuitus faciunt, deſiderabāt quidem non nos, ſed Philiſtionem, aut huiuſmodi ſimilem nugas ipſorum irridentem.

V Quoniam uero recentiorū nonnulli me precibus adegerunt, ut quam ego ludens ipſos docui methodum ad typorū, qui in huiuſmodi hypotheſibus aſſerunt, inuentionē, in tabulā reponerē, in illorū gratiā etiā diem unū in hoc ſermone nō grauatim collocaui. Incipiamus igitur iam diſciplinā ipſorū, hinc ſumpto initio. Typum hi uocant, non omnē circuitū, ſed ſiquis ex integris diebus & noctibus conſtitutus eſt: & ſecundum unumquenꝗ dierum numerum peculiarem typum eſſe uolunt, non autem uiginti et triginta ſolum dierum, ſed etiam ultra hos typorum circuitus extendentes. At in typis his acceſſionis tempus ad alterā acceſſionem non amplius quidem typus, ſed hoc ſolū periodos ipſis nominatur. Audiui autem iam quendam etiam librū integrum non exiguum conſcripſiſſe, docentē quomodo quis in unaquaꝗ periodo acceſſoria propoſita & ſpeciem inuenit, & typorum numerū: ac per deos admiratus ſum quæ tandem eſſent quæ in libris dicit: nam methodus ex quibus quis inueniat, quot ſint typorum implexus, paucisſimis uerſibus doceri poteſt. Talis cum ſit, numerū horarū uniuſcuiuſꝗ typi promptū habere cōuenit, uel in memoria, uel in charta deſcriptū. Quotidianæ typum uigintiquatuor, tertianæ quadragintaocto, atꝗ ita deinceps quartanæ qui-

A dē ſeptuagintaduas, quintanæ nonagintaſex, ſextanæ centū uiginti, ſeptimanæ centū quadraginta quatuor, & aliarū, ut hæc tabula ſubſcriptū habet.

	TYPI	HORAS.
	Quotidianus	24
	Tertianus	48
	Quartanus	72
	Quintanus	96
	Sextanus	120
	Septimanus	144
	Octanus	168
	Nouanus	192
	Decumanus	216
	Vndecumanus	240
	Duodecumanus	264
B	Tridecumanus	288
	Quatuordecumanus	314
	Quindecumanus	336
	Sexdecumanus	360
	Septemdecumanus	384
	Octodecumanus	408
	Nouemdecumanus	432
	Vigeſimanus	456
	Vigeſimanuſprimus	480
	Vigeſimanuſſecundus	504
	Vigeſimanuſtertius	528
	Vigeſimanuſquartus	552
	Vigeſimanuſquintus	576
	Vigeſimanuſſextus	609
	Vigeſimanuſſeptimus	624
C	Vigeſimanusoctauus	648
	Vigeſimanuſnonus	672
	Trigeſimanus	696
	Trigeſimanuſprimus	720
	Trigeſimanuſſecundus	744
	Trigeſimanuſtertius	768
	Trigeſimanuſquartus	792
	Trigeſimanuſquintus	816
	Trigeſimanuſſextus	840
	Trigeſimanuſſeptimus	864
	Trigeſimanuſoctauus	888
	Trigeſimanuſnonus	912
	Quadrageſimanus	936
	Quadrageſimanuſprimus	960
	Quadrageſimanuſſecundus	984
D	Quadrageſimanuſtertius	1008
	Quadrageſimanuſquartus	1032
	Quadrageſimanuſquintus	1056
	Quadrageſimanuſſextus	1080
	Quadrageſimanuſſeptimus	1104
	Quadrageſimanuſoctauus	1128
	Quadrageſimanuſnonus	1152
	Quinquageſimanus.	1176

VI Huiuſmodi habeāt in charta tabulā paratā, qui facile calculare nō poſſunt. Poſt huius apparatum inſpiciat̃ propoſita acceſsio horarū pro ratione acceſsionum recurrentium, cuius primus ſcriptarum numerus eſt particula. Cum enim ipſum inuenerint, typi genus habebunt. genus autē, uel ſpeciē, uel formam, uel naturam in præſentiarū dicere nihil intererit. Numeris typorū inuentis par-

ticulam quoq; habebunt. Si enim tertia fuerit particula horarum typi numerus circuitu repetens, tres dices typos illos inuicem implexos: si quarta, quatuor: si quinta, quinq;: numero semper ex parte nomen imponens. Vt igitur exemplo methodus fiat manifestior, fingamus aliquem accessionem experiri horis sex: hanc autē remittere duabus, ut totus circuitus octo sit horarū. In hac hypothesi cōsiderato quæ pars sint octo, nempe uigintiquatuor: deinde inueniens tertiā esse, quotidianas tres implexas esse dices: quotidianas sanè quoniam numeri uigintiquatuor pars est, numerus octo cōtinens: tres autē, quia tertia pars. Fingamus rursum sedecim horarū esse accessionū circuitū, quoniam igitur sedecim numeri uigintiquatuor nulla est particula, quadraginta autem octo tertia est, & quadragintaocto tertianæ periodi sunt numerus, tres febres tertianas inuicem implexas esse dices. Fingamus rursum accessionum periodum esse horarum octodecim, pars autem hæc est neq; quotidiani numeri, neq; tertianæ, sed quartanæ, quæ est horarū septuagintaduarū. dices igitur quatuor quartanas implicatas esse. quartanas sanè, quoniā ex septuaginta duarū horarū numero constat, quatuor autē, quoniam octodecim horarum numerus pars est septuagintaduo cōtinentis. Statuamus iterū accessionū periodum horarum esse quinq;, pars autē sunt quinq; horæ centenarum uiginti uigesimaquarta, dices igitur typos sextanos uigintiquatuor inuicem esse implexos. Pone rursus accessionum horarum periodum septem, pars autē hæ sunt centenarū sexagintaocto horarum, hoc est octani typi uigesimaquarta. Quare pronū ciabis typos octanos esse uigintiquatuor. Finge iterū accessionū periodū horarum nouē, pars aūt sunt hæ ducentenarū sedecim horarum uigesima quarta: hæ rursus sunt ducentæ sedecim, decimi typi circuitus. Erūt igitur in hypothesi hac decumani typi quatuor & uiginti. Subijciaꝛ rursus accessionum periodus horarum decem: duodecima autem pars est numerus hic centenarum uiginti, qui est sextanæ periodi. idcirco sextanæ erunt duodecim. Ponatur iterum accessionum circuitus undecim esse horarū, numeraꝛ aūt ducentarū sexaginta quatuor numerus ab undecim per uigintiquatuor. Erunt igitur uigintiquatuor typi duodecumani inuicē cōiuncti, quoniā secundum uigintiquatuor numerum, undecim cōtinens numerus, duodecumani typi horarum numerum metiꝛ, qui est ducentarū sexagintaquatuor. Semper igitur typorum species ex numeris in tabula descriptis inuenietur, multitudo uero ipsorum deprehenditur, si noscas quota numeri pars accessionū horarū numerus existat, quod idem est, ac si noueris iuxta quē numerum ijs qui accessionum est typi numerum metiꝛ. siquidē à se mutuo denominationē sumunt & numerus hic & particula. Nihil igitur interest dicere, tertiā esse partē duodecim horarum quaternariū numerum, aut duodecim per tria in quatuor partiri. Simile huic est etiā si ita dicamus, quaternarius duodenarium per ternariū metitur.

A VII Redacta igitur rursus in pauca capita methodo ad alium deinceps sermonē digrediamur. Erunt porrò tanq; quædā ipsius diffinitiones huiusmodi. Inspiciendæ ueniunt accessionū periodorū horæ, quota pars sint horarū typorū. etenim à parte denominatus numerus, copia typorū erit: at qui ab his partitur, ipse typus est. Alia autē oratione idem sic interpretabitur. Accessionū periodi numerū horarū inspicito, per quē metitor quēlibet ex ijs qui tabella habenꝛ. ipse enim ex tabella numerus typorū speciē indicabit: per quem uero ex ijs periodi numerus metitur, multitudinem ipsorū indicat. Alia uero oratione idē hoc pacto exponetur. Numerus horarū circumeuntium per accessiones æstimatus, quoties metiꝛ aliquē ex ijs B qui secundum typos habeꝛtur, toties typus ille ipsi implicatur: siue autē implicaꝛ, aut cōplicaꝛ dicas, nihil refert. Iam multis alijs uerbis eandem methodum licet interpretari. Verū sufficit etiā hactenus uanā istorū artē percensuisse, ut paucis capitibus singulos errores, qui sequuntur possimus ostendere, rursus à promptioribus exorsi. Vbi enim circuitus per accessiones repetēs horarū duodecim fuerit, possunt quidē & duæ tertianæ esse, possunt & quatuor tertianæ, & quartanę nihilominus sex, & octo quintanæ, & decē sextanæ, & duodecim septimanæ, & quatuordecim octanæ, & sedecim nouanæ, & octodecim decumanæ. Rursus igitur eodem modo uia nugacitatis non parua inueniꝛ, quæ sistere nequit, neq; ullum habere scopū diffiC nitū ubi circumscribere ipsum erit necessariū. Cur enim magis usq; ad octodecim decumanas, aut uiginti undecumanas, aut uigintiduas duodecumanas procedere conuenit, quàm ad aliquem periodorum subsequentium? Licet enim dicere uigintiquatuor quidē esse quatuordecumanas, sex autē & uigintiquinq; sedecumanas, octo uigesimanis quinis & decumanis similiter his licet apponere. Satis iam hoc est de quotidianis. At adhuc nugacius in tertianis & quartanis, ac multo magis omnibus his sequētibus agunt. Vel enim sedecim horarū periodus nihilo magis est trium tertianarum, q; sex quintanarum, aut septimanarū nouē. Potest hęc duodecim quidem nouanarū esse, quindecim autem decumanarū, octodecim tridecumanarū, D unius autē & uiginti quindecumanarū, ac ad portionē omniū subsequentiū. Verū mihi abunde est uiam tantū indicasse, qua in huiusmodi tēpus conterunt. Quinetiā quindecim horarū circuitus (ubi enim huius adhuc uiā indicauerim, ad aliud transgrediar) quatuor quidē quartanarū est, octo septimanarū, decumanarū sedecim. Atq; horū omniū uniuscuiusq; methodus est, ut in digitis citra tabulæ operā possis calculari. Verū ego sanè loco institutionis singula hęc profero ijs qui per ætatē puerilē in numeris statim sunt exercitati. Nam homo inexercitatus nō mensibus, sed totis annis ad eos indiget, quo in rebus inutilib. fiat prudēs, quæ cū studio nōnullos sibi inuicē proponere non pudet.

VIII Quòd igitur bifariam errāt omnes qui de typis cōmentarios scripserunt, dum neq; morborum

rum species docent, neq; in rebus frugiferis tẽpus cõsumunt, abunde satis puto demonstratũ. Quandoquidẽ uero coegerunt nos relictis utilibus tempus in refellendis ipsis perdere, ostendemus utiq; eis in quantam stupiditatem perueniant, tum ipsi, tum qui ipsis tanq; utile aliquid docentibus attendunt. Nam cum fateantur de re quæ fieri non potest uerba facere, attamen ceu exercitium quoddam tractantes, ne millesima quidem totius curationis parte exercentur. Præterea argumenta ipsorum inter se pugnant, quæ etiã prima tibi percensui, nonnulli ipsorũ usq; ad quindecim dies typorum circuitus procedere statuunt, nonnulli uero usq; ad mensem, sunt qui etiã ad duos tresúe menses uenire ponunt. Ego uero quam sententiam habeã de ijs quæ Hippocrates dixit extra periodum quartanam, alibi indicaui, ubi docui mihi esse persuasum speculationem arti cõmodam existere.

IX Nunc autẽ (neq; enim docere mihi propositum in hoc sermone est, sed reprehẽdere eos qui neq; utilia scribunt, & speculationẽ laudant inutilissimam) ad primos me cõuertam, qui usq; quindecumanũ typum exercitij causa procedere se affirmant, quippe imprudentes hi & nescij suam ipsorum hypothesin alijs, quas apponũt, peruertũt. Si enim febris, quæ per horas uigintitres accessionem habet, non est quotidiana preuertens, necessariũ est ipsam quatuor & uiginti uigesimasquartanas existere. Quemadmodũ igitur & eam quæ una hora tardius inuadit uigesimassextanas esse, easq; uigintiquatuor. Non igitur uere dicunt qui typos in quindecim dies exporrigi statuunt, multo magis cum uel tertianarũ, aut quartanarũ, aut sanẽ quintanarũ circuitum horis uel duabus, uel tribus tardius inuadentem, aut præuertentem, in typorũ implexus ducãt. Similiter uigintiquatuor uigesimassextanas. Vt eñ relicto quindecim dierum circuitu ad quintanæ periodum ueniã, in hoc typo, siquidem una hora accessio preuertat, uigintiquatuor nonagesimasextani erunt: sin autẽ moreť, uigintiquatuor rursus nonagesimoctani. At si nonnullas iam præuenientes tardantesq; statuunt, manifesto suam tollũt hypothesin. Quare necessariũ est typos integris diebus & noctibus circumscribi, ipsos statuere, aut nihil est quòd nugentur. Eo autem statuto typi in longum dierum numerum procedent, quamuis illi nolint.

X Melius igitur forsan faciunt, qui per initia statim numerum dierum secundum typos incõprehensibilem esse statuunt. Si enim etiam aliud nihil dicunt, pulchrẽ saltem ne quis contra ipsos differat effugiunt, non quemadmodũ priores à seipsis damnanť, dum typos usq; ad quindecim dies progredi affirmãt. Coguntur autem uti non solis, qui ex multis Decadibus componuntur, sed etiam ijs qui ex centurijs cõstant. Quoniã igitur nequeunt typorum multitudinem effugere, fieri non potest ut implexus inuicem connectentes euitent: sed quemadmodum qui tres typos solos esse ponunt quotidianam, tertianam, & quartanam, tamen ex ipsarum implexu multa efficiunt paria, ita necessa-

A rium erit etiam his omnes typos inuicem coniungi. Sicut igitur coniungunt tres cõmemoratos primum sanẽ unumquenq; sibi, deinde inter se, sic necessarium erit his quoq; coniungi. Incipiamus igitur à quintana, ostẽdamusq; ipsis quomodo huic coniuncta permulta efficiat paria siue implexus. Vnum itaq; par tale est, primo die incipiat quintana, deinde tertius quartusúe dies ab omni febre purus sit: quintus sanẽ quintanæ, quæ primo die incepit, secundam habeat accessionem: sextus autem, eius qui secũdum inuasit: deinde septimo & octauo à febri liberis, nonus quidem tertiam primæ quintanæ habeat accessionem, decimus uero secũdæ & ipse tertiã deinceps. Pari portione quarta quintana procedet. Nihil autẽ refert in præsentia duplicem'ne quintanã, aut duas quintanas hic

B dicas, quod nec ipsum omnes cõcedunt. Alterum par duarum quintanarum. Primus dies unam accessionem unius habeat quintanæ transitionem, secundus liber sit, deinde tertius alteram quintanam incipientẽ habeat, proportione in subsequẽtibus diebus seruata. Aliud duarũ quintanarũ cõiugium. Primus dies alteram ipsarũ, quartus alteram incipientẽ habeat, subsequẽtibus diebus pro portionẽ seruantibus. Quartũ coniugiũ duarum quintanarũ, altera ipsarum prima nocte inuadat. Quintũ duarũ quintanarũ coniugiũ, altera ipsarũ prima die incipiat, altera secunda nocte. Sextum duarũ quintanarũ par, altera prima die auspiceť, reliqua tertia nocte. Septimũ duarũ quintanarum

C par, altera primo die incipiat, altera quarta nocte. Hæc igitur septẽ coniugia cõiunximus, statuẽtes priorẽ quintanã primo die auspicari. Rursus autẽ alia septẽ faciemus, primam ipsarum nocte prima incipere proponẽtes. Si igitur ita ipsi & sextanam adiunxerimus, constat plura simul fore coniugia, ac plura adhuc eorum quæ septimanã cõnectunt, aut multo plura quæ octanam, uel etiam quæ decumanam: ut nihil dicam de uigesimanis, trigesimanis, quadragesimanis, quæq; has uisæ sunt necessario hypotheses ipsorũ sequi. Illæ igitur in præsentia dimittantur. Fiant autem nobis usq; ad decumanum, ac primũ mihi considera, ut nunc cum duplex quintana gignitur, cõiugia dicimus. Si autem triplex oborta fuerit, constat multitudinem

D haud paucorum parium aliam generari. Iam uero licet & quadruplicẽ ipsam fieri quotidie, una inuadẽte accessione. Quintuplex fiet mista quadruplici, una nocte quinta quadam post cõmemoratas quatuor, quintana, atq; hac rursus ipsa quadrifariam. uel enim in prima nocte principiũ potest sumere, uel quadam subsequenti, aut secunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta. Hoc autem ipsum uarium his est etiam in alijs typis, & maxime in his qui plures dies continent. Si igitur omnem quintanæ uarietatem ei qui in sexta est coniunxeris, consideras opinor quanta sit multitudo. At si eis uel septimanam miscueris, uel octanam, aut aliquam subsequentium, deinde rursus ex quatuor typis ita inuicem complexis alia facias coniugia, deinde ex quinq;, postea rursus ex pluribus, puto

te in-

te intellectu colligere, quantus coniugationũ numerus sit, aut quot indigebit libris ad eorum disciplinam. Qualis enim in eis erit plexus conabor tibi paucis indicare, initiũ sermoni hinc cõstituens. In singulis typis prius conueniet coniugationum uarietatem persequi, ut in quintana paulo ante ostendit: postea ipsas inter se complicare. Primum sane unum par eorum quæ ex quintana fiunt misceatur uni sextanæ coniugio, ut ex duobus paribus tertiũ quoddã aliud oriatur: deinde omnibus omnia deinceps cõnectere, postea ita unum duobus, hinc tribus, hinc pluribus, usq; dum uniuersa typi qui cõplicatur coniugia uni permisceas. Post hoc duo paria unius typi quintani uni per singula alia miscere, deinde duobus, aut tribus, aut quatuor, usq; dum omnia inuicẽ cõplicueris: deinde ita rursus quatuor coniugia, ijs quæ in unoquoq; typo sunt, miscere. Postea quinq;, deinde sex, usq; dum omnia quintani coniugia omnibus alijs permiscueris, non simul uidelicet omnium, sed unius cuiusq; separatim, ut quintani paria ijs quæ in septimano habẽtur: postea ita octani, aut nouani, aut decumani, aut alicuius subsequẽtiũ cõiugijs. Inde quemadmodũ quintanũ singulis alijs cõmiscuisti, ita iam decumanũ unicuiq; aliorũ miscere. Postea septimanũ, octanũ, & reliquos. Vbi uero hoc feceris necessariũ erit, triũ typorũ cõiugio omnia omnibus coniungere, hinc quatuor, inde quinq;, mox sex, postea septẽ, atq; ita cõsequenter, donec omnia omniũ cõplicauerimus. Porrò quòd adeo copiosa pariũ erit multitudo, ut numeratu difficilia sint decem milia, quemlibet puto etiã numeri imperitũ intelligere. Iam qui arithmeticis sermonẽ cõmunicauerit, audire ab ipsis multitudinẽ poterit. Ego enim si ostendere nũc ei uellem, maiori opus esset libro de his quæ hæc nugantes scripserunt, non cõsiderãtes me uel millesimã cõplexuũ particulã attigisse, etsi multa inaniter sint locuti. Si igitur utile esse arbitrant̃ typos inuicẽ cõmiscere, subsistãt ubi utilis uel millesimã partẽ inuenerint: sin autẽ inutile, reueriti iam tandẽ uocẽt ad libros Vulcanũ, aut si ipsi non uocent, tẽpus corrũpet. Quis ẽm ex ipsis alius adhuc scribet? quis nõ & hos iam dissecãs in quotidianos usus admittet?

XI Cum autẽ hæc iam scripta essent, & quibusdam amicis tradita, & quum amici illi discere cupiant, quomodo tabula se habeat, ego statim proponentibus typorũ multitudinem respondeo. Est itaq; methodus non alterius cuiusdã generis, sed priori subiecta. Persuadeberis autẽ & ipse rem ita habere, si reuoces prius in memoriã, eamq; promptam semper habeas, nempe diem nos hodie appellare, tempus ex die & nocte cõpositũ: sic itaq; & annũ esse dicimus, dierũ trecentorũ sexagintaquinq;, & quartæ unius partis. Cũ itaq; diei unius quatuor & uiginti horæ fiunt, duorũ quadraginta octo, triũ septuagintaduę: nomina uero typis non à diebus cõpletis sunt, sed ab accessionis repetitione, Tertianã sanè appellamus, cui tertio die accessio oboritur, duobus interea iam nimirũ etiã absolutis: quartanã, cui quarto quoq; die, tribus & in

A hac interea diebus cõpletis, ac in alijs ad proportionẽ. Quapropter cum circuitũ typi quatuor dierum inueneris, quintanam ipsam dices. non idem nanq; est, quinto die accessionẽ inuadere, & quinque dierũ esse circuitũ. In memoria igitur hæc ponens rursus succurrat tibi dictę prius in tabula Methodi. Dictũ autẽ est propositũ horarũ periodicarum numerũ, quæ inter duo principia fit accessio, inspici debere, utrũ metiatur in tabula cõtentum numerũ quemlibet. Erant illi pro horarũ multiplicatione uigintiquatuor, effecti. Vt igitur citra tabulã ipse in digito inuenias, hoc ipsum facito, sex quidẽ & octo proposito, cõmode utiq; inuenies quatuor quotidianas fieri, cum sex horarũ circuitus propositus existat: tres autẽ, cum octo. Septẽ B autẽ proposito, aut alio quodã non metiẽte uigintiquatuor horarũ numerũ, inspicito utrũ propositus partẽ aliquam habeat, an nullam, nisi unionẽ. Si enim habet aliquã præter unionẽ partẽ, quemadmodum nouẽ tertiã, quindecim tertiã & quintam, inspicito qualis ipsius pars cõmunis sit cum numero uigintiquatuor. Exempli itaq; causa, tertiam sanè uigintiquatuor horarũ numerus, quintã autem nõ habet, quemadmodũ quindecim horarum numerus. Si igitur proposita periodus horarum nouem fuerit, tertium sanè huius capies, tertiũ autẽ & numeri uigintiquatuor, octo: ac dices octo typos esse tribus diebus circũscriptos. uellẽ te huiusmodi typos quartanos nominare. Sed dũ quindecim horarũ circuitus fuerit, quindecim sanè C tertia parte capta, quinque dierum typos esse, quod est sextanos, dices. At horarum uigintiquatuor quoniã & harũ tertia pars octo sunt, tot esse dices etiã sextanæ typos. Quòd si nulla particula propositus numerus fuerit, qualis est septenarius, uigintiquatuor octanas. Ita quoq; si decẽ horarũ propositus fuerit circuitus uigintiquatuor, typos esse qui undecim dies cõprehẽdũt, dices, hoc est, undecumanos. Sic ubi tredecim horarũ circuitus fuerit, quatuor & uiginti. Pari modo si maior fuerit propositus circuitus q̃ horarũ uigintiquatuor, siquidẽ nullam habet mensuram cõmunẽ cum numero uigintiquatuor, quemadmodum in uigintiquinq; contingit, uigintiquatuor esse typos uigesimossextanos esse dices, queãdmodũ & in uiginti. D At si cõmunis utriq; mẽsura quępiã fuerit, quẽadmodũ in uigintiseptẽ numero tertia pars est, octo decumanos asseuerabis: quandoquidẽ horarũ uigintiquatuor, tertia pars sunt octo: uigintiseptẽ autẽ, nouẽ. Quippe cõstat decumani typi circuitum esse dierum nouem absolutorum, qui sanè horarum numerum ducentarum sedecim efficiunt, cuius pars octaua est propositus uigintiseptẽ horarum numerus. Hæc igitur methodus cõmuni in tabula prędicta subiacet, tantum ab illo differens, q; aliquis etiam citra tabulam inuenire potest primum horarum numerũ, diurnis circuitibus mensuratũ, cuius pars est, propositus. Hæc speculatio ostensa est etiã ab Euclide in libro Elementorum, septimum autem ipsius est caput. At maius utriq; numero cõmunę capientes, considerare oportet,

quoties cõmunis hæc mensura utrunq; numerum A partit; ut in quindecim & uigintiquatuor, primũ cõmunis mensura est trium numerus. Hic autem quindenum numerum metitur per quinum, uigesimumquaternariũ numerũ per octo, siue quinq; multiplicaueris in numero uigintiquatuor, siue octo. Itaq; in quindecim eundem numerũ fieri inuenies, sicut centenarũ uiginti horarũ, dierum autem nimirum quinq; atq; idcirco typum decumanum dices. Eadem ratione si propositus numerus horarũ tredecim fuerit, cõmuniter metient & hic & uigintiquatuor ex ambobus inter se multiplicatis factus, qui est trecentarũ duodecim horarum numerus, quandoquidẽ ad primos dictos numeros pertinet tredecim. Appellãt enim sic, quorum non est cõmunis mensura unionis. Itaq; numerus quem utriq; metiuntur erunt, tricenus duodenus, nam ter & decies hic uiginti horas continent: typus autẽ dierum erit absolutorũ tredecim, hoc est, quatuordecumanus. quandoquidem quater & uigesies, hic numerum ducentorum duodecim partit, multitudo typorũ erit quatuor & uiginti. Habeat itaq; & hanc methodi demonstrationẽ, & si non statueram res inutiles uos docere, satius enim esset ipsas omnino contemnere, memores oraculi Pythici, nempe, Parcendum esse tempori.

CL. GALENI DE CAVSIS PROCATARCTICIS LIBER AD GORGIAM IN QVATVOR CAPITA DISTINCTVS: QVORVM argumenta non apposuimus, quòd parum Latina ideoq; obscura hæc translatio sit, & Græcum exemplar excusum non extet.

NICOLAO REGIO CALABRO INTERPRETE.



ANTIQVI quidem physicorum iuuare studentes humanum genus, non solum mouebant & proponebant aliquid eorum quæ manifeste cognoscũtur, sed quæ immanifestorum conabantur adinuenire multa, & augeri quidẽ in eorum inuentionibus secũdum illa tempora abhinc maxime proueniebat. Eorũ uero qui post eos uenerunt medicorũ & philosophorũ, quidam quidẽ appetentes gloriam; deinde, ut iustũ est, desperantes non fortunati ea, conati sunt astuti fieri. Quidã uero non potentes soluere ea quæ ab illis proposita sunt sophismata, duorũ alterũ passi sunt: uel ẽm crediderunt eis ut ueris, uel de omnibus dubitare iustũ fore putauerunt. Vtrũ autẽ aliquod est eorũ quod est de primitiuis & procatarcticis nominatis sophisma: ut quidẽ coactis ipso prioribus propter causam eorũ qui uenerunt, alios quidẽ in dubitationẽ constituerunt: alios uero credere sic asserunt, ut necessariã & utilem theoriam sufficiẽtem existentẽ secundum seipsam, & ab Hippocrate dictam esse hanc artem longam, adhuc puto longiorem faciãt hi mirabilibus sophismatibus. Cum autem ô Gorgia licet deriseris huiusmodi medicos, & maxime nuper uidens quendã spretũ & ualde redargutũ ab ipsis operibus artis, rogasti nos submemorationes scribere tibi de procatarcticis causis, quas utiq; & occasiones multi antiquorum nominant, fiunt enim maxime circa animalium corpora quando imbecillitatẽ manifestãt, occasiones ægritudinum dignum existimauerunt nominare. Nullus igitur euectantium crura à gelu infrigidatus, uel à calore æstuatus, uel amplius exercitatus, uel tristatus, uel aliquod tale ęgrotauit: sed sola imbecillia corpora, huiusmodi causæ tangunt, & exinde puto occasiones argumentationũ præberi so B phistis demõstrare conantibus, quoniã si aliquando non nocẽt imbecillibus, neq; tũc nominabunt iustæ causæ. oportet enim (si quidẽ ea eorũ natura agunt, & agere à seipsis habeant, & non ab imbecillib. corporibus) super eas apparere effectiuas. hoc autẽ non ita habet: sed sicut uidemus in theatro: contingit enim mille sedentibus, æstuare quatuor, & horũ ipsorũ unũ aliquẽ febrire, & non omnes: sicut & amicũ nostrũ Menandrũ pridie exire quidẽ à stadio post agonẽ dicentẽ & caput dolere, parũ uero post febricitare incipiens. Hũc enim C uisitantes nos secũda die mane iussimus quidem, ut nosti, fomentare rhodino caput, deinde dormire, & post balneari plurimũ, nihil timẽdo & si adhuc uideat aliquid febris remanere: alijs uero medicis expectare uidebat & uidere eum qui per tertiã paroxysmũ qualis erit. Verbis igitur pluribus motis, quorum gratia tibi scribi à nobis postulasti hæc, quia neq; illi nos neq; nos illos poteramus permutare, autoritatẽ electionis in laborante cõmittẽtes, omnes recessimus simul. Parũ uero post quidã famulus Menandri ueniẽs ad nos, redire ad D domũ rogabat domini sui, & nos obedimus. erat autẽ Menandrus ille rector nõ sic rudis existens, ut rationes dictas non assequeret: uel non cognosceret plus posse ueriores, q dissonantiã quæ in rationibus experiẽtia maximus iudicare ignoraret, nec obliuisceret eorũ quæ perfecta sunt, quando eum qui in labore febricitauit iuuenẽ in balneo lauans sanaui cõfestim, alijs medicis prohibẽtibus. Aliũ uero, ut nosti, similiter illi dicens ab æstuatione febrire, sanaui balneis pluribus: ac quoniã dubitantibus illis primo, & timẽtibus, & ignorare cõfitẽtibus ad quid finiret ægritudo iuuenis qui desipiebat, ridẽs ego hæmorrhagiã patieris parũ post ex naso dixi, et totaliter liberaberis ab ęgritudine: illis uero deridẽtibus, et talia diuinare dicẽtib. esse impossibile, repente dexter naris effluxit sanguinem

nem: & quoniã sudorẽ prædixi, & prouenit: sic & per uentrẽ euacuationẽ multam, & uomitũ, & coma, & multa alia talia de natura ægritudinũ & cura. Illi uero tanto deficiunt considere aliquod tale opus, q̃ cõfitentur diuinatorũ esse magis q̃ medicorum omnes huius prędictiones. Et propter hoc non debebat eis credere. Ego autẽ à principio nec uocaui eos, nec unũ ex eis, sed nescio qualiter & hoc admirandũ agũt inter alia maxime: per se uocati enim uadunt ad ægros. Dixit igitur mihi qualiter iubes uti rhodino? & quæ post balneũ offerre cibaria? nuncia mihi, propter hoc enim te uocaui iterum. Ego autem de his iubens quæ mihi uisa sunt, abij ad quendam ægrorum qui iuxta ciuitatem. rediens uero secundo die et uidens sine febre esse certitudinaliter hominẽ, rursus iussi balneari plurimum, & consueta agere, & sic præoccupauit ea quæ secundum naturã omnia facere, anteq̃ famosam expectaret diatritum. Nosti autẽ & alium adolescentem paulominus pereuntẽ ab huiusmodi medicis, qui existens cholericissimus et calidissimus, deinde ambulans cõtense per æstum multum, & regionem profundam & arenosam, uenit ad gymnasium iam siccatus. Cum autem esset unctus, & fricatus (etenim gymnasticus erat adolescens ille) alius qui similis ætatis est, complexus eum, sicut plerunq; fit, exacerbauitq; eum intantum ut obliuisceretur, quõniã postq̃ esset fricatus unctuose præiacebat, & luctauit amplius. Cum etiam esset balneatus, & iret domũ, tertium ei multo maius inconueniens anterioribus contigit: obuians enim quibusdam amicis rixantibus & iam se percutiẽtibus, conatus fuit eos dissoluere. Exinde igitur siccatus est totaliter, & horrorem patiẽs, iam & aduri putans, ad suam iuit domum, & decubuit. Sequẽti igitur die ad hos mirabiles medicos incidens, necessario eum qui ad sequentẽ diẽ tertiũ debentẽ esse à principio paroxysmũ expectare iusserunt, nobis tamen consulentibus q̃ citissime balneare eum maxime pinguissime, & cibare humidissime. Nosti igitur qualiter immittente eo qui per tertiã paroxysmo, omnifariã sine pulsu factus est, & infrigidabat, & moueri & transferre se ipsum non poterat, à siccitate autem simul & imbecillitate quę secundum uirtutẽ, neq; os mouere poterat adhuc, & neq; linguã, neq; loqui quantũcũq; modicũ. Venit autẽ ex necessitate ad nos famulus, rogans ire & iuuare adolescentẽ festinanter: postq̃ autẽ ipsum marasmatũ uidimus, uix sanauimus pluribus deinceps diebus sicut nosti & ipse qui uidisti. Hoc fiens, inopinabile uisum est omnibus medicis: scriptũ enim non esse id ab aliquo anteriorũ aiunt, & æstimant nostræ temeritatis esse, scilicet ante immissionẽ paroxysmi cibare simul & uinũ dare adolescenti. Quandoq; etiã eorum ui os aperui, cibũ largiens. Quando uero melius se habebat, non dedi cibũ ei ante immissionẽ paroxysmi, ut crederes qualiter exolueret, & infrigidaretur, & propè impulsiualitatẽ ueniret, & qualiter his factis uix suasi credere medicis qui tũc erant præsentes, hoc esse maxime quod saluauit ho-

A minem, scilicet ante paroxysmũ cibari & uinũ offerre. Qua autẽ ratione hoc faciebã interrogabãt, & de eo quod fiebat mirabantur. Sed non erat, ut puto, iustũ eis mox respondere, secundũ principia artis cõfestim errantibus, & nec ex quibus elemẽtis corpora animaliũ, neq; qualis sit ægritudo febris scientibus. Sed de his & per alia monumenta scriptũ: & nõ oportet nobis maius fieri illud quod post opus, præiacente consideratione, licet sit maxime utile. Instituimus enim nõ dicere aliquid inutilium per hos sermones, sed abscidere quod est prauũ, simile agentes his qui ueterem uiam emundant spinis & rubis plenam: non enim est illis ipsa intentio rubos uel spinas abscidere: sed quidem ante festinantes proijci & puncti ab his syluestribus plantis, abscidere primo eas coguntur, deinde

B sic ad id quod præiacet à principio redeunt: si uero non rubos solũ uel spinas, sed hamos & occupatoria quãmulta habet uia: multiplici ut puto tempore detinebit eũ qui emundare ipsam desiderat. Sunt autem in nunc præiacente consideratione alia quidem sophismatũ uelut spinæ, quædam uero rubis prohibẽtia, alia uero hamis assimilantur, & improuide quis se habens si ceciderit comprehendetur. Quocirca & odire iustum est sicut eos qui in uia per quam gens ambulat talia deponũt, ita eos qui ad artẽ benignã impediendã cõstruunt sophismata. Igitur & nos alia quidem eorũ abscindamus: alia uero emendemus: alia uero teramus, purgantes antiquã uiam non ad ciuitatem ducentem, sed ad artem omnibus ciuitatibus utilem. In-

C terrogemus igitur primo eos qui nunq̃ ægritudinum causam æstimant esse infrigidationẽ immoderatã, neq; æstum, neq; repletionẽ, neq; aliquid aliud talium, ex qua unq̃ ratione sapientiæ & unde inuenientes suadent nobis? non enim à terra habitabilibus: nullus enim est hic qui non aduertit & fugit in æstate media & maxime in ortu canis meridiem calidam, & regiones suffocatiuas, & sine uẽtis, & multo utiq; magis si annuales uenti non fluant. Si uero incontristantes essent immoderatiores æstus, quæ utilitas esset domorum frigidarũ? quod autẽ cõmodum aquarũ frigidarum? quæ uero uini & balnei fruitio? quid autẽ deuiatio uult quę iubet domo umbrosa uti? uino uti mo-

D dico? quis nõ iubeat uino madefacere pulmonẽ? uel cannã pulmonis exolubilem fieri? Si uero impericulosa esset æstus conuersatio, uanum est fugere eam. Deijciat igitur mulier quidem pileum: & bubulcus, & quicunq; alius pastor uiridis plantæ coronã deponat: nullus uero uiator ferat in capite cooperimentum: auferantur etiam à cõuiuijs æstiualibus hederæ extremitates, & coronæ de rosis, & aura flans, & aliæ uniuersæ consolationes æstus: doceo pastores & bubulcos in meridie non fugere solẽ, & neq; ad umbrosas et uersus boream regiones ducere animalia. cur enim fugiunt intristabilẽ rem? cur nam remedia quærunt eius quod cõtristat? Sed neq; his suadebis, neq; alia docebis edita à natura fugere quę cõtristant. Vnde uenis? ex quo mundo? dic. uniuersa enim animalia quæ

sunt

sunt apud nos, operibus ipsis redarguunt tuã deli rationẽ: quęcunq; enim longe peregrina serpunt, per multa stadia abscedunt fugientia æstate caliditatẽ, hyeme uero frigus: quæcũq; enim nequeunt abscedere omnino, utiq; alicubi effugiunt æstum & frigus, mutationibus locorũ per cauernas uel habitacula uel aliqua alia cooperimenta, utentia. Vellem autẽ teipsum ô sophista generosissime in media æstate quando oritur canis, in aliqua regione profunda, & absq; uentis, stare nudo capite, nõ per totã diem, neq; in multis consequenter, sed in una solum: nam tribus horis solis, uersus meridiẽ non esses solum adurens, & febriens, sed & desipiens, & inanimatus efficereris magis q̃ nunc. bonum etiam esset die hyeme in discooperto loco te stare ningente uel pluente multũ, & non simpliciter sic, sed balneatũ prius in balneo tepido: tũc sentires euidenter quicquid est infrigidatio, & quæ omnino causa ægritudinis sequetur. Mirandũ autem est & de eo q̃ uituperas balnea, ceu male lauantia. Sed quid est aliud male balneari q̃ non habere cõmoderatã caliditatem? ac etiam si non nocemur et à calido et à frigido, cur uituperas ea quę à temperantia quidem egressa sunt, calidiora uero & frigidiora decenti existunt? cur autem si in balneo quis claudatur, moritur? propter quid uero multi infrigidati in uijs anticipauerunt mori, antequàm ad omnicapulum uenirẽt? an mori quidem aliquos immoderationibus caliditatis uel frigiditatis occupatos uerũ esse æstimas, nõ autẽ uerum noceri? & posset ne unq; aliquis non nocitus mori? Hoc audientes iniqui sophistæ deceret eos intrare sub terra, & nunc demũ prius uerecũdari, & deponere quæ male opinantur: sed intantum deficiunt hoc facere, ut sophismata quę inuerecundiorem simul & promptam habent incõuenientiam, non pigritent tangere, dicentes disceptare noui, quoniam nullus nocetur ab his talibus omnibus. Sed quoniã non est causa nocumẽti, si essent causæ, semper essent hæc talia. Rursus igitur nos oportet & horũ soluere cõpedes in nomine solum propter locutionem & non in rebus faciẽtes. Si enim est aliquid quod potest quidem inferre nocumentum, non semper autẽ, hęc ægritudinalis causa est. Si uero tu non uis quod aliquando nocet in illo temporaliter, concordare causam nominare, nequaq; in re est quod quæritur, sed in nomine transit sophisma. Sed nocere id dic, non tamen nocumenti causam existere: & nociuum nomina, non concedens rationẽ nuncupationis: nuncupatio enim est nocitiui sicut & sanatiui: ratio uero quæ æqualiter ponitur nuncupationi, non est aliud q̃ nocumenti causa: Pone eam aliquẽ non intelligere: quid dicis? nociuũ dices quodcunq; est nocumenti causa. Sed non est nociuum similiter quod mihi nocet: causa enim semper: sed nunc demum, quoniam uoce nocumẽti causam necessariũ est id dicere esse huic corpori quod nocetur. hoc autem erat id quod quæritur. Sicut enim si semper nocet, semper diceretur esse causa nocumẽti, sic quia non semper, sed aliquando nocet, manifestum est

A quoniã tunc solum dicetur causa. tu autẽ si non sic uocare uolueris noceri hominẽ, nihil est hoc ad ipsam rem, sed de nomine est litigatio, Quid enim est de re litigare, dicendo quoniã hic qui nunc febrit homo, propter solem calidũ, uel gelu frigidũ uel propter ampliora exercitia nocitus est? hoc enim est quęrere de re. siue autẽ causam oportet nominare id quod nocuit, siue non, de nuncupatione est disceptatio. Sed si & hoc acceptet aliquis: nihil quidẽ ad medicatiuã oberit: non tamẽ cõcedimus præceptũ. Possumus autẽ faciliter exponere quid significat Græcis nomen causæ & causa: & hoc iterũ sic est paruũ, ut nullus in lingua Græca nutritus ignoret significatũ. interroga enim aliquẽ euntẽ ad forum sic: quæ causa te duxit de do-

B mo? & cõsidera responsionẽ: dicet tibi proculdubio, quoniã empturus aliquid uenit, uel ut amico loquereť, uel quid tale aliud: in omnibus opportunitatẽ indicãs esse causam operationis. Vnũ utiq; est hoc genus quod siue id propter quod fit, uolueris nominare, siue utilitatẽ generationis eius, siue finẽ, siue intentionẽ, nihil differt: intelligere enim uolo te id quod dicitur, & non semper uocabula. Vnde & si non uis exẽpla alia, sustine. pone enim te interrogare carpentariũ perforantẽ lignum, uel dirigentẽ, uel dolantẽ, uel cõpaginantẽ: propter quam causam sic facit: illum uero respondere gratia lecti facere: & eam iste primo intentionẽ actionis respondit, cuius gratia uniuersa definit actio. Ita autẽ & si textorẽ interrogaueris, propter quid

C fila sint staminis uel deponit lanam, uel carminat: finem actionis respondebit tibi: gratia enim constructionis indumenti hæc dicet fieri: Indumentũ autẽ ipsum interrogante te propter quam causam cõstruitur: omnino dicet gratia cooperimenti corporis, ut frigoris causa omnibus assuetissimũ. Aliud non minus isto consueto quando causant materiam: etenim carpentarius increpatus quoniam paruum cõstruxit lectũ, causam lignis attribuit: & formator terræ: & pictor coloribus. Quis non audiuit multoties interrogãtes homines, quæ sit causa propter quam lectũ ab applicationibus solutũ est? quæ aũt sit propter quã obtusa q̃ cito picturæ floriditas facta est? quę uero sit causa cadendi cito domũ? respondentes aũt, quoniã uiridia cõpagi-

D nata fuerũt ligna: & deinde siccata euersa sunt. illũ uero, quoniã colorũ idoneorũ copiã non habuit. illum autem, quoniam lutũ uel calx uel quid aliud fuit prauũ. in omnibus enim talibus causauit materiam. Sic, & rursus in his organa causans: propter quam enim causam praue cõpaginauit lectum carpentarius bonus? ille uero respondit quoniam praua usus fuit dolabra, & grosso terebello: & limatricem non habebã: & martellum amisi: & securis erat obtusa: & alia huiusmodi. Sicut puto & librorũ scriptor interrogatus, propter quam causam scripsit praue: chartã inueniri dicet asperam: & incaustum fluidum esse: pennã obtusam: & applanatoriũ non habere, ut infiguraret melius. rursus & iste in charta quidem & incausto causat materiam: organa uero uituperat, pennæ & applana-

torij memorans. Quoniam autē & ipsos artifices A causam ponunt delictorum quæ in facturis, quando non habēt organa uituperare, quis non nouit? ac bonorū effectuū causam enūciauit cōditorem maxime. alius enim fuit causa ut pulchra fieret statua, Phidias. alius autē fuit causa statuæ Iouis quæ est in Olympia. causam autem & medicū sanitatis æstimant quam ægris fecerit: & gubernatorē nauis quam in fluctuantibus fecerit: & compaginationis nauis nauifactorem: & lecti carpentarium. Et primæ deinde & principalissimæ causarū sunt duæ: hæc intentio cuius gratia fiunt ea quæ fiunt, & conditor à quo fiunt: tertia uero & quarta dignificatiue sunt causæ: scilicet organa per quæ, & materia ex qua. In humanis itaq; artibus uniuersis non cōuenientibus causis, nunq; utiq; proueniret B effectus. nisi enim esset utilitas lecti, nunq; carpentarius lectum construeret. & si utilitas quidē esset, non aūt adesset ei serra, & dolabra, & terebellum, & alia preparatio carpentariorū organorū: ac etiā neq; & si hoc habet, lignis uero careat, poterit utique componere lectum. & si organa quidem adsint, & ligna, & utilitas generationis eius properet, solus uero artifex non adsit: non poterit unq; fieri lectus. Ita autē est & in alijs omnibus artibus: gratia enim alicuius agunt omnes: & materia erit aliqua: & organis indigent. Quæ uero aliter fiunt secundum aliquam causam, uno quidem priuata sunt genere causæ scilicet eo propter quod: hoc enim est id quod à casu: nullius enim fit gratia. priuantur autē aliquando & eo quod per quod: hoc C autē est organum. id enim propter quod fit quod fit, est utilitas generationis eius: per quod autem, organū: à quo uero, cōditor: ex quo autē, materia. Et manifestum est quoniam nullum est quod non indigeat omnino materia, ex qua est: & effectiua causa, à qua est. Vnum nulli est contrariū: sed semper indiget conuentu patientis quidem, ut materiæ: agentis autē alicuius circa eam, in ratione conditoris: & aliquando quidem organo indigentis, & agentis gratia alicuius: aliquando uero sine organo, & nullius gratia. Calcitratus ēm quis in pugna, & interficiens calcitratū, efficiēs quidem est iste, & utiq; dicat quis mortis: organum uero eius crus eius factū est: & materia corpus calcitrati: & si quidē sponte hoc fecit, omnino gratia alicuius. D Si uero nullius gratia, non inde bona fortuna coaducta est. Si uero ex continentis nos aeris frigore uel æstu est nocumentum: effectiua quidem causa, qui continet est: materia uero, corpus quod patitur? Nullū igit̃ effectiuū absq; cōuentu alicuius patiētis & efficiētis speres inuenire. Si enim quod patitur auferas ex quo fit quod fit, interimes efficiens à quo fit: oportet autem utraq; conferre ad generationē eius quod fit: & quæ conferūt, hæc causæ eius iuste dicantur. Quæcunq; enim ex sui natura ad generationem eius cōferunt, hæc causas uocant omnes homines. tu aūt si uis ex sui natura dicere, uel principium dicas. In omnibus autem his opponitur quod accidens. carpentarius enim, terebellum, & lignū ex sui natura cōferunt quidem ad uasis generationē: in ipso enim quod constructum est licet ostendere & ligna, & foramina à carpentario facta per terebellū. Locus uero in quo iacebat lignum quod artifex comprehēdit, & is qui in circuitu est aer: secundū accidens utiq; et nō primo dicentur causæ. quia enim homo erat artifex, necessario contingit cōtinere aliquē locū. Si uero hoc & non oporteret, esse corpus solidū inter eū & lignum omnino indigebat: prohiberetur q; sic agere circa id. palàm igitur est quoniā uel uacuum esse omnino id quod in medio oportebat, aut si non uacuum, tamen plenū corpore cedente. Quo & manifestū est quoniā & aer ipse ad uasis generationē confert. Disces autem euidentius si excogitaueris artificē transire per totam materiam, sicut natura transit: & non sicut nos, extra eam tangentem: palàm enim quoniā neq; loci utilitas fiet conditori præter eū qui materiæ: neq; aeris qui in circuitu aut uacui: propere igitur in medio lapidum: aliquando in terra generantur animalia eundem locum occupante conditore cum eo quod fit. Indiget igitur carpentarius ut agat aliquid circa lignum non impedita intermedia distantia, non inquantū est carpentarius, sed inquantū habet corpus locū aliū cōprehendens q; materia eius quod efficitur. Hæc igitur secundū accidens sunt, & rationem habent eorū sine quibus non: accidentia quidem si non affuerint, generationem prohibēt eius: ipsa autem nihil in essendo præsentia cooperantur: magis autē ualent abscidere dices ea actū, quando non affuerint, sed in essendo in præsentia: corpus enim solidum quod est inter medium carpentarij & ligni, prohibet carpentarium circa lignum: ablato uero eo, secundū accidens secutū est inter medium locū a ere repleri: quia enim in hoc mundo uacuus aere nunq; cōsistere potest locus, propere derelictus à solido corpore non remansit certitudini uacuus: sed eo qui in circuitu est aere fluente in eum, repletus. Manifestū igitur est quoniam secundū accidēs indiget carpentarius aere: planum etiam est quoniam qui ambulant, solido quidem aliquo corpore subfirmato, circumeffuso uero aere cedente. Quia ēm ei accidit non inquantum est ambulans, licet inquantū corpus, rapi uersus deorsum, id est, uersus centrū mundi: et iterum non posset alte ambulare, anticipans deorsum ferri uersus terram, neq; etiā procedere uersus ante, non cedente continente: recte igitur hæc quicūq; de uirtute curant, rationem eorū sine quibus non dixerunt habere, & non causas generationis eius quod fit existere ipsius: cum ambulationis utilitas & impetus animalis, & crura dicuntur existere: causæ uero sine quibus non existere extrorsum quidem circūeffusum quod cedat, ab inferius uero locatū quod resistat. Mihi quidē determinatus est uniuersus qui de causis sermo, quot sunt et quales, & qualiter adinuicē, & ab his quæ secundum accidens, uel eis sine quibus non, differunt. Siuero non uis ò sophista rursus causam generationis lecti dicere carpentariū: responde nobis: à carpentario dicis fieri lectum: & hoc quidem concedas: discepta-

disceptabis autē de nuncupatione. Si enim quod prius adhuc nobis respondetur spontanee, uel ab aliquo factum est: utroq; modo redargueris delirans. Si uero à nullo factum fore concesseris: ambiges autē de nuncupatione: uerecundare primo quidē non de re sed de uoce litigans: deinde autē totā uitā euertens & confundens. Si enim dixeris quoniā à carpentario lectū factū est: non tamē est causa carpentarius lecti: uel quoniā ab hoc quidē iste occisus est: mortis uero causa non est qui occidit eum: ultimam putaberis maniam pati. Delectabiliter autē audire à te & iudiciū dicente sic: ô uiri iudices Dion iste occidisse quidē confitet̃ Theonem: non tamen est causa mortis. Si enim à quo fit aliquid, hæc omnino est causa: erit utiq; Dion causa mortis Theonis. Si uero aliud quidē est à quo fit aliquid: causa uero aliud: ab hoc quidem mortuus est ille homo: ille autem non est causa mortis: non constituunt causatorē reum: absoluetur utiq; ipse. An igitur non sunt iuste delirationes hæc, & stultitia longa? Et melius nos iam ab his absceden do sophismatibus, ad quandam aliam transire delirationem, residuum uiæ mundantes.

11 Est autē aliud genus sophistarū qui fieri aliquid, & corrumpi, & noceri omnino, & alterari concedunt: & uniuscuiusq; talium causas aliquas esse putant: tamen uerecundantur de procatarcticis nominatis causis, nec ab æstu, neq; à frigore, neq; à repletione, neq; à labore fieri unq; ægritudinem dicentes: de quorū quidem magis miror amentia q̃ eorū qui negant, ac si non esset: sophisma enim horū transponentibus mentē nuncupationis factū est: illorū uero hoc sophisma omnino est: sed si oportet uerum dicere, magis circumdatio: omnino enim si aliquid æstimant esse causam: oportet tamē adiungere circa quam aget, an passibilem ponunt esse materiam non patientē. Sed siquidem impassibilem: an manifestū est quoniam neq; materiā ipsam custodient: in patiendo enim & regulandam essendo faciliter ab efficiente, est ipsius materiæ. Pati autē si cōfiteantur materiam: nequaq; utiq; fient quidem minus: hanc autē pati magis negabunt: quoniam etiam & si efficientis in eam causæ aliquam quidem fortiorem esse concedunt in materia imbecilliore. & si confiteantur omnia: quam rationē habebunt dicere quoniam mille in theatro existentibus, nullus alius febriuit præter quatuor? num contingit hos exuri solos? Si enim non decem, sed unus solus esset qui febriret: nihil prohibet solam ipsum aptum esse ut noceretur à tali passione in tanto tempore: aliorū autem alios quidem & ipsum æstū negligere euexia corporis: alios autē imbecilliores quidem existere, respectu roboris æstus: sed tamen ut in febrem nocumentū terminetur, indigere tempore longo. Adducamus igitur in medio eū qui primo de his inuerecundatus est: dicat per suam seriē sic: Causas enim febrium plurimū quidem & nunc etiam prius quæsierunt ab infirmis audire, & discere uolentes utrū infrigidato uel laborante, uel repleto, uel ex aliqua huiusmodi causa principium ægritu

A dinis accidit: neq; uere, nec conuenienter quærentes causas ægritudinum. Si enim esset frigus causa febriendi: qui magis infrigidant̃, magis febrient: non fit autē hoc: sed quidam ad ultimū periculum uenientes ex gelu, & saluati ex hoc, sine febre permanent. Similiter autē & in labore, & in repletione idem fit. Multi enim in multis fortioribus laboribus & repletionibus immissi, nequaq; aliquando febrierunt. Hæc quidem series ex primo libro Erasistrati de febribus. propter assequentiā enim dogmatis suppositi, sicut parum post ostēdemus, coactus est inuerecundari. Mirari autē dignū est de Erasistrato, qui desiderio gloriæ, innouauit multa, & prostrauit multa eorum qui ante fuerūt. Sed de his qui gloria cum eo non sunt potiti, & imperitis cōmunicauit. Si enim sponte ipsa agunt, maniaci sunt euidenter: si non uolentes, indocti existunt: non cognoscētes enim uerum, decipiuntur.

B Et nimirū non multa indiget synesi & dialectica theoria sui solutio sophismatis: ait enim, si frigere est causa febriendi, qui magis friguerūt, magis utiq; febrient. Sed non est ita. Si enim efficere quidem potest effectiua causa absq; patientium ægritudine: qui magis friguerunt, magis febrient. Sed non omni corpori gelu potens est febrem inferre: nam solos illos qui magis friguerunt, non necesse est magis febrire: sed quidā eorū nec omnino habent febriū semina. quæ autem sint febriū semina, nunc non præiacet dicere. Ad magis frigere enim magis febrire non sequitur ex necessitate. Potest

C etiam aliquis propter magis frigere, magis febrire: Potest autē & non omnino. Sicut & tertiū contingit fieri, scilicet infrigidari quidē magis, minus uero febrire. Et quartū autē cum his non impossibile, id est, infrigidari quidē magis, similiter autē febrire. Ac etiā hoc, id est, magis frigere possit, nō omnino febrire. est enim aliquis qui non febriuit quidem, sed apoplecticus, uel torposus, uel tremulentus, uel spasmosus factus est, ut Alexander in tempore balneatus in Cydno. Neq; igitur est uerum fieri, scilicet si magis frigeret, magis nocitus est: solūmodo enim & similiter dispositus, qui magis friguit, magis nocebit̃. Neq; hoc, scilicet si magis nocitus est, magis febriuit: contingit enim aliquem noceri quidem magis, non autē febrire, sed

D etiam non omnino febrire. Si enim ad febrē solam nocumentū desinit, magis nocitū, magis febriret. quia uero multi modi nocumenti sequunt̃ ad frigentes, alij alijs: falsum utiq; ostendetur multiformiter esse, magis frigentē, magis febrire. Si uero qui magis friguit, nō ex necessitate febriet magis, nec nocebitur magis: uanum est dicere eundem hominē quando riguit, uel febrire magis, uel noceri magis. Si enim similiter dispositi essent prius & nunc: necessarium ut quando magis friguerint, magis febrirent. quia uero non similiter: nec febrire necessariū est, nec omnino noceri magis. Hæc quidem scripti libri ab Erasistrato series praua euidenter est, non extinctiua sophismatis, ut credit, si dem habēs coadiutricē: sed iustitiā multorū temerarijssimam, ut mihi uidetur, rem facientiū. in exer

citati enim existentes in logica theoria, & neque A
promptissima sophismatũ cognoscere potentes,
de dogmatibus ueritatis enunciare audent. dein-
de simile quid patiuntur dubitantibus, si omnino
est motus: quoniã rationẽ quæ est de eo, non pos-
sunt habere. Melius autẽ Diogenes Cynicus lude
bat: aduersus huiusmodi rationes de his quæ mo-
tum negant, interrogatus, ait: Ego quidem miror
qualiter non existẽte motu, nauigatores clamant
quotidie ad Rhodũ & Chiũ & Co. Sed Diogenes
quidẽ neq; tentabat soluere sophismata quæ re-
pugnant his quæ manifeste apparent: Dialecticis
uero maxime in his præiacet exercitari. Quoniã
enim falsa ratio est ex manifesta repugnantia ad-
uersus illud quod apparet, immediate sciunt: ad in
uenire uero conantur, utrũ in dignitatibus, uel in B
figura est mendaciũ. & in dignitatibus, utrũ in om
nibus, uel in aliquibus, uel in aliqua, & quomodo.
Si uero in figura, rursus & hic considerant circa
quod facta est deceptio. & quamuis falsa existat
proposita ratio, tamen cõmittit quandã phantasiã
ueri: non enim æstimant iniustũ nec infallax esse,
examinare rationes quæ immanifestũ aliquod cõ
cludunt, qualiter habent ueritatis, anteq; in mani-
feste falsis sufficienter exercitati sint. Multos uero
hominũ uidimus nec per hanc artificialẽ uiam uo
lentes incedere, nec per illam cõpendiosam Dio-
genis: sed conantes quidẽ iudicare uere falsos ser-
mones, non perfecte autẽ nec recte hæc posse fa-
cere. Si enim essent aliqui Diogenici philosophi,
immanifestorũ quidẽ nullũ tentarent his quæ im- C
manifeste apparent: & rationes eis repugnantes
spernerent, absq; ꝙ inquirerent ubi fallunt. Si ue-
ro essent dialectici, faciliter cognoscerent sophis-
ma. Nunc autẽ de utrisq; licet eos increpare, de ea
quæ circa rationes temeritate in quibus non sunt
exercitati, & de obliuione eorũ quæ manifeste ap
parent. Memoraris ò tu, quoniam non solũ sapien
tissimi homines, sed etiam rustici omnes, pastores
ouiũ, & bubulci, & cum his ipsæ oues & gelu im-
moderatũ fugiunt: & multi mortui sunt in horum
excessibus: non fuisti nocitus unquam tu solus ex
hominibus male balneatus? Sed non potes solue-
re Erasistrati ratiões aduersus procatarcticas cau-
sas: & non has solũ, sed nec eas quæ aduersus mo-
tum, nec eas quæ aduersus demonstrationẽ, neq; D
eas quæ aduersus doctrinam uel disciplinam uel
inquisitionem uel inuentionem, ac etiam nec eas
quę aduersus causas ipsorum. Nunquid igitur hęc
omnia spreuisti ceu non entia? aut credẽs his quæ
euidenter apparent, fieri aliquid dicis ab alio: & e-
ius quod fit, id quod est efficiens, & causam nomi
nari? An ab immoderata frigiditate uel æstu nihil
fit: sed moriuntur ab eis multi? An autem moriun
tur quidem: non nocenť uero? & qualiter hoc cõ-
tingit? An uero per alias quidem causas possibile
est noceri: propter æstum autem & gelu non est
possibile febrire? Sed oportet his quæ fiunt atten-
dere mente: nam indiget res demonstratione. ap-
paret enim plerunq; in febrẽ uel ad aliud quidem
desinere nocumentũ quod ab æstu nullum est ui-
dere: quoniã enim memorantur, ut puto, eorum
qui ab ipsis accidunt, derident de his qui talia deli
rant. Iuit quis ad theatrum nihil sentiens eorũ quę
circa corpus symptomatum: deinde acredine so-
lis inuadente, caput paulatim calidius habebat, &
magis plenũ: deinde dolens simul & exustus ab-
scessit quidem dolorose omnibus quæ circa tem-
pora: sentiebat autem mox & cutim quæ est circa
frontem & caput, esse difficulter mobilem & ari-
dam & inæqualem & ortosam: deinde febris eum
accepit: & sequenti die medicus ueniens, & oleo
infundẽs omphacino caput, uel rhodino frigido,
& balneari iubens sanauit. quid æstimas in his cõ-
iecturari de sophismatibus tuis idiotam? Quid e-
tiam? si aliquis bene digerens certitudinaliter, &
nullo symptomate omnino in eo apparente, gym
nasium incurrit: à quadam uero lite plus coactus
exercitari, confestim quidem sentiebat articulos
calidiores, deinde parum post & totũ corpus inæ-
quale & aridum: & si moueretur, phantasiam do-
loris ulcerosi præbens, deinde febriuit? in his de-
clinante febre balneans medicus eruditus ab Era
sistrato ad consuetã dietam misit. Num igitur pu-
tas nunq; his credibile fore quoniã non febriunt
homines qui laborant? Fortassis autẽ admirabiť
aliquis qualiter idiotæ quidem nulli suadere suffi
ciens est Erasistratus, medicis uero ꝗ multis sua-
sit? Sed quia multi talium melius esse dicunt pa-
triã prodere magis ꝗ aliquod dogmatũ, non pu-
to admirari aliquem. Quæ igitur est proditio? &
qualiter redarguuntur Erasistratiorum dogmata:
qui horũ taliũ causam existere cõcedunt? quando
omnẽ febrẽ ex phlegmone putat, omnino habet
ostendere qualiter curatus, demum similiter sanis
diætatus sit de reliquo: hoc enim scilicet fieri præ-
sente solum phlegmone, insuasibile est: hoc autẽ,
scilicet à ciborũ & à uini oblatiõe, adhuc insuasibi
lius. Necessariũ est igitur ei fieri duorũ alterũ, uel
transponi aliquid non ratione habitorũ, uel sophi
stizari. Sed non sustineť primũ: quoniã in opinio-
ne habetur, & euidenter: quoniam & si omnia se-
quantur antiquos, nulla ei fiet ab hominibus glo-
ria. Manifestũ igitur est quoniam coactus est reli-
quum subsistere, scilicet mentiri & astutizari: &
pręterea necessarium fuit Erasistrato & his qui ab
eo, ingeniare non hoc solum, sed etiam ea quæ de
hypostasi urinarum. Si enim assuefacerent discipu
los dignoscere & discernere hypostasim saniosam
ab ea quę quotidie fit in omnib. uasis sanorũ, redar
guerẽtur & in hoc faciliter in solutione phlegmo
nes cõuersæ uidelicet in sanie per urinas saniosas.
Sed quæ fiunt in febricitantibus solutis febribus,
nequaq; illis assimilantur: sed subsidet his quid al-
bum, nec fœtorem illorum saniosorũ habens, nec
colorem certitudinaliter eundem seruans, neq; ui
scositatem consistentiæ. Vt igitur certitudinaliter
non redarguantur: deridere se fingunt de his qui
obseruant ea: & tinctores appellant eos qui ex u-
rina aliquid cognoscere conantur: aliquando au-
tem et per submissas urinas decipiunt: ut uidelicet
mirabile illud saluetur dogma, scilicet ꝙ omnes

febres

febres in phlegmone fiunt. Sic enim in frigidam [A] aquam concedunt, dare potũ his qui ab arsiua febre detinentur: sudantq; confestim, & liberantur ab ægritudine, si in tempore quis eis offerat potũ: & hoc uidisti nos infinities ò Gorgia facientes: si non contingit phlegminantem particulam fortiter ut uidetur: sed oportet coniecturare de magnitudine febrium, repente solui bibita aqua frigida. Non bibatur igitur, iubent, ut non habeamus omnia quæ possint soluere nostram hæresim: & alia multa talia huius artis abiecerunt auxilia: redargutionem quæ ex ipsis timẽtes. Vnum autẽ horum est id quod de procatarcticis causis: non enim cõtingit ostendere qualiter æstuante uel laborante uel irato uel tristato homine paremptosis sanguinis ad arterias facta est. [B] Complicant igitur hic sermonẽ, & sophistizantes, & ingeniationes adinuenientes insidiantur illis qui prius ueniunt quidem ad doctrinam spe discendi artem benignam & uitam cõmodam. Aduenit autẽ eis ex illorũ insidia, contrariũ ei quod prælegerunt. Rudes enim existentes idiotæ in cõmune omniũ mentẽ custodientes, & his quæ manifeste apparent assueti credere, intantũ adducunt & auertunt intemporaliter à mirabilibus sophismatibus, ut decedant his quæ manifeste apparent, quando nesciunt soluere sophismata. Mirabile etenim hoc ingeniatum est ab huiusmodi medicis aduersus discipulos, ut neq; in sola experiẽtia permittant eos manere: neq; ad rationẽ trahentes concedant ire ad dialecticã: ut habeãt, [C] sicut puto, eos cõuincere minimis sophismatibus: illi uero qui nõ exercitati sunt ad soluendum sophismata, admirantur de doctoribus ut de dijs. Nosti enim quoniam quidam qui ab infortunio inciderunt in tales medicos, confitentur multoties, quia quãdo memorantur eorum quæ passi sunt, confitentur, quoniam labor & æstus & omnia talia febres accendere consueuerunt: cum uero ad Erasistrati sermones aspiciunt, decredunt. Sed si horũ aliquis adhæsisset uiro dialectico, prõpte utiq; cognosceret eius sophismata: ait enim: Multi in multum fortioribus laboribus & repletionibus aduenientes, quoniam quando aliqui februerint, infirmitatẽ effugerunt. Num igitur ò sapientissime propter eos qui maioribus occupati laboribus, non februerunt: [D] impossibile est minori labore, occupari febre aliquẽ alium? Adducamus & nos ad mediũ iuristã aduocantẽ quidẽ pugnatori qui percussit anum: deinde interfecta est: & accusato ab aduersarijs (accusatore enim hoc solum probante: quoniã ille quidẽ percussit: illa uero mortua est) qui pro accusato adducat: quoniã quidem nõ interfecit: neq; hoc tentet à principio: sed quoniã ille neq; fuit causa mortis tenetur probare, in sophismatibus Erasistrati cõfidens. Sit autem sermo eius talis: uos ò iudices hunc hominẽ uidistis in stadijs millies pugnantem, & percutientem maximis plagis agonistas, sicut & ipsum ab illis uicissim hoc patientẽ: sed tamen non isti ab illorum aliquo, neq; illorum aliquis ab isto percussus mortuus est: non est causa mortis plagatus: si esset

causa, qui magis plagaretur, citius moreretur: sed non oportet hoc. Maximas enim iste cum acceperit & dederit plagas, nullũ interfecit, nec ipse mortuus fuit. Qualiter igit credere debet aliquis propter plagam ab eo factã moderatã existentẽ, moriturũ? Si enim una moderata mortẽ inferre posset, oporteret hũc mori infinities, ceu multoties & uehementes plagas suscipientẽ. Quid utiq; æstimas facere iudices audientes? deridebant hoc palàm: primo quidem & maxime de aduocante: deinde autẽ de eo qui conduxit talem iuristã: promptum enim esse puto omnes percipere athletarũ quidẽ robur spernere multas & magnas plagas: anus uero propter imbecillitatẽ nec aduersus unam posse resistere. Iste itaq; iurista ipsis Erasistrati sophismatibus usus est solis: sed nihil obtinuit, nec decepit iudices. Alius uero sapientior illo, adhuc respirantem & post paucũ debere mori ab hoc adolescente percussam, contingit: deinde accusant qui attinent sibi, similiter de homicidio hunc hominem: oportebat autẽ, ut puto, causa non fuit impingere mortis anus. Si demũ tota uita ei est iuuare & recipere: nullum autẽ antagonistarũ interfecit, nec ipse mortuus est: sed imbecillitati anus magis iustũ est attribuere causam mortis. Si enim una percussio potest mortem operari: multo magis fortiores & multę: sed non est ita: mortua enim est anus propter eius imbecillitatẽ. Iste iurista multum est priori suasibilior: ceu non solum absoluẽs causam, sed etiam transiens ad aliud: nihil autẽ proficiet & ipse qui in iudicio, donec confiteatur ꝙ percutiente adolescente mortua est anus. Non igitur Erasistratus fuit usus tali modo dicendi: & nimirũ Erasistratus quæ secundum nos utentibus & transponentibus causam quę ex adustione & infrigidatione patientium, quoniam suasibilis sermo in prima prolatione conuincit magis auditorẽ ad aliud trãsponens causam. Sed quoniã his qui immorãtur ei & diligenter inspiciunt, inueniretur dicere quid non conuenientium. Consentiendum enim est, & quoniam & in conuentu amborum, frigiditatis uerbi gratia & imbecillitatis patientis prouenire, effectum uero à casu aliquo uel sponte, sed ꝙ plurimũ adhuc uero frigus secundum imbecillitatem laborantis conferre: hoc autem non confert Erasistrati dogmatibus. si enim omnino quodcunq; horum confiteantur conferre ad febrem infrigidationem uel æstum uel laborem, interrogabitur qualiter & quomodo: deinde non habens respondere, turbabitur, & hoc quidem paruũ est respondere responsioni rationabili: & hoc scilicet deuinci manifeste suppositiones eius à talibus omnibus, adhuc difficilius. Qui enim æstuatus est, sentit manifeste à capite incipiente febrem & distribui per totum corpus, sicut à lare aliquo pertincta quæ passa est accensa: laborans autem alius ab articulis ad totum corpus caliditatem extensam sentit. Qui autẽ non sensit millies ambulans amplius calidiora crura? & si ita calefiant à motu ut adiacentes particulas calefaciant sibi necesse est febrire hominẽ, ascendente ad uiscera caliditate. In omnibus autem his

febris manifesta est omnibus hominibus, quoniã A in abundanti caliditate habent substantiã semper procatarcticarũ causarũ, euidenter apparet huius caliditatis augmentũ existere labor. Sed neutrum uult Erasistratus, mentẽ enim huius passiõis mox acceptat. & palàm quoniam & substantiam & omnem febrem antecedere ait phlegmationem. Sed si mentem seruaret huius passionis quam omnes seruant, & causam generationis, quæcunq; apparent manifeste, ab experientia disceret, ad alia autem ex his procedens nihil utiq; dixisset de Hippocrate. non itaq; esset neq; sermo eius. Sed oportebat aliquid dicere, & hoc ei præiacebat: manifestum igitur est quoniã necessariũ fuit nouifacere & ingeniare & sophistizare aduersus ea quæ manifeste apparent: sicut & hos nos ceu nihil haben- B tes necessarium agere, in Erasistrati uocamus astutijs. Rationabiliter igitur sicut dixi ipse quidẽ Erasistratus non concessit in nocitorũ infirmitate causam nocumenti, quam si quidem omnino concesserit, aliqua scilicet procatarcticarũ causarũ fieri aliquid circa corpus, euertentur manifeste omnia eius de febribus dogmata, & apparebit eorũ incõuenientia. Quia enim cõtinet ea id quod est secundum intellectũ causæ, est indefinitũ & confusum. Quidam enim nihil melius dixerunt existere causam. Quidam uero dubitauerunt si est, aut non, sicut empirici. Quidam autẽ ex suppositione acceperunt, sicut Herophilus. Alij uero quidam quorum ipse fuit dux, procatarcticas causas amouerũt ut male creditas. Vniuersi em̃ ij significatũ quod C est secundum nomen permutantes, occasiones faciunt argumentationũ. Si enim quoniã & utilitatem eorum quæ fiunt causam dicunt homines, & effectiuam causam unde principiũ, & cum his adhuc materiam, & organa: faciliter utiq; inuenirentur ꝙ sophistizantur: etenim hoc scilicet nullã procatarcticarũ nominatarũ causarũ existere, & alia uniuersa quæcũq; de dictarũ causarũ natura dicta sunt male, ab hinc dependerunt omnia. pro eo enim ꝙ singulum eorum quæ quodcunq; efficere dicunt, non in omni materia uidetur efficere, putant concludere ꝙ nihil est causa alicuius, & mirũ non est hoc quod concluditur. sed nulla causarum per se perfecta est, si demum materialis semper efficiente: efficiens uero, materia idonea appareat D indigens. Quoniã autem neq; quæ ab Erasistrato scripta sunt contra ꝓcatarcticas causas ex alia causa habent suasibilitatẽ, quàm ex eo ꝙ transmotum est significatũ huius uocis, scilicet causæ: iam per præcedentia monstratũ esse apparet. Euidentius autẽ ostendam tibi proponens eius dicta. Si esset infrigidari causa febriendi: qui magis infrigidati sunt, magis febrient. hoc id quod deest, adijcientes, quod omisit sponte Erasistratus, compleamus rationem: & ostẽdamus quoniã propter id quod omissum est sophistizauit. itaq; quod omissum est apparet: ut uniuersa series habeat ita. Si autẽ esset infrigidari solum causa febriendi, qui magis infrigidati sunt, magis febriunt. quia uero solũ non est Erasistrate infrigidari causa febriendi, sed cum patiente natura: est uerum eum qui magis riguit magis febrire, sicut eum qui magis calcitratus est magis noceri. Videtur igitur hic sermo contra procatarcticas causas dictus esse, secundum ueritatẽ autem non contra has solum, sed simpliciter contra omnes causas est. Qualiter igitur non erit difficile hoc sobrijs fientibus ostendere sophistis qualiter uita tota utitur nomine causæ: siue qualiter non erit difficile, & non ambigere (illorum nomina sequendo) de manifestis, palàm est ò Gorgia, quoniam ipsa tibi fiat res. Sicut enim semper dixi, non præter aliquas absq; ꝙ ei uideat in dialectica theoria indeceptus manere omnino uideris. Et quia ab empiria medici obseruant super aliquos alios ea quæ secundũ uitã proponentes, tamẽ à sophismate deuicti sunt, ita ut dubitarent de procatarcticis causis, & nihil enunciare auderent de ipsis: sed ij demum usq; in tantũ sobrij fuerunt ut custodiri aliquam causalitatẽ in eis cõfiteantur. Erasistratus autẽ pro eo ꝙ omnes interimit, manifestũ quoniã nec cura nec experientia neq; ex ratione aliqua in eis quæ sic, laborans adinuenit, & oportet eũ qui in æstu febriuit, diem tertiũ & quartũ expectare si ad Erasistratũ medicũ inciderit: simul & potentẽ infra tertiũ diem habere iam bene, ad ægritudinẽ longiorẽ incidere, uel ad periculum aliquod: sicut ille adolescens de quo prius memini. Attendere igitur oportet non hoc solũ, sed etiã secundũ alios simplices sermones sophistarũ: sciendo quoniam quamuis paruũ uideatur hoc, scilicet nõ uti in omnibus ratione, ad nouissima plerũq; assueuit sophista desinere. Deposco aũt & te exercitari in hoc libro si putas erudiri uniuersam dialecticã theoriã.

III Sufficientia quidẽ sunt & hæc ad redargutionẽ sophistarũ. Sed quoniã omnifariã redarguere eos proposuimus rursus ad Erasistratum redeamus, simul cum alijs causis procatarcticis interimentẽ & repletionẽ ceu nunq; fientẽ causam ægritudinũ: hic enim ait: Sicut materia quoniã non est proxima causa ægritudinũ nisi prius operetur aliquid aliud, nullus dubitat: oportet igitur ex repletione eorũ quæ comeduntur & bibuntur, in uenis generari multitudinẽ: ab illa uero rursus paremptosin, id est, casum ad arterias fieri: procedit enim nobis sermo in præsenti per illius dogmata. In paremptosi autẽ cor mutãs uehemẽtius, id est spiritũ proponere semper paremptosatũ sanguinẽ, & impellere ad fines arteriarum in quibus incuneatur & phlegmonem operatur, & materia est quæ per mediam plethoram paremptosis demũ incuneatio fit: sed sic & si non proxima causa est plethora phlegmones, sed prima secundum ordinẽ & tempus ad prædictam, consequentiam causarum acceptans, & fieri dicens à repletione plethorã (ita enim nominat eam quæ in uenis multitudinẽ) ab ea uero paremptosim, deinde ab illa incuneationem & phlegmonem cõfitens non uult concedere causam ægrotatiuam existere repletionem, de nomine disceptat: & multo alijs enormior fit inuerecundia hoc, si repletio quidem plethoram operatur, & illa paremptosim sanguinis ad arterias

&

& illa phlegmonem, & his ita habētibus repletio A non cōcedatur ullo modo causa phlegmones existere. Rursus igitur & nos dicamus quoniam iste qui percussit in uenis colli hominem, nō est ei causa mortis, qualiter & quomodo à materia proxima causa mortis emanatio sanguinis est, non qui percussit. Adueniat utiq; & huc aliquis iurista Erasistratius eripiens de homicidio eum qui fecit, & dicat hoc modo: (in omnibus enim determinatis sermo fiet apertior) non est causa mortis Orestes Clytemnestræ: manus enim suas mouit ipse: & hoc & nos confitemur: quoniam est causa mortis manus sua, Orestis ipsæ manus acutum mouerunt ensem, & non Orestes. & hinc iam ostendimus insontē esse Orestem: et multo magis ex eo quòd incisæ sunt quæ in collo uenæ: ab ense enim B illæ diuisæ sunt, & non à manibus Orestis. ac etiā influxionis multi sanguinis diuisio uenarum fuit causa, & nō Orestes. Quoniam autē & ipsa mors Clytemnestræ ex uenę apertione & multi fluxiōe sanguinis facta est, hoc puto & ipsos accusatores confiteri. Non igitur est causa mortis Clytemnestræ Orestes: non potentibus ostendere accusatoribus, quoniā idē est sanguinis multifluxio & Orestes. sed si quidem nō est idem: alterum uero deductum est in confessione causam esse mortis: manifestum quoniam reliquū inculpabile ostendūt. Qualiter simul & fluxum quendā sanguinis causam mortis esse aiunt, simul autē & Orestem? non enim fuit causa fluxiōis sanguinis Orestes, sed uenarum incisio: sicut & huius ensis. Si uero quoniā C motionis ensis causa fuit Orestis prohæresis, inculpant eum: uidebuntur sic & ipsam Clytemnestram inculpare. ei enim qui concedit primam & proximam eius quod factum est causam, & hac superiorem aliam quærit, & illa aliam: ad infinitum processus fiet. Quid igitur nō sufficit tibi Clytemnestræ mortis causam dicere euacuationē sanguinis: sed quoniam non euacuaretur ille si non inciderentur uenæ: illæ uero non inciderentur absq; quòd ensis adueniat: ensis aūt non adueniret absque Orestis manibus: hæ autem non mouerent ensem absq; q iuberet Orestis electio? Supergrediatur igitur sermo ac si nos disputaremus, & similiter ut tu dicere potentes, quoniam nec ipse Orestes esset, ni Clytemnestra ipsum genuisset: & sic D dicere cogeris Clytemnestrā suæ mortis esse causam: cum liceret restare in prima, & non adhuc disceptare, nec ꝓcedere in sermone in propria causa Clytemnestræ mortis domata. Talis quidem est & iste iurista ostendēs tibi manifeste quonam licet copiam inuenire sophismatū, cum semel aliquis inuerecundus fiat. Concede autem mihi & secundum enarrare iudicium, quod oportuit dicere prius. Accusatus est medicus quia dedit pharmacum deleterium: sed qui emit id famulus erat mulieris quę indigebat eo: illa uero postquam obtinuit pharmacum, adolescentem ministeriorum qui famulabatur suo priuigno dare ei bibere fecit: per illud puberem interficit. Omnes igitur cōdemnati sunt: nouerca: qui dedit pharmacum: & qui emit: & medicus qui tradidit. Ceu igit̄ habentes aduocatum ab Erasistrato eruditum, dicerent utiq;, quoniā mortuus est quidem puber, nullus contradicit: non tamen à famulo qui dedit ei potū mortuus est, sed à pharmaco. Inconuenientissimū igitur est sciētes mortis causam, ad inculpabilem hominem referre: nō enim est idem pharmacum & homo, sed alterum: neq; cum pharmacū datum mortem operatur, iustum est reliquū molestare: adhuc autem inconuenientius est incusare nouercam hanc quæ tribuit calicē: & multo magis eum qui tradidit. neq; enim si funem dedit aliquis: deinde qui accepit suffocatus est per eum: iustū est accusare eum qui tradidit. Singulum, ut puto, horum capitulorum sursum & deorsum uertens: & maxime si astutus fuerit in dicendo, suasisset iudicibus dimittere ab accusatoribus medicum: sed nihil horum dixit: non enim fuit conuersatus cum Erasistratijs disceptantibus fortissime & docentibus nos quoniam nō plethora causa ægritudinū. Quis igitur prohibet omnes repleri cibis simul & potibus? cur autem remouemur ab indigestione? cur non exercitamur? cur autem ordinate diætamur? Hæc igitur deponamus eruditi ab Erasistrato, & frigus & ęstum negligamus, similiter autem & uigiliam: etenim hæc prima flegma indigestiones: & si hoc efficere esset sufficiens, utiq; omnino secundum aliam rationem facile spernibile fieret, indigestione ipsa quam operatur nihil nocere potente. neq; enim febris indigestione fit (omnes enim qui indigestionem passi sunt, febrirēt) neq; spasmus (omnes enim causa qua indigestionem passi sunt, spasmarentur.) manifestum autem quoniam non paralysis, uel aliqua aliarū ægritudinū. unus enim in omnibus sermo. Volo splendidum quoddam nobis ueritatis inuentiuum ab Erasistrato datum esse. et mirari dignum est de benignitate huius uiri, abducens nos à suspitione uana omnibus hominibus frustra in opinione habita, & multum uitam lædente. Nequaquā igitur exercitantem se aliquem per totam diem et noctem prohibemus, timentes laborem, neq; à uigilijs prohibemus, uel à sole æstiuo remouebimus, uel famulis indumenta perhibebimus, uel calciamentis indigebimus: nō nocente enim in aliquo labore, neque uigilijs, neq; caliditate, neq; frigore, uane hęc suspecta ponemus. at uero neq; eos qui replentur & inebriantur, increpabimus: sicut quando uane opinabamur à repletiōe fieri aliquas ęgritudines. Cur igitur non dolentes circūscriptiones antiquorum medicorū & philosophorū indigestiones & repletiones & frigidationes & ęstus inculpantiū, statuam auream Erasistrato constituentes, in Delphis eam reponimus, gratias agētes in quibus iubet & docet, sicut primo qui inuenit ueritatem super tantos uiros sic gloriosos & paucos? (Non enim Diocles, neq; Polybus, nec Hippocrates potuit adinuenire talem rationem contra gelu & æstum & laborem & repletionem) & omnia simpliciter negligimus? Sed philosophis quidem uidetur, sicut est Aristoteles, et Theophrastus, & an-

te hos adhuc Democritus, & Empedocles. & alia multitudo aliorum minorũ philosophorum cauere iubent ab excessibus: at Erasistratus nobis nihil horũ timere: & oportet adorare ipsum ut deũ. Vnum aũt solum cum his uellem discere, sed nõ habeo quos interrogem: mortuus enim est Erasistratus: si uero uiueret, faciliter utiq; nos doceret à quibus oportet cauere. Ego eñ neq; à labore neq; ab æstu neq; gelu neq; à repletione neq; à uigilia uel ira uel tristitia uel aliquo alio tali, prope immortalitatẽ uenio. Et fortassis oportet me ne occidant: & ne aliquod pharmacũ interficiat me: quoniam ab alijs quæ anteriores timuerunt, nullus mihi adest timor: ab omnibus enim ereptus sum per Erasistratum. Nõ increpabo adhuc balneum, ceu male balneans: non cooperiã caput, uel pedes: uel domibus in hyeme indigebo calidissimis, uel indumentis calidis: nõ cõmoderatione aliqua ciborum uel potuum uel exteriorũ. Erasistratum itaq; gratia horum omnibus honoremus ut deum.

IIII De Herophilo autem de ea quæ circa sermones sapientia Erasistrati, oportet mirari, & increpare eum de timore. Dubitans enim de omni causa fortibus & multis ratiõibus: postea ipsemet inuenitur ultimus, eas dicendo multis hominibus sic uideri: summe enim timidi est dimittẽdo rationem, ut hominibus uidetur sic æstimare. Quid igitur ait? Causa uero utrum sit, uel non, non est quidem inuenibile: existimatione autem puto infrigidari, æstuari, cibo & potibus repleri. Quæ autem argumẽta sunt ex significati transpositione, posuerunt in dubio capitulũ: & cum his adhuc ea quæ de modo generationis uniuscuiusq; eorũ quę qualitercunq; sunt. Ad hæc autẽ & hoc scilicet utrum in corpore existens causa incorporea alicuius alte

A rius factiua corporis existit, aut corpus existẽs in corporei alicuius est effectiua: & utrum mora moti, aut manentis: & utrum præsens præsentis, uel præsens futuri. Deinde postquã dimiserit, probare singula eorum quæ ex diuisione nequit: & sic consequenter syllogizat nõ esse aliquod alicuius causam. Ait eñ, aut corporea corporis: aut incorporea est causa: & alia quæ ex diuisione inuenta sunt: nullum autem horum apparet existens: manifestum quoniã omnino non est causa. Sed ó sophista cito omnia quæ secundũ uitam conuertes, sic argumenta mox in ijs quę manifesta apparent: aut ueniẽte aliquo ab ijs quæ uidentur, ad oculos nostros: aut aliquo à nobis ad singulũ eorum: aut omnino eo quod à nobis exit, id quod ab eis fert contingente, te uidemus. Neq; enim illis aut ex il-

B lis ad nos, nec à nobis ad illa loco aliquo, sed per intermedium (sicut per baculum) sensatio nostra de his fit. Ac etiam neq; id quod est primum, nec secundum, nec tertium, nec quartum, de unoquoque horum dubitatum est multiformiter: non igitur uidemus. Si uero distingat aliquis, aut est corpus quod uidet et quod uidetur: aut quod uidetur est corpus, quod aũt uidet est incorporeum: aut e conuerso: aut ambo incorporea: deinde ostendẽs quòd nullum ipsorũ est uerum, inferat nihil à nobis uideri, rursus secundũ alium modum dubitabit. Sic proposito iuste distinguens, aut manentis manens: aut manentis motum: aut moti manens:


C id quod uidet eius quod uidetur facit sensum: deinceps quoniam secundum nullum prædictorum est suasibile sentire, dicat uidere nos nihil.

Liber De causis coniunctis desideratur hic.

CL. GALENI IN PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRVM COMMENTARIVS PRIMVS.

Hermanno Cruserio Campensi Interprete.

Huius commentarij principium desideratur.



SOLVM in singulis tẽpestatibus emergũt, morbos præsciet: atque uictus ratiõe immoderatis circunfusi aeris statibus contraria admoliẽda, ne existant, phibebit. Neq; eñ obscurũ est, quin si cõmoda tẽperatura primorũ corporũ est sanitas, eã aeris labefactabit intemperies: conseruabit aũt à cõtraria uiuendi ratione. Quo fit, ut cũ hos Quintus male, tũ Aphorismorũ libros interpretetur, in quibus adhũc ferè modum scriptum est: De anni temporibus, si quidem hyems sicca & aquilonia fuerit, uer uero pluuiosum & austrinum, ęstate febres acutę, & lippitudines existãt necesse est, et dysenterię. Asse

D rit hoc eñ Quintus, nulla habita causæ ratione, sola perspectũ esse experientia. Vbi primũ in eo offendit, ꝙ illorum quæ hisce in Aphorismis Hippocrates docuit, causas ipse ille rursus in libro De aqua, aere & locis, scripserit. Deinde, ꝙ partẽ utilẽ præterijt doctrinę. Nam interpretũ sunt artes duę hæ, ut & libri seruent sensum, & cõmentariorum ipsius lectores, quæ cõducunt, doceant. Vtrunq; autẽ Quintus, dũ morbos uigentes cum ambientis nos aeris nõ cõiungit statu, labefactauit. Vult uero hæc Hippocrates cõiungi, quando incognito incõmodo, quo nostrum corpus aeris afficit intemperies, nequeamus neq; præuidere futuros, nec occurrere orientibus, aut qui iam inuaserunt, curare. Quippe cæterorum etiam cunctorum, qui sunt prætermissi, statuũ hac ratione uim ipsi inuenerimus. Quam ob rem qui lectionem morborũ uulgariũ magno sibi studeat ad artem emolumen

to esse, huius magnopere intererit, ante omnia euoluisse lib. De humana natura, & De aqua, aere, & locis. Ad hæc eos Aphorismos, in quibus egit de anni temporibus, & facultatibus frigidorũ, calidorum, siccorum, & humidorũ statuum. Requiritur præterea Præsagiorũ lectio. Quæ enim in citatis à nobis libris docuit, hæc doctrina, quam in libris de uulgaribus morbis tradit, subsequit̃. Primũ ꝙ calidi, frigidi, sicci & humidi symmetria primorum sit corporũ sanitas. Alterum, ꝙ uer, dum suo temperamento constat, sit temperatissimum: quæ causa est, cur in eo abũdet sanguis: sicut ultra modum calida & sicca æstas: hyems humida & frigida: inęquali aũt autumnus tẽperamento, in quo dominatur siccũ & frigidũ. & ꝙ singuli in illis singulis humores uigeant, ut paulo ante dixi. Iam tertium & quartum in illis libris declarata sunt: uulgarium esse causam morborũ aerem, in libro De natura humana: in præsagijs signorum, quorũ uestigijs futura præscimus, quę cuius tum in genere, tum in magnitudine uis. Atq; te, quicunq; in præsentem lucubrationem incides, omnia uolo, quæ cõmemoraui, expedita memoria & prompte teneas, ut ea quæ à nobis dicentur, assequi ualeas facilius. Præ cæteris cõmentarium de aqua, aere, & locis, lectum uelim potissimũ, ut cognoscas, quibus hæc libris ipse Hippocrates tradiderit. Et nos genera confirmabimus morborũ, quos diximus, ab Hippocrate sic distinctorũ, qui morborũ quidem uulgariũ, aerem esse causam asserit: cuius in libro De natura humana hæc sunt uerba: Morbi uero fiunt, partim à uictu: partim à spiritu, cuius attractione uiuimus, proueniunt. Vtrosq; hoc modo distingues. Vbi multi uno morbo homines corripiunt̃ eadẽ tempestate, causam illi attribuere debemus, q̃d est maxime cõmune, & quo præcipue omnes utimur. Id autem est, quod respirando attrahimus, Tunc enim uictum cuiusq; nostrũ nequaq̃ in causa esse manifesto constat, cum morbus omnes iuxta attingit, tã iuuenes, q̃ senes, tam fœminas, q̃ uiros, perinde uinũ, ac aquam bibentes, tam qui mazam, q̃ qui panem comedunt, tam qui parum, q̃ qui multum laborant. Ergo non fuerit uictus ratio in causa, cum homines quoquo uictu utentes in eundem incidunt morbum. At ubi diuersis eodẽ tempore morbis homines afficiuntur, suus cuiq; uictus sine controuersia causa est. His uerbis cœlũ constituit, non uictũ, esse uulgarium omniũ causam morborum: potest tamẽ interdum efficere morbũ uniuersalem haustus aquę infectæ: quod quidẽ memoriæ proditũ est in castris accidisse. Itidem ob loci naturã, ubi cuncti eodem loco castra metati, cõmorabãtur. Interim cum ex barathris Charonijs, ut uocant, uenti spirant frequentes. Hi igitur, quia aerem contaminant, morbos generant, ac in superiore oratione cõprehendentur. Porrò qui à cibo proficiscuntur, & potu, tum infrequentes, tum cognitu sunt faciles. Quare in libro De natura humana causam eius quod multis est morbis cõmune, cõmunissimam appellauit; libro De aere, aqua, & locis, qui sic generan-

A tur morbi, παγκοίνους, hoc est, uniuersales uocauit, adeoq; hæc eius sunt uerba: Annunciare autem poterit, qui quoq; tempore procedente & anno, uniuersales morbi ciuitatem tenebunt, seu æstate, seu hyeme. Et non multo post: Hi morbi sunt his uernaculi: & siqui uniuersalis irruat morbus ex temporum anni conuersione, sunt hi illius quoq; participes. Et paulo post: Viris hi morbi peculiares sunt: & extra ordinem, siquis dominatur ex immutatione cõmunis morbus: Deinde inferius: Hic illis est collactaneus morbus æstate simul & hyeme. At uero nec hoc te uelim latere in superioribus capitibus, quod item in certis dixit alijs libris Hippocrates: qui perpetuo tenent locũ quempiam, qui quidẽ ἔνδημοι, id est, publici uo-

B cãtur, eos item ex illorum esse genere, qui multis cõmunes sunt, ut pestis quoq;. Nam & hæc in cõmunibus morbis est. Quod quidem ipsum ille in libro De ratione uictus in morbis acutis aperte indicauit his uerbis: Cum enim nullũ cõmune genus pestilentis morbi uulgetur, sed dispersi, dissimiles inter se sint morbi, hi quàm reliqui uniuersi maiorem multitudinẽ perimere solent. Itaq; patet ex uulgarium morborũ esse genere eos, qui pessimi sunt, & pestilentes appellantur. Vulgares uero de genere sunt populariũ & uniuersalium, qui morbis dispersis è regione opponuntur. Hæc ille his nomina posuit. At pestes appellant omnes homines, sciuntq; exitiales morbos esse. Et uero etiã ad deos sæpe referunt, de curatione earum consu-

C lentes. At uero non hoc tantum loco uerbũ uulgari scripsit, sed in Præsagijs etiam, ubi ait: Morborum item qui semper uulgantur, ortum, ac temporum anni statum sedulo obseruare oportet, nec anni temporis ignorare statum. Adeoq; in ipsis uulgarium morborum libris interim illum dicere audias: Vulgabantur aũt etiam dysenterię ęstate plurimæ. Aliquãdo uero alia febriũ genera uulgabantur: etenim alijs etiam morbus uulgaris erat. Hoc nomen ἐπιδήμιον (id est, publice grassans, nos uulgare semper appellamus) quibusdam in exemplaribus scriptum quatuor est syllabis, quarum constat postrema ex μ & ο & ν. In alijs quinq;, ex μ & ι, & altera syllaba, quę ultima est ex ο & ν. Horum oportet ad ea quę post dicentur, meminisse: tenen-

D dumq;, quosdam morbos inuadere multos in cõmuni, qui scilicet cõmunes appellantur: quosdam separatim quemlibet, quos dispersos nominarũt. Inter cõmunes alij publici sunt, quos uocant ἐνδήμους Græci: alij uulgares, qui ab illis tum ἐπίδημοι, tum ἐπιδήμιοι uocantur: tam enim quatuor, q̃ syllabis quinq;, ut diximus, & scribunt & enunciant. Horum perniciosissimi quiq; pestilentes uocantur, qui perinde ac totum uulgarium morborum genus, ex cœli statu proficiscuntur. Atq; etiam pestilentes nonnullas tẽpestates descripsit, ut eas, de quibus in tertio libro tractat̃, eo ꝙ & genere uulgaris est morbus, pestis. Atq; hæc quidẽ prius explicauisse, q̃ reliqua enarrarẽ sigillatim, operæprecium esse duxi, quò me nunc tandem conuertã, si unũ modo hoc præmonuerim, id quod in multis

iam à me libris conscriptis dixi, ubi illos, qui student artem medicam perdiscere, ut se in singularibus, quæ sensu apprehenduntur, exercitet, cohortor, ut ea quæ ante didicerunt generatim, cognoscant. Quæ quidem singularia autumant Empirici uniuersi esse status principiũ: illacq; tandem asserunt uera præcepta esse, quæ constituuntur ab experientia. Nobis multo aliter, adeocq; numerosa præcepta inuenta esse ratione uidentur: quorum tamen de ueritate iudicium facimus, prout stabiliuntur ab experimentis, & fidem accipiunt. Nam sic quidem etsi quæ inuenta ratione ac demonstrata sunt, de eo, quid magnitudine sol à luna distet, his credamus: tamen, cũ ab sensilibus multis alijs quæ geometricæ docẽt rationes, & ab eclipsibus singularibus confirmentur, fidem habemus maiorem. Quando igitur ab experimẽtis singularibus comprobata quæ per geometriam demonstrant̃, accipiunt maiorem fidem, percq; eam fidem stabiliuntur firmius: longe magis, quæ ex medica disciplina sunt in uniuersum inuẽta, singularibus sunt probationibus constituenda. Quæ obseruari nos in libris uulgarium morborum docebimus.

PRIMA TEMPESTAS

1 In Thaso, autumno, circa æquinoctiũ, & sub Vergilias, pluuiæ erant multæ, continentes, lenes, ut cum spirat Auster.

Ad uulgarium morborum disciplinam, cognitionem loci, infrà ostẽdam, magnopere interesse. Nunc uerba ipsa autoris sunt explananda, quæ sic habent: Circa æquinoctiũ & sub Vergilias. Nam cum bina ęquinoctia, binę item Vergiliarum sint significationes, utrum illorum dicat, adiecto sermoni autumno, significat: fit enim uere alterum, atq; eius hoc est principiũ ad nostrũ tractũ: quemadmodum etiam finitur prorsus sub Vergiliarum ortum. Alterum autumno ęquinoctiũ fit, ad occasus Vergiliarũ. quas appellant Græci tam plurali numero πλειάδας, ꝗ singulari πλειάδα. Occidũt aũt Vergilię ab æquinoctio autumnali diebus circiter quinquaginta. Necq; hoc nos pręterit, fieri omnibus eodem tempore plagis, tum æquinoctia, tum solstitia: cum exortus siderũ, & opus uarient, ita ut suũ quęcq; habeat regio. Quippe his tantum, qui sub eodem uertice habitant, siderũ cõmunes & ortus sunt & occasus. At uocant ferè, quod ex multis constat stellis, sidus: uerbi gratia, Taurum totum, uel aliquã eius partem, ut hyadas, aut Vergilias. Est tamen cum singulas stellas, sidera appellent. At non quod est cõflatum ex multis, stellam id appellant, cæterũ semper hoc demum modo sidus. Vnam uero quamcq; solã nõ tantũ stellam, ut dixi, sed & sidus: ut Arcturũ, Caniculã, Luciferũ, Hesperum. Atq; est ad omnẽ propositã disputationem cum primis necessariũ, unaquacq; in regione, ubi obire medicã artẽ instituimus, cuiuscq; perspexisse sideris emersus, occasuscq;: quia tempora ab his anni circũscribũtur. Exempli gratia: Veris in Hellesponti parallelo est initium, quod id temporis est æquinoctiũ: & finis, Vergiliarum ortus,

A atque hic est etiam æstatis principium: quemadmodum quocq; finis æstatis, initium uero autumni, est arcturi ortus, qui dies ad duodecim æquinoctium autumnale antecedit. Iam Vergiliarum occasus & hyemis principiũ, & finis est autũni. Porrò non caret admiratione, & est inuestiganda causa, cur sit præteritus in sermone stellæ ortus illustrissimæ, quæ in æstatẽ incidit, Caniculæ uocitatæ à Latinis, à Gręcis σείριος. Hunc aliqui, nomine abutentes totius sideris, Canem etiam nominant. Atqui Cani uniuerso sideri est nomẽ: illi uero quę in eius est mandibula, Caniculæ: quam rectè Anticanem, non Canem appelles. Cuius quidem stellę ortus opωræ quam uocant, est principiũ. Atq; in septem tempestates qui annum distribuunt, æstatem ad Canis uscq; exortum protendunt. Ab hoc
B ad Arcturi ortum, oporã. Atq; ijdem hyemem in tres partes dissecant: cuius, sub solstitium tempus, medium cõstituunt. De extremis duobus, primã sementem, postremã φυταλίαν, quod est inserendi tempus. Nã hoc illi pacto appellant ista. Et quidem in libro De septimanis, qui Hippocratis nomen præfert, in septem partes diuisum annum inuenias: ita ut autumnus & uer integra constent, & indiuisa: diuidãtur autem in partes tres hyems, & in duas æstas. Ac est illa quidem etiam utilis partitio, ut in progressu sermonis patebit. Vtilis porrò & in quatuor tẽpora sectio, uti & ipse prius Hippocrates docuit, ubi de exuperantia humorũ, & de morborum generibus agit, & quæ ista ambo
C pręcedunt, de aeris temperamentis: quorum differentiæ sunt quatuor. Etenim ut maxime bifariam, quod intercedit tempus inter Vergiliarũ ortũ & Arcturum, diuidas, nihilominus omni est cõmunis nimia siccitas, ut etiã hyemi immodicus algor, & humiditas, quamuis in tres partes diducas: atq; ita temperamenti magnæ differentiæ, quas rectè generales appellaueris, annũ diuidunt in quatuor tempora, genere inter se, aut specie differentia, utcunq; tibi appellare uisum sit. At horũ si differentias singulas in maius & minus seces, in duas tibi æstas, in partes tres hyems distribuetur. Quæ anni temporum diuisio ex spatio ipsorum efficitur. Est enim inter Vergilias & Arcturũ tempus, mẽsium quatuor. Pluriũ etiam ꝗ quatuor, quod inter Ver
D giliarũ occasum & æquinoctiũ uernum interest. Veris aũt tempus, ne habet duos quidem solidos menses: quo factũ est, ut iure indiuisum permanserit. Hinc etiam autumni erat tempus, ueris maius, quod in menses duos extendit̃: hoc tamen magnitudine longe ab æstatis tempore & hyemis uincitur. At mihi hæc semel iam dicta sint, quæ ego ad omnia, quæ sub hæc dicemus, memoria uelim teneri, quò promptius ad omniũ nationũ mẽses, qui alijs alij sunt, transire queas. Nã si ijdem sint apud omnes, nullã Hippocrates faceret, necq; Arcturi, necq; Vergiliarũ, necq; Canis, nullã etiam aut æquinoctiorũ, aut solstitiorũ mentionẽ, sed tantũ diceret, In Macedonia, uerbi gratia, initio mẽsis quem Macedones Dion appellãt, eiusmodi fuisse statũ in temperamento aeris. Nunc quia Dion solis est

Mace

Macedonibus clarum, cōtrà obscurum Atheniensibus cæterisq; mortalibus, uolebat aūt omnibus nationibus iuxta prodesse Hippocrates, non potuit melius, q̄ neglectis mensibus, solum scribere æquinoctium. Est enim ęquinoctium, uniuersale: at mēses, singulis gentibus sui. Qui ergo Astronomiæ imperitus est, hunc celatū nolim, ipsum haud quaquam obsequi Hippocrati, ad illam ob prædictorum usum cohortanti. At quia esse humanitatis uidetur, uel istis præstò esse, faciam, ut quantū res facultatis est habitura, præscribam auxiliū: cui si attendere animum uelint, ex cunctis quæ refert Hippocrates, fructum capient. Age diuidatur in quatuor tempora annus pro æquinoctiorū & solstitiorū ratione, si hic semel uirum rogaueris uersatū in Astronomia, quatuor hæ partes quosnam in menses incidāt: mox his perceptis poteris, ubi de reliquis singulorum siderum significationibus sermo sit, assequi. Vt (uerbi gratia) si iam cognoscas in principium mensis Dij autumnale incidere æquinoctium, uidebis solstitium brumale fore ab hinc menses ferè tres, initio mensis κατ' ἑαυτὸν ὑπέρβατος appellati: nam hoc nomine denotatur apud Macedonas. Vernum æquinoctium principio Artemisii: sic æstiuum solstitium initio Loi. Nam in principijs mensiū, quorum meminimus, æquinoctia & solstitia fiūt apud Macedonas, qui isto pacto & numerant & appellant menses. Hæc si perceperis, ac insuper ante autumnale æquinoctium duodecim ferè diebus oriri Arcturum didiceris, Vergilias uero occidere post dies circiter quinquaginta, scies quoto mēsis cuiusq; anni die utrūq; sidus exoriatur. Obseruabis etiam, si sequi Hippocratem uelis, quæ acciderit aeri temperamenti mutatio. Cæterum non sunt pro lunæ ratione menses subducendi, quod multis iam Græciæ ciuitatibus est solenne: sed pro ratione solis apud omnes urbes antiquiores, & nationes complures numerantur. Et Romani uniuersum annū in menses duodecim dispertiunt, quorum est unus duodetriginta dierū, quem à solstitio brumali numerāt alterum. Ipse uero primus post solstitiū, quem totius faciunt anni primum, unum supra triginta assumit. Itidem tertius post solstitium: nam & hic dierū est triginta unius. Quartus triginta diebus constat. Quintus præter triginta continet unum. Sextus triginta dies habet. Qui sextum sequuntur duo, triginta sunt & unius dierum. Qui hos excipit, triginta dierum est. Huic proximus unius est & triginta, qui numero decimus est totius anni. Triginta est dierum undecimus, duodecimus unius supra triginta. Quòd si cunctorum mensiū dies in summam subducas, omnes sint quinq; supra trecentos sexaginta. Iam si in hunc modum quatuor annos supputaueris, anno quarto secundum mensem unde triginta dierum faciunt: ut singuli anni tricenum sexagenum quinq; sint dierum, pręterq; quadrātis. Vt uero Palæstini cōputant, duodecim menses efficiunt dies numero trecenos quinquagenos quaternos. Nam quando tempus à Lunæ cum sole cōiunctione usq; ad aliam quamuis con-

A iunctionem supra dies uigintinouem, alium præterea diem dimidium assumit: idcirco duos menses continentes quinquaginta nouem dies, in partes diuidunt inæquales, atq; alterum dierū triginta faciunt, alterum uigintinouem. Quare quibus hæc est ratio mensiū, aliquem facere intercalarem coguntur, ut primum præteritorum annorum reliqua cumulentur, & tempus fiat unius mēsis. Nā quando menses sunt intercalares intercalādi, scriptum reliquerunt cum alij Astronomi, tum Hipparchus. Quare apud illos qui menses hoc pacto numerant, non est dies constituere, quibus æquinoctia & solstitia fiant, & oriantur illustria sidera. Apud eos, qui ad solem rationem ineunt, statuas: id quod à Romanis dixi, & Macedonibus, nostra

B tibusq; Asiaticis, & uero etiā alijs nationibus obseruari non paucis. Itaq; quando hæc percurri, omni disputationi sequenti cōmunia, referam me ad institutā orationem, ubi aeris statum, qui in Thaso accidit, auspicans ait: Autumno, circa æquinoctium, & sub Vergilias multū pluisse. Nam cum autumnus ad æquinoctium processisset, et sit duorum mensium, nō sub initium statim iste status cœpit, sed circa ęquinoctium exortus est, pertinuitq; ad Vergiliarum usq; occasum, dies circiter quinquaginta. In Thaso, autumno. De Quinti sententia nihil regio planè quicquam adfert indicij ad morbos præsagiendos, neq; possunt futuri præsciri ulla ratione: cæterum hoc tantum, incidisse morbos aliquos infecto natiuo temporum anni tem-

C peramento. Interdum autem eorum ait formam non uia & arte rationali, cæterum notam sola esse experientia. Et uero etiam intemperierum commissuras, quas συνδρομὰς, hoc est, concursus appellant medici empirici aphorismos enarrantes, certorum morborum esse inuentas causas, experimentis referebāt esse compertum. Exempli gratia: Cum hyems sicca & aquilonia fuerit, uer autem pluuium & austrinum, æstate existent febres acutæ, lippitudines, & dysenteriæ. Et iterum: Hyems si pluuiosa & austrina fuerit, Ver autem aridum & brumale, mulieres quibus instat in uere partus, ex qualibet occasione abortiunt. & cætera, quæ his subiunxit, ubi quatuor tantum differentias tempestatum scripsit, cum permultæ sint.

D Quod attendere Quintus debebat, ac deinde animum intendere, ac perquirere, primum quidem quod ad anni tempora attinet, de natura deflectentia: deinde ubi esse exploraueris plurima, omnium indagare numerum. Sub hæc considerare, quid solorum quatuor Hippocrates meminerit: quæ simul ac inuenta sint, uiam perquirere atq; rationem, cuius pręsidio omnium aliorum uim tempestatum poterimus cognoscere. Siquidem hic denique solus ad ea quæ exoriuntur, & morbos impendentes præsagiendos erit accommodus, imò occurrendi etiam, quoad eius fieri poterit, ne quid in eos incurrat, huic facultates soli dabuntur, qui uia commemorata insistat. Aut si hoc per causæ magnitudinem non poterit, ut his quidē certe maxime remissis afficiatur. Nam

facilius

facilius inuenturum sanè morborum curationem eum, qui ad hęc, quorum est à nobis facta mentio, mentem exercitauerit, quàm illos, qui nihil ante sunt meditati, neminē esse uel de plebe arbitror, quem istud fugiat, nedum probe institutos. Nam ꝙ plures ipse Hippocrates cognosceret, ꝙ quatuor, quas in aphorismis descripsit, tempestates, ex his ipsis libris, quos enarrare hic instituimus, satis cōstabit: in quorum primo, primum descripsit statum, de quo dicit ad exitum: Cum esset autem totus hic status austrinus, & squalidus. Alterum, ubi item ait: Cum totus esset frigidus annus, & humidus, aquiloniusq;. Tertium inæqualem & uarium, qui paulo ante Arcturum cœpit, fuitq; frigidus & humidus: deinde ab æquinoctio autumnali ad Vergiliarū occasum omnino austrinus, unà cum immodicis humiditatibus: postea frigidus & siccus simul cum uentis aquilonijs maximis per totam propè hyemem. deinde quoq; frigidus & siccus usq; ad canis ortum: dehinc affatim magni usq; ad Arcturum æstus, sub quem imbres austrini usq; ad æquinoctium. Hæc quanquam tempestas inęqualis esset, attamen frigus & siccitas in ea dominabantur. Statum pręterea scripsit in horum librorū tertio, quem postea in unum caput reduxit, his uerbis: Annus austrinus, pluuius, à uentis in totum silens. Iam alium statum initio secundi scripsit ad hunc modum: Erant Cranone carbunculi æstiui, pluerat per æstum largo imbri, idq; assidue. Acciderant aūt magis austro spirante. Nā hic ut est calidissimus & modice humidus, in uno scilicet anni tempore, quo accidit, æstate: ita ille, de quo in tertio libro agitur, per totum annū. Iam uero sunt alij status proditi in morborum uulgarium libris, de quibus in Aphorismis uerbum nullum fecit. Cæterū quatuor illos (quos scilicet alijs frequentiores intellexit, ita ut essent exemplum, adiunctos cum causæ declaratione, quam in libro De aqua, aere, & locis expedit) in Aphorismis tradere uoluit. Quinetiā si uel præteriret prorsus causarum declarationem, liceret inuenire nobis eam ex ijs, quæ in Aphorismis tradidit, quæ uiro sunt satis rationem meditato ad ante dicta inueniēda. Neq; enim hoc te uelim ignorare, id quod tametsi frequenter multisq; locis abunde ostendimus, nihilominus nunc dicemus, quatenus eius meminisse res postulat. Singulæ in omnibus artibus cōpositiones medicamentorū simplicium, quia tantus est numerus, experimentis cognosci non ualent, sed omnium harum una est uia inueniendi, eaq; per sua cuiusq; elementa, uti fit in Grammatica. Proinde & quæ statuum elementa sint, ab ipsa rei ingressi essentia, contemplemur, ut in libris de demōstratione didicimus. Quare sermonem à capite arcessemus, exponemusq; tibi ordine omnia, re prætermissa nulla. Humiditate, calore, & frigore, & siccitate tempora anni mutuo distant. Nam hyems quidem humiditate alijs, frigoreq; pręstat: æstas item calore ac siccitate: uer planè in medio est utriusq;. Nam in utraq; oppositione neutrum alteri illic præstat, neq; sicco humidum, neq; calido frigidum: uerum est quasi ambarū æqualibriū oppositionum, æquabilitasq; horarum omnium totius propè diei & noctis, atq; nulla in illis fit magna immutatio, aut exuperātia, cuiuscemodi conspicias in Autumno. Hic enim de matutino frigus uiget, circa meridiem magnus æstus, qui rursus ad crepusculum uespertinum transit in algorem: dominatur tamen in eo siccum humido, & frigidum calido. Habes temporum anni temperamentum: quorum ferè mutatio fit paulatim, ut à nemine toto tempore sentiatur. Sin confertim, sentiatur: non tamen affatim aut immoderate in humidorum temporum, aut naturalium mutationibus. Igitur oriente Arcturo pluit ferè, simulq; spirant uenti frigidi: quod tum autumni est principium, tum finis æstatis. Deinde tempore sequente paulatim, ita ut non percipiatur, fit mutatio in frigidum: quam uicissitudinem facit Vergiliarum occasus sensibilem. Dehinc undequaq; similiter ad æquinoctium uernale uenit, ac interim par fit accessio usq; ad Vergiliarum ortum. Sæpius uero etiam manifesta quædam sub tempus æquinoctij, at moderata tamen. Iam ab ortu Vergiliarum augetur calidum & siccum usq; ad Canis ortum modice & pedetentim. Qui ubi adsit, aliquantisper regnabunt austri. Mox succedent pluuiæ tantæ, quantę spirent Etesię ad ortum usq; Arcturi. Itaq; experimentis & ratione didicimus, ubi in hunc modum anni tempora procedant, & in se mutuo conuertantur, non existere neq; pestem ullam, neque quenquam alium morbum uulgarem, sed solos dispersos, quos uocat, morbos, qui uictus comites sunt. At quia singulis anni temporibus singuli uigent humores (ut ab illo accepimus) hyeme pituita, sanguis uere, æstate bilis, autumno bilis acida: ideo fit, ut qui praua utuntur ratione uictus, non ijdem eos tentent omni tempore morbi, sed ut ipse docuit, Vere melancholiæ, insaniæ, morbi comitiales, & sanguinis ꝓfluuia, alijq; morbi, quos secundum hos recēset. Aestate alij, alijq; autumno. Item alij hyeme: qui ex offensione quidem in ratione uictus proficiscuntur, cæterum immutantur eorum formæ pro anni tempore, ætate, & natura. Nam quia pro naturis & ætatibus tum corporum alterantur temperamenta, tum humorum exuperantiæ diffident: proinde pro harum etiam ratione commutatur nunc species morborum. Ac de differentijs quæ insunt in ætatibus, in hunc modum scripsit: In ætatibus autem exercēt paruos pueros, et infantes oris ulcera, quę aphthę uocantur, & uomitiones, & reliqua quæ subiunxit his per omnem ætatem. De naturis hoc pacto: Inter naturas, hæ ad æstatem, illæ ad hyemem bene, aut male comparatæ sunt. Quo fit, ut obtineat parem uim laborātis corpus ad concitandam causam, ac aer: quæ ubi ambo coeant, acquisititium efficiunt temperamentum, cuius comes est uulgarium morborum ortus. Iam si uideamus, quid in corpus humanum calor possit aeris, quid autem frigus, siccitas, & humiditas: uideamus itē ipsam patientem materiam, qualis sit: facile iam sit inuenire

nire & præsentire futuros morbos: imò uero ante hæc etiam illud recte dictũ cognoscemus: In constantibus tẽporibus, cũ tẽpestiuę tẽpestiua proueniunt, morbi cõstantes & boni iudicij fiunt. In inconstantibus uero, incõstantes & qui difficulter iudicantur. Itaq; quænam sint qualitatum earum facultates, quarum meminimus, humiditatis, siccitatis, caloris, frigorisq;, audiamus ipsum Hippocratem in Aphorismis dicentem: Ex anni autem tempestatibus in uniuersum siccitates imbribus sunt salubriores, & minus letales. Morbi autem in imbribus magna ex parte sunt febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ. In siccitatibus uero tabidæ lippitudines, articulorũ dolores, stranguriæ. Hæc ille de productis in longum spatium tempestatibus retulit. Atq; ut hic de differentia humiditatis & siccitatis docuit: sic quę caloris sit & frigoris differentia, ibi tradit, ubi de aquilonijs & austrinis scripsit statibus. Nam in nostro tractu aquilo frigidus est, feruens auster: nisi forte (id quod rarum est) ineunte uere frigidus sit, aut alio quopiam anni tempore aliquantisper talis spiret: atqui ne tum quidem est Aquilone frigidior. Quare attende sequentia, ut scripsit de his in Aphorismis, sic orsus: Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluẽtes: quando huiusmodi tempestas dominetur, eiuscemodi uigẽt morbi. At si aquilonia fuerit, tussis ex faucibus, alui duræ, difficultates urinæ cum horrore, laterum dolores & pectoris. quãdo hæc tempestas dominetur, talia in morbis expectanda sunt. Habes quæ de uehementibus australibus & aquilonijs statibus, qui multo tempore durant, ab eo dicta sunt. Ostendit enim per uerbum dominari, nomina hæc non esse eius, qui uere aut modico tempore spirat: nec ei, qui pluribus quidem diebus, sed imbecillus est, hoc se nomẽ tribuere. Iam de temporarijs austrinis & aquilonijs uentis accipe quæ dicat: Temporariæ autẽ tempestates, aquiloniæ quidem corpora densant, contendunt, roborant, & reddunt coloratiora, auditum iuuant, aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, eum augent. Austrinæ remittunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, caput grauant, et uertigines creant ijs qui ex oculis laborant, corpus torpidum efficiũt, & aluos lubricant. Porrò prodita sunt ab eo in Aphorismis & alia, de natura temporum, & conuersione inter se subita: quorum singula suo loco citabimus. Hic sat erit, si didicerimus prima rudimenta statuum uirtutis ab ipso esse Hippocrate prodita. Quorum uestigijs in quibusuis qui inciderint statibus, nos uia oportet & ordine progressos inuenire, cuiusmodi impendent morbi, & quemadmodum eis sit occurrẽdum, aut si iam inuaserint, qua ratione curandi. Hic scilicet huius est cõmentationis maximus fructus. At in elemẽtis horum locus est etiam, qui etiam ad prouidẽdos morbos nonnihil annunciat: ut item natura uniuscuiusq;, ætas, uitæ sors, uictus ratio. Ostensum autem ab eo est dilucide in libro De aqua, aere, & locis, qui

A cuiq; regioni frequentes sunt morbi. Poteris itaq; hinc, quam ob rem aeris nimium frigidus & humidus status morbos, prout postulat ipsius natura, ab eo ostensos pariturus est, simile iudiciũ sumere à loco, ac ab ætate, natura, uitæ institutis, & uictus tota ratione. Etenim qui & natura sunt frigidi & humidi, & externis circũstantijs, facilius morbis, quos humidus et frigidus status parit, cedent: contrarij, ægrius. Si igitur plaga humida & frigida per se talem statum habeat, morbi generabuntur facile ei statui familiares, faciente ad hoc etiam plaga. Itidem totus interim calidior fiat & humidior status, qualem in secundo de uulgaribus morbis libro descripsit in principio. Pluebat inquit, per æstũ largo imbri assidue. Interest etenim ad dicto-
B rum putridorum generationem morborum aliquantulum ipse locus, præsertim si utrinq; intemperatus sit, calidior scilicet, & humidior. Referet etiam, si alterutra parte intemperatus sit, uti Cranon, in loco concauo sita & meridionali: unde maxime morbis putridis, ut carbũculis, infestata est: atq; præter cætera incommoda, auersa est etiam à uentis aquilonijs, uentorum subiecta tranquillitatibus, quas νηνεμίας appellant Græci. Atq; Cranõ huiuscemodi est. Thasus aliter comparata est, exposita est eñ uentis aquilonijs & frigidis, Thraciæ ex aduerso, Vnde cum ad austrina spectaret totus status, adiunctosq; haberet squalores, sua sponte quidem resistebat statui locus hic, qui certe si meridionalis & in conualli esset, pestilentissi-
C mus ei fuisset hic status. Pluuiæ erant multæ, continentes, lenes. Tribus modis pluuiæ multę fiunt: interim ob ipsum imbrem cõfertim decidentem: interim diuturnitate temporis, licet guttatim tantum singulis diebus decidat: interdum ambobus coniunctis. quorum habes omnium in libris De morbis uulgaribus scripta exempla. Primi modi statum, quem auspicatur in hunc modum: In Thaso ante Arcturum pluuiæ erant multæ. Significat enim has fuisse magnas multitudo pluuiæ confertæ. Alterius modi exemplum id est, quod modo est dictum: Pluuiæ multæ, cõtinentes, lenes. Nam aquæ erat collecta multitudo, propterea quod lõgo tempore perpetua pluuia esset, & non prorsus larga uno tempore. Tertij modi exemplum est,
D quod initio libri secundi De uulgaribus morbis proditum est. Pluebat per æstum largo imbri assidue. Largum enim cum superiore modo conuenit: assidue, cum secundo. Sed illos status aliàs explicabimus, suo utrunq; loco. Is uero, de quo sermonẽ instituimus, qui incidit intra æquinoctium autumnale & hyemis principium, imbrem, quam diu uigeret, lenem habuit, ut est ab eo dictũ: quod oppositum est his, confertim, large, uehementer.

2 Hyems austrina.

Non se latuisse finem esse Autumni Vergiliarum occasum, quem nomine breui Vergilias appellat, non obscure indicauit. Nam postquam ante dixisset, circa æquinoctium, addidit, & sub Vergilias: scripsitq; deinde, hyems austrina, quasi nul-

lum intercesserit peculiarem requirens declarationem tempus, quum coniuncta sit cum Vergiliarum occasu ipsa hyems.

3 Parui uenti aquilonij.

Paruos inquit uẽtos fuisse hyeme: ꝗ si in natura sua hyems cõstitisset, omnino fuissent magni. Atque ijs hoc duplici nomine accidisset queadmodũ & nũc parui uidentꝰ fuisse, cũ sua ipsorũ magnitudine, tũ tẽporis ꝓlixitate, Spirarũt ẽm dieb. paucis aquilonij, nec hi uehemẽtes: cum habere hyems magnum aquilonẽ, & longo soleat tempore.

4 Squalores.

Tempestatẽ iusto sicciorẽ appellauit parũ usitate squalorẽ, cum soleamus nos nõ simpliciter sicciorẽ, sed extreme siccũ ita nominare. Qui aũt fieri potuit, aut cui probatur eò siccitatis deuenisse hyemẽ, ut iuxta ac æstas squalidã terrã redderet? Neq; enim eiuscemodi fiat in uere status, cui nũc fuisse adsimilem omni ex parte hyemem dicit.

5 Omnino similis ueris hyems fuit.

Sicciorẽ quidem, ꝗ eius natura postularet, hyemem ait fuisse, non tamen æque siccam atq; æstatem. Itaq; squalorẽ, quem esse nuper diximus improprie usurpatum, accipere par est non absolute hoc loco esse ab eo dictũ, sed ad aliquid, sicut formicã magnã aut montem minutũ. Nam ut hyems erat in præsenti, non simpliciter squalida. Quemadmodum nec magna formica est magna simpliciter, sed ut magna formica, quæ sanè paruo etiam est monte minor: nec non hyems squalida, est humidior æstate. Sicut hyemem præsentem comparando ait: Omnino similis ueris hyems fuit.

6 Ver austrinum, frigidum, parũ pluit.

Videtur quidem dixisse uer austrinũ, non quin omnino in eo fuerint uẽti aquilonij: sed quòd paucissimi initio, atq; adeo pauci, ut temporis illius statum totum austrinum appellaret.

7 Aestas ferè tota erat nubilosa, nihil pluit: Etesiæ paucæ, paruæ, sparsim spirarunt.

Siquis, quæ dixit de æstate, omnia colligat, dicat etiã hanc austrinam simul ac squalidam fuisse.

8 Cum esset autem totus hic status austrinus & squalidus.

Non quin aliquãdo pluerit toto anno, ita dixit squalidum, sed ꝗ quam parcissime. Nam dempto primo tempore ab æquinoctio autumnali usq; ad Vergilias, quicquid successit tẽporis, satis caruit imbribus. At ἀγωγὴν Hipp. aeris appellat statum Quare si uerùm est cum aere simul alterari animaliũ corpora, per imbres fient humidiora, per squalores sicciora. Et cum uigent calores, caput erit firmum: cum frigora, erit ipsum quidẽ leuissimũ: cæterũ thorax & pulmo laborabunt. Vnde quę corpora commemorato statui, qui propositus nobis est, mediã obtinẽti naturã inter serenũ omninoq; clarum, & pluuiosum, assimilantꝰ, medium statum habebunt temperamenti: quem mihi nebulosum da ut appellem. Nam hoc aeris statu, cõstitutoq; simul alterari corpora nostra, atque assimilari huic,
A quò euadat sermo clarior, nil fuerit causæ, quin statum in ijs genitũ appellẽ ueluti nebulosum quendam. Vt igitur cũ hyems suũ seruet temperamentum, non potest non generari humor frigidus & humidus, pituita: æstate contra calidus & siccus, pallida uidelicet bilis: Ita cũ nubilus sit aer, aliquis dominatur humor, in pituitosis quidẽ naturis nebulosa ac nubilosa, ut ita dicã, pituita: in biliosis uero nebulosa ac nubilosa bilis. Etenim semper aliquis è corpore nostro uapor emanat: sed in siccis statibus plurimus, in humidis paucissimus. Atq; cum in corpore hic aceruatus sit, similẽ reddit nebulæ & caligini innatũ nobis spiritũ. Aemulatur enim in ambiẽte animãtes aere spiritũ exhalatio. Vnde ne hic dubitemus dicere, in eiuscemodi sta-
B tu generari insitũ nobis spiritũ. Atqui ubi eodem tempore duo hi affectus aut nebulæ, aut caligini accidunt, ut & attollatur & stipetur, alba efficitur nubes: nam quãdo planè uacat humiditate aer aquilonius, nequeat constitui unquam nubes. Efficitur ea aut splendida aut atra, causa raritatis uel spissitudinis. Ac rarescens nubes in se solis lucem suscipit, quo fit ut splendescat, illustrãte uidelicet eã solis splendore, quale in corporibus pellucidis cernas. At si cõstringatꝰ nubes cõdenseturq;, quia nullus est solis luci transitus, atra merito hęc apparet, nõ aliter ac nocte ipse aer destitutus lumine solari. Sanè uidetur manifeste in terrã subinde nebula decidere, qui ros appellatur. Interim supera petere planeq; nubes fieri uel candida uel atra. Can-
C dida, ubi intra se totã radios admittat solares. Atra uero, cum eos planè excludat. Medios inter hos colores nubes pro quãtitate splendoris, qui ipsis admiscetur, accipiũt. Sed uidebitur forsitan hic sibi sermo minus cõstare, eleuari in altũ dicens humorẽ & cõspissari. Sustolli enim caloris opus est, frigoris cõspissari: non potest porrò idẽ simul esse & calidum & frigidũ. Sed si ipsum animaduertas, qui supera petit, uaporẽ esse calidũ, atq; eius gratia in sublime subuehi: frigidũ aũt esse aerem, qui uaporẽ excipit, desines dubitare, qui fiat, ut simul & sursum feratur & cõstipetur, Nã ut sustollatur, sua spõte habet, ut cogatur ac cõstringatur, per excipientẽ aerem, qui quo erit frigidior, hoc ascendentẽ nebulã cõspissabit magis ac coget. Vbi nec
D calfacit magnopere aer, nec perinde refrigerat, eleuata nebula necessario in eo commorabitur talis, qualis erat à primo, euadetq; planè per se candida nubes, ubi à solis cieatur splẽdore: media uero inter albã & nigrã, quando eã sol nõ undequaq; irradiat. Proinde noli mirari, qua de causa animantiũ corpora huius aliquãdo cœli similẽ habeãt intus statum: quin potius crede dicenti Hippocrati, Austri auditũ hebetãtes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluẽtes. Persequitur enim his uerbis corporis uitia, quibus est obnoxium in austrinis statibus. Vnde ut hæc caput grauantes, dissoluentes, & pigri, ad ea quę ab austro parantur in corporibus nostris planè referuntur: ita est censendum, caliginosum esse dictum, ut indicet, quæ ab illo in nobis coaceruatur, caliginem, & non aeris.

9 Ante uer. ex priore cœlo, quod huic aduersarium fuerat, aquiloniumq;, paucos ardentes febres corripuerunt, eosq; admodum stabiles, paucisq; sanguis profluxit, nec ex his peribant.

Non fuisse Aquiloniã tempestatẽ ante uer diuturnã hinc cõstat, ꝙ nuper totum temperamentũ uocauerit austrinũ: nõ ita dicturus, si multos dies Aquilo spirasset. Attamen cum aer fuisset uel paucis diebus aquilonius, corripuerunt paucos morbi ardentes, atq; hi admodum leues, & qui statim cõsisterent. Ait enim, eosq; admodũ stabiles. Scribunt aũt alij πάνυ εὐσταθῆ, alij Ionice εὐσταθέα, in æquali tenore & nullo periculo coniuncti. Ad hæc paucos ait narium profluuium habuisse: quod uehementibus erat febribus ardentibus peculiare, ut etiam delirare, & mori. At ista ijs, quę tum uigebant, non erant adiuncta, sed cum moderatissimę fuerunt, tum minime multos inuaserunt: ꝙ uehemens & quasi germana ardens febris à flaua bile, quã quidẽ etiam pallidã uocant, sit oriũda. Hanc, ut in proposita tempestate ostẽdebamus, superiori æstate tantum habebant, qui natura erant biliosi: eamq; nõ multam, nec postea, eo quòd cum humidus ante dictus esset status, etiam atq; etiam caliginosior ac nebulosior euaderet. Optimo ergo iure pauci in ardentem febrem inciderũt, qui per quàm essent biliosi: neq; tamẽ hi in exquisitã neq; uehementem, sed lenem, ac discussu facilem. Itaq; quos corripuit, de hac causa corripuit. Sanè enim præcesserat æstas autumnũ, quæ secundum naturam cõparata fuerat. Orditur enim Hippocrates enarrare tẽpestates inde, ubi de natura sua primũ aer deflexerit. Sed necessario per æstatem naturalem aceruabaтũ multũ biliosis plenior hic succus. Vnde qui succedebat status per totam hyemem usq; ad uer, hũc humorem nec auxit: quippe quæ calida non esset magnopere aut sicca, ut æstas: nec imminuit etiã, neq; enim satis erat frigida, ut quæ in statu est naturali hyems. At nec per halitum digessit, nam non erat exacte sicca. Restat igitur integrum illum permansisse, ac formã sibi quasi caliginosam comparasse atq; nebulosam, propter modicam aeris humiditatem & calorem, qui cum uapore coaluerat. Verum ante uer, cum subito præter morẽ Aquilo spirasset, isq; in interiores corporis partes impulisset humores, tenuissimus primus fluebat, itaq; febrem ardentẽ induxit. Neque enim in quibuslibet corriuatus partib. corporis, febrem potest humor hic excitare ardentẽ, uerũ circa uentriculũ & huius præcipue os, circaq; iecinoris partes simas. Itemq; nõ prorũpebat sanguis. Sanè propriũ est, si quid aliud, synceris febribus ardẽtibus, per sanguinis eruptionẽ iudicari. Appellat aũt Hipp. profluuiũ sanguinis, non adiecto, ex quo uacuatur sanguis, mẽbro, id quod ex naribus fit. Atqui nihil habet admirationis, si recludantur & dirumpantur huius regionis uenæ à sanguine, qui sursum incitatus calore effertur, à quo nõ possunt nõ inflari, ac tum reserari uenæ, ac rumpi ob

A spiritus copiã, qui dirũpit uel utres ac dolia, cum in musto feruescente accumulatur. Cæterum hoc symptoma, præsentes febres ardentes non est comitatum, quòd essent, ut est dictum, moderatæ.

10 Tubercula uero multis secundum alterutrã aurem, plurimis secundũ utranq; extiterunt, febre carebant, erant recti. Nonnullis parum accendebantur, sed extincta omnibus sunt citra incõmodum, neminiq; suppurarunt cuiquam, uti solent, quæ alijs ex occasionibus extuberant. Erat eorũ hęc natura, laxa erãt, magna, diffusa, citra phlegmonem, atq; dolorem, obscure omnibus

B euanescebant.

Omnia quæ dicta sunt, ob dominantem acciderunt caliginosam materiam, à qua alia solent cum pituita existere, alia cũ flaua bile, ut sacro igni obnoxia. Nõnulla cum sanguine, inflãmata, quæ tamen omnia resident facile, quòd prompte eiusce modi materia digeratur. E diuerso quæ crasso constant & lento humore, ægre discutiuntur. Porrò quæ acciderunt in tempestate præsenti, laxa erãt, id est, mollia, & digitis cedentia, & quæ ad eorum impressionẽ cauabanт. Citra phlegmonẽ, hoc est, citra inflãmationem. Citra item dolorẽ: ꝙ utroq; scilicet, quod dolorẽ parit, uacarent: quæ sunt, corporũ contentio, & intemperies magna. Cõtentio fit ob crassos humores & glutinosos, adeo parti-

C bus impactos afflictis, ut resolui citra negociũ nequeant. Intemperies autem ualida, ꝙ ferueant illi nimium, aut frigidi sint. Quare sunt merito tumores laxi & sine exulceratione, à dolore liberi: qui quia essent eiuscemodi, facileq; residerẽt, ideo nõ suppurabant, uti solent, qui alijs ex occasionibus exurgunt. Hoc aũt nomen προφάσιες Hippocrates (nos uertimus occasiones) aliquãdo (ut uulgo assolet) in causis usurpat cõfictis. Interdum causas manifestas sic uocat: nonnunq; simul omnes. Hic appellauit suppurationes alijs ex occasionibus prouenientes, quas euenire ipse in febrib. docuit, in quibus humores sunt aceruati multi, crassi, & crudi, qui propter uim & uehementiã & febrilis copiam caloris caput petunt: hos deinde in adeni

D bus aurium deponit natura: unde Parotides, quas uocant, exoriuntur. Verum enimuero non erat in hoc statu humorum ea affluentia, & qui constiterant ad aures tumores, quia materiæ erant aeriæ, statim digesti sunt. Patet ergo morbos ardentes in principium incidisse ueris, cum spirassent Aquilones: istas autẽ parotidas toto uiguisse reliquo tempore, sed erãt moderatissimæ, ob causas nimirum quas recensui, ut homines ab ijs recti affligerenт, hoc est, ut illas absq; dolore sustinerent obambulantes, ac solita munera obeuntes: neq;, ut in morbis grauioribus, necesse haberent decumbere. Et breuiter, nullæ propè febres erant. Quòd si qui esset etiam ex illis calidior, non diu hoc patiebatur. In causa erat exuperantis, ut est dictum, natura humoris, qui maiore ex parte aerius erat & frigidus.

11 Accidebant hæc adoleſcẽtibus, iuuenibus, adultis, atq; preter ceteros luctatorib. & athletis: mulieribus uero parum multis.

Communis hæc cauſa in omnibus attendenda eſt de cubitibus humorum, quam aliàs Hipp. expoſuit: humores calidiores in ſublimiores partes corporis decumbũt, frigidiores in infernas. Quando igitur dominans hoc ſtatu humor frigidior eſſet, aeriusq;, ac mediam teneret naturam inter eos qui facile aſcendũt, & qui deorſum uergunt: ideo ſolis his in caput inuadebat, qui erant aut propter ætatem, aut uitæ genus temperamento calidiore. Nec præterit nos, adoleſcentulos ob ætatem eſſe, non ob uitæ ſortem calidos, ut etiam adultos. Qui uero in palæſtris ac gymnaſiis uerſantur, hos ob uitæ inſtitutum. Quo ſane pauciores infeſtauerũt mulieres, easq; iuuenes, & natura calidiores, & quæ non uixerant in ocio.

12 Multi præterea infeſtabantur arida tuſſi, nihilq; excreabãt, nec multo poſt raueſcebant.

Quenã tuſſes aridę ſint, ipſe aperit hiſce uerbis: Nihilq; excreabant. Hę fiunt autem, interdum ex aſperatis modo faucib. & gutture, nullaq; pulmonem tenente affluentia humorũ. Atq; hi nihil expuũt, neq; enim ſuperflui habent quicq;, quod reijci uel expelli oporteat. Alię etiam fiunt aridæ tuſſes ob intemperiem reſpirationi ſeruientiũ inſtrumentorum: at ne hic quidem eſt, quod expui deſideret. Præterea aliæ, ubi illis inhęreſcũt humores, qui euacuationẽ requirunt: qui quidẽ non excernuntur tamen duabus de cauſis, uel ꝙ lenti ſint & craſſi, & pulmonis firmiter cartilaginoſis infixi fibris, quas bronchos appellant Græci: quod in lateris doloribus (quos ἀπτύστους, hoc eſt, in quibus nihil expuitur, uocant) accidit: Vel ꝙ humor, qui à capite defluit, nõ aliter atq; aqua, ſit ſubtilis. Etenim prius hic per guttur & aſperã arteriã delabendo in pulmone funditur, ꝙ̃ à ſpiritu concitato per tuſſim ſubduci poſſit. Quod accidiſſe tum Thaſiis uidetur, quorũ eſſet ab Auſtrino ſtatu caput repletum, & hoc deſtillationem tranſmitteret omnibus regionibus thoracis. Nam talem tum tuſſim fuiſſe, ſymptoma huius comes teſtatur. Rauci inquit enim, qui eo modo tuſſirent, euaſerũt. In cauſa humor erat deſtillans, à quo uocis inſtrumenta irrigabantur, ut in libris De uoce declaratum eſt.

13 Nonnulli multo poſt. Quibuſdam teſticulus alter, alijs uterq; cum dolore inflammabatur.

Illius pars, qui in pulmonem decidit ex capite, pro eo ꝙ inter ſe conſentiunt inſtrumenta, ad teſticulos peruenit. Quatenus autẽ cum genitalibus cõueniat thoraci, in alijs libris tractauit. Cæterum quod in teſticulos decubuit, erat id malignius, neque iam primo illi ſimile, ut quod in thorace diuturnitate cõputruiſſet. Recte ergo erant teſticulorũ inflãmatiões dolore cõiunctæ, neq; perinde ut Parotides à dolore immunes. Nã ꝙ aut alteruter,

A aut ambo teſticuli humorũ excepiſſent abundantiam, in cauſa erat copia illorũ. Siquidem quibus paucus proueniret, his in alterum: quibus amplior, in utrumq; impegit.

14 Quidam febricitabãt, quidam nõ.

Qui tum abundabant humores, hos neq; magnopere calidos eſſe, neq; nimium frigidos diximus: ſed inter utroſq; tum natura, tum temperamento intercedebant. Vnde pro ætatum & naturarum temperamẽtis uitaq; laborantium, alijs ad calidius inclinauerunt, itaq; febricitauerunt: nonnullis quod à primo habuerant, retinuerunt temperamentum febrem excitare impotens.

15 Plurimis hæc laborioſa fuerunt.

De omnibus quæ commenmorauit, hoc dixit:
B prædixit autem tuſſes, raucedinem, & in teſticulum abſceſſus, & quoſdam tenuiſſe illorum etiam febres. Hæc ergo, inquit, ſymptomata maximę ægrorum parti laborioſa acciderunt, hoc eſt, moleſte & ægre ſuſtinebãt recti incedentes, ſed plerîq; decumbebãt, ꝙ longitudine temporis indies collecta excremẽta euaderent etiam atq; etiam peiora, atq; deteriora. Namq; auſtrinæ tempeſtates, ſi diuturnę ſint, putredines inducunt, potiſſimũ ubi ſint humidæ. Verum quando hic ſtatus humidus nõ eſſet, diutiſſime nihil erat moleſtũ corporibus: dies uero moleſtiã adferebat. Et hæc quibuſdã de illis tandem euenerunt, quæ mox ab initio omnibus acciderent, ſi auſtrinus ſtatus humidus eſſet.

C 16 Cætero, quantum ad ἰητρεῖον, id eſt medicinam, ſine morbo degebant.

Bifariam dictionem τῶν ἰητρεῖον ſcriptam in exemplaribus inuenias. In aliquibus, ut nunc eſt dictum, poſtrema ſyllaba per ο ſcribitur: in alijs per ω. Significat aũt prior lectio ea, quæ ex præſcripto fiunt artis medicæ, altera quæ ſecundũ materiam medicam: ut aut artis operibus medicæ, quæ in laborantibus adminiſtratur, Thaſii abſtinerent: aut ijs, quæ per materiã medicã fiunt, in ijs, qui prædictis detinentur incõmodis. Ex utraq; ſententia & lectione apparet leuiter afflictos fuiſſe homines, dum duraret uer: quòd morbos quæ parerent cauſæ, caco ethes haud dum quicquã haberent, quod diuturnitate temporis conſecutæ ſunt.

D 17 At uero ante ineuntem æſtatem, perq; æſtatem & hyemem, multi, qui lõgo iam tempore ſubmarceſcebant, ex tabe decubuerunt: quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit.

Quos dixit nuper tuſſire quidem, excreare tamen in uere nihil, hos ęſtate ait, & ſecundum æſtatem intabuiſſe, rem enarrans, quæ cum his cõſtat, quæ oculis conſpicimus. Etenim quæ capitis deſtillationes tuſſim primo cõcitant hominibus, & raucedinẽ, neq; tandem cõſiſtunt, alterã hæ tabis differentiã generant. Sunt enim duæ eius maximæ differentiæ. Vna ex illis, quos caput demittit, fluxibus conſtat. Altera quæ ab ipſius malis pulmonis proficiſcit, omninoq; poſtq; expuitur ſanguis

guis, potissimum uase rupto, sæpenumero etiam A fluxione impleto uiscere hoc, alia de causa ex partibus alijs, non ex capite. Quòd si ergo à uere austrino in statum æstas aquilonium sit mutata, non fuissent manifesti, qui à tabe clàm exedebãtur, neque prorsus tabuissent. Quia uero non modo in aquilonium non transiit status austrinus, sed erat etiam nebulosa ferè æstas: idcirco capitis destillationes erant perpetuæ, ac distillantes humores omnes præcipue in pulmone computruerũt, ita ut ijs ad meram tabem generandam nihil deesset.

18 Quibusdam autem cœpit primum, atq; his uergebat ad tabem natura.

Tabidos appellant ueteres medici, qui morbo tabifico, quam etiam φθόην uocant, sunt oportuni. B Tales plenissime sunt, qui adeo sunt angusto thorace & restricto, ut à tergo in morem alarum promineãt operta scoptula: unde etiam hos πτερυγώδεις quasi alatos uocant. Preterea quibus caput facile impletur, quodq; spiritus organis multas destillationes demittit, hi facile tabescunt. Hæ si ambo in unum coeãt & thoracis figura, & capitis imbecillitas, sunt eiuscemodi quidem naturæ semel tabi obnoxiæ, ambabus naturæ de causis. Etenim hi quorum caput ad pulmonem mittit fluxiones, diuturnitate temporis fiunt tabidi, ac in pulmone sæpe rumpitur illis uas per uisceris angustiam & infirmitatem. Habes de tabidis. Quia uero dixit Hipp. Quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit. Ac deinde subijcit: Quibusdam autem C cœpit primũ, atq; his uergebat ad tabem natura, mihi parum uidetur eius oratio consona rationi: nã erat multo probabilius tales uere quàm æstate incipere: quòd qui accõmodati sunt, ut certis incommodis facile capiãtur, citius isti in eos incidãt, ac imparati. Videtur igitur, ut etiam in alijs locis horum librorum de uulgaribus morbis, ordo esse inuersus orationis, lapso eo qui hæc primus descripsit, neq; errato postea emẽdato: & itẽ quoq; huic loco accidisse, ac orationis hæc esse series: Quãdo etiam multis ambigentibus tum confirmauit, quibus uergebat ad tabem natura. At deinde: Quibusdam autem cœpit primum. Postea:

Mortui uero multi sunt, & plurimi de his & illis qui decubuerunt: atq; haud scio, an D uel mediocri quis tẽpore uitã produxerit:

De tabidis scilicet. Nam id intelligendum est: si quidem in hunc modũ est totum hoc scriptum caput. Nam uel iam quæ subdidit omnia, sunt communia tabidis, q̃d perspicies, si Hipp. dictiones attẽdas: auspicaborq; ab hac, quę mox adscripta est:

19 Interierunt celerius, quàm talibus esset consuetum.

Tabidos inquit solito uitam finiuisse celerius. Cuius mox ipse causam subiungit, ubi ait: Infestabant illos plerosq; hæc incommoda, Febres horrificæ, continuæ, acutæ. Id enim præter consuetudinem tabem comitatur, quod tũ uidetur accidisse. Causa est, cur hæc ambo congruerent tabes & eiusmodi febris, quòd status esset antecedẽs ad corpora affecta comparatus. Siquidem dixi paulo ante, qui calidiore erant temperamento, illos in primis laborasse ex destillationibus capitis. Horum nanq; caput præcipue erat in austrina tempestate repletum. Quibus ipsis longius protracto nebuloso statu, usu uenit ut humores, qui in corpore essent, putrescerent: unde malitia extitit febrium. Quòd si quibus minus esset calidũ temperamentum, his neq; computruerũt humores, neq; caput repletum est, extra paucos, idq; temporis diuturnitate. Nam quod citius patiuntur naturæ iniuriæ opportunæ, id cęteris tardius accidit. Neq; sanè erat mirũ, cum priori austrino statui æstas succederet non austrina modo, sed nebulosa etiam, prouenisse hinc putredinem quandã humorũ uel in frigidioribus corporibus, nedum in calidioribus.

20 Nam alios quidem & diuturniores, & cum febre coniunctos facile ferebãt, nec moriebantur: de quibus iam scribemus.

Alios inquit morbos præter tabificos, de quib. ille uerba fecit, etsi essent longiores, & febrem haberent adiunctam, non tamen grauiter tulerunt, cuius paulo superius causam diximus, ꝙ humor his non ita erat ex putredine redditus uitiosus.

21 Sola enim & præ cæteris maxime, qui tũ uiguerũt, morbis, multos tabes peremit.

Huius causa est non ita dudum dicta, ubi corporis temperamentũ in culpa poneremus, per quod morbis tabificis sunt correpti, febribusq; malis, de quibus sub hæc sermonem habet.

22 Infestabãt illos plerosq; hæc incommoda, febres horrificæ, cõtinuæ, acutæ, omnino non intermittentes. Modus erat semitertianus, uno die leuiores, altero grauius iterum inuadentes: in summa, indies acutiores euadebant.

Plerosq; omnes tabidos, de quibus agebat, passionibus ait affectos fuisse, quas ipse deinde collegit. Atqui παθήματα (id est, passiões: nos affectus uertimus) omnes uocant Græci, quæ in corporibus nostris fiunt præter naturam. Præ cæteris aũt meminit, febres fuisse horrificas. Quod quidem significat, per augmentum, & incrementum quod uocãt, accessionis horruisse diutissime ęgros. Neque enim, quibus initio accessionis horrores incesserunt, isto appellauit nomine, sed quibus per totam propè accessionem produceretur symptoma horroris. Et fit bifariã: modo cum reduplicet incrementum, modo cum nihil nisi ipsum inæquale faciat incrementũ. Diuersitas in temporis consistit quantitate. Nam breuibus si interuallis à sese sint mutuo motus horrifici dirempti, inæqualis dicitur & horrificus motus. Sin ampliora sint interualla, fit illud symptoma reduplicatio, & dicitur. Hæc fit præcipue in semitertianis, ut uocant, febribus: q̃circa ternæ plerunq;, & quaternæ sunt. Sed in cõmentationibus De febribus declarauimus,

cōsistere semitertianam in humore inæquali, qui A
partim amara bile, quæ aeris est, partim pituita pu
trescente cōstat. Has itaq; tũ uiguisse febres horri
ficas dicit ob antecedētē statũ, uti supra dictũ est.
Cōtinuas aũt eas nominauit, significãs eas non di
scedere, q̃d quidē ipsemet interpretat̃ his uerbis:
Omnino nō intermittētes. Intermittentes enim il
las febres proprie appellant, quæ à uigore integri
tatem quandã præstant. At quæ remissionē habēt
apertã, nunq; corpus tamen præstant integrũ, acu
tas has & cōtinuas uocat: quæ totũ habent quidē
circuitũ, plurimũ octauũ & quadragenũ horarũ,
quantũ etiã semitertiana: sed ad integritatem nec
ueniunt, & altero die mitiore, alterã iterum adfe-
rũt accessionē: remissiorē illam quidē priore illa,
alterius circuitus ac reduplicationibus carentem: B
cæterũ quæ ægre incalescat, & uix ad uigorē per-
ueniat. Est præterea illius proprium, circuitus qui
primũ consequuntur, neq; inter sese æque acutos
esse, neq; perinde ac primũ, uerum usq; ad totum
morbi uigorem increscere indies, intendiq;.

23 Sudabant semper quidem, sed non toto corpore: multum extremitates frigebant ut uix calorem reciperent.

Febrium esse hęc accidentia cacoethum, in prę
sagijs didicimus.

24 Alui turbatę erant, & biliosę, ac pauca, mera, tenuia, mordicantiaq; dejciebãt, & assidue desidebant.

Mera excrementa solent uocare planè biliosa. C
Sin aũt mistus cũ humiditate aquosa excernatur
talis humor, nō iam merũ appellat. Quinetiã hoc
ipsum didicimus de meris excrementis, quorum
aperuit malitiã in Præsagijs, & de humoribus qui
tenues sunt omnes esse crudos, & ut concoquan-
tur, robustam desiderare naturam. Mordacia por-
rò erãt haud iniuria, ut quæ biliosa meraq; essent.
Præterea eorum erat mordacitatis comes assidue
desidere. Quo factum est, ut ex hoc quoq; sympto
mate uires laborarent ægrotorum.

25 Vrinę tenues, crudę, decolores, & paucæ: aut crassitudine prędite, & paruo sedimento, nec probe subsidentes, sed cum crudo intempestiuoq; sedimento. D

Et de urinis didicimus, tenues, decolores, & pau
cas, uel crassas, & paucas, perniciabiles esse: quem
admodũ etiã crassas quidē, sed q̃d subsideat aut o-
mnino nihil, aut parũ habentes. Quod sanè ijs ac
cidit, eo ꝙ parũ bene subsideãt. Hoc iã ijs frequẽs
febrib. est, in quibus multus calor, & flãmeus fer-
uorem accendit quendã crudorũ crassorumq; hu
morũ. Par igitur est in ijs aut prorsus non esse, aut
esse id, ut Hipp. dixit, crudũ & incoctum. Cæterũ
de prauis sedimentis in Præsagijs tractauit.

26 Tussiebant, ac pauca, coacta, cōcocta paulatim uix excreabant. Quos uero uiolentissime urgebant, his minime concocta erant, sed perpetuo cruda spuebant.

In tabibus pessimis, quibus proxima est mors,
sputa ne paululum quidem cōcoquuntur: in alijs
uero quæ moderatæ sunt, & quæ in longius tem-
pus extrahuntur, hac ipsa de causa commode con
coquuntur humores in pulmone superflui, excre
anturq; facile. Cæterum ij qui in præsentia tabesce
rent, istorum habebant nihil. Nam aut semel cru-
dum expuebant, aut coctum quidem, paucum ta
men, & quod paulatim uix excreabatur. At me-
minit in præsagijs huius sputi.

27 Plerisq; horũ fauces assidue à primo dolebant, & cum inflammatione rubebãt. Destillatiões paruæ, tenues, acres, statimq; marcescebant ac affligebantur.

Simul ut symptomata, quæ ad tabescentiũ con
spiciebãtur fauces, prædixit, causam adscripsit his
uerbis: Destillationes paruę, acres. Nam quia tam
uitiosæ destillationes erãt quæ à capite manabãt,
dolebant fauces: quòd uero ab ijs uellicarẽtur, ru
borem & inflãmationem habebãt. Quia iam ipsa
etiam calida destillatio, non erat mirum in Thaso,
si præ cæteris tabescentibus, qui ita haberent, ad
extremum deuenirent marcorem.

28 Cibos quosuis perpetuo fastidiebãt.

Appellant Græci appetẽtia carentes, qui cibũ
non sumunt, ἀσίτους: qui uero oblatos fastidiunt,
ἀποσίτους. Cōstat aũt hoc fastidij symptoma tabidis
accidisse, eo ꝙ destillationis, quæ fauces & pulmo
nem infestabat, pars aliqua in uentrem deflueret.

29 Non sitiebant.

Non ex uitio destillationũ, quas appellauit ipse
acres, hoc tabescentibus symptoma accidit. Quo
factum est, quantum equidē iudico, ut cum fuisse
illas Hippocrates nouas & absurdas indicare uel-
let, adscripserit, non sitiebant. Est enim maximæ
signum prauitatis, ubi calida & adurẽte febre, aut
fluxione delabente in uentriculũ acri, non sitiant.
Atq; hoc symptoma partis uirtutem sentientem
deperditam indicat, & extinctam: siquidem diuer
sos inter se affectus non sentit.

30 Pleriq; circa mortem delirabãt. Sed de tabidis hactenus.

At ne hoc quidem accidere alijs tabescentibus
consueuit, sed quæ erat febrium tum uigentium
malitia, huius status morbos comitabatur.

31 At uero æstate iam & autũno febres multæ, continuæ, non uehemẽtes, diu quidem tenebant ægrotos, qui cætera minus incommode habebant.

Nam ante etiam retulit, unam fuisse tabem exi-
tialem, nosq; adiunximus causam. Ergo conueni-
unt cum illis, tum quæ hic agit, tum quæ ijs sub-
dit, ubi sic ait:

32 Plurimis erat aluus turbata sine molestia tamē, & propè nihil offendebat. Vrina itē plurimis boni quidē coloris erat, et liquida, sed tenuis, & post iudicationē cōcocta.

Et reliqua, quæ de urinis in mediũ attulit. Nam ut quæ de tabidis nuper recenſuit, erant praua: ita quæ nunc dicuntur, admodum ſunt moderata.

33 Non ualde tuſsiebant, neq; difficultatem, quæ tuſſi excreabantur, præbebãt, nec ſolum cibum non faſtidiebant, ſed etiã maxime licebat offerre.

Eorum, qui hunc librum ſunt interpretati, maxima pars, hoc eum loco ad tabeſcentes autumant trãſiiſſe. Ego uero adhuc de cæteris cenſeo, de quibus diſputat, febribus hunc haberi ſermonẽ. Qui enim, cum antea de tabeſcẽtibus dixit, eos perpetuo quoſuis cibos faſtidiuiſſe, hic iam dicat: Nec cibos ſolum non faſtidiebant, ſed etiam maxime licebat offerre? Cur ergo hoc loco ſcripſit, Nõ ualde tuſſiebant? Nempe hoc eſt, quod iſtos adduxit in eam opinionem, ut hæc exiſtimarent dici de ipſis tabeſcẽtibus. Ego ſic ſtatuo, cum etiamnum de alijs febribus fierent uerba, adſcriptum illud eſſe: Infeſtantur enim tuſſi, quę incidit ratione ſymptomatis. Quare nihil habet admiratiõis, ſimul & cœpiſſe Thaſios quoſdã febricitare in ante dicto ſtatu: & quia erat id temporis ipſum caput repletum, accedente ad ſtatũ febre, tuſſi eſſe moleſtatos. Sed nec erat hoc illis nimium moleſtũ ſymptoma, nec quæ per tuſſim reijciebantur, negociũ præbebãt: neq; enim hi tabeſcebant.

34 In ſumma, qui tabeſcebant, leuiuſcule ægrotabant, non more tabeſcentium, à febribus cum horrore uenientibus parum ſudantes, aliàs alij, ut quos inuaderet febris non ſtato circuitu. Et ut paucis, quos nunquam febris relinqueret, ſed inuaderet more febris tertianæ naturam referentis.

Hoc capite toto præcedenti annexo, multo magis adducti ſunt interpretes quidam ſuperiorem etiam orationem de ipſis tabeſcentibus habitam. Verum nulla ratione ad eos referri illam potuiſſe, planum eſt factum cum oſtendi, faſtidioſos ab eo uocatos eſſe tabeſcentes, non faſtidioſos, hos. Sequens oratio, quæ nunc nobis propoſita eſt, duobus modis exponi poteſt. Primo, ut hoc modo dicamus. Sed faciam ut repetam ſuperiorem orationem, ac mox huic aptẽ, una ei ſyllaba, quò euadat clarior, interſerta. Non ualde tuſſiebant, neq; difficultatẽ, quæ tuſſi excreabantur, prębebant, nec ſolum cibũ non faſtidiebãt, ſed etiã maxime licebat offerre. Nam in ſumma, qui tabeſcebant, leuiuſcule ægrotabant, non more tabeſcentium. Veriſimile eſt autem hoc pacto illum dixiſſe de ijs, qui alio modo febricitarent, ſcribentẽ cõmune ſymptoma morborum habentium comites tuſſes, & non ipſorum tabeſcentium. Nam uidetur ſermonem de tabeſcentibus habitũ retractaſſe, ut in memoriam reduceret differre hoſce ægros, de quibus nunc agit, ab ſuperioribus illis tabidis. Etenim eadem illa hic cõmemorat iterum ſymptomata, quę nuper retulerat. Atq; hanc quidem unam afferas cauſam hoc loco ſermonis de tabeſcentibus repetiti. Altera

A eſt, quã ſæpe & multis in libris accidere ſcimus. Siquidem cum interdum ſuper eadem re dupliciter ſcribamus, ut ſit altera ſcriptura in contextu, altera in alterutro margine, quò per ocium expendamus, et iudicium faciamus de altera: qui primus deſcripſit librum, utranq; ſcripſit: quod deinde, quia admiſſum non animaduertimus, nec emendauimus erratum, poſtquam in multorum manus uenit, manſit incorrectum.

35 Iudicabantur autem, quibus inter hos breuiſſimi eſſent, ad uigeſimum diem, pluſrimis ad quadrageſimũ, multis ad octogeſimum. Nonnullos ne ſic quidẽ, ſed nullo ordine, nec decretorie deſerebant. Quorum pleriq; nõ diu à febre intermiſſi repetebantur: atq; hi à recidiua, ijſdem circuitibus iudicabantur. Multis uero ſic producebant, uti ſub hyemem languerent.

At qui erant iſti, quorum ait iudicatũ eſſe morbum uigeſimo die? Nempe reliqui ægroti, de quibus faciebat uerba, ut ego ſentio, non tabeſcẽtes: cui aſſentiuntur, quę cõſequuntur omnia. Etenim quibuſdam de illis ad octogeſimum diem ait eſſe extractum morbũ, atq; alios inordinate, neq; decretorie deſeruiſſe, & ad hos ipſos pleroſq; rediſſe: quas quidem recidiuas ijſdem iterum circuitibus iudicatas fuiſſe, ac non paucis horũ in hyemẽ morbum eſſe protractũ. Hæc ſanè omnia cum ſuperius dictis planè conueniunt, ubi dixit: At uerò æſtate iam, & autumno, febres multæ, continuæ, non uehementes, diu quidem tenebant ægrotos: qui cætera minus incõmode habebant. Hæc cum ijs ſymptomatibus congruunt, quæ hoc loco ille recenſet. Quæ uero de tabeſcẽtibus adduxit, non aſſentiuntur: quod perſpicies, ſi tecum partem eorum, quæ de his tradidit, animo reuolueris: cũ ait, Interierunt celerius, quàm talibus eſſet conſuetũ. Quod ab eo de tabidis pronunciatũ, quos ait eſſe celerius mortuos. At de ijs, qui aliter laborarent, ſtatim poſt hæc in hunc modũ ſcribit: Nam alios quidem & diuturniores & cum febre coniunctos facile ferebant, nec moriebantur: de quibus iam

D ſcribemus. Hæc igitur ijs concinunt, quæ propoſito nunc nobis ſermone de febricitãtibus per autumnum & hyemem diſputantur. Imò uero quod prædixit, De quibus iam ſcribemus, alium autem ſi à præſente de ijs habito ſermone diſceſſerimus, ab eo ſcriptũ de his producere nullum queamus, neceſſitas exprimit, de ijs qui alio morbo, non tabifico affecti fuerant, totum hunc habuiſſe Hippocratem ſermonem.

36 Inter omnes, quorum fecimus mentionem in hac tempeſtate, ſoli in letalia tabidi incurrerũt: febricitãtes alia febre, nequaq;.

Eorum, quæ de primo ſtatu ille fecit, poſtrema ſunt hæc uerba, quæ nihil præcipiunt amplius, ſed tantum ante dicta in ſummam colligunt, quod facere ille frequenter ſolet.

GALENI IN LIBRVM PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIUS SECUNDUS.



SVPERIORE uolumine de mutua anni temporum conuersione dictum est: expositum est præterea uniuscuiusque temperamẽtum natiuũ, tum autem principij eorum, item ac finis stata dies. Itaque uelut in memoria illis habitis, ubicunq; presens sermo interpretem requirat, exponam, comparans me non ad prorsus imperitos tantum, neq; solum ad eos, qui multum profecerunt. Nã omnibus erit is sermo mediocriter accõmodatus. Alter qui omnino rudium est, doctis propter longitudinem stomachum faciet: qui uero his aptus erit, indoctis sit obscurus. Sed non debent in huiuscemodi cõmentariorũ lectione acquiescere, uerum accipere aliud ab alio atq; alio, latius sæpe eadem poterunt, itaq; si attendere animum uelint, aliquid addiscere boni.

TEMPESTAS SECVNDA.

1 In Thaso ante autumnũ frigora non tẽpestiua, sed repente, spirante multum Aquilone & Austro, humida, & ante tempus coorta sunt.

Autumnũ dixi incipere ab exortu Arcturi, qui antecedit æquinoctium autumnale. Eo tempore inquit, antea quàm oportebat, magna fuisse frigora. Nam hoc illi non tempestiua, & ante tẽpus coorta significat. Atq; non tẽpestiua, anticipasse tantum indicat. Ante tempus coorta, etiam cum pluuijs largis ea fuisse coniuncta.

2 Hęc autem durabant usq; ad Vergiliarum occasum, & sub Vergilijs.

Vergiliarum occasum finire autumnum, antea diximus. Præterea etiam duos esse menses ab Arcturo ad Vergilias. Atq; unius esse decretoriũ rei in aere Arcturũ: Vergilias duarum: alterius, cum autumno hyems cõmittitur iam præceps: alterius ubi uer æstati. Arcturi autẽ mentionẽ non nisi solius ortus facere Hippocrates solet: quandoquidẽ sub eo incipit autumnus, ęstas terminatur. Ad hęc diximus nuper, de totius anni in quatuor partes diuisione, & de diuisione in septem. Et æstatem Vergiliarũ & Arcturi ortu circumscribi, atq; hãc esse diuisionis in septẽ totius anni quandam portionem: cum in duas secatur partes æstas, in tres hyems. Dictum etiam est, πλειάδα numero singulari græce dicas, an πλειάδας plurali (quas nos Vergilias appellamus) nihil interesse.

3 Hyems aquilonia.

A Vergilijs hyemis meminit, autumni esse Vergilias terminũ clare innuens. Itaq; quæ hyems illa fuerit, differentem eum attente audiamus.

4 Imbres erant multi, largi, magni: niues, mista suda plurima. Atq; hæc habebat omnia. Frigora uero non admodum erant intempestiua. Iam uero post brumale solstitium, & ubi fauonius spirare cœpit, aspera erat extrema hyems. Aquilo multum spirabat, ningebat, pluebat multũ & cõtinenter. Cœlũ proc[illegible]losum, atq; nubilũ, quæ durauerũt, nec remissa sunt ad æquinoctiũ usq;. Ver autẽ frigidũ, aquiloniũ, pluuiosum, nubilosumq;. Æstas non admodũ fuit feruẽs. Etesiæ perpetuo spirarunt. Mox circa Arcturũ spirãte Aquilone, permultũ pluebat.

Multas fieri pluuias dicimus aliquo tempore propter diuturnitatem, licet non largæ tum decidant. Appellamus etiam multas, si uel breui tempore incessant largæ. quæ quidem & magnæ appellantur. Verum ubi quis cõtinenter pluuias ait largas fuisse & magnas, ut Hippocrates scripsit, largas intelligamus, repentinas, uehementes, & breues: Magnas uero, neq; repentinas, neq; breues omnino, nec etiam diuturnas. Sed, quò omnia clariora euadant, nihil causæ est, quin paulo utamur narratione prolixiore. Fiat igitur subito admodum multa pluuia, horas tres aut quatuor, deinde mox cesset, largam hanc appellabimus. Alia uero paulatim incipiat, paulatim itẽ increscat, atq; ita fiat totũ diem & noctem: deinde à uigore, detrahatur paulatim de eius abundantia nõnihil sequenti toto die, postea consistat, eiusmodi pluuiã non largam, cæterum magnam uocabimus. Ergo, quam narrat, hyems modo largas pluuias habuit, modo magnas per interualla, atq; interea nõn raro erat sudum. Quippe hoc significat, quod est ab eo scriptum, μῦξιθεια τὰ πλεῖστα. Præterea hac hyeme niues ait fuisse, nec adscripsit, nec multas, nec paucas, ut quæ neutrũ admodum obtinerent, sed quæ magis cõsuetudini urbis responderẽt: ideoq; ipse adiecit: Et frigora non admodũ erant intempestiua. Et reliqua, quæ sequũtur, omnia frigidam fuisse & humidam eam hyemem testantur, ac pro eo naturaliter solã ipsam habuisse, atq; adeo plus æquo fuisse humidam. Iam etiam uer pluuiosum, algidum, & aquilonium fuisse dicit, præterea nubilosum. Aestatem uero quodammodo moderatam. Post hæc omnia circa Arcturũ, spirante nonnihil Aquilone, multũ pluisse. Sub hæc totius tempestatis summam in oratione profert: Cum totus fuisset humidus annus, & frigidus, & aquilonius. (Cœlum procellosum, nubilosumq;.) Cœlum more uulgi appellauit aerẽ, qui supra nos est usq; ad nubium regionẽ. Illud uero quod appellant astronomi pariter ac philosophi cœlum, à lunæ regionibus incipit. Procellas autem uentos repentinos & uehementes uocamus, præcipue cum coniuncti sint cum pluuia larga.

Cum

5 Cum totus fuiſſet humidus annus, & frigidus, & aquilonius, per hyemē ferè cōmode habebant. At ſub uer multi, adeoq; plurimi laborabant.

Demonſtrauimus antè inſtitutum eſſe Hippocratis, ibi incipere narrare, quæ id temporis aeris ſtatibus acciderunt, ubi primum de naturali deflexerit temperamento. Neq; id ab re facit, qui cum ambientis nos aeris intemperie uulgariū morborum inſtituit genera coniungere. Quando igitur eſt ab autumno exorſus, utiq; eum præcedit æſtas, illiq; ſuccedit, quod ipſi præit. Quatenus igitur ſalubriter in anni tēporibus corpora degunt, æſtas, adiuncto ipſi autumno, tantum aberat ut mali attulerit quicquam, ut fortaſſe etiam quibuſdā corporibus magno adiumento fuerit, quæ temperamentis calidioribus & ſiccioribus æſtate à iuſta tēperatura deflectere ſolent. Itaq; his inſtar fuit medicinæ autumnus, frigidum habens & humidum ſtatum. Quinimo ne hyeme quidem ferè ullus uulgabatur morbus. Nam hoc innuit, cum dicit: Per hyemem ferè cōmode habebant. Erat enim humidior quidem hyems, at frigidior nihilo, quàm eius poſtulabat natura: quocirca agens de eius ſtatu dixit: Frigora uero non admodum erant intempeſtiua. Porrò ibi primū morbos emergere oportebat, ubi plurimum aer degeneraret, cum dicat: Ver autem frigidū, aquiloniū, pluuioſum, nubiloſumq;. Nam decet uer temperatū, non frigidū eſſe, ſicut nec nubiloſum, aut pluuioſum. Nanq; ueris initiū eſſe æquinoctiū, quod hyemem ſequitur, ſuperiore cōmentario expoſuimus, atq; adeo ipſe hoc ſermone Hippocrates dilucide oſtendit: qui cum dixiſſet, extremam hyemē fuiſſe aſperam: ac deinde adieciſſet: Quę durauerunt, nec remiſſa ſunt ad æquinoctium uſq;: poſtea aſcripſit: Ver autē frigidū, aquiloniū, pluuioſum, nubiloſumq;. Age iam uideamus qui hoc ſunt cœlum comitati morbi.

6 Primum igitur cœperunt lippitudines manantes, dolorificæ, humidæ, crudæ, lemiæ, paruæ, ægre multis erumpētes, plurimis redibāt, tandē ſub autumnū receſſerūt.

Quamobrē uere morbi uulgares generari cœperint, ſupra eſt dictum. Cur aūt lippitudines præ cæteris uiguerint morbis, ſi eius ſtatum memoria teneas, cognoſcas: fuiſſe enim dicit frigidius, aquilonium, pluuium, & nubiloſum. Si quidem igitur à uentis tantū oculi fuiſſent uerberati, citra fluxionem eos lippitudines arripuiſſent. Quia uero multa erant coniuncti humiditate aquilonij uenti, recte ſanè manaſſe ait lippitudines, hoc eſt, fuiſſe humidas, ut ab humido generatas ſtatu. Dolorificæ erant utrobiq;, & ubi cum fluxione conſtarent, & abſq; fluxione, propter frigoris diuturnitatē, cui profecto nihil ad dolorē oculis inducendū deeſt. Nunc uero auctos dolores eſſe par eſt, quando frigus oculorum cum eorū fluxione cōiunctū eſſet. At crudæ erant, & longo tempore durabant, tum propter humiditatem, tum frigus. Siquidem ma-

A turationē fluxiones, cum ab inſito calore ſuperantur, conſequuntur. Atqui minore ſuperantur negocio, ubi paucus ſit humor, & minus frigidus: cū autem multum eſt frigoris, difficulter cōcoquuntur. Iam uero naturalis animantium calor ſi ſit ualidus, humores earum celerius concoquit: ſin imbecillus, uix longiore interuallo ſuperior euadit, & uincere humores ualet. Quo magis, ſi qui fuerint curati, de integro inciderunt in illas. Nam debilitatos quidem lippitudinibus oculos frigidus aer, aquilonius, & pluuius, nubiloſusq; iure lædebat. Huiuſcemodi lippitudinibus lemia ferè obuenit parua, ægre ob denſitatem tunicarū, quam ex frigore cōtraxerunt aeris, erumpens. Quare toto uere neceſſario oculi deteriores euadebant: æſta-
B te uero, quam cōparauerant, duritia ad concoctionem pedetentim deducebatur. Siquidem non potuerunt, qui longo tempore collecti ſunt morbi, ijq; præcipue ab algoribus & humiditatibus, ſtatim depelli. Merito itaq; dixit Hippocrates oculorum incōmoda eſſe autumno penitus ſublata.

7 Æſtate iā & autūno lienteriæ, & dyſenterię, teneſmi, alui fluxiones bilioſę, tenues, multæ, & mordaces: nōnullis etiā aquoſæ, multis ꝑterea offuſiōes dolorificæ, bilioſæ, ramētoſę, purulētę, & cū ſtrāguria cōiūctę.

Non hi tantum morbi Thaſios, & ſymptomata tentabant, ſed etiam alij, de quibus poſthac aget. Nam uarie ita ut cum maxime ægrotabant, quòd
C in diuerſos incidiſſent morbos. Quare cōmunem rationem, quæ ad id cōducit, quo non omnes, qui in ea fuerunt tempeſtate, ægrotarent, primo loco exponam: deinde ad ſingulos morbos deſcēdam. Attendes omnibus in ſtatibus ętatem & naturam cuiuſq; hominis, ut ſit ad ſtatū appoſitus. Nam uel facile, uel difficulter illi cedentem, uel modice ad illum comparatum inuenies eum. Mox genus uitæ applicabis, atq; ſalubrem uictus rationem uniuerſam ſtatui ipſi aduerſariam. Atq; ut uel facile, uel ægre corpus externis cauſis ſit inferius, aut ſimilis, aut diſſimilis ratio temperamenti in cauſa eſt, ut eſt ſæpenumero dictum. Cum enim conſtet ſanitas ex ſymmetria quatuor elementorum (ſiue qualitates, ſiue facultates uelis appellare) humidi-
D tatis, ſiccitatis, caloris, & frigoris, quædam corpora, naturæ, & ætates intemperata ſunt: quibus quidem ſimiles ſunt tempeſtates inſalubres, & cōtrarię ijs proficiunt. Temperatis corporibus ſalubres ſunt temperati ſtatus, intemperatiq; noxij. Sed ut nullus eſt intemperatus ſtatus cōmodus temperatis, ita nec nocuus perinde, ut intēperatis. Etenim ſtatus magnopere humidi & frigidi, corpora maxime lædunt intēperata humiditate & algore. Itidem humidi & calidi ſtatus temperamenta humida & calida offendūt. Eadē ratione calidi & ſicci, ſimilia. Quæ enim corpora iam ſunt in talem prona morbum, ex propria intemperie coarguuntur. Quæ uero contra ſunt, ac aer, temperata, cum nullam iniuriam accipiunt, tum uero multo efficiuntur meliora, cum ab exceſſu uindicentur. Contra-

ria enim cõtrariorũ remedia sunt. Proinde calidis & siccis temperamentis humida tempestas & frigida, pro eo quatenus ad cõtrarium cogit, atq; ita efficit temperamenti mediocritatem, cõmodo potius ꝙ fraudi est. Atq; id erat causæ, quo minus ægrotarent omnes in statibus intemperatis. Quod qui cognoscat, applicando uictu contrario, corporibus sanitatem tuebitur. Nam humidus & frigidus si sit aer, calefaciẽda corpora sunt, maxime frigidiora & humidiora: quare exercitationes plurimæ his prosunt, & uinũ modicũ, quod calidiore sit natura, atq; aquam ducat, tum cibi calfaciẽtes. Atq; etiã uniuscuiusq; quantitatẽ cum ex corporis, tum ex cœli cognoscemus temperamento, si quatenus de optimo temperamẽto diuerterit alterutrum, consideremus. Nam pro diuerticuli magnitudine, uictus est etiam mutanda quantitas: ut quod longissime discesserit ab optima temperatura corpus ad humiditatẽ & frigus, hoc plurimum nos in hoc statu & exiccabimus & calefaciemus. Quòd si mediocriter ad id, absurdum sit omnino huic idem facere, sed portione. Itaq; siccis & calidis corporibus multo minus uictus adhibẽdus est uehementer calidus & siccus: nam id sua sponte obtinent. Hoc autẽ duntaxat obseruandũ est, quatenus aer deflexerit à iusta temperamenti mediocritate. Qui si parũ, omnino non est cõmittẽdum nobis, ut mediocrẽ uictus rationẽ corporibus calidis & humidis immutemus: sin amplius, sat erit modice mutasse. Hæc quisquis perspexerit, generandi morbi cuiusq; in quacunq; tempestate causas obseruabit. Quintus uero dum it inficias cum empiricis, non posse eorum, qui sic existunt, affectuum cognosci causas, refert autem eas ad unam experientiã conuenientium inuentione medicamentorũ deficitur: etsi uel ob idipsum generatio morborum uulgarium sit cognitu utilis. Itaq; præsens cœlum inspiciamus, ac à primo repetamus. Fuit hoc, uti significauit Hippocrates, humidum & frigidũ, ab autumno ingressum: quæ causa fuit, ut ipso in autumno & hyeme proxima, haberent Thasii mediocriter. Sed uere, quando hoc etiã frigidum fuit & humidum, omnium primi oculi laborarunt, quòd non solũ esset aer humidus & frigidus, sed & antea fuisset procellosus. Oculos ergo cum frigidi ferirẽt uenti, non mirum sanè erat, si ante partes corporis cæteras laborarent, pro natura causæ efficientis. Itaq; non temere fluxiones eos humidæ & frigidæ corripuerũt. At uero quia non deuenit ad extremam status humiditatem, idcirco nullus aliorum affectuum quisquam, qui dominante tali statu in aere apparere solent, est consecutus: apoplexias dico, cõuulsiones, tremores, tetanos, peripneumonias, lateris dolores. Verum postea, humoribus iam ob nimiam in corpore moram putrescentibus, morbi cum corruptione plethorici prouenerunt. Etenim frigidę causæ cutem constipantes, humores prohibẽt digestione: tum autem humiditas aeris non modo non remouet à corpore quicquã, sed adijcit. Quæ cum unà in hac tempestate ambo fuissent, superfluitas est in ægro

A tantiũ corporibus cõgesta non eadem omnibus. Nam quibus erat in corpore excrementum biliosum, hoc non digestum, creauit affectũ biliosum. Quibus pituitosum, aut melancholicum, aut sanguineũ, continuo humoris erat non euacuati affectus similis. Atqui cum tale excrementum infici in corpore & putrescere solet, alios in alios incidere morbos consonum erat. Cui accedebat non omnium corporis partiũ similis status: quippe huic infirmius iecur erat, illi lien, alij uenter, nonnulli intestinum, alij aliud. Quare cum ex ualidioribus excrementũ partes exciperent imbecilliores, consequebatur pro natura membrorum ex Thasiis alium aliter laborare. Vnde dysenterię, tenesmi, fluxiones alui, lienteriæ, deriuatis superfluitatibus in B intestina extiterũt: urinæ difficultates, in uesicam deflectentibus: uomitiones, ad os uentriculi peruenientibus. Cæterũ per aeris frigus hæc quidem intrò in corpus irruperunt. Aestate uero corporum temperamentis calidioribus, & internas partes robustiores obtinentibus, sudores par erat citos esse, atq; hoc quibusdam citra febres accidisse, cum haud satis cõputruisset superfluitas: nonnullis etiam cum febre. Iam etiã temporis progressu uariæ febrium formæ extiterũt: nam & putrescentium erat diuersitas humorum. Nec enim ab aere erant generati, cæterum coaceruati, scilicet quòd frigidus esset, nõ calidus status. Vt cum sua ipsius ratione corpus excalfacit Canis ortus, semper solent uigere febres ardentes. At nunc quidem non C ab ipso statu istud precipue accidit, imò uero quia constipatio intercedebat cutis. Habes malorum compendiũ, quæ in præsentia uulgabantur. Nunc ad singula conuertar, simulq; uerba Hippocratis sicubi obscuriora sint, interpretabor.

8 Non nephriticę quidẽ, sed his alia pro alijs.

Et per sedem excretiones fiunt prauæ sæpius, cum liber quidẽ ab affectu uenter sit, per eum tamen purgetur totum corpus, aut abscessus in illo sit ab effluxione aliqua. Nam uult Hippocrates ipse decumbendo & etiã effluendo fieri abscessum. Ita etiam per renes nonnunꝙ & uesicã, nullo illos laborantes suo affectu, repurgatur totum corpus: quemadmodũ in hoc accidit statu. Quam ob rem in progressu sermonis dicit ad uerbum: Solum ue D ro bonum maximumq; inter signa quæ fiebant, quodq; multos maximis periculis liberauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hoc abscessus fierent. Atq; id ipsum est, quod hic commemorat: Non nephriticæ quidẽ, sed his alia pro alijs. Etenim totius corporis excrementa in renes & uesicam defluxerunt, atq; ita excretiones sunt nephriticis excretionibus adsimiles consecutæ.

9 Vomitiones pituitosæ, biliosæ, & ciborum crudorum reiectiones.

Ex humorum exuperantia, quæ intrò urgebat, quod ad sedẽ defluxit, fluores alui, tenesmos, dysenteriam, lienteriamq; concitauit. Aliud excretionem per renes & uesicã habuit. Itidem iam superfluitas in supremũ fluxit uentrem, ac innatans

per uomitiones est reiecta, ita ut naturis pituitosis pituitosa esset uomitio, biliosis biliosa. Est enim dictum, congesta per statum superflua fuisse, à seinuicem qualitatibus pro naturis corporum distincta. Neq; certe mirum, si cruda ciborum uomitione reijcerent humoribus in uentrem pituitosis & biliosis confluentibus. A

10 Sudores.

Quibus, inquam, multum per cutem effluxit, id temporis ualebat excrementum huc reijcere natura; itaq; sudarunt hi.

11 Omnibus undequaq; multus plados, (id est; nimia humiditas.)

Superfluam humiditatem πλάδον uocare solet. Cum igitur alijs aliter, ac quibusdã multifariã collecti lõgo tẽpore humores euacuarent, ob id merito dicit: Omnibus undequaq; nimia humiditas. B

12 Multis hæc accidebant rectis, & febre liberis: multis uero febricitantibus, de quibus iam scribemus.

Quibus coaceruata abundantia, aut quid biliosum, facillime putrescens, in febrilem conuersum iam putredinem fuerat, hi sunt statim febre correpti: quidam uero non decubuerunt, aut non prius in febres inciderunt.

13 Quibus autẽ quæ ante dicta sunt, cum dolore acciderũt, autumno iam & sub hyemem tabescebant.

De altero scilicet autumno loquitur, hyemeq; altera: quandoquidẽ de priore suprà dixit in hunc modum: Per hyemem ferè cõmode habebant. At ante uer multi, adeoq; plurimi laborabãt. Deinde ijs, quæ uere acciderunt, cõmemoratis, mox æstatis meminit: à qua alterius autumni, de quo in fine totius tempestatis dixerat: Statim uero circa Arcturũ cum Aquilone permultæ pluuiæ. At quos tabidos dixerit, parũ constat. Nam solet eos, quorum quocunq; extenuanẽ modo & tabescunt corpora, illo uocare nomine, nedũ eos, quibus ob pulmonis exulceratione totum marcescit corpus. Et sic hoc loco, tabidos accipi ab eo est uerisimile, quorũ attenuareẽ quocunq; modo corpus, nullo certe de pulmonis morbis uerbo prius facto. Nã cũ neq; sanguinẽ ex eo prædixit esse reiectũ, neq; fuisse peripneumoniã, neq; in uiscus hoc destillationem inuasisse, quæ causa sit uerisimilis cur existimes contabuisse dicere eum ægros in præsentia ex pulmonis uitio? Verũtamen potuit certe, ut ad uentrẽ & renes superfluitatis peruenit ex toto corpore portio, & in membra spiritus itẽ decũbere. C D

14 Febres continuæ.

Quod, sub hyemem, inter nouissimam orationem est, & hanc dictũ, alij illi, alij huic assignant. Ego uero totum sermonẽ esse statuo hunc: Et autumno iam extabuerunt aliqui, similiter hyeme. Iam uero etiam continuæ febres, & autumno uiguerunt, & hyeme. At constat alterius illum hyemis non conscripsisse statum, ut quæ propriũ hyemis temperamentũ conseruasset. Itaq; didicimus, quibusdam temporibus anni per accidens prouenire morbos, quæ nihil ipsa affecta, offensiones exceperunt priorum.

15 Et eorum paucis ardentes.

Non propria tempestatis ratione ardentes inciderunt febres, sed per accidens, ut suprà cõmemorauimus, quæ acciderunt. Quia impedita totius euaporatione corporis, illa quæ naturę cuiq; prouenire excrementa solent, uacuatione prohibita, peculiares sibi morbos excitauerunt. Nam qui erant magnopere biliosi, hi, quod naturæ illi erat solenne, in ardentem febrem inciderunt. Quo fit ut postea de his dicat: Ardentes uero febres quampaucissimos corripuerunt, & minime ex ęgris hi laborauerũt: neq; enim calidus has, & torridus, squalidusq; generauerat status. Multæ enim uiguissent, & in multis, simulq; cum magnis doloribus.

16 Diurnæ, nocturnæ, semitertianæ, tertianæ syncerae, quartanæ, errantes. Singulę autem ex iam descriptis febribus multos arripuerunt: ardentes uero paucissimos, & minime ex ægris hi laborauerunt.

Qua de re omni contigit febrium generi in prædicto statu existere, ante dictum est. At dictio, syncerum, quæ inter tertianam & quartanam est posita, utriq; uidetur tribuenda.

17 Nec sanguis de naribus, nisi paucis, & admodum paucus profluxit: nec delirabãt, & alia cuncta erant leuia.

Habet hoc Hippocrates ut obiter utilia præcepta doceat. Nam peculiaria morborum symptomata, quæ tum non fuerunt, hoc solet interpretari modo: ex eo quòd non acciderunt in præsentia, frequentia ea ut esse doceat. Nam in germanis, ut ita dicam, ardentibus febribus, quia copiosius ad caput calor attollitur, sanguinis fiunt profluuia, & delirant. Nunc uero, quatenus uera non esset ardens febris, optimo iure symptomata non habuit propria febrium ardentium.

18 Iudicabantur his plerisq; morbi stato admodum ordine, ac intermittebant septemdecim dies.

Iam hoc quoq; ardentiũ febrium est illius status propriũ, non cõmune alijs, quas uocãt germanas. Illæ enim ut febres habẽt uehemẽtes, ita siti etiã, & uigilijs, molestia, ac nonnunq; conturbatione mentis uexant. Quia uero tam sunt acutæ, ideo etiam celeriter decernunt. At febris ardens, quæ in præsenti uulgabatur, ut mediocriter acuta erat, ac à dolorificis remota omnibus symptomatibus, sic nec certũ habebat iudiciũ, sed quasi mediæ sortis, ut à repetitione iterũ iudicareẽ. Nã cum dicat, Ac intermittebãt, præiudicatã quidẽ fuisse non perfecte, uerũ à repetitione iudicatam iterum ostendit.

19 Nullum tunc febre ardente uidi mortuum, neq; in phrenitim incidisse.

Nullus hac febre ardente perijt, q; esset moderata: cuius est ante dicta causa. Phrenitis uero non

uiguit: quia cum totus esset status frigidus, non replebatur his caput. Ostensum autem est constitui phrenitidas, ubi cerebri calfiunt regiones.

20 Tertianæ uero febres numerosiores erãt ardẽtibus, grauioresq́; : stato tamẽ ordine à prima accesione in omnib. his quaternos circuitus habebãt, in septẽ aũt absolute iudicabãtur, nullaq́; harũ recidiuã habuit.

In cõmentarijs De differentijs febrium, & de iudicijs, cum alia, tum hoc declarauimus, propter flauæ bilis exuperantiã febres & ardẽtes & tertianas oriri, atq; hoc conuenire inter illas: locis uero, in quibus superfluus contrahitur humor, distare. Etenim si ardentes febres sint, in uenis abundat, præcipue iecinoris & uentris. Tertianæ fiunt, cum totius corporis carnes affluãt bile flaua. Proinde spiraculis impeditis eorum, qui natura biliosa sunt, quantum bilis in carnoso congestum genere ante expurgabatur, in hoc statu non purgatum, tertianas generauit ardentibus frequentiores. Nam hæ quidem non perinde trahunt originem ex biliosis retentis excremẽtis, sed calore in uasis & uisceribus aucto ab inflammato statu præter modum calido: quomodo in ijs qui se plus satis exercitauerunt, fit, aut in magnopere solicitis, aut qui multũ apricati sunt, uel cibis sunt adurentibus usi liberalius, uel qui de his plurima, uel omnia fecerunt & passi sunt. Verum præsens non erat nimium calidus status, quo minus corripuerunt multos febres ardentes, quin potius admodum biliosos, atq; hos moderatissimæ: ac hos ipsos magis etiam febres tertianæ tentauerunt, quòd pristini impediti effluxus erant biliosorum excrementorum. Quocirca merito acciderunt illis hoc grauiores atq; ardentes, quo germaniores erãt, et iudicia habuerũt sua.

21 Quartanæ uero multis ab initio ordine quartanæ cœperunt. Quibusdã nec ijs paucis ex alijs febrib. & morbis abscessus in quartanas fiebant. Atq; diu hos, ut solẽt, atq; adeo diutius tenuerunt.

At ne hæ quidẽ ob statum per se ortæ sunt: sed quia melancholicis naturis nõ repurgabatur atræ bilis affluentia, contigit in eiusmodi eos incidere morbos. Longius autẽ produci accidit ob humidum & frigidũ statum, in quo omnes causæ quandiutissime in corpore manent crudæ, atq; indigestæ. Tu uero fac memineris, ut hic usurpetur rursus hoc nomẽ ab Hippocrate, cum dicat, Abscessus in quartanas factos esse. Videtur non tantum abscessus quosdam per effluxionẽ appellare, uerum etiam cum alius transit morbus in alium.

22 Quotidianæ uero, nocturnæ, ac errantes multæ multos diu exercitauerunt, tam rectos quàm decumbentes.

Hæc cum non modo ex humorũ copia, sed temperamento etiam status prouenirent, non mirum si multæ & multos detinuerunt. Siquidem status humidus & frigidus, ut hyems, pituitosum generat humorem: ex quo generari quotidianas docuimus febres. Errantes diuersorum humorum soboles esse ostensæ sunt. Nec quicq; habet admirationis, si hæ febres longæ fuerint, ubi status humidus esset frigidusq́; & eo magis concoctione prohiberet humores, quæ alioqui propter frigus diuturnæ atq; concoctu difficiles essent.

23 Horũ plurimos febres sub Vergilias, & in hyemem usq; comitabantur.

Constat non harum eum meminisse, quæ in hoc erant statu, Vergiliarum, sed earum quæ post alterum statum in secundo erant anno, uti suprà diximus. Nam scripsit in fine illius status: Mox circa Arcturum cum Aquilone permultæ pluuiæ. Ac loquitur postea, quasi ad naturalem iam statũ ordo sit temporum anni reuersus, tum reliquum totum quod excepit Arcturũ, tum quod hyemem. Quo factum est, ut quæcunq; essent prioris reliquiæ status, cõcoctę sint autumno, & hyeme nullus iam Thasiis reliquus esset morbus.

24 Multos cõuulsiones, & maxime pueros ab initio tentabant, & febricitabant, febribusq́; cõuulsiones succedebãt. Erãt hæc plerisq; diuturniora & innocua, p̃ter eos, quibus etiam alia cuncta pernicialia essent.

Cõuulsiones fiebant, quòd frigidus esset humidusq́; status. Pueri autem propter neruosi generis infirmitatẽ, conuulsionibus sunt opportunissimi. Quo facilius etiam paruis de occasionibus hoc ijs mali accidit, minusq́; est periculosum. At dicit à primo statim quosdam conuulsionibus fuisse affectos: aliquos uero ubi præcessisset febris, utcunq; scilicet ad alterutrum comparati illi essent, qui cõuulsionibus & febre arripiebantur. Nam ad quod quisq; erat, inquit, paratior, hoc prius inuadebat: cui successit alterum. Atq; conuulsiones non iniuria diuturnæ erant, cum secundus autumnus iterum, de quo in fine scripsit totius status, humidus esset & frigidus, atq; aquilonius.

25 Continuæ uero febres omnino nunq; intermittebantur, sed inuadebant omnes more febris naturam tertianæ referẽtis: & uno die aliquantũ remittebãtur, altero ingrauescebant. Omniũ erant, quæ in id tempus inciderunt, uiolentissimæ, longissimæ laboriosissimæq́;: lenes à primo, de cætero increscebant indies, ac decretorijs diebus accedebant, ac peiores inuadebãt: aliquantum remittebantur, citoq́; rursus ex intermissione uehemẽtius incessebãt, diebusq́; decretorijs multo deteriores reddebãtur. Rigores autem omnibus inordinati & errantes erant, ac paucissimi his, minimiq́;: in alijs uero febribus maiores.

Nisi ipse, quemadmodũ febres quæ tum uigebant, ordinatas accessiones faciebãt, adscriberet,

magnam nobis hæsitationẽ reliquisset inuestigãtibus, quasnã uocet τριταιοφυεῖς, id est, tertianæ naturam referẽtes. Sed cum dixit, More febris naturam tertianæ referentis: nulla restat de re quæstio, sed de significato huius nominis τριταιοφυὴς. Huic autem cõiungitur, quid significet tertiana, et semitertiana. tum utriusq; differẽtia, syncera tertiana, & non syncera, sed aliquãtulum remissa aut magis aut plurimum: & quousq; producantur harum singulæ: tum quæ magna semitertiana, quæ media, quæ parua. Agathinus certe integrum scripsit librum primum de semitertianis, dum, quid hoc denotet uocabulum, interpretatur. Iam uero si uelim quę de hoc nomine sunt ab empiricis prodita, quæ postea ab Archigene nõ semel sunt, sed pluribus in commentarijs relata, simulq; quæ bene, uel male tradiderunt, disceptare, tria sanè uolumina uix capiant. Quatenus autem inter est ad artis opera, disputaui iam in commẽtarijs De febrium differentijs. Hoc loco satius est hoc febris genus, quod hoc statu dicitur fuisse, describere. Ipse igitur ait, Altero die ingrauescere, altero aliquantũ remitti: quod græce ὑποκουφίζεσθαι dixit: quod quia uerbum cum præpositione ὑπὸ scripsit, aliud par est nos accipere significari à simplici dictione, ac à composita: à κουφίζεσθαι enim queas intelligere insignem denotari remissionem febris: ab ὑποκουφίζεσθαι, moderatiorem. Verumtamẽ nõ distribute, nec clare exposuit, utrũ qui eum in modum febricitarunt, hos postridie altera inuaderet accessio leuior ea, quæ pridie: an illa perpetua, postridie remitteretur. Equidem contextum censeo innuere unam fieri tertio quoq; die accessionem, remissionem postridie. Addit rigores errantes fieri: quod denotat non in singulis accessionibus, cęterum interdum, hosq; paruos. Iam etiam sudores paucos, & uero etiam frigus extremitatũ tale, ut calfierẽt ægre: ex quibus omĩbus liquet crudis & pituitosis putrescentibus humoribus talem existere febrem, admista ijs flaua bile. Ac quæ ex sola quidem eiuscemodi bile generatur, ei tertianę nomen est. Quæ uero parem assumpsit crudum humorem, exquisita efficitur semitertiana, Romæ illa incolis frequentissima, ut quæ illius sit urbis familiarissima. Hæc quidem cum horrore uenit, atque cum reduplicationibus, quas uocant, fit: accedens non tantum priori die, sed & postridie: quæ quidem accessio præcedente minor est, minusq; horrifica: tum repetitionem uel minorem, uel certe prorsus habet nullam. Nunc de ea quę tertio fit die, mitigat autem in his alterum diem, sermo habetur, quæ propinquior esse uidetur naturę tertianæ, accessionem iterantis, ac longius à semitertiana est remota. Multum enim interest, nũ inuadat postridie, an sine reduplicatione fiat. At enim paruus rigor parum distat ab horrore: tametsi ne hũc quidem perpetuo accessioni esse adiunctum dixit, sed errantem: nisi certe errantem de alijs dixit febribus, & non de tertianæ naturam referẽtibus. Etenim cum minimos his & paucissimos rigores ait accidere, horrorem indicauit: non priuauit tamen penitus ijs accessiones. At uero, quo hæc cognoscas, sic se res habet. Febres hæc iure τριταιοφυὴς, id est tertianæ naturam referens uocatur. Neque enim est semitertiana, ut quæ secundo die non inuadat, nec reduplicationes faciat: neq; producta est, siquidem nunquam febris hominem relinquit. Quare erat æquum huic tribuẽre nomen illis finitimum. Erat porrò rationis nullum instituere aliud nomẽ, ac τριταιοφυῆ, id est tertianæ naturã referens. At uero deteriorẽ fieri fere diebus decretorijs, tertianæ naturã referentiũ est propriũ, non commune omniũ. Nam in libris De diebus decretorijs didicimus, usu uenire istud febribus malignis: (Aliquantulum remittebantur, citoq; rursus ex intermissione uehemẽtius incessebant,) si in memoria habeas quæ in libris sunt De iudicijs dicta, & de Decretorijs diebus, & differentijs febriũ, nõ est q̃d repetam. Illic eñ ea sunt explanata omnia, cuiuscemodi est, quod hic dicitur, remittebantur. Verũ generant istæ febres, nõ ex succo uno, sed pluribus: quorũ calidior febrẽ acutam succendit, statimq; discutitur. Quæ dum corpus tenet, cõtingit frigidioribus corrumpi ac putrescere: itaq; iterum accẽdi ex illa remissione, quod est, ueluti requie, & iminutione febris: atq; ista febris deterior euadit priore, uidelicet quòd uires à prioribus molestijs defatigatas offendat. Nam nõ obscurum est, si uel pari sit magnitudine, quin molestando, etiam ualidioribus uiribus præstabit, nedum infirmioribus.

26 Sudores multi.

Sanè in alijs febribus conspecti sunt multi sudores. Potuerunt & alijs citra febrem uitijs, ut conuulsionibus accidere multi sudores ex collecta in corpore multa humiditate frigida propter statum, quæ à conuulsionis ui expellitur. Cæterum quibus id dixit accidisse, hi, ut erat consentaneum, mnltum sudauerunt.

27 Has tantum aberat ut recrearent, ut etiam contra læderent.

Has, inquit, febres, de quibus uerba fiunt, tertianæ naturam referentes, sudores comitabantur inanes. Causa in promptu est: nã attribuimus crudis morbis nec prodesse sudores, nec signum esse bonum. Nam uel copiam denunciant humorum, uel uirium infirmitatem.

28 Frigebãt his multum extremitates, ac uix calor ijs reuocari poterat.

Cum ob insignem inflammationem uiscerum in accessionibus calfactu efficiuntur difficiles extremitates, tum propter frigidorum multitudinẽ humorum, ut de utrisq; in ante citatis commentarijs demonstrauimus.

29 Non dormiebant prorsus hi, & rursus soporabantur.

Rursus insomnes ait eos fuisse, ex parte potius, & non omnino, nec cõtrarietas magna est. Dicit enim quadantenus soporis quoq; symptoma accidisse, hoc est, ubi in somnum delabuntur, nec uigilanti

gilantium queunt subire munera, ut ostendimus.

30 Ventres omnibus turbati erãt, & praui, at multo his pessimi.

Humorum in uentrem fluente abundantia, ut ante dixi, par erat eum turbari. His itaq; naturam tertianæ referentibus, de quibus hic disputat, ut præter cæteros morbos malignis, necessario etiã uentres deprauabantur.

31 Vrinæ autem plurimis horũ erant aut tenues, crudæ, decolores, ac tempore nonnihil concoctæ: aut crassitudine quidẽ præditæ, turbatæ tamen, nec consistentes, nec subsidentes: aut paucæ, crudæ, uitiosæ, & quæ subsidebant pessimæ.

Cuncta hæc in uniuersum, in libro Præsagiorũ docuit: quæ quidẽ etiam hic tanquam per exempla priuata fidem accipiunt. quæ quando ante in Præsagijs enarrauimus, non est ꝙ de consensione horum cum illis, cum sit conspicua, dicamus amplius. Nam ibi ostẽdimus, ea crudorum esse & incoctorum signa humorum.

32 Tusses comitabantur, sed quem usum uel detrimentum adferret tussis, non habeo quid scribam.

Vbi humores nimij expurgantur, solent sequi tusses.

33 Itaq; diuturna hæc erant, molestaq;, & conturbato nulloq; ordine, atq; sine iudicio plurima horum permanebant: quibusdam perniciose habentibus, quibusdã nõ. Si quos autem eorum paululum desererẽt, statim redibant. Quibusdam aũt, ijsq; paucis, octogesimo cum breuissime iudicabantur: atq; horum nonnullos repetierunt, ut etiam in hyemem plurimis eorum morbus protraheretur. Plurimos uero absque iudicio reliquerunt.

Nulli dubium est, quin secundam hic hyemem Hipp. appellet, non etiã primam, quam in principio retulit totius status. Quos enim hic commemorat, morbi omẽs altero potissimum autumno uiguerunt. Deinde ineunte hyeme, quidã horum discesserunt, nõnulli longius sunt producti. At uero ꝙ inordinati essent atq; repeterent, frigori id quidem, & copiæ morbos excitãtium humorum merito referẽdum est acceptum. Quo factum est, ut ex æquo ea etiam superstitibus euenirent.

34 Ex æquo hæc ijs qui superstites fuerunt, & qui non, acciderunt. multaq; fuit acrisia in morbis, eaq; uaria. Ac maximum signũ & pessimum ad finem usq; plurimos persecutum est, quòd omnem cibum fastidirent, præter cæteros, quibus cætera quoque exitialia erant. Sitiebant autem non admodum intempestiue in his febribus.

Mente cõstare, & oblatos cibos libentẽ admittere optimũ esse aliàs Hipp. dixit in uniuersum, et hic singulari confirmat exẽplo. Quòd porrò non perinde sitibundi essent, nimirũ abundantium humorum qualitatem est consecutum.

35 Cũ autem diu hæc durarẽt, multiq; essent dolores & malus marcor, his succedebant abscessus: aut maiores ꝙ ut ferri possent, aut minores ꝙ ut prodessent quicq;: sed statim redierũt, & deteriores euaserũt.

Vbi multa sit crudorum humorum copia, abscessus fiunt: qui parui si sint, nihil conducunt: sin autem magni, uires ijs nõ sunt pares. Nam quòd etiã hoc loco uacuationes per effluxum, abscessus uocet, proxima oratione clare significat.

36 Quæ hos infestabãt, hæc erant: dysenteriæ, tenesmi, lienteriæ, & fluxiones alui. Nonnullos etiam aqua inter cutẽ, quæ uel hæc habebat adiuncta, uel non habebat.

Quos superioribus uerbis extitisse summatim ait abscessus, hic nunc sigillatim exponit. Superius diximus merito tales fuisse morbos, confluentibus in uentrem excremẽtis: dysenterias scilicet cum cruentis excrementis quocunq; modo ortas. Tenesmos uero, qui sunt ex omni uehemente intus in recto intestino exulceratione. Lienteriæ, quæ celeres sunt ciborum non mutatorum transitus. Fluxiones uentris uocat, cum sine dictis his affectibus deijciuntur, & semper & assidue humida excrementa. Aliquos etiam in aquam inter cutem ait incurrisse, propter copiam humorum frigidorum & humidorum, hos quidem unà cũ prædictis symptomatibus, illos citra hæc.

37 Præterea quæ uiolenta erant, statim opprimebant: uel nihil proderant.

Qui procedunt morbi è concoctionis difficultate & copia crudorum humorum, nullum ab excretionibus consequunt̃ emolumentũ. Dixit eñ multũ uiolẽtas cõfestim opprimere uires: at quæ tales non sunt, nihil iuuare. Quæ cũ etiã duplices sint, nihil proficient, quæ concoctionẽ nõ habent adiunctã. Quia scilicet hi etiã multi relinquunt̃, nihil cõmodabit absq; concoctione quicquam.

38 Papulæ paruæ, quæ non essent excernendis morbis, statimq; euanescebant: aut secundum aures tumores nigricantes, qui nihil denunciarent.

Omniũ quæ tunc inciderent incommodorum erat caput, cruditas humorũ. Quòd si quando per uim natura ad aliquos eorũ excernendos aggressa esset, nihil proficiebat: immo uero ab ijs superata aut in profundũ recurrere permisit, aut propter paucitatem excretionũ, abscessum moliebatur.

39 Quibusdam in articulos, præsertim in coxendicem decumbebant: paucis decretorie cessabant, statimq; superati ad priorem statum redierunt.

Quòd igitur abscessus, qui decũbendo fit, maxime in diuturnis accidat morbis, in primis ab illo docti in uniuersum sumus, & hic exẽplo priuato testatũ habebimus. Quòd uero multa esset affluentia crudorum & frigidorũ humorũ, nec confectorũ, ideo in maximum articulum multis decubuit. Cæterum propterea ꝙ essent difficilis cõcoctionis, nõ excernebãtur. Qui sicut etiam discussi uiderentur, confestim rebellarũt. Scilicet hoc est, quod indicatur, tumores cum ad cutem propellerentur, redirentq́;, ad pessimum elapsi statũ sunt. Etenim hoc significatur ab eo, cũ dicit: Statimq́; superati ad priorem statum redierunt.

40 Moriebantur autem ex omnibus, sed omnium plurimi pueri ablactati iã, & qui natu maiores essent, octennes & decẽnes, & qui pubertatẽ iam attingebant. Accidebant ijs hæc, non sine illis, quæ ante dicta sunt. Superiora uero multis sine his.

Cum in hoc statu potissimũ dominaretur humiditas, quippe quæ modum naturalem plurimum excesserat, minus erant obnoxij huic malo ab humiditate & frigiditate profecto, frigidi & sicci. Nam esse obnoxiora corpora illis causis ostendimus, quæ cognatæ sunt ipsarum intemperiei.

41 Solum uero bonũ maximumq́; inter signa quæ fiebãt, quodq́; multos à maximis periculis uindicauit, hoc fuit, quib. ad stranguriam diuerterẽt, & in hoc abscessus fierẽt. Accidit autẽ plerisq́; stranguria in his ætatibus potissimũ. Itẽ alijs multis, qui etiã in morbis non decumbebant. Et subita his magnaq́; omnium mutatio fiebat. Etenim uẽtres, etsi forte molles essent, statim male sistebantur, cibosq́; omnes libenter sumebant, & posthac leuiter febricitabant. Sed ex stranguria diu hi multumq́; laborabãt.

Dixerat etiam antea stranguriam his & nephritim accidisse, etsi communitatem quandam haberent, sed alia pro alijs. Nosq́; diximus, ubi per renes excrementa purgantur totius corporis, urinę illos stillicidium corripere, cum ob alia, tũ præcipue propter confluentiũ urinarũ acredinem, quæ etiam nunc in causa fuit. Tenendumq́; rursus memoria est, hic quoq́; abscessus dicere illũ in stranguriam factos: licet per effluxionem, non autẽ decubitũ de toto emanarent corpore infesti humores. Vt enim repurgatur non raro per uentrẽ uniuersum corpus, & item quoq́; per renes & uesicã. Sed est stranguria diuturna, & cum dolore repurgat totum corpus. Has autem partes erat necessarium, per quas acres excernebantur urinæ, affici: quia uellicabantur scilicet, continuaq́; excretione sollicitabantur: unde etiam in ipso urinarum transitu offendebantur. Dies uero longior eiuscemodi illis symptomata per excrementorum, quæ expurgabantur, copiam adferebat.

42 Erãt his urinæ copiosæ, crassæ, uariæ, rubentes, purulentæ cum dolore.

Omnia hæc accidebant, ꝙ superfluitatẽ humorũ uitiosorũ totũ corpũ deponeret. Quo factum est, ut conseruarent̃ omnes. Cum autem uaria ea esset (uti superius docuimus: aliud enim alij abundabat) non mirũ si uarietas quædã fuit urinarum, ut hæ omnes similes non essent, sed alijs aliæ.

43 Atq́; hi superstites omnes fuerũt, nec ullum horum quẽquam perijsse cognoui. Quæcunq́; uero non periculose.

Quã ob causam omnes superstites essent, prædictum est. Nam per urinas purgati sunt. Hoc autem, quæcunq́; uero non periculose, quidã sequẽti orationi præponunt, ubi hoc interpretabimur post secundum statum.

44 Maturationes excrementorum omnes undiq́; tempestiuæ aut bonæ, & decretorij abscessus considerandi sunt.

Sunt qui finẽ prioris status constituant huius narrationis initiũ, ut talis sit: Quęcunq́; uero non periculosę maturationes excrementorum omnes undiq́; tempestiuę aut bonę, & decretorij abscessus considerandi sunt: ut orationis hic sit sensus: Quæcunq́; uero sine periculo exoriuntur symptomata, in ijs animaduertendæ cõcoctiones sunt. At nihil tamen causæ est, quin per se superior oratio legi possit, ut oratio illi semel de omibus morbis qui sine maturatione sunt, in uniuersum habeatur. Concoctio enim quædam eorũ quæ præter naturam sunt, est maturatio morbi. Hæc autem concoctio, in concoquentis substantiam deductio quædam est eius quod concoquitur. Ergo ubi corpus bene habet, cumq́; ei, quod concoquitur, naturæ intercedit familiaritas cum concoquente, mutatio fit & alteratio totius concoquendæ materiæ, aut maximæ partis eius, minimumq́; superat semicocti. At uero quando præter naturam affecta sunt, quod accidit, ubi sint à natura immutantis & alterantis aliena: id quod assimilatur, paucum est, semicoctum uero excrementũ multum. Iam sicut in corporibus sanis concoctionem indicant excrementa, non secus in corporibus affectis indicabunt. Itaq́; eorum quæ in uentre coquuntur, deiecta per aluũ excrementa cruditatẽ & concoctionẽ ex sua forma arguũt: eorũ quæ in pectore & pulmone, tussi excreata: eorum quę in cerebro, per nares excreta: eorũ deniq́; quæ in uenis, cum urinis effluentia. Sed hæc in commentarijs sunt De facultatibus naturalibus declarata, atque in ijs libris, quibus De iudicijs egimus, præcipue autẽ in lib. De temporibus morborũ, in quibus cõcoctionis morborũ indicia sunt descripta. Idipsum hic quoq́; iubet Hipp. facere, morborũ considerantes concoctiones ex ijs quę excernuntur. At in fine orationis quidã pro, considerandi, scribũt faciũdi: sermonẽ esse nõ iudicij, sed actionis uolentes, & curationis, cõsilijq́;. Si enim cõsiderare iubet concoctiones, ad dignoscendum &

præſagiendũ pertinet oratio. Sin autem facere, ad medendũ. Iam maturationes efficere calfacientia mediocriter omnia obſcurũ non eſt, tũ cibos, tum fomẽta & cataplaſmata: frictio itẽ modica, & balneũ, huius ſunt generis. Verũ iſtorũ ſingulorũ in libris eſt methodi medendi explicatus uſus. Atqui non modo cõcoctiones par erat morborũ reſpicere, aut facere ipſum (utrumq; enim uerũ eſt) ſed abſceſſus etiã ex effluxione, id quod in primis eſt elaborãdum, aut abſceſſus ex decubitu in partes ignobiliores. Nam alterũ eſt hoc propoſitum, ubi abſceſſum per effluxionem aſſequi nequeamus. Quare ſiquidem ad uentrẽ excrementa contendunt, his præſtò eſſe debemus cũ clyſteribus, qui eò attrahere ualẽt: adeoq; cum ijs quæ tota in uictus ratione ad hoc conferunt. Sin autem ad renes, cum urinam cientibus. Quòd ſi ad colum, acribus medicamentis illud calfaciendo.

45 Concoctiones celeritatem portendũt iudicij, ſecuritatemq; ſalubrem.

Supremo capite quoſdã dixi conſiderare cõcoctiones iubere: nõnullos etiã facere: & utroſq; finẽ orationis dupliciter ſcribere in enarrando: alteros cõſiderare medicos, alteros facere. Equidem ex uſu eſſe utrũq; dixi medicos meditari: itaq; ſi, conſiderandi ſunt, ſcriptũ ſit, omnino comitat̃ id etiã facere. Nã æmulũ Hippocrates pariter ac adminiſtrũ uult medicũ eſſe naturæ. Veruntamẽ in priore oratione, cõſiderandi ſunt, ſatius ſcribi planũ fecit, cũ dicat hic concoctionẽ celeritatẽ portendere iudicij, ſecuritatemq; ſalubrẽ. Nõ ꝓfecto portendunt dicturus, ſed faciunt, ſi cõſuluiſſet ipſis medicis cõcoctiones efficere: ſed iſtud quidẽ, ubi morbos curat, dat cõſilij. Nũc in cõmentatione morborũ uulgariũ diſcretiões illis & præſagia proponit: interim eadẽ opera medẽdi rationẽ generatim innuit, nõ tamẽ exprimit: nã ꝙ ſimul innuat, liquet illud quidẽ. Etenim ſi præclara naturæ opera uult imitari medicũ, cõcoctiones aũt naturę opus ſunt, clarũ eſt eas celeritatẽ iudicij, & ſecuritatem, & ſanitatem ſignificaturas, tum uero nos ijs auxiliando, concoctiones effecturos.

46 Cruda uero, & incõcocta, atq; in malos abſceſſus cõuerſa, aut acriſias, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas.

Vt fiunt cõcoctiones natura cauſas noxias ſuperante, ita non ſuperante, cõtraria. Itaq; ei quod eſt in concoctionibus dictum Celeritatem iudicationis, aduerſat̃ morborũ diuturnitas: ei quod illic Securitatẽ, repugnat acriſia, mors, & recidiuę. Ei deniq; quod illic Salubre, in cõmuni quidem nũc dicta omnia, ſeparatim uero dolores. Nã corpora ſana, ſiue ἀπονίαν, ſiue ἀνωδυνίαν, ſiue ἀοχλησίαν, hoc eſt, doloris carentiam, indolentiam, moleſtię uacationem appelles, proprium habent perpetuum. At acriſiæ uocabulum bifariam in mentẽ mihi uenit ab illo uſurpari: cũ aut omnino iudicium futurũ nullum, aut paruum ſit: atq; in utroq; hoc ſignificato ſunt cruditatum morborum comi-

A tes acriſiæ. Atqui meminiſtis omnem concoctionẽ morborũ fieri in alteratione humorũ. Etenim protenſa eſt per ſolida corpora natura, quæ illorũ eſt uirtus, concoctioneq; à ſolidis corporib. ſanis humores conſequuntur: nam ſi hæc ipſa ægrotẽt, in habitu iam hic eſt morbus, ac nonnullos in extremũ adducit diſcrimen. Curari autem prius nequit, ꝙ ſuam uirtutem ſolida ipſa recuperauerint corpora: quæ in ſymmetria poſita eſt calidi, frigidi, ſicci, & humidi. Vnde ipſa etiam ſanitas ſolidorum corporum in horum poſita ſymmetria eſt: ut nihil intereſſe uideatur, bonã ſimilarium temperaturam dicas ſanitatem eſſe, an elementorum, ex quibus generati ſumus, moderationẽ. Verũ qui morbis ſolidorum corporum mederi conueniat,
B in libris methodi medendi expoſuimus. Neq; eñ omnia ubiq; debeo perſequi. Satis enim ſit eorũ, quæ ſeſe obiter de curationibus conſideranda offerunt, hic capita tantum annotare, quemadmodum in curationibus, ſignorum. Etenim quod uniuſcuſq; eſt commentationis proprium, id decet omni ex parte elaborare: quod uero obiter incidit, hoc indicare ſummatim.

47 Quid autem horum erit potiſsimum, ex alijs conſiderato.

Quorum fecit de arte præſagiendi mẽtionem, ea in opere De præſagijs tradidit. Nã ſingula quorum meminimus, ex eo libro citata ſunt, quẽ nos commentarijs tribus ſumus interpretati. Et ad finem oſtendimus libros Vulgariũ morborum ſequi
C Præſagiorum librum. Præterea eſſe ſcripta à nobis in illum librum commentaria, propter libros De iudicijs, quorum ſunt præſagia explicata & in pernicialibus & lenibus morbis, & quæ conſtituta ſunt iudiciorum in unoquoq;. Et quæ iam bona iudicia, quæ uero mala, ac firma, ac non firma: deniq; de omnibus alijs, quæ ad præſentem ſpeculationem pertinent.

48 Præterita dicito, præſentia cognoſcito, prædicito futura.

Et in Præſagiorũ libro ſtatim à principio dixit: Præſentiens enim & prædicens præſentia, præterita & futura: ꝙ ſcilicet circa tria uerſet̃ tempora præſagitio: quod queãdmodũ ſit præſtãdũ, per
D commẽtaria in illum librum ſcripta apertum eſt.

49 Hæc meditator.

Hoc loco meditari dixit pro exercere: aliubi ſæpius curam uocat meditationem.

50 Te ad hoc exerceto, morbis ut proſis, aut nequid noceas.

Hoc ego tenue duxi aliquando, nec Hipp. dignum: ſiquidem omnibus hominibus cenſui eſſe perſpicuum. Debet ſpectare in primis medicus, ut ægris cõmodet: ſin minus, ut certe ne incõmodet. Poſteaq; uero non parum multos uidi claros medicos iure ob id reprehenſos, ꝙ uel in mittẽdo ſanguine, uel lauando, uel medicamento dando, aut uino propinando, aut frigida, offendiſſent, cogitaui mecum fortaſſe etiam ipſi Hippocrati tale

quid usu uenisse necessario, simulque multis etiã alijs eius æqualibus medicis. Atque exinde omnib. anteuertendũ duxi, ut si quando magnũ adferam ægro auxilium, ante perspiciam apud me, non solum quantũ profuturus sim, si ex sententia cadat, sed etiam nequid lædam. Nihil itaque unquã institui, quin apud me prius periculũ facere, nequid, si uotum non obtinerem, offenderem ægrum. Quidam uero medici perinde ac ij, aleam qui iaciunt, solent ægrotantibus remedia adferre, quorũ adfert offensio magnũ ægrotis incõmodũ. Proinde ijs qui artẽ addiscunt, sat scio, prodesse aut non lædere indignum uisum iri, ut mihi quondam, quod ab Hippocrate literis mandaretur. At uero medicantibus iam, non dubito, quin eius uis appareat. Quòd si quando per uehementis medicamenti usum temerarium perimi cõtingat ægrum, maxime tum sentient, cuius nunc Hippocrates uim ante oculos proposuit.

51 Ars his tribus constat, morbo, ægro, & medico artis administro. Aegri est unà cum medico morbo reluctari.

Tria esse uniuersa inquit, in quibus & per quæ curatio conficitur. Primus morbus, deinde medicus. Oppugnant sese mutuo, & ut ita dicam, inter sese depugnant ac dimicant medicus & morbus. Morbum enim studet medicus euertere, illi contrà, ut ne sit inferior, propositũ est. Tertius est præter illos æger, qui si quidem medico sit audiens & faciat imperata, socius efficitur huic, morbo hostis. Qui ab eo si desciuerit, ac quæ dictat morbus exequatur, duobus nominibus medico facit iniuriam: uno quidẽ quod destituerit solum: altero, quod alterũ fecerit, qui erat ante unus. Enimuero duo necesse est uno præstẽt. Porrò aperte imperata facit morbi, deserto medico æger, ubi cũ ei interdicat medicus frigidæ potiõe, ille à febris ardore adducitur, ut istud committat. Itidem si lauet, aut uinũ bibat, aut eiuscemodi aliud, à quibus abstinere eum uolebat medicus: næ morbũ ille scilicet augebit, faciundis ijs, quæ illi placent: atque medicũ prodet, faciundo quæ non uult. In multis itaque est exẽplaribus scriptum, medicus artis administer. In quibusdam non artis, cæterum scriptum est, naturæ. Nihil tamen ad orationis totã sentẽtiam interest.

52 Capitis & colli dolores, & grauitates cum febribus, & sine febribus sunt.

Hoc tituli uim obtinet, per quem recipit Hippocrates, quò capitis solent & colli dolores atque grauitates tãdem erumpere, ac quas habeant differentias, sub hæc dicturum. Proinde eum hoc agentem in sequentibus, attendamus.

53 Phreniticis conuulsiones.

Cõuulsiones inquit phreneticos infestãt, capitis & colli permanentib. dolorib. & grauitatibus.

54 Sed & uirulẽta uomunt, & ex his quidam subito moriuntur.

At demonstrauimus nos talia alui excrementa & uomitiones, ubi aduritur flaua bilis, fieri: quare subdit, subito quidam moriuntur, hoc est, statim à uomitionibus expirant, ipsum cerebrum scilicet, eiusque membranas tenente phrenitide à flaua bile profecta. Quo minus mirandum, si desiccatis his partibus, existant conuulsiones. Atque quidam simulatque contracti sint & uomuerint uirulenta, è uestigio agunt animam. Aliqui ob robur uirium unum superfuerunt diem aut alterum, aut tres, aliquando quinque.

55 In ardentibus autem, cæterisque febribus, quos colli dolor, temporum grauitas, caligo oculorum, uel præcordiorum etiam cõtentio, neque cum dolore corripit, his è naribus sanguis profluit.

Cum enarrarem librum præsagiorum, de sanguinis profluuio, quod ita fit, uerba feci, interpretans orationem, cuius est initium: Quibus tali in febre dolet caput, & pro oculorũ caliginibus cæcutiunt, ac splendor obuersatur, & pro uentriculi dolore in præcordiorum, aut dextra, aut læua parte aliquid contenditur, neque cum dolore, neque cum inflammatione, sanguinis his è naribus profluuium pro uomitione expectandum est. At scripsisse illic de his illũ absolutius, si capita inter sese componas, plane uidebis. Tantũ igitur erit hic à me adijciendum, eo quod in præsenti capite scripsit Capito: Et præcordiorum contentio cum dolore. Neque enim recte negationẽ, non detraxit, tum ob ueritatem ipsam, tum quod in præsagijs dixit Hipp. Cũ in præcordiorũ aut dextra, aut læua parte aliquid contenditur, neque cum dolore, neque cum inflãmatione, sanguinis his è narib. profluuium expectandũ est. Est enim impetus humorũ in caput, præcordiorum sine dolore cõtentio, signũ. Quod quidem si ei accedat dolor, inflammationẽ sequitur uiscerũ. Cum uero calor capitis sursum sanguinem trahens, & iecur impellens conspirent, sanguinis est expectanda eruptio.

56 At uero quibus totius capitis grauitates, tum autem cordis dolores, & fastidia sunt, biliosa post, ac pituitosa uomunt.

Hunc sermonẽ his docuit uerbis in præsagijs: Sicui in febre nõ exitiosa, inquit, caput dolet, aut etiam caligent oculi, si uẽtriculi huc dolor accesserit, biliosa uomitio imminet. Sin rigor præterea apprehenderit, & subter precordia partes algeãt, adhuc citius uomitio aderit. Si uero bibat edatque hoc tempore, perquã cito uomet. Si quibus horum cœpit dolor primo die, quarto affligantur magis quam quinto, septimo uindicantur. Plerique tamen eorũ incipiunt dolore affligi tertio die, quinto laborant grauius, deinde liberantur nono aut undecimo. Quòd si quinto die eos dolor inuaserit, & alia in his antecedentibus respondeãt, ad quartũdecimum morbus finietur. Hæc accidunt uiris & mulieribus potissimũ in tertianis: minoribus natu accidũt cum in illis, tum uero maxime in febribus continuis, & in germanis tertianis. Hæc oratio de ijsdẽ, quæ hic docet, in præsagijs scripta est:

quam nos in tertio quem in illum librum conscripsimus cõmentario interpretati sumus. Quare cũ exactius totũ hũc sermonẽ in præsagijs uideamus scriptũ, nihil est cur eadem hic retractemus. Sin autem noui quid insit in hoc libro, id in sequentibus capitibus interpretabimur. Atq; hoc memoria tenendum est, quod proprie interpretari uocatur, id circa orationes obscuras uersari. At nũc interpretũ instituto, per abusum etiam causarũ declarationes eorum quæ dicta sunt minus clare, interpretationes appellamus: id quod et nos, morẽ, qui iam inualuit, cõsequentes, hoc loco facimus. Etenim dictionem per se apertam ac nullum quærẽtem interpretem, cõponentes cum eo, quod ab illa significat, causas aperte exponere conamur.

57 Pueros uero in eiuscemodi incommodis conuulsiones potissimum corripiunt.

Pueri propter infirmitatem simul ac neruosi generis mollitiem conuulsionibus sunt opportunissimi.

58 Eadem etiam mulieribus accidũt, tum ab utero dolores.

Quæ ante diximus, accidunt omnia fœminis iuxta atque maribus, eo quòd & homines sint, & omnia habeãt eadem ac uiri membra. Quatenus uero eximia illis pars uterus suppeditat, hactenus huius etiam morbis corripiuntur, ac præcipue in quibus stomacho consentit.

59 Natu maiorib. aũt, & quos iã calor deficit, paraplegiæ, aut insaniæ, aut cæcitates.

Sermo illi de his erat, quibus caput grauatur, dolet cor, & fastidio laborant, quos ait postea uomere biliosa & pituitosa, maxime si pueri sint, quos etiam plus quàm iuuenes conuulsionibus tentari. Quinetiam ab his mulieres dicit & ab uteri doloribus uexari. Inde iam seniores dicit paraplegias, insanias, & cæcitates exercere. Addidit autem sermoni, Quos iam calor deficit: causam, quare hæc eueniunt, reddens. Paraplegias uocat, resolutiones ex apoplexia in partem aliquã decũbentes. Insanias, deliria citra febrem. Hæc solent accidere senibus naturæ imbecillitate, quæ excernere uomitu, aut profluuio sanguinis excremẽta in capite collecta nequit. Vnde nonnunquã proueniunt cæcitates, ubi in oculos irrumpant.

TEMPESTAS TERTIA

60 In Thaso paulo ante Arcturum et sub Arcturo multi & magni spirante Aquilone, imbres. Circa æquinoctium & usq; ad Vergilias, austrini imbres parui, modici. Hyems aquilonia, squalores, frigidi uenti, magnæ niues. Iã sub æquinoctiũ frigora maxima. Ver aquiloniũ, squalores, pluuiæ paucæ & frigidæ, Circa solstitium æstiuũ, imbres pauci, magna frigora usq; ad Canem. A Cane ad Arcturum usq; æstas calida, æstus magni, non illi ex interuallo & sensim excrescentes, sed perpetui uehementesq;: non pluit: spirauerunt Etesiæ. Circa Arcturum uero pluuiæ ad æquinoctiũ usq; uernum austrinæ. Hac in tẽpestate hyeme paraplegiæ cœperunt, multosq; corripuerunt: ex quibus nonnulli subito moriebãtur, qui quidem morbus mire uulgabatur, cætera incolumes constabant.

Frigidus est & siccus status, quẽ hic exponit, ac etiam ex parte inæqualis. In omĩbus igitur his cum autumni esset similis, morbos etiam habuit, qui maxime solẽt in autumno uigere. Atq; fuisse inæqualem hinc cõstat. Nam circa Arcturi emersum cũ aquilonijs uẽtis pluuias ait magnas fuisse. Deinde secutũ totũ huic cõtrarium statui autumnũ: pro aquilonio austrinũ fuisse, pro pluuioso habuisse pluuias paruas. Mox hyemẽ aquiloniã & siccã fuisse, postea item uer totũ usq; ad Canis ortum. Vnde planum est, in hoc statu siccum & frigidum satis ualuisse. Iam etiam patefactũ est, principium eius usq; ad hyemem fuisse inæquale. Inde rursus post Canem ex aquilonijs & frigidis æstus ait subito fuisse magnos & aquilonios. Sub hæc imbres iterũ austrinos. Manifestum est igitur totius finem status, qui post Canem fuit, perq; fuisse inæqualẽ. Itaq; morbos ordine exponit clare omnes, qui tum uiguerũt, ac nulla est hic obscura, nisi raro, dictio posita. Cæterũ quando morborum, qui inciderũt, commemorare causas instituimus, faciundum est, ut illas ad uerba eius applicemus: uerba autem ipsa in breuia secemus capita, quæ assequentur, qui ea, quæ tũ primo sunt libro, tum supra in hoc exposita, memoria teneant. Ergo paraplegias dicit in hyeme fuisse, capite scilicet læso uentorũ afflatu, qui ea tempestate spirauerũt, frigidorum: maxime uero q totus autumnus austrinus calfecerat & irrigauerat ipsum, simulq; repleuerat. Nam caput q sic est ante affectũ, plurimum læditur flantibus uẽtis frigidis & aquilonijs. Hãc tamen alius hyemem solicitauit morbus, q esset sicca. Siquidem in Aphorismis est dictũ, squalores esse imbribus salubriores. At ex paraplegijs tamen peribant. Siquidem ipse dicit Hippocrates: Qui quidem morbus mire uulgabat, perinde ac insolentes, propter paraplegiam, quæ præter consuetudinem accidit. Siquidem illa quæ frequens est, in membri resolutionem decumbit: ueruntamen hominem non perimit. At uero quæ in præsenti statu uiguit paraplegia, letalis erat, utpote multum refrigerato capite.

61 Ante uer febres ardentes cœperũt, ac ab æquinoctio ad æstatẽ usq; perdurabãt. Itaq; qui uere & æstate ineunte statim cœpissent ægrotare, plurimi superstites fuere, atq; parum multi moriebantur.

In propatulo est non hoc eũ dicere, quamq; ex ipsis febribus ardentibus, quæ ante uer cœperãt, in æstatem usq; esse productã: sed quòd ipsarum

generationi toto eo tempore uulgari contigerit, ita ut modo hoc tempore, modo illo, Thasij ea febre corriperentur. At non est in omnibus exemplaribus eodem modo hæc scripta oratio. Equidē optimam censuerim scripturā secundum sequentem orationem, ut hoc significet, tota æstate perdurasse ortum febrium ardentium, ac tota fuisse hac tempestate moderatas, nec exitiales: initio autumni, qui his corripiebant, perijsse multos. Itaq; quòd diu essent febres ardentes lenes, rationi uidetur consonum. erāt enim moderatæ, sicuti quæ antecessissent hunc statum: nec synceræ, ut non à mere calido & sicco statu genitæ: nec omnibus etiam incesserant temperamentis, cæterum ijs, quæ iampridem bilis copiam collegerant. Omnino quid in causa fuerit, cur tum febres ardentes in B ciderent, est inuentu obscurum: eo quòd æstatem præcedentem prorsus præterierit Hippocrates, atq; ab autumni initio narrationem sit auspicatus: & uero lōge implicatius, quòd sit uerisimile æstatem illam tenuisse naturale suum temperamentū: quæ profectò si omnino aliqua ex parte degenerarat, declararet Hippocrates eius statū. Ergo calidior fortassis fuit, ac nō ita multum natiuum statum inflexit: unde nec scribēdā duxit illam, quasi præter naturam iam affectam. Veruntamen quando æstate, ut etiam in natura sua constet, amaræ bilis succus increscit necessario: hac de re, cum ea æstate esset, non tantum solito, sed longe etiam copiosior, ab insequente est gelu in corpore conseruatus, quo minus difflaret & digereret, qui postq; C diu delituisset, ac diuturnitate computruisset, febres excitauit ardentes.

62 In autumno iam, ac cū pluere cœpisset, letales erant, plurimumq; peribant

Reuocemus ad memoriā, q̄d in excitu sermōis, quē de hoc habuit statu, scripsit: Pluuiæ multæ usque ad æquinoctiū uernū. Dixit præterea de tempore post Canis exortum, usq; ad Arcturū ad uerbum sic: Aestas calida, ęstus magni, nō illi ex interuallo & sensim increscētes, sed perpetui uehemētesq;: nō pluit. Unde liquet eū statū bilē generasse. Quare cū pluuiæ illā austrinæ exciperent, iure ardentes febres cōplures eæq; letales uiguerunt: quādo Auster dissoluere corpora cōsueuit, humoresq; fundere, adeoq; putrefacere simul, ubi cum largioribus sit coniunctus imbribus. D

63 Febribus aūt ardentibus hæc accidebant. Quibus rite & largiter sanguis per nares erupit, ea de causa maxime seruabant, nec ullum noui, si recte ei profluxisset sanguis, in hoc statu quenq; mortuū. Nā Philiscus quidē, Epamenon, et Silenus, quibus parū quarto die & quinto è naribus stillauit, mortem obierunt.

Cum alioqui est ardētibus febribus peculiare, per narium profluuia fere iudicari, tum eo tempore ait multis sanguinem de naribus erupisse. Atq; de singulis ægris, omnia quæ postea prodidit, unum hoc habent caput: Quibuscunque abunde profluxit sanguis, fuisse hos superstites: quibus parce, aut prorsus nihil stillarunt nares, solos hos perijsse. Alios iam nonnullos, quibus aliæ fierent naturales excretiones, uel per uentrē, uel per urinas, seruatos esse.

64 Plurimi igitur ægrorū circa iudicium rigebant, potissimū hi, quibus sanguis non profluxisset, qui quidē ijdem postea iterū riguerunt, ac exudarunt.

In libris De rigore ostēsum est amaram bilem, quæ cum impetu per sensibilia & carnea corpora ad excretionem fertur, consequi rigorem. Declaratum est præterea motui huic sudorem comitari consentaneū esse: interim uero biliosas etiam uomitiones, & alui deiectiones.

65 Etiam qui sexto die morbo regio afficerentur, sed his purgatio profuit per uesicā, uel turbata aluus, uel largū sanguinis profluuiū. Ut Heraclides, qui apud Aristoclidē decūbebat: cui per nares sanguis profluxit, aluusq; fuit turbata: et p̄ uesicā est purgatus. Vigesimo aūt die iudicatus est lōge aliter ac Phanagoreon seruus, qui, cum ipsi horum eueniret nihil, perijt.

Quibus non ualuit bilem natura excernere, his collecta ad cutem morbū regium excitauit. Perniciale erat autē, ut etiā in aphorismis est dictum, ante diem septimū existere illum. Atq; horū ipsorum illi soli fuerunt salui, quibus alia ratione natura retrimentum excernere ualuit: quas tres cōmemorauit, excretiones urinarum, uentris fluxionē, ac sanguinis eruptionē. Quosdam autem omnia ait hæc habuisse, ut Heraclidem: huncq; uigesimo die iudicatum fuisse.

66 Sāguis aūt plurimus erupit, præcipue adolescentulis & adultis: quorū perijt maxima pars, quib. sanguis nō profluxit. Senioribus uero ad morbos regios, aut citas aluos, aut dysenterias res deuenit. Ut Bioni, qui apud Silenum decumbebat. Vulgabant uero dysenteriæ & æstate: ac nōnulli qui diu ægrotarant, quibus etiā acciderunt profluuia sanguinis, in dysenteriā tandē inciderunt. Ut Eratonis puer & Milus, qui post sanguinis multū profluuiū in dysenteriarum statum delapsi sunt.

Adolescentibus debere sanguinem erumpere è naribus in cōfesso est, ac post hos adultis quoq;. At uero qui his seniores essent, imbecillis iam uiribus, insitóque calore imminuto, in morbum regium magis bilis abundantia erumpit. Etiam quibusdam uentris cōtingit turbida excretio, aut dysenterica, quibus hinc excrementum uētris exijt. Quare ex ijs, quæ ante in medium adduximus, & uero quæ postea docebimus, non addubitabis

sanguinis profluuia in ardentibus febribus ob dominantem fieri flauam bilem, quæ sanguini permista postquam eum deusserit, cum eo multum ad caput calorem subuehens, uenis narium diruptis, sanguinis efficit profluuia.

67 Copiosus igitur hic humor fuit: maximeq; abundabat. Etenim quibusdã circa iudicium sanguis nõ ꝓfluxit, sed tubercula ad aures excitata euanuerũt: quæ cũ euanuissent, secundũ sinistra ilia, in summãq; coxã grauitas decubuit. Cumq; post iudiciũ dolores incessissent, urinæq; tenues redderẽtur, sanguinis pauxillũ erũpere cœpit. Ac circiter quartũuigesimũ diem Antiphonti Critobuli filio abscessus fiebãt in sanguinis profluuiũ: id quod sedatum est, & est iudicatus prorsus die quadragesimo.

Certe propter periculum. Etenim magno erãt in discrimine, nihilq; propius factum est, quàm ut non seruarentur: cum uix uigesimo quarto, & quadragesimo die auxilium sint à sanguinis profluuijs consecuti.

68 Multę præterea mulieres languerunt, non tamen ita ut fieri frequentes, minusq; multæ perierunt. plurimæ aũt grauem partum habuerunt, & à partu in ægritudinem inciderunt: quæ quidem potissimum moriebantur. Vt Telebuli filia, quæ sexto à partu die defuncta est. Plurimis itaq; mẽses in febribus eruperunt. Quibusdam è naribus sanguis profluxit, & multis uirginibus id tum primum accidit. Nõnullis simul & sanguis è naribus & menses proruperunt, q̃d in Detharsis filia uirgine tum primũ animaduersum est, largeq; ex naribus sanguis profluxit. Atque nullam de his, quibus horum quicquam rite euenit mortuam cognoui. Quibus uero contigit prægnantibus ægrotare, omnes, quas equidem noui fœtus perdiderunt.

Optimo sanè iure minus mulieres ægrotabant quàm uiri, minusq; in discrimen adducebantur, ut quæ per sanguinis eruptionem iudicia efficerent: quippe habebant congenitum auxiliũ menstruam purgationẽ. At difficultate laborarũt pariendi, ꝙ frigidus esset status. Atq; quas corripuit morbus quispiã, hæ abortiebant̃ eadem ratione.

69 Vrinæ autem plerisq; boni quidẽ coloris erant, cæterum tenues, & pauca habebant sedimenta, cum retrimentis tenuibus biliosisq;. At multi alij qui iudicati erant, ad dysenteriam deueniebant: ut Xenophanes & Critias.

A Has urinas tenues esse, hoc est, dilutas ait: & quidem paulo post iterum scripsit:

70 Vrinæ dilutæ, multę, liquidæ, tenues post iudiciũ, in quibus multa subsederunt, aliaq; sunt rite iudicata. Subijciam quibus hæc acciderunt: Bioni qui apud Silenum ægrotabat: Critię, qui apud Xenophanẽ: Arctonis filio, & uxori Mnesistrati.

Recensitis nominibus eorum, quibus ea erat urina, subdit:

71 Postea hi omnes dysenterici euaserunt. Quòd urinas reddiderint dilutas attendendum est.

Etenim uerisimile erat, ꝙ biliosum excrementum per urinas nõ esset euacuatũ, ubi in uentrẽ fluxisset, dysenterias generasse. B Cõsentaneũ porrò erat, eo ꝙ multum hic humor ualeret ac uigeret, nisi biliosa excrementa per urinas essent euacuata, ex eo ꝙ etiam tum reliquum erat in corpore, dysenteriam illis excitatam esse.

72 Circa Arcturum multi habuerunt iudicium undecimo die, atq; his recidiuæ nõ rite fiebãt. Sub hoc aũt tẽpus sopore opprimebantur, atq; hi maxime pueri, qui quidẽ omnium minime interibant.

Clarum est eum ortus meminisse Arcturi alterius anni, quẽ descripsit in exitu narrationis. Erat igitur hic austrinus cũ imbribus usq; ad æquinoctium autumnale. Atq; hac ait tẽpestate die undecimo secure multos iudicatos fuisse, simulq; sopore tentatos, ob austrinũ sanè statum: ob quẽ iudicia etiam illis fuerunt certiora ac alio tẽpore, ubi C aeris dominabat̃ frigidũ temperamẽtũ, quo diuturna ait iudicia fuisse. Cæterũ tẽpus quod inter Canem intercessit & Arcturum, quod quidem calidum habeat & siccum statum, pręterijt: quo uerisimile erat celerius fuisse multos iudicatos, ut ne septimum diem quidẽ superarent. Itaq; hoc tanq̃ illi tẽpori familiare prætermisit, morbos uero uulgatos solos persequitur.

73 At uero circa æquinoctium usq; ad Vergilias & sub hyemem consequebantur ardentes febres. Et uero plurimi etiam tũc phrenitide corripiebantur, quorum moriebantur plerique. D

Ardentium febriũ & phrenitidis pro loci quẽ tenent diuersitate, autor idem est humor. Nam cũ in uasorum capedinibus unà cum sanguine cõtinetur flaua bilis, utcunq; accendatur, contingit febres ardentes prodire: præcipue uero ubi in uentris, aut iecinoris, aut pulmonis uenis bilis efferuescat. At quando ad solidas corporis partes perueniat, ac ea permeet, rigorẽ constituit. Sin aũt in cerebrum eiusq; mẽbranas sit impacta, phrenitides inducit. Verũ prius q̃ inhærescat, perfluẽs uenas in his sitas, non phrenitides, cæterũ, quæ in uigoribus sunt febriũ, deliria efficit. Proinde bilis, quæ

primo

primo in uenis imis ardentis febris causa fuerat, instatu hæc austrino ab Arcturo ad æquinoctiũ, ad caput sublata, & in cerebro defixa eiusq; membranis, phrenitides generauit.

74 Aestate item pauci in eam inciderũt.

Paucos ait in phrenitim incidisse. Nã eius pars usq; ad Canem erat frigida, pars usq; ad Arcturũ calida & sicca. Proinde non poterat hæc caput interim replere, uti nec Auster ille, qui sub Arcturo ad æquinoctium usq; flauit. Neq; enim humidum erat, neq; diuturnũ, q̃d inter Canẽ interuenit spatij & Arcturum. Dictum est, ubi multa bilis in cerebri regiones influxit, phrenitidas excitatas.

75 At cum febres ardentes inciperent, annunciabant quibus exitiũ impenderet. Siquidẽ statim ab initio febris acuta eos corripiebat, à qua parum rigebant, insomnes erant, grauiter angebantur, sitibundi, fastidiosi, paululum in fronte & clauiculis sudabant, sed nemo per totũ corpus, multum delirabant. timores, mœstitię. extremitates subfrigidæ, ut summi pedes, magisq; manus. accesſiones diebus paribus. plurimi quarto die maxime laborabãt. sudores diutissime frigidiores. extremitates non iam ad calorẽ redibant, sed liuidæ erant & subfrigidæ, nec sitiebant. ad hæc erãt urinę his nigræ, tenues, paucæ. & alui erãt duræ. nec profluxit è naribus sanguis, ne his quidem, quibus hæc accidunt, sed parũ stillarunt, nec recidiua ulli horum aduenit, cęterũ ad sextum diem cum sudore expirabant.

Vt omnia huius operis, eorum sunt, quæ alijs in libris absolute traduntur ab eo, exẽpla, singula ipsis oculis examinante: ita etiã quæ hoc loco adducit. Nam exitiosis febribus ardentibus symptomata accidisse ait. Ab initio rigentes statim, uigilantes, fastidiosi: ad hæc in fronte & clauiculis parum sudãtes. Nã q; acuta laborarent febre, simulq; sitirent, erant hæc quidem naturæ propria ipsius affectus. Quòd uero statim à primo rigerent, proprium erat prauitatis. Etenim iudicare ardentes febres rigor solet, nõ tamen elucere statim decretoria oportet. At uero uigiliarũ & angoris symptoma semper exitiosum est, nedũ in principio, ut sudare. Iam uero delirare, quod est absurde loqui, id est desipere, læsum significat cerebrum. Timores uero magnopere acris & deustæ flauæ bilis symptomata sunt. Cognatæ iam timoribus sunt mœstitiæ. At partium extremarũ frigus perniciosissimum febribus ardentibus symptoma est & signũ: quẽadmodũ etiã desipere, febribus æstu caput inflammante, cum proprium sit & familiare febribus acutis uri extremis partibus corporis, quæ si quando refrigerentur, regionesq; ardeãt ad uiscera continentes, in corporis meditullio coactum sanguinem esse indicio est: extrema autem mem-

A bra sanguinẽ desiderare, refrigerari, & semel emori, destituẽte iam ea natura. Iam accesſiones cum diebus paribus fiũt à principio statim, interim ad sextũ diem pessimũ iudiciũ fore prænunciant: interim in longum producendũ morbũ. At siquidẽ admodũ moueant, quarto die prauã habente accesſionẽ, ad diẽ sextum de uita decedunt, ut hi de quibus sermo habet. Ad quartum igitur diem eos habuisse dixit maximos labores, hoc est, dolorifica omnia symptomata, & sudores diutissime frigidiores. Quare liquet diem sextum mortẽ his cũ sudoribus allaturum. Quòd uero extremitates liuescerent, neq; eis amplius calor rediret, demori eas indicat, & est argumentum constans, nõ posse ultra diẽ sextũ uires sustinere. Huc accessit ad cumu-

B lum aliud signũ exitiosum, q; cum antea æstuassent, amplius non sitirent. Atqui quando qui antea siti flagrarent, postea essent à siti liberi, horum duorum sit necesse est alterutrum, aut morbi solutio, aut uirtutis extinctio: ita ut præsentia mala amplius non sentiat. At nõ contigit à morbo his uindicari: siquidẽ exitialia erant symptomata. Proinde his signũ erat perditi sensus, non sitire. Itaque cuncta hæc, quæ retulimus symptomata, mire cacoethe sunt, & exitialia: Atq; unà cum his uel maxime urinæ, quæ nigræ erãt, tenues, & paucæ. Nigræ quidem, utpote adusto iam bilioso humore: paucę, quòd omnis esset ex sanguine humor ab ardente febre tostus, quodq; urinæ instrumẽta iam emortua essent. Eandem ob causam etiam aluus

C restitit. Quinetiam stillasse nares, quod perniciosum est signũ cũ in alijs, tum maxime in febribus ardentibus ait. Nam ardentibus febribus hoc perniciosissimum esse patet: siquidem eis est familiarissimum sanguinis profluuium.

76 Phreniticis aũt quę supra sunt scripta non omnia acciderunt, iudicabanẽ ferè die undecimo, nonnulli uigesimo.

Qui citra ardentem febrẽ in phrenitim inciderunt, his illa nõ euenerũt. Nã hos, qui unà cum ardente febre ad sextũ diẽ moriebantur, geminato ipso malo phrenitis arripuit. Ad diem uero undecimum consecutum dicit esse iudicium, nonnullis ad uigesimum.

D 77 Quos non statim à principio inuasit phrenitis ad tertiũ uel quartũ diẽ, sed primo tempore mediocriter habebãt, ad septimum diem his acutus morbus euasit.

Quibus tertio aut quarto die cœpit, interpellataq; est, dimidia facta iudicatione. Cæterum phrenitis non erat nimium acuta ægris. Conspeximus enim etiam tales phrenitidas.

78 Itaq; extitit morborum magnus numerus. Inter ægros aũt cum primis moriebantur adolescẽtes, iuuenes, adulti, glabri, quibus albida esset cutis, recti capilli, uel nigri, nigri oculi, qui in ocio & socordia uitam degerant, qui sonora uoce essent, uel gracili,

uel aſpera, blæſi, iracundi: mulieres quoq; plurimæ ex hoc genere peribant.

Sicut ante dixi illum, quæ erant obſcuriora, exponere, adijci aũt à nobis cauſas: ita iam ſermonis affirmo ſententiam non eſſe apertam. Vtrum eñ de phreniticis ſolis, de quibus uerba fecit, ſint interpretanda illa, an de morbis om̃ibus ante dictis, incertum eſt, Quinetiam ipſum ſermonis initium diuerſe ſcribunt: quidam hunc in modum: Morborum autẽ magnus fuit numerus: de ipſis phreniticis ſolis, quibus hæc ſubiecit, hæc uerba fieri uolentes. Aliqui hoc pacto: Itaq; fuit morborum magnus numerus. Qui quidem contra de omnibus uolunt prædictis ſermonẽ haberi. Si de omnibus intelligamus, neq; definiamus, qua de re adu leſcentes, iuuenes, & adulti pereant: qua de re autem glabri, & albidam cutem habentes: qua de re qui rectos habẽt crines, nigros, & nigros oculos: qua de re qui in ocio uixerunt, & ſocordia: iã uero qua de re qui gracili ſunt uoce, qui blęſi: itidẽ qua de re iracundi, & qua de re mulieres: Hæc niſi ſint omnia planè diſtincta, ex ijs quæ dicta ſunt, nihil nobis quicquam, neq; ad præſagiendum conferet neq; ad medendum. Sin autem non de omnibus morbis, uerũ de quibus uerba faciebat, ſolis phreniticis hæc interpretemur, maximo uel ſic negocio inueniantur cauſæ quare ex his, quos commemorauimus, perierint plurimi. Huc accedit, quòd ipſum Plurimos perijſſe, duplex ſit. Alterum poſteaquã multi tales phrenitico ſunt morbo correpti, qui ea tempeſtate paſſim mortales perimebat, propterea dictum eſt multos eſſe ſublatos. Alterum eſt, eorum quos inuaſit phrenitis, partem maximam expirauiſſe accipimus. Quo fit ut etiã cauſæ euadat declaratio duplex: ut omnes, quos retuli, opportuni eſſent in hoc ſtatu phrenitidi, atque declarandum nobis inter eos qui phrenitide laboraſſent, hos potiſſimum expiraſſe. Atq; ſermonis obſcuritas ea eſt & tanta. Ei autem anteuertendum eſt, ut uniuſcuiuſq; cõmemoratorum temperamentũ inueniamus. Nam abſq; hoc nequit hic ſermo tẽpeſtati aptari. Videtur aũt Hipp. in ſua oratione ætatum calidiſſimarũ meminiſſe. Siquidem adoleſcentes inquit, iuuenes, & adulti. Naturarũ uero, quibus obturata ſunt ſpiramenta. Nam glabros, & qui cute ſunt albida, itẽ qui capillis rectis, capillis nigris, nigris oculis, & qui domi in ocio inertẽ uitã egerunt, oſtendimus cũ in alijs cõmentarijs, tum in his quos de tẽperamentis cõſcripſimns, minus digerere habitũ, ꝙ frigidiore ſint temperamento. Et eadem de cauſa mulieres, quas propter menſtruam purgationẽ minus ſtatus offendit, ut ſupra diximus. Quòd ſi quæ morerentur, ex hoc erant illæ genere. Reliquum igitur eſt, ut de ijs qui gracili ſunt uoce & aſpera, itẽ de blæſis & iracundis uideamus. Ac primum de ijs qui ſunt gracili uoce, qui primo ſunt loco relati. Igitur ἰσχνόφωνοι ſignificat gracilem uocem habentes: ἰσχνόφωνοι enim ſunt, qui etiamnum appellentur, ut etiam λεπτόφωνοι, id eſt exili uoce.

A Vtrunq; itaq; nomen idem ſignificat: nihilominus hi ab illis qui uoce ſunt gracili differunt, ut eſt in libris de uoce dictum. ubi demonſtrauimus illam fieri ob anguſtiam aſperæ arteræ gutturis. At gracilem uocẽ, propter muſculorum guttur mouentiũ innatũ uitium. Vtriq; in prima conformatione cõtrahunt ea uitia ob caloris innati infirmitatẽ. Et quemadmodũ deteriorẽ à principio guttur monentiũ muſculorũ figurã graciles uoce cõſecuti ſunt: ita linguæ muſculorum, blæſi. Aſpera uox fit propter aſperitatẽ uocis organorũ. Vocis organa uoco, per quæ ſpiritus redditus uox efficitur. Hæc ſunt aſpera arteria, guttur, fauces, ueluti ſpiritus pecten per ipſas tranſeuntis. Nam hæ uocis inſtrumentum eſſe ſunt oſtẽſæ, ut locutionis, B lingua. Nõnihil etiam ad eã fauces referunt, quæ denſam reddũt. Hæc igitur organa, ubi lęuia ſint, læuem oſtẽdimus uocem reddere, aſpera aſperã. Atqui aſperitatẽ ex ſiccitate docuimus oriri. Ita quæ poſt ætatem hactenus diximus omnia, ſigna ſunt temperamẽti frigidi. Sola uero ſiccitas utriq; temperamento coniungitur, & frigido, & calido. Quare qui ſimul cum ſicco temperamẽto frigidi ſunt, hís ægre digereẽ corporis habitus, ut antedicti. Qui uero his ſunt calidiores, non ſtatim adeſt hoc. Vnde hos ab oratiõe excepimus, alios relinquimus, quibus eſt conſentanea oratio. Erat porrò propoſitũ multos mortuos eſſe, inter quos ætates recenſuit, & naturas. Ego ætates calidas, dicebã eſſe, in quibus amaræ bilis ſuccus uiget. Natu- C ras, quæ difficilẽ habent habitus digeſtionẽ. Itaq; ex his, quorũ ab initio hactenus meminimus, reliquum eſt, de iracundis ut agamus: quos maxime cõtrarios ait eſſe iratis. Magnanimi eñ irati ſunt, & humilium rerum contemptores. Contra iracũdi puſillanimes, ꝙ generoſo uirilicq; animo non ſint, Quare iracundi temperamento frigidiore erunt, uaporeſq; digerent difficulter. Cęterũ quod ad exitũ eſt capitis dictum, Mulieres quoq; plurimæ ex hoc genere peribant: non conſtat, an ad finẽ ſit modo referendum, an ad ea quę ante ſunt dicta. Poſtremi autẽ ſunt illorum iracundi, & mulieres huic generi affines plurimas interijſſe ſubiecit. Attamẽ poteſt utroq; modo uera eſſe oratio, ſiue ad omnia referat ſupradicta Hipp. ſiue ad po- D ſtremũ tantũ. Quòd ſi ad omnia referre ſit uerum, rectius ſic interpreteris. Pueris eñ, quod ultimo eſt loco dictum, etiam attribuitur. Cæterũ ad hũc modum non ſunt omnia dicta: ſed tamẽ mulieres huius generis dicit mortuas eſſe, comparans eas uiris. Nam ſuperius eſt dictum: Multæ præterea mulieres, nõ tamen ita ut uiri frequẽtes, minuſq; multæ perierunt. Verũ hoc nunc uult dicere: Mulieres his captæ morbis, magis interibãt, quæ prædicti generis eſſent.

79 At uero hoc ſtatu quatuor his præcipue ſignis ſeruabantur. Quibus enim aut ex naribus probe ſanguis profluxiſſet, aut qui per ueſicam urinas multas & multo bono'que præditas ſedimento reddidiſſent, aut

aut per uentrem turbida, biliosa, tempestiue, aut qui in dysenteriam incidissent. Multis uero usu uenit, ut non ab uno illorũ iudicarẽtur, sed per oĩa plurimi excernerẽt: qui quidẽ grauius habere uidebant. Veruntamen oẽs, quibus hæc acciderũt, superstites erant. Fœminis uirginibus eueniebant etiã omnia, quorũ meminimus, signa. Quibus autem aliquod ex his rite fieret, aut menses largius erumperent, per hæc seruabantur, & iudicabantur: nec harum, quibus istorũ quid recte eueniret, mortuam ullam uidi. Nam Philonis filia, cum ex naribus ei sanguis copiose erupisset, septimo die intẽpestiuius cœnata, defuncta est.

A

Tũ hoc caput apertũ est, tũ sequẽs, ubi de mulieribus agit. Nã summa quidẽ, quã tradit, hæc est, aliquos per sanguinis profluuiũ, alios per urinas, aut per aluum, nonnullos erumpentibus in dysenteriam causis, incolumes esse potuisse.

B

80 Quibus in febrib. acutis, atq; adeo ardentibus nõ spontaneæ erũpunt lachrimę, his est (siquidẽ reliqua non sint exitialia) narium profluuiũ expectãdum. Qui incõmode habent, his non sanguinis eruptionem, uerum portendunt mortem.

Et hoc etiam portendit sanguinem profluxurũ quod in superioribus præteritum hic profert. Porro est ipse satis sermo clarus, si memoria teneas ea, quæ supra tum hoc ipso in libro dixit, tum in libro Præsagiorum: equidem hæc omnia sigillatim in cõmentarijs in libro Præsagiorum & in libris De iudicijs explicaui.

C

81 Tubercula secũdũ aures, q̃ in febribus cũ dolore extuberãt, nõnullis, cũ febris decretorie sedat, non residẽt, neq; suppurãt: hæc, fluxio alui biliosa, uel dysenteria, uel in crassis urinis residentia discutiunt: id quod contigit Hermippo Clazomenio.

In primis hæc refert cum modo prædictis meminisse, ut ne arbitremur semper signũ esse perniciale parotidas non suppurare. Nam hoc ait in statu, febribus quidem decretorie quosdã liberatos, hoc est, die decretorio, & cũ sudore, uel quopiam alio sic iudicantiũ: at remansisse parotidas tamẽ. Deinde diuturnitate tẽporis, per quas dixi urinas resedisse, uel per alui excrementa & dysenteriam expurgatis morbum constituentibus causis.

D

82 Iudicia uero, ex quibus cognoscimus, aut similia, aut dissimilia sunt.

Quæcunq; Hipp. de decretorijs diebus docuit, hæc habes duobus in uoluminib. à nobis collecta in libris De decretorijs diebus, & iudicijs. Nihilo minus nũc etiam huius sermonis caput breuibus dicam. Iudicia partim dicit similia, partim dissimilia fuisse. Deinde adijcit, multos in recidiuã incidisse, eosq; ijsdem constitutis planè die decimoseptimo iudicatos fuisse. Deinde alios à recidiuis die uigesimo, eosq; non similiter. Exempli gratia, primum meminit duorum fratrũ in hac oratione.

83 Vt duo fratres, qui habitabant prope theatrũ, simul eadẽ hora cœperunt ægrotare. Erãt aũt Epigenis fratres. Horũ natu maiori decreuit morbus die sexto, minori septimo: repetijt simul ambos eadẽ hora: intermisit dies quinq;. Ab recidiua ambobus simul est decimoseptimo die penitus iudicatus. Plurimis uero iudicatus est ad diẽ quintũ, intermisit die septimo, ab recidiua iudicatus est die quinto. Aliquib. iudicatus est septimo, intermisit septimo, ab recidiua iudicatus est tertio. Quibusdã iudicatus est die septimo, tertio intermisit, septimo iudicatus est. Nõnullos reliquit die sexto, intermisit die sexto, tertio inualebat. Aliquos reliquit die primo, inuasit, & iudicatus est uno die. Quod factũ Euagunti est Diapharsis filio. Fuerũt quibus iudicatus est die sexto, reliquit die septimo, & ab repetitione iudicatus est die quarto, ut Aglaidæ filię. Plurimi itaq; ægrotantium in hoc statu, hũc in modũ languebãt. Neq; quenq; noui superstitẽ fuisse, quẽ recidiuæ rite factæ nõ repetierint: oẽs'q; seruabant, quos equidẽ noui, quib. hoc genus recidiuæ euenerũt. Neque ægrotantium hoc modo quenq; noui, quẽ recidiua iterũ repetijt. Plurimi q̃ perierũt ęgri, sexto die sũt defuncti, ut Epaminũdas, Silenus, & Philiscus Antagorei filius.

Quod huius orationis est utile, clarum est ex superioribus: inutile uero, obscurũ, quare inuestigare ipsum non conueniebat. Cæterum qui utilia student, elaborant inquirendo, quonam modo Hippoc. cum dixerit, seniorem habuisse die sexto iudicium, iuniorem septimo: & rursus: Redijt simul ambobus eadem hora: mox adiunxerit, Intermisit dies quinq;. Neq; enim fieri potuit, ut utriq; intermitteret dies quinque, sed alteri soli. Et quidẽ hoc ipsum quod dicunt, possis de solo uno intelligere, secundo in hac narratione, qui primo iudicio est septimo die iudicatus. Iam si huic dies quinq; intermisit, constat illi, qui sexto die fuit iudicatus, intermisisse dies sex. Potest etiam à primo statim corrupta scriptura à librario, permansisse. id quod alijs multis accidit, tum apud Hipp. tũ apud alios non paucos. Quod esse librarij erratũ dico, hoc est. Potuit hæc fuisse scriptura: Intermisit alteri dies sex, alteri quinq;. Ille uero lapsus scripsisse, intermisit quinq; dies. Et est uerisimilius maiori intermisisse dies sex, minori quinq;: cũ incide-

inciderit recidiua ambobus in duodecimũ diem. Poſt hæc itaq; dicit: Plurimis iudicatus eſt die ſexto, intermiſit quinto: ut conijcias ipſos etiã fratres exemplum eſſe iudiciorum, quæ plurimis cõtigerũt. His expoſitis alia deſcripſit iudicia uaria, quæ omnia die ſeptimodecimo circumſcribuntur: cæterum huiuſcemodi nullum, quale in duobus fratribus intelligendum cõfirmo, ut redirent ambobus duodecimo die, cũ iuniori quinq; dies intermitteret. Neq; ab re ſic eſt de illis dictum, ut & id quod cum alijs his conueniebat, conſeruareť, q̃ à repetitione die ſeptimodecimo iudicarẽtur: & etiam peculiare, q̃ ad diem duodecimum repeterentur. Sed, quod dixi, cum id quod utile eſt teneas, non eſt quod ſis curioſus. Itaq; de iudicijs, quæ deinceps retulit, omnia prætereamus, quando capita habemus, partim ſimilia ea fuiſſe, partim diſsimilia. Nam cum prima iudicia aut ſexto die tollerent ægros, aut eſſent incerta, ita ut redirent morbi ad ultimum & abſolutum iudiciũ, die ſeptimodecimo inuadentes, in hoc ſimile fiebat & diſsimile. Poſt hæc alia cõmemorat iudicia & recidiuas, quæ in diem incidebant uigeſimum, ut ibi perfecte iudicarentur. Decumbebant circa Theatrum. Scribunt quidam non θεάτρου, ſed θεράτρου, ut habeant locum, quem interpretentur ita eſſe παρὰ τὸ θέρεσθαι, id eſt ardendo nuncupatũ. Ad præſentem commentationem, quemadmodũ ſcribas id genus uoces, nihil intereſt. Nec uero an Perigenis, an Dionis, an Theonis fratres eſſent, quicquã refert. Verum qui ea, quæ artis ſunt medicæ, probe nequeũt enarrare, ad tales deflectũt argutias.

84 Quibus autem tubercula ſecundũ aures eſſent, his die uigeſimo iudicabãtur: reſtincta omnibus ſunt, quibus nõ ſuppurarunt, ſed ad ueſicam deflexerunt. Cratiſtonactæ, qui apud Heraclium decumbebat, & Scymni pictoris ancillæ ſuppurarunt & obierunt. Quibuſdam die ſeptimo iudicatus eſt, intermiſit nono, redijt: iudicatus eſt ab recidiua. Iudicabatur die ſeptimo Phanocritus, qui ægrotabat apud Gnatonem pictorem.

Quia quiddã dixi nuper eſſe memoria dignũ, referã hic, quod ſingularius eſt illo, & rarius. Nã parotidas curatas eſſe citra ſuppurationem, excretionibus per regionem inferiorem, exemplũ parum frequens eſt. Eius tamen nouitatem excedit, quod in hoc ſermone ſcripſit Cratiſtonactem, & pictoris ancillam, cum tubercula ſecũdum aures ſuppuraſſent, perijſſe. Nam cum hoc pugnare uidebitur: Concoctiones celere iudicium, & ſecurã ſanitatem promittunt. Sed ne nunc quidem cauſę febrium, quæ intra uenas continerentur, erant cõcoctæ Cratiſtonactæ & ancillæ pictoris, nã aliàs

A non obijſſent. At parotides erant tamen maturæ quod infrequens eſſe, & debere memoria teneri dicebam: Nam poſſe fieri quapiam in parte priuatim concoctionẽ, toto morbo adhuc crudo. Quicquid eſt reliquũ, quod eſt hũc in modum de iudicijs traditũ, exacte ſumus executi in cõmentarijs, quos de iudicijs et decretorijs dieb. cõſcripſimus.

85 Hyeme ſub ſolſtitium brumale, et uſq; ad æquinoctium, febres ardentes perdurabant, & phrenitides, multi diem ſuum obibant. Iudicia tamẽ uariarũt, & plurimis die ab initio quinto iudicabatur, quarto intermittebat, repetebat, ab recidiua quinto iudicabatur. Numerus dierũ totus quatuor-
B decim. Atq; pueris pleriſq;, ætate etiã prouectioribus, iudicabatur. Nonnullis iudicabatur undecimo, repetebat quartodecimo, iudicabatur exacte uigeſimo. Quòd ſi qui rigerent ad uigeſimum diem, his iudicabatur quadrageſimo. Riguerunt autem pleriq; ſub iudicium primũ. Aliqui riguerunt à principio ſub iudicium, & in recidiuis unà cum iudicio.

Meminit hic hyemis anni ſecundi, non primi, quã in ipſo ſtatu expoſuit. At dixi nuper cauſam, cur phrenitides non primo, ſed poſtea uiguerint. Inſuper iudiciorũ conſtituta eſſe dicit immutata,
C quorum uarietatem recenſet: quibus hoc cum ſuperioribus conuenit, q̃ cum recidiuis fierẽt. Atq; pueris quidem, & his etiam ętate prouectioribus penitus iudicatum quartodecimo die morbũ refert: nam ocyſsime his digeritur & concoquitur morborum cauſa. Cęteris non tantum in diem ait uigeſimum, uerumetiam in quadrageſimum productum ex recidiua ultimum iudiciũ. Et quid habet admirationis in uarietate morborũ inſignes extitiſſe iudiciorum diuerſitates?

86 Vere rigebant paucißimi, æſtate frequẽtiores, autumno etiã plures, hyeme longe plurimi, at ſanguinis profluuia ceſſabãt.

Veris hic meminit, quod in primo ſtatu cõme-
D moratum eſt, non in ſecũdo anno. Neq; enim eò narrationem produxit morborum, qui uigebant, ueruntamen ad ſecundam uſq; hyemem extẽdit. Quid autem temporis longitudine in dies etiam atq; etiam numerus augeretur rigentium, iam ego ſupra quaſi innui eo loco, cum admonerẽ. Oſtendi fieri rigorem, cum flaua bilis corpora permeet ſolida, non autem in uaſorum contineatur cauitatibus. Cũ igitur primũ cieretur, febres ardẽtes generauit. Deinde in carnem trãſiens, ubi per eas foras impelleretur, rigorẽ induxit. Paulatim uero ſanguinis profluuia ſiſtebantur, q̃ bilis non amplius in uenis, ſed in totũ eſſet diffuſa corpus.

GALENI IN LIBRVM PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS commentarius Tertius.



MORBOS dignoſcimus, docti ex cōmuni omniū natura, & cuiuſq; propria: ex morbo, ægroto, oblatis, offerēte. Nā facilius ex his uel difficilius. Præterea ex uniuerſo & ſingulari cœli ſtatu, & ſingulis locis, ex cōſuetudine, ex uictus ratione, uitæ genere, ætate cuiuſq;: unà cū ſermone, modis, taciturnitate, imaginationibus, ſomnis, uigilijs, inſomnijs, quibus & quando, uellicationibus, perfrictionibus: lachrymis, acceſſionibus, deiectionibus, urinis, ſputis, uomitionibus: & quæ ex quibus, in quos ſucceſsiones morborū, & qui abſceſſus in exitium uel iudicium: Sudor, rigor, algor, tuſsis, ſternutamenta, ſingultus, ſpūs, ructus, flatus, ſilētes, ſtrepētes, ſonori, ſanguinis eruptiones, hæmorrhoides. Ex his conſideres, quæ per hæc accidunt.

Quidam hæc exiſtimant eſſe aſcriptitia, quòd eiuſdem interpretationis & ſentētiæ ſint, atq; illa quæ in libro De humoribus ſunt ſcripta, quæ alijs ante commentarijs ſumus interpretati. Sunt quidem hæc præſagiendi præcepta, quibus autor tradit communia propoſita, à quibus ſumenda ſint præſagia. Communem itaq; uocat naturam, omnium hominum: propriam, uniuſcuiuſq; noſtrum naturam. Quòd autem ex utraq; ſunt conſtituendæ dignotiones & præſagitiones, certior uero ſit, quæ proficiſcitur à propria natura, in libro Præſagiorum didiciſti, & in libro De fracturis, & articulis, atq; de capitis uulneribus quos item libros ante interpretati ſumus. Iubens igitur ſemper affectam partem cum ſuo ſtatu priore natiuo cōferre, adiecit ſuo ſermoni, aliena nō eſſe negligenda. Similī etiā modo cum dicit: In acutis morbis ſic conſiderandum, in primis quidē ægri facies an ualentium, maxime uero ſuæ ipſius ſimilis ſit: ea enim optima cenſenda eſt. Atq; ſi proprium teneamus colorem cuiuſq; ægri & magnitudinem, non eſt quòd quæramus communem. Quia uero omnium hominum ante nō cognoſcimus naturam, ſed nec opinantes ſæpe ad ignotos accerſimur, principium cognoſcendorum morborum, præſagiendorumq; à communibus inſtituimus. Quorum enim naſus non acutus, nec oculi concaui, nec collapſa appareant tempora, nihil rogamus quenquam de ægro. Quòd ſi naſus acutus, oculi concaui, ac tempora uideantur collapſa, tunc quia eſſet facie ualens, quærimus. Atq; ita conſequentium fiunt etiam ex morbo præſagia. Pluribus enim planum tibi factum eſt in libris De iudicijs, & in commentarijs in Aphoriſmos, ſubito tertianam exquiſitam iudicari, quartanam eſſe diuturnam, utrāq; uero à periculo remotam: phrenitim aūt & lethargum periculoſos eſſe & acutos: duritiam lienis pernicialem & diuturnam. At ex ipſo ægro bifariam futura præſentimus. Alter modus hic eſt: Modeſtus, inquit, ſi acerbe reſpondeat, malum eſt: contrà, turbidus in ægritudine non ſolum ſi loquatur aſpere, ſed ne ſi deſipiat quidem in ardente febre, in diſcrimen uenerit. Alter is eſt modus: Si æger omnia officia præſtiterit, ſitq; audiēs

B medico, ac ne ſic quidem profecerit quicq;, grauiter is ægrotat. Omnino fit cōtrariū, ſi cum nuſquā in officio ſit, attamen mediocriter habeat. Itidem ex oblatis prædicere licet. Nam prauis oblatis, ſi nihilo habeat deterius, morbus mediocris eſt. Verum cum recte omnia adminiſtrantur, ſi præterq; quòd nihil cōmodetur, etiā exacerbetur, eſt hoc malum. Me quidem non tantum morborum modos, uerum formas etiam ex oblatis coguouiſſe ſæpenumero conſpexiſtis. Verum, ut dixi, pluribus alias de his omibus egi. Cum uero ex offerente dicit etiam prænoſci promptius uel difficilius, in morbis intelligas. Quod ſubinde cōſpicientes,

C ſiue ſit diuturnus morbus, ſiue affectus febriles longi, etiā ex eo q ſciamus, qui curabat medicus, notitiam augemus. Si enim clarus ſit, parum de curatione ſperamus: nam morbum cōſtat cacoethe eſſe: ubi cum recte omnia adminiſtrent, nihilo fiat mitior. Sin autē ille imperitus ſit, probatur nobis, ſi omnia probe inſtituant, hominē incolumē fore. At etiam ex ſtatu ait, hoc eſt, ex peculiari aeris tēperamento, fore præſagia. Iſtud autem, uniuerſo & ſingulari cœli, eſt tale, ſi, quæ in ſtatibus ſupra deſcriptis trib. expoſita, memoria tenemus, ubi ipſe Hippocrates, quę in aere accidebāt per calorem & frigus recenſens, ad finem illorum præpollens temperamētum pronunciauit: uerbi gratia, ubi dicit: Cum eſſet totus hic ſtatus auſtri-

D nus & ſqualidus. tametſi totum annum nec Auſter ſpirauerat, nec ſqualor fuerat. Iam etiam cum dicit: Cū totus fuiſſet humidus annus, & frigidus, & aquilonius: pro excellentia pronuntiat. Nam, ut nullus fuerit toto anno, neq; calidus dies, neq; ſiccus, neq; auſtrinus, haud fieri potuit. Ita etiam morborum formas ſanè multo conuenientius erat tales eſſe, non tamen quin aliæ intercurrerint. Hic ergo cum ſtatum primū omnem expoſuiſſet, in eius fine ad uerbum ſic ſcripſit: Inter omnes, quorum fecimus mētionē in hac tempeſtate, ſoli in letalia tabidi incurrerunt. Cætera cōmode habebant, neq; alijs moriebantur febribus, neq; una uulgabatur morborū forma, neq; una fuit perpetua toto anno tempeſtas. Per excellētiā uero nos tēperamenti, uel frigidū, uel humidum, uel aliud

temperamentum dicimus. Hippocrates uero scripsit, uere namq; alij morbi, æstate alij, autumno & hyeme alij atq; alij inciderunt, in singulis, quos descripsit, statibus. Sed tamen per totum annũ hoc statu hic dominabatur morbus, alio ille. Atq; illud est quod dicitur: Ex uniuerso & singulari cœli statu. Addidit autem ad orationem, cœli, quod scilicet si nude sine adiuncto proferatur, status nomẽ & loci formam possit indicare, reiq; cuiusuis: ac nimirum hac serie dicit: Ex uniuerso & singulari cœli statu, & locis singulis, & cõsuetudine. Nam ad futura præsagienda magnopere loci formã facere, crebro est ostensum. Hoc loco satis sit, quòd ad librum uos remittam De aere, aqua, & locis, ubi tradit qui morbi quibus locis uigeant. Nam est horũ generatio indigenis congenita, minusq; habẽt, tanquam familiares, discriminis. Immo uero uel consuetudinem ad præsagiẽdum conducere docet. Itaq; in Præsagiorũ lib. cum notas ascribit ex consuetudine, aliàs ad hunc dicit modum:

Si pronus iaceat is, qui per bonã ualetudinẽ sic cubare non cõsueuit, aut delirium, aut uentris dolorem portendit. Aliàs sic: Stridor dentiũ in febribus præter consuetudinem à teneris contractam, insaniam significat & mortẽ. Sed ex uictus quoq; ratione, quam æger seruauit, queas quid sit, quantumq; humorum, qui exuperant, scite conijcere: quibus perspectis, facilius cognoscitur præsens status corporis, expeditiorq; euadit de uenientib. præsagitio. Iam & præsagiri ex uitę institutis uult. Vocant aũt uitæ instituta, omnia quæ obeunt homines, aut utilitate adducti, aut necessitate, siue nauigent, siue terram colant, ædificent, fabricentur, uenentur, aut colant exercitationem, ut sæpe in calida uel frigida lauẽt. Est igitur ex ijs, ad quæ studia sua conferunt, de morbi coniectare conditione. Nam ruri qui egit tempore æstiuo apricatus, duriter & tenui uictu, amaram bilem potius, quo ad huius est, q̃ pituitã coaceruauerit. Qui contra ac ille, urbẽ colit in umbra, lauans bis quotidie, tum autem in ocio perpetuo cibis se ingurgitat, hic pituitam citius. Eadem est cęteris ratio. Aetatem uero præsentibus cognoscendis, & præsagiendis impendentibus non paruum usum præstare cognosces ex Aphorismis, in quibus de ætatibus sermonẽ habuit, quem quidem nos librum iam pridem sumus interpretati. Sermo pręterea ęgri præsentium notitiæ, & consequentium diuinationi potest adiumento esse. Verum est coniunctum hoc signum, eiq; cum iudicio conuenit, quod proficiscitur à consuetudine. Si enim æger suo more loquatur, quo solet ante integra ualetudine, nihil expectabimus mali. Sin uero cõtra morem suum æger uerba faciat, est illud prauum signum. Nam esse eius suspicamur hinc offensam mẽtem. Quod deinde Hippocrates τρόπισιν dixit, nos modis uertimus: uideamus quid denotet. Vsurpant hoc uocabulum ueteres duobus in significatis: ac modo pro animi moribus utũtur, modo pro differentijs aut formis eius, qua de re sermo habetur. Exempli gratia, si habeatur de uictus ratione oratio: hic

A scriptor si modus dicat, rationis uictus differẽtias ipsas, aut formas significat. Itidem si febrium esse modos multos dicat, differentias harum, aut species interpretatur. Itaque hac dictione, modis, aut animi significat mores, aut sermonis differentias, quãdoquidem de sermone meminit, quasi ad hũc modum orationem institueret: Ex sermõe, & ipsius formis, aut differẽtijs. Nam differentias an species an formas dicas, nihil interest in præsentiarũ. Si quidem hæc fiunt omnia dissecandis ijs, quę generatim sunt mente concepta. Vt autem de statu ęgri docet aliquid sermo, & taciturnitas item insita, aut natiua ægri. Nam ut est ea taciturno sua sponte secundum naturam, ita loquaci præter naturam. Quocirca hunc aut soporans torpor tenet

B aut est melancholiæ initium. At si taciturnus non taceat, sed amplius consuetudine loquatur, delirium denuntiatur. Sub hæc cum imaginationes dicit, nullam rem sensibilem indicat, aut apparentẽ, sed quam argumentis assequimur. Argumentum autem est quod ægri uel eloquuntur, uel agunt. Nam cum de nobis quidam mane de more ægrũ inuiseret, totam ait noctem somnũ se non uidisse, dum cogitaret, quid sit nam futurũ, si lassus Atlas non ducat amplius sustinendum cœlum: ex cuius uerbis intelleximus principium esse quoddã melancholiæ. Ex gestu item ægrorum animi mores produntur. Post hæc author dicit: Somnis & uigilijs: de quibus mihi certum est hoc loco nihil dicere quòd ante in Aphorismis, & in præsagijs somnos & uigilias exposuerim. Et uero de insomnijs

C etiam mihi ante explicatum est, cum alijs, tum ijs quæ corporis aliquem effectum indicant, sicut etiam in libro De uictu ualentium est traditũ. Nam si quis per insomnium uideat incẽdia, hunc offendit flaua bilis. Si imbres, abundare frigidũ humorem declarat. Sic sanè, si niuem, glaciem, & grandinem, pituitam frigidam. Si quis in fœtido se loco esse putet, putredinem humorum. Si gallorum gallinaceorum cristas habere, aut rufa quædã, sanguinem exuperare. Si caliginosa cernere, aut in locis esse caliginosis, flatus indicat. Vnde etiã huic uerbo insomnijs adiecit, quibus & quando: ut quibus illorum differentias indicet: quod etiam si omitteret ipse, clarum sit. Et quando tempus denotet, quo insomnia fiunt, hoc est, si aut in principio

D accessionũ, aut in uigore, aut alio tempore. Atq; si à cibo ac tali statim, aut sine cibo. Sumitur non nihil ex his indicij. Itaq; qui se niue putet conspergi, idq; sub accessionis initium, una cum rigore uel horrore, uel algore accidere sibi imaginetur, tempori id potius, quàm affectui corporis est attribuendum. At uero si eiusmodi insomniũ uideat in febris remissione, fidelius præbet argumentum frigidorum succorum: Longe etiam magis, si nihil comederit ante ciborũ pituitosorũ: nã dum illi in uentre continent, potest talem habere quis imaginationem, ut assimilis non sit corporis totius status. Quod deinde est dictum uellicationibus, alias in cõmentarijs De succis exposuimus: ut etiam alia, quæ hic sunt commemorata multa,

quæ

quæ de floccos carpentibus dici, & festucas colligentibus ualent, aut etiã de uellicãtibus aliquam sui partem: ubi subest in profundo dolorificus affectus. Et sæpe partem, quæ pus aut alium continet acrem humorem, uellicant: quæ quidē etiam est nonnunquam nota delirij. Iam quod est deinde scriptum perfrictionibus, mordaces esse ad cutem humores significat, qui ad scalpendũ irritant. De lachrymis iam docti sumus tam spontaneis, quàm inuitis, quidnam denotare solent utræque. Iam & de forma accessionum, immo de deiectionibus quoque, urinis, sputis, uomitionibus est in præsagijs sat superq; declaratum. In aphorismis etiam non raro est de illis facta mentio, ut item in Prædictionum libro. Postea dicit: Et quæ ex quibus, in quos morborum successiones, et abscessus in exitium uel iudiciũ. Hic ea sunt, quæ ante sunt tradita, quæ tum enarrauimus, ad memoriam reuocanda. Nam fiunt successiones morborum perniciales & decretoriæ, pro ipsorum differentijs morborum & locis affectis, Nam in morbos successio leuiores, & locos ignobiliores, est salutaris: in morbos grauiores, locósque principaliores, perniciosa. eodem modo abscessus, qui cum effluxione fiunt, sunt illi meliores: qui uero cum decubitu, minus commodi: ac horum ipsorũ quidem remotissimi quiq; à loco affecto, & in partes ignobiles ægri, boni sunt: contrarij horum mali. At uero in ijs quæ post hæc sunt dicta per totum opus, plurimum elaborauimus in libris, quos olim sumus interpretati. Etenim in aphorismis & præsagijs de rigore, sudoribus, tussi, sternutamento, singultu, At alijs in lucubrationibus, quas conscripsimus, de his alia diximus, & de cæteris omnibus quæ ad notitiam referunt, & præsagia. Quòd autem algoris iam facit mentionem, animaduertendum est, num uniuersi corporis frigus, ut profunditas inardeat, interpretandum sit, an partium extremarum, an potius sit de omnibus illum his arbitrari dicere. Siquidem aliud, quod est initio accessionis, significat frigus, aliud in remissione, sicut sanè si per totam commoretur accessionem, quod quidem haud bonum est signum: sic si tali frigore interiora perpetuo ferueant, de quibus omnibus in libris, quos narrauimus, et in opere De iudicijs uerba fecimus. Spiritus uero cum dicit, respirationis intelligimus differētias. Quoniã uero flatuũ inde meminit, sunt illi quoq; in genere spirituum. At de his etiã in cōmentarijs in præsagia est tractatũ: & in opere De dyspnœa, & de uoce, de spirituum in respiratione differentijs: quemadmodum de flatibus in lib. Præsagiorũ. Iam ructus quoq; in genere spirituũ sunt: eaq; illis res quodã modo cũ respirationis spiritibus cōuenit. Quatenus uero in flatuosorũ sunt spirituũ genere, hactenus cum flatibus etiam habent cōmercium. Proinde & hi spiritum in superiore uentre flatuosum generari indicio sunt. Quod uero in fine capitis dixit, planum est. Sanguinis namq; eruptiones, & hæmorrhoides, quemadmodum hæ cladem adferunt, illæ præstant usum, didicimus.

A 2 Inter febres, quædam cōtinuę sunt, quędam interdiu tenent, nocte intermittũt: uel nocte tenent, die intermittunt, nonnullæ semitertianæ sunt, tertianæ, quartanæ, quintanæ, septimanæ, nonanæ.

Bifariam ueteres uti continui nomine & intermittentis uidentur. Nam cōtinuas uocant febres quandoq; omnes, quæ nullum tempus liberũ habent accessione: quandoq; nō omnes, quæ accessione nunq; uacant, sed solas extra ordinem illas, quæ omni carent usq; ad iudicium mutatione. Ita intermittentes interdum appellant illas solas, quę accessionem perpetuam non habent: interdũ eas quarum non recedit accessio, sed insignes faciũt
B mutationes singularũ accessionum, in initium, incrementũ, uigorē & remissionem. At medici quidam iuniores, quę non magnã mutationē habent, non continuas, cæterũ synochos nominant: continuas aũt has solas, quæ non ueniunt ad integritatem, & intermittunt singulis accessionibus. Has uocãt antiqui interim cōtinuas, interim intermittentes. Nam sunt certe inter cōtinuas & desinentes in integritatē mediæ. Proinde recte, ubi cum synochis cōferuntur, intermittentes appellantur: cum ad integritatem uenientibus, continuę. Hoc loco differentiam febriũ Hipp. scribens, aliquas esse earum continuas dicit. (Et sunt quidem in utroq; cōtinui significato, cōtinuæ multæ.) Quasdam autē aut nocte intermittere, aut interdiu: ex
C quibus quæ ad integritatē non desinũt, iuniores quidē medici μεθημερινὸς, uel καθημερινὸς, id est diurnas uocant: illas, quæ desinunt, ἀμφημερινὸς quod est quotidianas. Qua uocum arguta obseruatione uacabant maiores. Nam cum intermittere intelligatur & dicatur bifariã, quemadmodum suprà retulimus: quæ singulis diebus & noctibus inuadunt, intermittētes dicemus, siue integritatē, siue remissionē quam uocant, assequant. Inde ordine recenset à superiorib. diuersas febrium differentias, semitertianas, tertianas, quartanas, quintanas, septimanas, nonanas cōmemorans. Tertianæ & quartanæ clare ad integritatē ueniũt. At ex semitertianis, quædam utraq; incedunt uia, quædam altera tantum earum quæ ad integritatē non
D ueniunt. Nam si consideres, ut inter eas quæ occupãt quotidie has ad integritatē ait uenire, illas ad remissionē: ita earũ quæ tertio aut quarto quoq; die inuadunt, quæ differētia sit, plane cernes nihil de re, sed de significato nominis semitertianę quęri. Quæ quarto quoq; die incessunt, has integrum corpus scimus plurimum præstare: ac quæ quarto quoq; inuaderet die, quæ ad integritatē non ueniret, rarissime uisa est. Nō eadē in illis ratio est, quæ tertio quoq; die accedũt: cōplures enim sunt differentiæ. Igitur in his, inquã, non de re, cæterũ de significato habet, & nomine quæstio, quas de istis febrib. tertianas cōueniat & semitertianas, & tertianæ naturã referētes appellare. Iam cum esse aliquas dicit febres quintanas, aut septimanas, aut nonanas, nō de dictiōis significato, sed de re ambi

gitur. Nam sunt medici, qui cõfirmant ultra diem quartum, circuitum se nullum cõspexisse. Quidã assentiũtur Hippocrati. Equidem inde usq; ab ipsa adolescentia obseruaui ad hunc diem, sed septimanum, uel nonanum omnino non uidi, nec clare, nec obscure. Quintanos certe uidi orbes obscuros, sed non exacte aut aperte, ut quotidianos, tertianos, & quartanos. Sed res (quantum equidem censeo) quandoquidem ex usu de ipsa iudiciũ fit, ratione non quærit demõstrari. Si enim sit, qui exacte cõspexerit, & crebro, aut septimo quoq;, aut nono die accessiones fieri (neq; enim iterũ aut ter sit uidisse satis) sit ille inductus, esse nonnullos etiam tales circuitus. Sin autem nõ uiderit ab initio ætatis ad senectutẽ usq;, quos uisit ægros, frequẽtes eo febricitare modo, iam illi hoc cõstat ediuerso, non incidere eiusmodi circuitus. Quamobrem in Hipp. cum ratione disputare, quod Diocles fecit, ualeas. Nam quibus dicas ex signis, aut humoribus oriri, uel quintanum, uel septimanũ, uel nonanum circuitũ non habebis. Quinimmo nec scripsit quenq; ita ægrum laborasse. Et quidem erat hoc eius officij, ut communia præcepta alia non parum multa priuatis plana fecit exemplis, iã idẽ quoq; in his præstare. Verum sciẽdum est in multis exemplaribus esse scriptũ initium huius capitis, genere orationis, q̃d ἀσύνδετον uocãt, ad hũc modũ: Febres cõtinuæ interdiu tenẽt, nocte intermittũt, nocte tenent, die intermittũt. Quod cũ dixi uocari genus ἀσύνδετον, simul explicaui eius interpretationẽ. Oportet autem tanq; in numero nos dictorum adiunctas intelligamus, quæ prætermissæ sunt in orationibus, coniunctiones.

3 Sunt autem acutissimi, maximi, grauissimi morbi, ac præ cæteris omnibus letales, in continua febre.

Absolutissima omniũ horum disciplina in commentarijs est De febrium differẽtijs tradita. Hoc loco, ut iam sæpe testatus sum, non constitui ueritatem demõstrare, neq; omnia sigillatim, ut nihil præterea, docere, sed senis interpretari uerba. Sũmam uero singulorum, quæ commentanda incidant, non præteribo. Igitur acutissimos ait, & grauissimos esse in febre continua morbos: acutissimos dicit eos, qui pauco tempore decernũt: maximos, ualidissimos: grauissimos, qui cum periculo sunt coniuncti: quod interpretans ipsemet, mox præ cæteris omnib. appellauit illos letales. Et quoquo modo cõtinuam febrem accipias, uera dixit: nam morbi acutissimi, maximi, et grauissimi, tum in febribus eueniunt, quæ uocantur proprie synochi, tum in alijs iuxta, quæ singulis progrediũtur accessionibus, ac initia efficiunt, incrementa, uigores, & inclinationes manifestas, nec ad integritatem ueniunt tamen, de quibus hoc loco fuerit satius interpretari: quandoquidem synochis contigit in his, non his in synochis cõtineri. Quam si qui orationem intelligat de solis synochis habitã, eximere uideatur alias continuas, ceu non periculosas, nec uehementes aut acutas.

A 4 At uero omniũ est quartana securissima, facillima, longissima. Hæc enim non est ipsa quidem tantum per se talis, sed etiam à magnis alijs uindicat morbis.

Facillimam esse dixit quartanam, quod est perinde ac leuem. Etenim continuæ: quia nullam habent usque ad iudicium remissionem molestiarũ, sed perpetuo infestant, merito graues & dicuntur, & sunt. In quartana, maxime ubi sit moderata, licet diebus, qui inter accessiones intercedunt, prodire, ac nonnunquam solita munera obire. Cæterum mos est tibi ueterum, ubi de febribus disputantes audias, cognoscendus. Nam si iecinoris inflammationem, aut lateris aliúsue partis, febris cõ-
B sequatur, pleuritim, uel peripneumoniã, uel hepatitim nominant morbum, non febrilem. Qui uero citra inflammationem febricitat, febre hunc dicunt laborare. At nunc quoq; de quibus agit febribus, sic accipe institutam orationem, quandoquidẽ ex liene sæpenumero grauiter uidimus homines febre laborasse quartana, ac deinde collecta aqua inter cutem, esse defunctos. Verum ipsa sua sponte quartana periculo uacat, quæ quidem alijs etiam morbis liberat. Atq; ita nouimus morbos comitiales fuisse à quartana diu infestante discussos. Sed eius didicisti originem in comment. De febrium different. & De iudicijs.

5 In febre quã semitertianã uocant, cum
C morbi eueniũt acuti, tũ præter cæteras hæc est letalis. Ac tabidi, & qui longis alijs morbis detinentur, hac præcipue ægrotant.

Non possum medicorũ uulgus adducere, ut à uocum & significationum consideratione, ipsam rerum disiungant cõmentationẽ: quibus iure quidem ignoscendum est. Vbi enim Agathinus, ne alios appellem, solidum librum primũ scripsit de semitertiana, in quo nominis significationẽ inuestigat: quid erit causæ, cur minus ueniam his des? Tametsi erat illud minoris quidem negocij, de ijs quæ cernimus, separatim institutionẽ tradere cõtinuam, separatim de eorum nominibus, id quod nunc ego faciam. Nam febrium, quæ tertio quoq; die inuadunt, hæ ad integritatem ueniunt, illæ se-
D cus. Rursus utrarũq; harum ea est differentia. Ex uenientibus ad integritatẽ, quædam accessionem habent horis duodecim circũscriptam, quædã longius productã. Earũ uero quæ ad integritatẽ non ueniunt, quædã cum horrore ueniẽtes, cum à primo impetu ad incrementũ, quod uocant, se conferunt, tametsi esse iam mediocriter pregressæ uideant, alterũ horrorẽ cum constrictione iuducũt, ab hoc alterum incremẽtũ, deinde aliã cõstrictionem & horrorẽ. Nam iterũ hæ & ter repetunt. Postridie aliã habent priore minorẽ accessionẽ, sine priorũ repetitiõe, isq; illis est perpetuus deinceps orbis, ut binæ, quas dixi, binis fiant diebus accessiones. Præterea aliæ habent tertio quoq; die accessionẽ circa horrificas illas quas diximus inuasiones, et repetitiones, unãq; habent accessionem

tertio quoq; die, atq; acceſſione carẽt ſecũdo die. A
Vnum hæ & continuum habent & æquale ab in
uaſione ad uigorem incrementum. Habes iam fe
brium, quæ tertio quoq; die inuadunt, differentiã
ſemper conſpicuam in ægris. Oſtendimus autẽ à
bilioſo & pituitoſo ſucco febrem cum horrore ue
nientem proficiſci: eam uero quæ caret horrore, à
bilioſo quidem, ſed lentiore, & cõcoctu difficilio
re, quam ferunt eſſe principum partium inflãma-
tionem. At quæ cum rigore inuadunt quidẽ, cæte
rum ad integritatem cum bilioſis uomitionibus,
aut deiectionibus, aut ſudoribus ueniunt, harum
eſt cauſa totũ corpus permeans flaua bilis. Quare
cũ hæc ſe ita, ut dictum eſt, habeãt, ſiquis cauſam
ſingulorũ inueſtiget, aut curationem, officiũ me-
dici ille, ſimulq; operæpretium fecerit: quærere ue B
ro quo quodq; dictorum cõmode nomine appel
let, haud dum medicinæ intereſt, alioqui tamẽ res
cognitu eſt neceſſaria, ubi alios docere inſtituat le
gere. Nam ad morbos quidem in ægris cognoſcẽ
dos nobis, & futura præſagienda, uidemus nomi-
num exactam rationem nihil referre: quando uul
gus non ex his de medicis exiſtimat: uerũ cum à
ſanguinis miſſione conſpiciat ægrum cõmodius
habere, cibumq; in tempore ſumere (nam uel de
hoc poteſt plebeius, cum uidit, iudicium facere)
deinde non ſtatim cibum acceſſionis principium
excipere, ſed longiore poſt tempore, tũ medicum
collaudat. Iam etiam ſi frigidam eum porrexiſſe
lauiſſeq;, itaq; febre ægrotum liberauiſſe cernat,
continuo illum ſuſpicit. Sic etiam, ſiquid de ſequẽ C
tibus prædicat. Profecto hæc illa ſunt, quæ illu-
ſtrant prorſus & uere medicum. Sophiſtes uero,
dum de uocibus & ſignificatis contendit, tempus
corrumpit, & ſuum & diſcipulorum. Nos autem
non inſtituimus docere hoc loco opera artis (nã
hoc quidem alias abunde effecimus) cæterũ bre-
uibus mentem inſpicere Hippocratis: quod ut fa
ciam, hæc facultas datur. Etenim ſuprà etiam ipſe
Hippocrates dixit: Infeſtabant illos pleroſq; hæc
incõmoda: horrificæ febres, continuæ, acutæ, om
nino non intermittentes: modus erat ſemitertia-
nus, uno die leuiores, altero grauius iterũ inuadẽ
tes. Rurſus hoc loco dicit: In febre ſemitertiana
cum morbi eueniunt acuti, tum præter cæteras,
hæc eſt maxime letalis. Letalẽ igitur ſemitertianã D
eſſe, aperte Hipp. ipſe dixit: febrium uero ad inte
gritatẽ uenientium letalem eſſe nullam, in apho-
riſmis clare docuit, his uerbis: Febres quæ non in
termittentes tertio die ingraueſcũt, ſunt periculo
ſæ. Quocunq; autem modo intermiſerint, pericu-
lum abeſſe ſignificatur. Qui itaq; in uenientibus
ad integritatem ſemitertianam eſſe Hippocratẽ
ſequens dices? Atqui ſane qui aiunt, ſi horas qua
tuor & uiginti quis febre uacet, mediam eum ſe-
mitertianam habere, in numero habent talem fe-
brem intermittentium. Sic etiam, qui mediam &
paruam à magna diſtare horarum numero ferũt,
ſtudentes utraq; ad integritatẽ deducere, ab Hip-
pocratis ſenſu diſcedũt, dum in febribus intermit
tentibus ponunt ſemitertianam: quia nihil hęc pe

riculi habebit, quamuis ab illo letalis dicatur. Sa-
tius igitur ſit, uti cenſuimus, uocabula repudiare,
atq; curationes, dinotiones, præſagiaq; cuiuſq; fe
bris meditari. Sed enim quia clarior per uocabu-
la & compendioſior doctrina euadit, prius expo-
nemus oratione febrium differentias, quæ tertio
quoque die inuadunt, ut modo faciebat, tribuens
ſuum cuiq; earum nomen, id quod facere ſemper
ſolet, ad conſtituendas febrium, quæ tertio quo-
que die inuadunt, differentias: deinde quæ intra
duodecim horas ceſſet, breuioris inſtitutiõis gra-
tia appellabimus exquiſitam tertianam: quæ diu-
turniorem hac acceſſionem habeat, adhuc ea ta-
men remiſſionem longiorem, uocabimus illam
ſimpliciter tertianam: quæ uero acceſſionem plu
rimum productam, paruum autem interuallum,
eam iam tertianam nominabimus productã: quæ
ad integritatem non ueniat, ſed horrificas primo
quidem die faciat repetitiones, altero ſimplicem
unam acceſſionẽ, ſemitertianam hãc appellamus:
ſin aũt ſimpliciter tertio quoq; die inuadat τριταιο-
φυῆ, hoc eſt, tertianæ naturam referentem. Om-
nia in hoc ſermone diffinita habes, tam utilia, quàm in
utilia. Hæc igitur ſemper tibi ſunt memoria tenẽ-
da, & eorum habenda expedita notitia: ita ẽm nu-
gas iuniorum medicorum, quas de prædictis fece
runt nominibus, cum de rebus interim differere ſe
ſe crederẽt, damnabis. At nullam ex ijs, quæ ad in
tegritatẽ euadunt, ſemitertianam uocare Hippo-
cratem oſtenſum eſt. An uero eam unam, quam
proprie ego uocare conſueui horrificas repetitio-
nes facientem: an etiam eam, quæ abſq; his, dignũ
eſt attentione. Si enim tabidis, & aliter diu ægro-
tantibus ſolet accidere hæc febris, fortaſſis etiam
ſi horrore careat, uocabimus eam ſemitertianam,
ſi die ſecundo iterum inuadat. Sed quod dixi, quã
do de uocabulo quæſtio eſt, nihil interſit, ſi cui
potiſſimum tribuat febri nomen ſemitertianæ
Hippocrat. non plane teneamus: adeo cum ipſi-
us de febribus artem perdocti, habeamus quæ ad
artis opera requirimus, uel ſine illarum nomini-
bus. Videbitur fortaſſis conuenire, ut uideamus,
qua de re Hippocrates appoſuit, quam uocant, &
non pronunciauit ſimpliciter, In febre ſemitertia
na cum morbi ueniunt acuti. Equidem illum, uo-
cabulum cenſeo, ut in proprium reprobare. Siqui
dem illis, quæ integram non ſunt abſolutionem
conſecuta, dimidij attribuimus uocabulum: itaq;
dicimus ſemimortuum, ſemideum, ſemiuocalem,
ſemiaſinũ, ſemiaſſum, & ita id genus reliqua pro-
ferimus. At uero ſemitertiana tantum abeſt ut di-
midia ſit, uel multitudine ſymptomatum, uel uiri-
bus, uel horum tota conditione, ut longe etiam ſit
tertiana deterior: ut potius huius illa, quàm hæc illius,
eſſe uideatur dimidia. Quare non uenit in mentẽ
mihi, qua re adducti, ſic potius nomen poſuerunt
primi iſtius autores nominis, quàm aliter. Potuerunt
tamen hi, cum tertiana febris habeat, ut & tertio
quoq; die inuadat, & ad integritatẽ ueniat, quòd
ſemitertiana alterum habeat de his, alterum non
habeat, ita uocabulum inſtituiſſe. habet enim ut

tertio quoq; die inuadat: ut aūt ad integritatē ueniat, non item. Potuerunt præterea, ꝙ & accessione careat cū rigore incipiēte. Ad hæc, ꝙ nō cū excretione finiat̃. Iam etiā ꝙ diem secūdū non habeat integrū. Licet ad hæc aliud eiuscemodi illis adferre, qui cōmentant̃ nullius frugis sapientiam, & uerum artis usum negligunt.

6 Nocturna non admodum letalis, longa tamen est. Diurna longior. Sunt quibus ad tabem uergat.

Principio simpliciter numerum descripsit febrium, deinde harum mores ordine docet. Cum itaq; ante in catalogo dixisset: Inter febres quædam continuæ sunt, quædam interdiu tenent, nocte intermittunt, uel nocte tenēt, die intermittūt. B inde continuas cum exposuisset, ac mox sub illis de tertiana et semitertiana tractasset: hic ad febres accessit, quæ die inuadunt, nocte intermittunt: uel nocte inuadunt, interdiu intermittunt: quarum alteram nocturnam, diurnam alteram uocat: nocturnam illam, quæ nocte inuadit: diurnā, quæ die. Sed quæ uidebātur nocturnæ tribuere laudi, hæc ipsa non minus uitio uertunt, eò quòd nō simpliciter dixerit, nocturna non est letalis, sic addiderit, non admodum. Nam si non ualde est letalis, liquet mediocriter letalem esse. Diurnam autem non modo nocturna esse longiorem dixit, sed etiam esse cum ad tabem uergat, ut uel ea conditione sit deterior. Partim em̃ quo tempore digeri & rarescere magis solet, si constringatur corpus & C conspissetur, inuadens merito uideatur prauior: partim quòd tēpus habet, quo consuli ei debebat, incommodum. Quo enim oportebat tempore cubare, hoc cogitur ægrotus medico cōsulenti dare operā: quæ causa est, cur tēporis diuturnitate marcescant, tabescantq; propter alterutrū, si cubent interdiu, somni defectu: si non cubent, quod uespertilionis uitam, & non hominis agant.

7 Septimana lōga est, uerū nō letalis. Nonana hac lōgior etiam, at non letalis.

Neq; Hippocrati decet diffidere (præ se fert enim oculis arbitrata hæc conscribere) neq; mentiri conuenit, dicereq; etiā sese uidisse. Quare obseruandum nobis est sedulo, & experientia de ueritate existimādū: sed ita ut idem nobis nō accidat, ꝗd D uulgo hominum, qui aliquem forte conspicati septimo die iterum ac tertio febricitasse, ab initio duxerunt esse quendam septimo die circuitum. Potest enim casu interdum euenire, atq; adeo simili etiam uictus ratione. Qui enim ęgroti non prorsus sunt affectione morbosa liberati, sed semē aliquod retinuerunt, his usu uenit ad uictū negligentioribus, sæpe sexto die à principio febricitare, sæpe septimo, non raro octauo, sæpenumero alio: & cum febris cessauerit, putantibus se prorsus esse liberatos, eodem omnino uictu utentibus, ex semine morbi reliquo totidem diebus in eandem affectionē deuenientibus, similiter febricitare. Quod quidē sæpe potest accidere, ut & æquale sit, quod affectionis est residuum, & ęgroti eūdem uictum

A habeant, Hic uero reuera est circuitus morbi, quādo exacte ab illis seruata ratione uictus, febris in idem cōstitutum peruenit, quemadmodū fieri in quartana uidemus.

8 Tertiana exquisita cito iudicatur, nec est letalis.

Dictum paulo ante est, ut summatim referam, quæ acessionem habet parui temporis, tertianam exquisitam hanc esse. Quæ uero secum ferè adducit, persecuti omnia sumus in cōmentarijs De differentijs febrium, & de iudicijs.

9 Quintana pessima est omnium. Etenim & ante tabem, & iam tabidis superueniens, perimit.

Tabidi hectica febre laborant nunq; cessante: cuius totam naturam, & cæterarū in cōmentarijs De differentijs febrium didicisti. In quibusdā uero uidi ei immistam aliquam ex circularibus, aut tertio quoq; die inuadentibus, aut quotidie: &, ut Hipp. ait, etiam infestantur quintana: de qua eadē à nobis tibi dicta puta, quæ de septimanis paulo ante & nonanis audiuisti.

10 Modi aūt & status, & accessiōes singularum harū febriū, tam continuarū ꝙ intermittentiū, sunt hi. Atq; exempli gratia, continua est, quæ ab initio floret, & uiget maxime, infestatq; grauius: circa iudiciū uero & in iudicio imminuit̃, Nōnullis leuiter incipit & summissim, sed increscit indies, & exacerbat̃: sub iudiciū uero & in iudicio abunde elucet. Sunt itē quib. cū leuiter incepit, augetur & acerbat̃: et simulatq; aliquandiu uiguerit, usq; ad iudiciū, & sub iudiciū rursus se remittit. Vsu ueniunt hæc & accidūt omni in febre, & in omni morbo.

Nodos febrium nonnunquam mores uocant, nōnunquam differentias & essentias. Hic formas eum singularum prædictarū febrium describere constat. Continuam itaq; dicit incipere uehementissime quibusdam, sed usq; ad iudicium paulatim remitti. Interdū mediocriter cum inchoauerit, crescere pedetentim ad iudicium usq;, in quo eam ait elucere: quæ quidē cōtrarium inter sese iudicium obtinent. Alium præterea modum esse tertium dicit, ex ambobus constitutum: ubi leuiter incipiat, & postquam paulatim increuerit, & iustam sit magnitudinem assecuta, remittat se, dum semel discutiatur. Hos tres modos illum quidā febribus continuis tribuere censent, non attendentes quę in orationis suæ scripsit fine. Vsu ueniunt hæc, & accidunt omni in febre, & in om̄i morbo. Proinde nō iam solarū continuarum, sed omnium etiam aliarum febrium, quæ continuæ sunt & diuturnæ: immo uero cuiusuis etiā morbi, acuti certe simul & prolixi, eosdem modos esse, confirmat. Iam etiam symptomata eadem ratione iudicant̃ cūcta. Iamq; dolorē attendamus: hic maxima sæpe incessit ui,

marcescit autẽ paulatim, usq; dum prorsus discutiatur. Interim leuiter auspicatus, ubi ad uehementissimum increuerit paulatim, subitã habet decessionem. Interim à uigore absoluto, quãto tempore increuerit, tanto remittitur.

11 Est autem ex horum cõsideratione offerendus uictus.

Præsagum te motus morborum uult esse, ut accommodatũ illis uictum prębeas. Siquidem morbi uigorem respicientibus, est uictus nobis ineunda ratio. Atq; in opere De uictus ratione in morbis acutis, & in aphorismis, quo debeas pacto cõmemoratos morborum modos cognoscere: item in cõmentarijs in præsagia & in libris de iudicijs accipies, quæ hoc libro summatim scripsit, in primo huius commentarij capite.

12 Multa iã alia quoq; opportuna signa his germana sunt, de quib. partim aliquando scriptũ est, partim iã scribetur: ad quę di sceptato, expendito, attendito, cui horum præceps malum & mors portendatur, uel iam instet, & cui proroget, uel non: & quãdo & quantus, atq; cui sit dandus cibus.

Quanq; multa, à quibus est præsagiendũ, prædixit: esse tamen & alia dicit, partim iam prodita in libro scilicet præsagiorum, partim prodenda.

13 Quæ diebus paribus accedunt, parib. iudicãtur: quorum uero sunt in imparibus accessiones, imparibus iudicantur.

Sæpius diximus fieri in accessionibus iudicia, tũ quod in ijs humores uehementer moueantur, & ueluti ebullientes erumpant sanguinis profluuio, uel sudoribus, uel uomitu, uel deiectionibus, uel hęmorrhoidibus, uel menstruo mulieribus, tũ propterea quòd id temporis ad excernẽda illa impellat natura: simul quòd grauata & onere pressa ad excernendum irritetur, simul quòd illis magis fusis & excretio noxiorũ humorum promptior, & iudicium fiat procliuius.

14 Est autem primus dies decretorius circuituum, qui diebus parib. iudicant, quartus, sextus, octauus, decimus, decimus & quartus, uigesimusoctauus, trigesimus, quadragesimusoctauus, sexagesimus, octogesimus, & centesimus. Circuituum uero, qui iudicant imparibus diebus, primus, tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, septimusdecimus, primusuigesimus, uigesimusseptimus, & trigesimusprimus.

Videtur mihi non proprie usurpare nomẽ hic circuitus. Nam ipsos dies quibus fiunt iudicia, ordine omes descripsit: & in præsagijs circuitus, qui in quaternario numero fiunt, diligẽter exposuit. Vnde uidentur hæc cõmentationẽ requirere decretoriorum dierum. Primum itaq; dicit decretorium diem esse parium dierum, quartũ: inde sextũ: post hũc in plerisq; exemplaribus est scriptus octauus: tũ decimus. In alijs est scriptus quartus decimus post sextum, deinde uigesimus: sub hũc in aliquibus uigesimusquartus, in nonnullis trigesimusquartus. Ab hoc quadragesimus: sub quem sexagesimus, octogesimus, centesimus. At uero morborum, qui imparibus diebus iudicantur, primum dicit circuitum esse (Sed satius, ut indicauimus, erat dicere non de principio) tertium, deinde quintũ, mox septimũ, ab hoc nonũ, sub quem undecimum, ab hoc septimumdecimum, tum primum uigesimũ, postea septimũ & uigesimum, postremo primũ trigesimum. Ostẽdimus uero in lucubratione De diebus decretorijs, omniũ esse decretoriorũ ualidissimos, qui quaterno, uel septeno circuitu fiunt: moderatiores his esse, qui intercalantur: de quibus, quia probabilẽ habent generationem, dicamus. In cunctis imparibus nihil est erratũ: ex paribus parum recte dixerũt uigesimũ octauum, & decimũ, qui nequaq; decretorij sunt.

15 Porrò sciendum est, si aliter iudicentur extra hos prescriptos, significent recidiuas fore, fiantq; perniciales.

Prædictos dies bene & firmiter iudicare, tum iudicatos morbos omino esse firmos, euadere autem nõnunquam exitiales, illis commentarijs est declaratum.

16 Insuper est animaduertendum, & cognoscendum, quæ sint his temporibus futura iudicia ad salutem, uel ad perniciem: aut momenta ad melius, uel peius.

Hoc loco significatum dictionis iudicij docet, quod breuiter dicas, morbi repẽtinã esse mutationem. Nam fieri mutationẽ quadrupliciter, ipse dilucide significauit: ad salutẽ uel perniciẽ: aut momentum ad melius, uel peius, insigne quidẽ. Prætermisit uero dicere insigne, ut quod in cõmuni significato dictionis iudicij contineatur.

17 Præterea errantes febres, quartanæ, quintanæ, septimanæ, & nonanæ, quibus iudicentur circuitibus, considerandum.

Ne de his quidem in libro Præsagiorum disputat. Etenim errãtes singulas accessiones habent inordinatas: uerũ signis tamen, quæ decretorijs diebus animaduertũtur, illarum præscitur iudicium. At de circuitibus, qui ad integritatẽ ueniunt, cuiusmodi tertianarum sunt, & quartanarum, ostensum est uulgo medicorũ præceptũ incognitum, quod semper nos in ægris sumus experti. Non enim sunt dies primi attẽdendi, neq; isto ordine numerandi simpliciter, cæterũ accessiones: ut ille de exquisita tertiana in Aphorismis dixit: Exquisita tertiana, septenis circuitibus, ut longissimũ, iudicatur. Nam ut hæc septenis circuitibus iudicatur, eadem ratione alia nouenis circuitibus, alia undenis, atq; ita deinceps pro numero decretoriorum dierũ. Ac de quartanis eadẽ est ratio. Vnde in libro Præsagiorũ ait: Fit autẽ quartanarum etiam status hoc ordine. Ego uero etiam hanc commen

tationem cum apud Eudemum philoſophũ prædicerẽ, qui tribus tenebatur quartanis, primã de illis receſſuram primum, quæ certis diebus inuadebat: & poſt totidem circuitus ab hac depulſa alteram certo die: ſimiliꝗ; modo cũ poſtea tertiam prænunciarem, ex diuinãdi arte hæc prædicere iactabãt, nõ ex medica ſpeculatione: tametſi uates nunquã uidiſſent uera Romæ de ægris prædicentes. Nã illorum, qui alijs in urbibus ſunt, nullum feci periculũ. Nos (quod deo approbante dicam) nulla re unquam prædicenda offendimus. Atꝗ; ſi ea quæ de iudicio ſunt expoſita mediteris, Hippocrate eris arteꝗ; dignus. Sed hęc obiter mihi dicta ſunto. Nũc iam ad propoſitam interpretationem reuertamur. Nam ut in libro Præſagiorũ omnem abſoluit de diebus decretorijs diſputationẽ, ita de circuitibus quoꝗ;. At nuſquam de quintanis meminit, uel ſeptimanis, uel nonanis, non modo in præſagijs de ipſis quicquam prædicens, sed ne in Aphoriſmis quidem. Enimuero cum in libro Pręſagiorum dixit, Fit autẽ quartanarum etiam ſtatus hoc ordine: Et in Aphoriſmis, Exquiſitam tertianã ſeptenis iudicari circuitibus: Poterat eadem opera de quintana, ſeptimana, & nonana idẽ pronunciare, ſi ita ſcripſiſſet: Fit autem quartanarum etiam ſtatus, eodem modo quintanarum, ſeptimanarum, nonanarumꝗ;, hoc ordine. Sed priuſquã enarrare ſingulos ægros aggrediar, intereſſe mihi tum ad claritatem, tum ad breuitatem uidetur; in cõmune ut de illis oĩbus aliquid dicam. Oſtendi cum in alijs operibus, tum in medendi Methodo, duplicem eſſe queſtionis inuentionem: unam quæ ratione aſſequitur cognitionẽ uniuerſalis & communis ſingulorum formæ: alteram per ſingularia ad cõmunem & uniuerſalem peruenire: atꝗ; hæc quidem complere uniuerſitatem: opera uero artificum circa formas uerſari indiuiduas, ad quæ debere exercitari, qui uniuerſale iã ante inuenit: iam etiam ad confirmationẽ eorum quæ ſunt generatim inũta, ſingularia conducere: ad diſcipulorum præterea captum, hęc ueluti exempla ſunt generalium pręceptorũ. Qua de cauſa ego quoꝗ; in lucubrationibus omnibus meis, non uniuerſalia tantum, ſed & ſingularia ex Hippocratis libris collegi: pręcipue uero capita ex libris De morbis uulgaribus adſcripſi, in quibus à capite ad calcem eſt omnia, quæ ægris acciderunt, perſecutus. In dyſpnœis itaꝗ; omnes commemoraui, qui in libris Morborum uulgarium difficulter ſpirauerunt: in libris De diebus decretorijs, iudicatos, ſimiliꝗ; alijs modo. Quare prolixioris narrationis nihil opus ſit ijs qui ad artis opera properant. Sed quando contextus Hippocratis nonnullis eſt in locis obſcurior, ideo operæpretiũ uiſus mihi ſum facturus, ſi eas ego lucubrationes explicarẽ. Nam omnium ſymptomatum, quæ ſingulis narrat morbis accidiſſe, ſi ſtatuam totam naturam declarandam, aut generationis cauſas, quicquid unquam ſcripſi, cogar huc omne transferre, ſimulꝗ; eo mihi res deueniat, ut in ſingulos ægros ſingula habeam ſcribẽda uolumina. Quòd ſi, quæ in libro Præ A ſagiorum ſunt plene tradita, eorum hic exempla tantum indicem, reijciens ſummam diſciplinæ ad libros, quos cõſcripſi, in ſpem uenio fore mihi ſermonem compendioſum.

18 Philiſcus ꝓpter mœnia habitabat, hic morbo decubuit. Primo die febris fuit acuta, ſudauit, laborioſam noctem habuit. Poſtridie omnia euaſerunt grauiora, ueſperi à clyſtere melius habuit, nocte quieuit. Die tertio mane & ad meridiẽ uſꝗ; febre uiſus eſt liber eſſe: ſub crepuſculum uero febris eum acuta corripuit, unà cũ ſudore, ſitibundus erat, lingua præterea exaruit: nigrã urinam reddidit: noctẽ grauẽ habuit, nõ dor- B miuit, oĩno delirauit. Quarto cuncta exacerbata ſunt, urina nigra: nox tolerabilior, urina melioris coloris. Quinto ad meridiẽ parum de naribus, idꝗ; merum ſtillauit: urinæ uariæ, in quibus erant nubes quedã rotundæ geniture ſimiles, diſperſæ, non reſidebant: ſubdito balano, pauca retrimẽta flatuoſa: nocte ſe grauiter habuit, ſomni pauci, delirамẽta loquebatur, extremitates undequaꝗ; frigebant, nec iam ad calorem illæ reuocari amplius poterant, minxit nigra, aliquantum dormiuit: ſub diem obmutuit, C frigida ſudauit, extremæ partes liueſcebãt. Die ſexto ad meridiem eſt defunctus. Spiritus huic erat perpetuo quaſi reuocanti, rarus & magnus. Lien in tumorẽ rotundum allatus erat. Sudores perpetuo frigidi. Acceſſiones diebus paribus.

In hoc ęgro, tertio die mortem impendere, qui generalium præceptorum meminit, clare perſpiciat. Nam primo die inuaſit acuta febris, quem ſudor excepit: unde febris non eſt diſcuſſa, ſed nox etiam grauis fuit. Secundus omnia exacerbauit. Inde tertius dies excretionem habuit nigrarũ urinarum. Itaque etiam quod primo die accidit, ſtatim perniciale erat. Nam decretoria non iudican- D tia, aut letalia, aut difficilis ſunt iudicij: letalia, ſi quã ijs ſymptomata, uel ſigna letalia accidãt: difficilis iudicij, ſi abſꝗ; his ſigna permaneant crudorum humorum. In Philiſco uero ſignũ accidit letale, quòd ad ſudorem non diſcutientem febrem tertio die nigræ urinæ & ſitis acceſſerint, linguaꝗ; inſuper inaruerit, et implacidus fuerit tota nocte, uigilauerit, delirauerit. Hæc cum ita eſſent facta, quarto ait die omnia moleſtiora euaſiſſe, et urinas iterum nigras fuiſſe. Quare fac memineris, ubi quartus perinde ut tertius grauia habeat ſymptomata, & ſigna in morbo acuto, breui expectandũ iudicium eſſe: ſi paribus diebus inuadebat, potius in paribus: ſi uero imparibus, in his. Atꝗ; ubi iudicium, illic ſcilicet & mors, in morbis quidem exitialibus

tialibus. Et uero ad sextum diem Philiscus perijt, quòd accessiones paribus diebus haberet: nã hoc ipse declarauit Hippocrates, qui ad exitũ totius narrationis ad hũc modum scripsit: Spiritus huic erat perpetuo quasi reuocanti, rarus & magnus. Lien in tumorem rotundum allatus erat. Sudores perpetuo frigidi. Accessiones diebus paribus. Alius fortassis æger paribus symptomatibus & signis, non die sexto, sed octauo obiret, si et uiribus esset Philisco robustioribus, & minus symptomata sint & signa perniciosa. Nam cum hic tertio & quarto die nigras urinas redderet, aperte q̃ esset cacoethes morbus, prodebat. Sudores præterea frigidi & sanguinis stilla quinto die comprobarunt, impendens exitium in propinquo esse: multo id magis, quod adiecit stillæ merum hisce uerbis: Quinto ad meridiem parum de naribus, idq; merum stillauit. Ergo cum uel deiectionẽ alui dicit, uel uomitionem meram, interpretatur nõ mistam, deiecta uel euomita, aut flaua syncera bili, aut atra, aut uirulenta. In stilla uero si accipiamus purum sanguinem, rubrum (quando eius hic est peculiaris color) non recte cogitemus. Rubri em̃ stilla haud est in morbo exitiali uisa unquam, sed atri semper. Proinde uerisimile est hunc ipsum atrum dicere Hippocratem merum, interpretariq; uehementer atrum. Itaq; clare apparuit die tertio morbi exitium: non tamen quo erat moriturus die, constabat. Atqui ubi quarto die urinæ nigræ permanerent, & accessiones fierent diebus paribus, si quidem ætate & robore uirium repugnasset, ad octauum diem ægrum suffecturum probabile erat: sin secus, die sexto diem suum obiturum esse. Iam cum præter illa quintus dies haberet sanguinis stillã meri, tum frigidos sudores, quos per totum morbum durasse affirmat: optima ratione expectes ægrum accessioni sexto die instanti nequaquam fore perferendæ. Hęc itaq; assentiri illis uidentur, quæ in uniuersum de decretorijs diebus, urinis, ac sudoribus tradita in libris sunt decretorijs, ad hæc in libris De dyspnœa, & delirio. Nam cum in libro Præsagiorum dixerit: Spiritus frequens, aut doloris, aut inflammationis supra septum transuersum, indicium est: magna respiratio, & ex longis interuallis, delirij nuncia est: & modo delirasse Philiscũ ostendat, nulla facta difficilis respirationis mentione per totam narrationem, recte in exitu oratiõis addidit: Spiritus huic erat perpetuo quasi reuocanti rarus, & magnus. Liquet autem perinde esse rarum dicere, ac ex lõgis interuallis. Quasi reuocanti, significat, ut recordanti: siquidem in commẽtarijs De dyspnœa, ob offensionem fieri mentis spiritũ rarum, & magnum ostendimus, quasi obliuiscente actionum ægro, ut nesciat, nec quãdo cohibere eas, nec quãdo auspicari debeat.

19 Silenũ, qui in Platamonis ædibus prope filios Eualcidis habitabat, ex lassitudinibus, potationibus, & exercitationibus intẽpestiuis, ignis corripuit. Cœpit simul ex lumbis laborare, & capitis grauitate tenebat, collumq; cõtendebatur. Primo die aluus biliosa, mera, spumosa, affatim multa reddidit: urina nigra, in qua nigra subsiderẽt: sitibundus erat: lingua arida: Nocte nihil dormiuit. Altero die febris acuta, retrimẽta plura, tenuiora, spumosa: urina nigra: Nox grauis, aliquãtulum delirauit. Tertio cuncta ingrauescebãt: præcordiorum contentio submollis utrinq; promissa ad umbilicũ: aluus tenuis, subnigra: urina turbida, nigra: Noctẽ insomnẽ duxit, multa uerba, risus, cãtus, moderari sibi nõ potuit. Quarto die eadẽ erant. Quinto deiectiones meræ, biliosæ, læues, perquã pingues: urina tenuis, liquida, pauca: mẽte cõstitit. Sexto caput parum sudauit, extremitates algebant, liuescebant, multum sese iactauit, aluus nihil excreuit, urinæ restiterunt, febris acuta. Septimo die obmutuit, extremæ partes nõ amplius redierunt ad calorẽ, nihil minxit. Octauo frigidus toto corpore sudor: papulæ cum sudore rubẽtes, rotũdæ, paruæ, uaris similes permanebãt, nec abscessum efficiebant: alui irritationes paruæ, stercora tenuia, ueluti cruda, multa cum labore reddebant: urinam reddebat cum dolore mordacẽ, extremitates aliquantulum resumebãt caloris, somni tenues, & quasi sopores, obmutescebat: urina tenuis, liquida. Nono nihil mutabatur. Decimo potum non sumebat, sopore tenebatur, et somni tenues, similia alui excrementa: minxit multum, quod subcrassum in matella euadebat: quod subsidebat, erat simile farinę crassioris, album: extrema membra iterum frigebãt. Vndecimo obijt. A primo hic ad finẽ usq; spiritum magnum habuit, & rarum: præcordiorum perpetuam palpitationem. Annum ætatis agebat circiter uigesimum.

In hoc ægro, quod non fecit in primo, ætatem adscripsit, Ille enim merito perijt die sexto, quòd in acuto morbo, exitialia cõtinenter ab initio haberet signa & symptomata. Hic nõ aliter atq; ille à principio affectus, tamen quia firmis erat uiribus, ad diem progressus undecimũ est per uirium robur: quod uerisimile erat cum alioqui suppeditare, tum uero q; adiecit ætatem, declarauit, quam in Philisco non addidit. Vnde eo quòd illam præterijt, significauit illum fuisse maiorem, ita ut minus ualidæ uires essent. Alius autem æger ijsdem ab initio signis & symptomatibus, ualidis uiribus si nõ foret, periret ad septimum diem. Adeoq; hic

ipse

ipse, nihil est factum propius, quàm ut eo die moreretur, de quo scripsit: Septimo die obmutuit, extremæ partes non amplius redierunt ad calorem, nihil minxit. Quare planum ex his est proxime illum mortem deuenisse. At quia uiribus erat robustis, potuit ad diem proximum, qui decretorius erat, undecimum perdurare, quādoquidem tertio & quarto die in pessimis uersatum signis & symptomatibus, septimo oportebat uita excedere, quod scilicet essent magis accessiones dieb. imparibus: id quod hisce uerbis significauit: tertio cuncta ingrauescebāt. Et postea iterū: quarto die eadē erāt. Cum igitur robore uirium septimum diem, ut dixi, potuit superare, octauo papulas cū sudore habuit rubentes, rotundas, paruas: natura eius morbo repugnāte, & humorum superfluitatem malorum ad cutem propellente. Idq; fuit causæ, cur die nono nō sit mortuus, sed undecimo. Quòd si die octauo nihil tale accidisset, restabat, ut nono ille obiret, cum is certe septimus, quem dixit, fuisset. Quia uero ęger etiam in morbo delirauit, idcirco fini adiecit narrationis, spiritū rarum eum habuisse, & magnum toto morbo. Iam etiam præcordia illi perpetuo palpitasse affirmauit, quod quidē turbationis uel delirij esse signum in libro Præsagiorum est dictū. Videtur homini inflammatū fuisse septum transuersum: quamobrem dum tertium diem exponeret, scripsit: Præcordiorum contentio submollis utrinq; promissa ad umbilicū. Submollis autē est subuacua, hoc est, citra tumorem: qui fit ubi præcordia inflāmantur. Sed ubi inflammatione septi transuersi præcordia, quia sunt ad illud continentia, attolluntur, contenduntur absq; tumore. Etiam in totius narrationis initio dixit, ex lumbis illū laborare, & capitis grauitate teneri, collumq; contendi: quæ morbo ad exitium spectante, delirij notæ sunt: quę quidem si coniuncta uigilijs sine grauitate essent, phreniticus euaderet. Nūc capitis grauitas abundantiā declarās contineri in eo humorū, non perinde calidorum, aut biliosorum (nam prorsus insomnis esset) ægrum significauit soporatum esse. Verum de his affectibus, in quibus simul soporantur, & delirant, cum primam exponemus orationem libri Prædictionum, latius agemus. Neq; hoc loco prætereunda hæc mihi sunt, citius, quod etiam sæpe diximus alias, ubi qui manifestis ex causis febricitare cœperint, si quidem nequaquā sit morbo corpus oportunum, diaria corripi febre. Atq; prorsus Sileno id accidisset, qui ex lassitudinibus, potationibus, & exercitationibus intempestiuis erat correptus febre, nisi corpus iam ad morbum esset comparatum, quod cognosces symptomatibus & signis, quę primo statim die & secūdo apparebant. Primum itaq; eum, inquit, ignis corripuit, ita suo more febrem uehementissimam appellans. Deinde, primo die aluus biliosa, mera, spumosa, affatim multa deiecit. Postea urina, in qua subsiderent nigra. Post rursus, lingua sitibunda, & arida. Nocte nihil dormiuit. Sileno mox primo die permulta acciderūt symptomata, & signa exitialia, ut intelligere aperte posses, lassitudines, potatiōes, et exercitationes morbi occasiones fuisse. Nam appelles præter cæteras proprie occasiones, quas Græci προφάσεις uocant, manifestas causas. Cum uero alia preterea accesserint, quæ homini impendere morbum arguant, multo tamen tempore præcesserint, uerisimile tum sit, potuisse & Silenum hūc, quòd longo tempore uixisset illa ratione, ea de re morbum comparasse. Nam siquis laborando & operando sese ad lassitudinem usque affligat, potet autē large, tum intempestiue exercitationes subeat, id est, aut à cibo, aut ubi tardius cōcocti sint cibi, antequam probe sit in sanguinem uersum nutrimentū, hic tum partim bilē propter labores aceruet, partim crudos & incōcoctos humores, ex potu & intēpestiuis exercitationibus. Sunt autem morbi hi multo grauissimi, in quibus utriusq; magna colligitur copia.

20 Herophontem febris acuta corripuit: primo pauca, & cuiusmodi in tenesmo solēt, deiecit: deinde tenuia, biliosa, plura: nō dormiebat: urina nigra, tenuis. Quinto die mane obsurdescebat, omnia ingrauescebāt, lien intumescebat, præcordia contendebātur, pauca & nigra aluus excreuit, desipuit. Sexto delirabat: sub noctem sudabat, frigebat, in delirio perseuerabat. Septimo extremis membris frigebat, sitiebat, desipiebat: sub noctem ad mētem redijt, obdormiuit. Octauo febricitabat, lien residebat, omnia intelligebat, doluit ei inguen primum, secū dum lienem, deinde in utranq; tibiam dolores demigrauerūt: noctem facilem habuit: urinæ erant melioris coloris, & residebant in his pauca. Die nō sudauit, iudicatus est: intermisit. Die quinto redijt, simulq; splen intumuit, febris acuta, surditas iterū. Post recidiuā, tertio die residebat lien, imminuebatur surditas, crura dolebant, nocte sudauit. Iudicatus est ad diem septimumdecimum. Neq; in recidiua delirauit.

Hic præter expectationem superstes fuit, quē scilicet primis diebus merito moriturum suspicatus esses. Etenim nigra minxit, & excrementa alui biliosa, repressa: insecuta surditas est, ut quæ in caput ascenderant: unde non immerito desipuit. Nihil uero erat boni, quod urinas nigras, quæ quidē erant prauæ, compensaret, nisi quod lien die quinto intumuit, excepta parte malorum humorum. Deinde, die octauo cū ex liene in crura transirēt, hic diminuebatur quidē, cæterum ad crura dum deriuarentur, primum ei inguen doluit sinistrum, quod positum est secundum lienem: postea transierunt ad utranq; tibiam dolores. Atq; hæc symptomata in causa fuerūt, quamobrem commode nocte haberet, etiam minxit urinā coloris melioris

ris, quæ paucum haberet & album sedimentum. Mox die sequenti, qui nonus erat, cum sudore est iudicatus. Tanti scilicet erat decessisse quæ molesta erant ad partes imas, urinæq; concoctio. Veruntamen ne sic quidem potuerunt hæc à morbo prorsus ægrum uindicare, qui die nono sudauerat. Quare reliquias quasdam habebat prauorum humorum, quæ recidiuã quartodecimo die excitabant, à quo omnino est die septimodecimo iudicatus. Seruabatur etiã in hoc ægro iudicium diebus decretorijs.

21 Philini uxorem in Thaso, quæ filiã pepererat, purgatã ex præscripto naturæ, & cætera recte habentem, decimo & quarto à partu die, ignis inuasit cum rigore. Huic cor primum dolebat, & præcordia ad partem dextram, muliebrium dolores, purgatio desita est. Subdito autem, hæc quidem facta leuiora sunt, cæterũ capitis, colli, & lũborũ dolores permanebant, nulli erãt somni, extremitates frigidæ, siticulosa erat, uenter ambustus est, pauca excreuit: urina tenuis, & à primo decolor. Sexto die noctu multũ delirauit, deinde resipuit. Septimo erat sitibũda, alui excremẽta syncere biliosa. Octauo riguit, febris acuta, cõuulsiones dolorificę, multũ delirauit, surrexit. balano supposito, multa bile offusa deiecit, nõ dormiebat. Nono conuulsiones. Decimo aliquantum mente cõstabat. Vndecimo dormiuit, omnia meminit, sed statim in deliriũ recidit. urinã uero reddebat unà cum conuulsionibus affatim multã, raro admonentibus, crassam, albã, qualis est quæ in matellis diu stetit cum agitatur, non subsidebat, color & crassitudo assimilis iumentorũ urinis: hæc illius erat urina, quã ego uidi. Ad diem decimum & quartum totum corpus ei tremebat, multum loquebatur, aliquantisper mente cõstitit, breui rursus desipuit. Ad diem septimumdecimum obtumescebat. Vigesimo animam egit.

Duo sunt huius narrationis, quorũ alterum est cum superius & postea descriptis ægris commune, decretorij scilicet dies: alterũ huius proprium. Mulieri enim huic ex retẽta à partu purgatione, & morbus constitit, & mors. Obijt die uigesimo: cum diem quartumdecimum, & septimumdecimum cæteris esset peiores experta. Subdito, cũ sit cum dictione, balanus scriptum, constat quid denotet. Vbi uero nihil sit additũ, intelliges balanũ, ut uolunt quidã, aut pessum, qui mitigat, & inflãmationẽ discutit. Illud certe in omĩb. mulieribus, quarum impedita à partu est purgatio, sciendum est, & memoria tenendum, esse quę in extremum mortis discrimen ueniant: perpaucas admodum, quæ modice infestatæ sunt, propterea quòd plurimis uterus inflammetur: quibusdam in ipso partu sanguis effusus diuersa sit qualitate, his biliosus, illis melancholicus, alijs uirulentus, aut pituitosus, aut mediocriter bonus, sed inculpatus haud unq;. Nam eius optima portio in partus incrementum est insumpta. Demonstrant naturam eius symptomata, quæ consequuntur cohibitam à partu purgationẽ: id quod huic accidit de qua hoc loco uerba fiũt. Rigor, acuta febris, sitis, biliosus affluxus, deliriũ, uigiliæ, biliosi sunt humoris indicia abundantis. At uero cõuulsiones, & tremores, & similis urina iumẽtorũ, crudi ea sunt & crassi species. Itaq; morbi sunt pessimi, in quibus utriq; succi abundant, quibus succedere demonstrauimus febrẽ semitertianã. Hæc igit periculosam ægritudinem mulieri concitabant. Vtrum uero morbo superetit, an morietur, docere symptomata statim à primo & signa ualent. Quare faciamus ut exercitationis gratia hæc attendamus. Primo die, qui à partu erat quartusdecimus, ignis, inquit, corripuit cum rigore mulierẽ. Scimus aũt illum ignem appellare febrem ardentissimam, cæterum haud dum erat ille planè exitialis: nec uero etiam cor ei dolere, id est, os uẽtriculi: nec muliebria: nec item dextra præcordia. Sed addit, nulli somni erant. Ergò augetur quidem ex omnibus his cognitio malitiæ morbi: non tamen ex his omnino perituram cõstat nobis: itidem nec quòd sitibunda erat: nec quòd erant urinæ tenues & decolores. tempus enim ad concoctionem eiuscemodi urinæ desiderant, nõ tamen sunt omni ex parte perniciales. Cęterum iam extremæ partes, inquit, frigidæ erant. Hoc uero multo perniciosissimum est, ubi initio morbi ad grauissimam febrem adiũctum est. Hic si scirem, quo esset robore mulier, etiam de longitudine morbi possem dicere ex prædictis symptomatibus, & utrum obscurã quandam haberet prę ter opinionẽ, spem incolumitatis. Quod quia nos præterit, huius certe debetis meminisse, ut quando ęgros inspicitis, cum exitiosis symptomatibus notam, quæ à uiribus proficiscitur, cõiungatis, atque ita demũ secure pronunciare poteritis. Hanc ergò mulierem dolores, qui ad diem quartumdecimum totum corpus tenebant, & delirium, instare mortem denunciauerunt, aut die septimodecimo, aut uigesimo, natura dierum decretoriorum. Et sanè utrunq; cõtigit. Nam die septimodecimo illa obmutuit, uigesimo est defuncta.

22 Epicratis uxor, quæ ægrotabat apud Archegetẽ instante iã partu, rigore correpta est, nõ incaluit, ut ferebãt. Postridie eadẽ erant. Tertio die filiã peperit, cæteraq; rite consecuta sunt. Postridie partus, eã febris acuta inuasit, cordis dolor & muliebrium, nulli erãt somni. Per suppositũ aũt hæc releuata sunt: sed caput, collũ, & lũbi dolebãt: aluus pauca, biliosa, tenuis, mera: urinę

tenues

tenues, subnigræ. Sexto die, qua illam febris corripuerat, sub noctem delirauit. Septimo omnia exacerbata, uigiliæ, delirauit, sitibunda, deiectiones omnes syncere biliosæ. Octauo riguit, plus quieuit. Nono eadem erāt. Decimo crura magno dolore afficiebantur, iterū cordis dolor, capitis grauitas, non delirauit, dormiuit plus, uenter restitit. Vndecimo sudauit: minxit melius colorata, quæ multum habebant sedimēti: commodius habuit. Die decimo & quarto riguit, febris acuta. Quintodecimo uomuit biliosa, flaua, paulo plura: sudauit, libera febre: Sub noctem uero febris acuta, urina crassa cum candido sedimento. Decimo & sexto ingrauescebant, nocte magna cū molestia nō dormiuit, delirauit. Decimo & octauo sitibunda: lingua torrida, somnū nō cepit, multa delirauit, crura ei dolebāt. Ad diem uigesimum mane aliquantulū riguit, sopore tenebatur, quiete dormiuit: uomuit biliosa, pauca, nigra: Sub noctem surduit. Ad diem uigesimumprimum sinistri lateris grauitas undiq; cū dolore adiuncta, parua est tussis insecuta: urinæ crassæ, turbidæ, subrubræ, quæ depositæ non subsederunt: cætera leuiora, igni non libera. Mox ab initio fauces ei dolebant, rubescebantq;, columella reuulsa: destillatio acris, mordax, salsa, perpetua erat. Ad diem uigesimumseptimum febre erat libera, urina sedimentū habuit, latus nōnihil dolebat. Ad diem trigesimumquartum igni est correpta, uēter fluxione turbatus est biliosa. Quadragesimo die pauca uomuit, biliosa. Iudicata est, et ab igni liberata prorsus die octogesimo.

Mulierem hanc, cum iam partus instaret status dies, riguisse citra febrem dicit. Adiūctum est autem orationi, ut ferebant, propter rei nouitatem. Nam ueteres pleriq; omnes spōtaneis rigoribus febrem succedere necessario existimabant. Spontanei illi uocantur, qui nullam habent externam causam. Itaq; in præfatiōe libri probe inscripti, prima de morbis, necessario febrē rigoris esse comitem scriptum est. Sed nos ostendimus hunc rigorem, quem non sequitur febris, frigidorum esse & crudorum succorū prolem: atq; idcirco nunc magis quàm olim existere, quòd tota uiuēdi ratio dura unà cum balneis à cibo contrahere humorū copiam cōsueuit. Videtur & Epicratis uxor eorum humorum plena fuisse. Quamobrem primo die eam ait riguisse, nec incaluisse, hoc est, nec febricitauisse, similiterq; postridie. Die tertio peperisse, ut fortasse uel ante diē statū pareret ui rigoris. Vnde postridie partus, cor illi, id est, uentriculi os dicit doluisse, & muliebria: ubi subintelligēdum est membra, uti etiam suprà. Post hæc per subditum, eam esse releuatam. Ante est dictum, et balanum, & pessum, in subdito posse intelligi. Inde ordine symptomata recenset morborum acutorum, capitis, colli, lumborum dolorem: uigilias, & deiectiones mere biliosas. Quo patet, nō crudum modo, sed & biliosum abūdasse humorem. Cæterū cum urinæ essent tenues, necessario morbus producebatur: quas quia subnigras ait fuisse, significat, & turbationem, & rem à periculo nō abfuisse. Et ad undecimum quidem diem nihil de mulieris salute habebatur certi: quòd nullum intercederet illustre signū, unde uel salutem expectares, uel mortem. Die undecimo illuxit signum quoddā incolumitatis, ubi ait: Vndecimo die minxit melius colorata, quæ multum habebant sedimenti: commodius habuit. Eo die cum tandem humores inciperent concoqui, necessario diuturnior erat futurus morbus: quare decimo & quarto die primū est iudicata, ut iam periculo liberata esset. Interea loci usq; ad quadragesimum diem ægrotabat: prorsus uero est liberata octogesimo. Quare fac memineris, id quod experimenta attestātur, diem quadragesimum & octogesimū decretorios esse: & mendaciū esse, nec experiētia approbari, integris hebdomadibus decretoriorū dierum rationem iniri. Alioqui eñ alter & quadragesimus, sexagesimus tertius, & octogesimusquartus iudicia, nō quadragesimus, sexagesimus, & octogesimus afferrent.

23 Cleonactidem, qui supra Heracleium decumbebat, ignis corripuit errans. A primo caput ei & sinistrum latus dolebant, cæteraq; laborabant perinde ac lassa: febrium accessiones aliàs aliter inordinatæ erāt: modo sudabat, modo nō: ferè accessiones inuadebant decretorijs diebus. Circa diē uigesimumquartum extremas manus dolor affecit: uomuit biliosa, flaua, plura, & paulo post uirulenta, cūcta remissa sunt. Ad diem trigesimū ex utrisq; naribus prorumpere sanguis cœpit, idq; inconstanti ordine paulatim usq; ad iudicium: nō abhorrebat à cibo, nec sitibundus erat toto tempore, neq; insomnis: urinæ tenues, nō decolores. Ad diem quadragesimū subrubra minxit, cum rubro sedimēto multo: leuius habuit. Post uariarunt urinæ, interim sedimētum habebant, interim non. Sexagesimo multum habebant urinæ sedimentum, album, et læue: omnia sunt remissa, febres intermiserunt: urinæ iterū tenues quidem, sed boni coloris. Die septuagesimo febris, intermisit decē dies. Octogesimo riguit, acuta febris inuasit

uasit, multum sudauit: urinæ sedimentũ rubrũ, læue habuerũt: prorsus iudicatus est.

Cleonactidem, inquit, ignis corripuit, hoc est, uehemens febris detinuit. Statim adijcit errans, quod est, nullo circuitus ordine, ut nũc, uerbi gratia, tertio uel quarto die febricitaret, nunc quinto uel sexto. Cæterum eam esse semper optima consecuta signa, appetitum ciborum, & somnorum, tum quòd nõ sitiret, nec decolor esset urina. Nam hæc Hippocrates ad uerbum ita scripsit: Non abhorrebat à cibo, non sitibundus erat toto tempore, nec insomnis. Simulq; redundantẽ succum nõ esse biliosum & calidum his significabatur: nam ab eo quidem sitibundi & insomnes efficiuntur, atq; adeo fastidiosi, id est, appetitu carentes. Quare si ut urinæ perpetuo boni coloris erant, sic mediocre habuissent sedimentum, non ita esset morbus extract⁹, sed fortassis die quadragesimo esset iudicatus. Si item nubem habuisset bonã, ocyus morbus esset depulsus. Nunc quia urinæ semper tenues erant, multũ spatij requirebant concoctioni. Igitur die ait quadragesimo subrubra illũ minxisse, quæ sedimenti haberent rubri multum. Talem uero urinam multo dicit in præsagijs esse ea, quæ album habet sedimẽtum, diuturniorem, per quam salutarem tamen. A die quadragesimo scripsit uarie fuisse urinam eius affectam, ut sedimentum interdũ haberet, interdum nõ haberet: quod consentit errantibus accessionibus. Illæ siquidem ab humorum diuersitate, qui morbos pariũt, concitantur. Et urinæ cruditas & concoctio alternantes, aliquos indicabant illorum cõcoqui, aliquos permanere crudos. At uero die sexagesimo multum dicit, & læue, albumq; sedimentum extitisse: ideoq; subdit, Omnia sunt remissa, febres intermiserunt. Verum quia postea scripsit: Vrinæ iterum tenues, sed boni coloris: residuos quosdam fuisse crudos humores innuit: quibus paulatim concoctis, dies octogesimus absolutũ iudicium attulit: de quo ad uerbũ sic scripsit: Octogesimo riguit, acuta febris inuasit, multũ sudauit: urinæ sedimentum rubrũ, læue habuerunt: prorsus iudicatus est. Hic rursus memento sedimenti formam maximi esse momenti. Vrinæ quidẽ sedimentum album, sed crassum fuisse uel ijs qui obierunt docet: nã de Sileno, quem alterũ hoc libro descripsit, ita dicit: Minxit multũ, quod subcrassum in matella euadebat: sedimentum simile farinæ crassiori, albũ: cùm tamen hic Silenus postridie obiret die undecimo, qui decimo cõmemoratam urinã reddidisset. Iam circuitus etiam memineris decretoriorum dierũ. Sexagesimus enim periudicauit, nõ sexagesimus tertius: deinde octogesimus, non octogesimus quartus. Nã tres septimanæ, nõ ad diẽ primũ uigesimũ progrediunt, sed uiginti diebus terminant.

24 Metonẽ ignis corripuit: lumborũ dolorifica grauitas. Postridie cum multum aquæ biberet, largius & bene aluũ reddidit. Tertio capitis grauitas: retrimẽta tenuia, biliosa, subrubra. Die quarto cũcta exacerbata sunt, bis de nare dextra sanguis paulatim fluxit, nox grauis fuit: deiectiões, ut erãt die tertio: urina subnigra, in qua subnigra pendebãt dispersa: nõ sudabat. Die quinto è sinistra nare affatim ꝓfluxit merus, sudauit, iudicatus est. A iudicio insomnis erat, delirauit: urinæ tenues, subnigræ: caput lauit, dormiuit, mente constitit. In hoc non erat recidiua, sed crebro sanguis etiam post iudicium profluxit.

A Hic æger confirmat uniuersum hunc sermonẽ. Largum de naribus profluuiũ sanguinis liberat fe- B re. Sanè eñ à solo uideť sanguinis profluuio, & iudicatus, & seruatus: quãuis nõ omnino tuta signa haberet. Nã quarto die dicit habuisse eum urinas subnigras: cui annectit, in qua subnigra pendebãt dispersa: non sudauit. Atq; die quinto tametsi sanguinem profluxisse dicat de naribus, & sudasse, & ab his iudicatum: tamen postea, urinæ, inquit, tenues, subnigræ. Deinde peruigilauit, delirauit. Huius te præsentissimũ remediũ docuit, ut caput laues: dixit eñ in libro De ratione uictus in morbis acutis caput nõ lauandũ esse his, quibus de narib. erumpit sanguis, nisi minus iusto fluat. Nunc uero erat iusto minus, siquidẽ perpetuabat uigilias & deliria. At etiam quę sunt ducenda, quò potissimum uergant ad loca accommoda, recte in uni- C uersum dictũ, ab hoc casu fidẽ accipit. Non est negligendum præterea, quod est, cum tertium diem exponeret, dictum, grauitas capitis: unde capitis repletio significatur. Iam memoria teneas etiam die quarto, qui decretorius erat, cœpisse sanguinẽ profluere. Die quinto ubi prorsus sanguis profluxerat, sudaueratq;, esse iudicatum. Sed hæc in libris De decretorijs diebus plenius persecuti sumus. Quod uero in exitu totius narrationis scripsit: In hoc non erat recidiua, sed crebro sanguis etiam post iudiciũ profluxit: eo est dictum, quòd absq; urinarũ concoctione esset iudicatus. Didicistis autem hoc ipso in libro, cõcoctiones celere iudicium, & certam sanitatem promittere: at cruda & incõcocta in malos abscessus deflectere, aut in D acrisias, aut labores, aut interitus, aut diuturnitates, aut recidiuas. Atqui cruda adhuc erant, & incõcocta, non tamen in malos abscessus conuersa fuerũt. Itaq; abscessus ipse optimos esse docuit, qui effluxione fiunt: ab ijs, qui remotissimi sunt à locis affectis, & ad inferiores corporis partes.

25 Erasinus, qui propè Bootæ torrentem habitabat, igni est à cœna correptus, noctẽ habuit molestã. Diẽ primum quiete, noctẽ laboriose transegit. Altero die oĩa ingrauescebant, nocte delirauit. Tertius dies laboriosus fuit, multũ delirauit. Quartus fuit molestissimus: nocte nihil dormiuit, insomnia, imaginatiões, deinde peiora, magna, et peri-

periculoſa, timor, implaciditas. Quinto die mane recreatus eſt, & om̃ino reſipuit: Multo aũt ad meridiẽ furore ꝑcitus eſt, ſibi imperare nõ poterat: extremitates frigidæ & ſubliuidæ, urinæ crudæ: Ad ſolis occaſum expirauit. Habebat hic febrẽ ꝑpetuo cũ ſudore: præcordia tumida, cõtẽta cũ dolore: urinę nigrę, ſuſpẽſiões cõtinebãt rotũdas, nõ ſubſidebant: uẽter ſtercus excreuit: ſitiebat continenter nõ ualde: cõuulſiones multæ cum ſudore, & ſub mortẽ continentes.

Eraſinus hic ſemper ſudauit, id eſt, per totum morbũ ſine iudicio. Præcordia admodũ male erãt affecta, & urinæ nigræ. Quã igitˀ habebat ſalutis ſpẽ? Itaq;, quia omnibus eſt perſpectũ, quid hoc homine futurũ ſit, merito quis exiſtimet nequicquam ſcriptũ de eo eſſe. Verũ fortaſſis hũc hominẽ exemplũ adduxit celeris interitus. Nã in libro Præſagiorũ primum dixit: Febres, ſiue ſanus quis ab his euadat, ſiue pereat, pari dierũ numero iudicantˀ. Deinde: Om̃es, inquit, quæ probis fulciuntˀ ſignis, quarto die uel ante iudicantur. Ac poſtea: Et peſſimę, & quibus periculoſa adſunt ſigna, die quarto uel citius perimunt. At Eraſinus, quanq; om̃ia praua haberet, ad diẽ tamẽ quintum mortẽ produxit, ꝙ die primo mediocriter haberet. Vnde eſt de eo ſic ſcriptũ ad uerbũ: Diẽ primũ quiete tranſegit. Quintus itaq; ab initio quo deceſſit, non adnumerato primo, quartus efficitur.

26 Critoni in Thaſo, recto ambulãti, pes dolere ex pollice uehementer cœpit: decubuit eodem die, horreſcens, faſtidioſus, parũ calens, nocte deſipuit. Altero die tumor toto pede, & ad talum, ſubrubens, cum cõtẽtione: puſtulę nigrę, febris acuta, inſaniit: deiectiones meræ, bilioſæ, plures fuerunt. Periit poſtridie, ꝙ̃ ægrotare cœperat.

Aeger hic, quia tã periit ſubito, memoratu dignus eſt. Quòd ſi ratio ſit mortis adſcripta, tũ ſermo nobis undequaq; accommodet. Nũc ex illis quæ ſcripſit, copia humorum magna fuiſſe uidetˀ, quos natura eſt à principib. partib. ad crus molita deriuare: cum id membrũ omnem capere non ualeret ſuperfluitatẽ, reſiduum recurrens ad caput aſcendit, quod, qua erat prauitate, furioſam inſaniã excitauit. Prauitatis excrementi erat iudiciũ, ꝙ puſtulæ nigræ generarentˀ ad talũ. Vnde mireris, quid cauſæ fuerit, quo minus huic initio morbi ſecuerit uenã. Sed ſcimus ad plurimos eũ quos deſcripſit, morbo iã progreſſo accerſitum eſſe.

27 Clazomenium qui iuxta Phrinichidę puteum decubabat, ignis inuaſit. A primo illi caput, collum, & lumbi dolebãt: ſtatim ſurdus effectus eſt, ſomnis carebat, acuta corripuit febris, præcordia in tumorẽ attollebantˀ, contentio parua, lingua arida. Die

A quarto de nocte deſipuit. Quinto cũ labore om̃ia ingraueſcebant. Ad diẽ undecimũ fuerunt remiſsiora. Deiectiones ab initio ad diẽ uſq; decimumquartum multæ, tenues, aquei coloris: quod ad aluum exonerandum attinet, cõmode habebat. Inde aluus reſtitit: urinæ perpetuo tenues quidẽ, cæterum boni coloris: & multũ habebãt ſuſpenſionum diſperſarum, non ſubſidebant. Die decimo & ſexto minxit paulo craſsius, habebat aliquid ſedimenti: aliquantũ recreatus eſt, magis mente conſtitit. Septimodeci-
B mo iterum tenues, ſecundum utranq; aurẽ tumor cum dolore, nulli erant ſomni, delirabat, crura illi dolebant. Vigeſimo die febre liberatus eſt & iudicatus; non ſudabat prorſus, mẽte cõſtitit. Circa diẽ uigeſimum ſeptimũ coxæ dextræ uehemẽs dolor, ſubito ſedatus eſt: at tubercula aurium nõ reſidebant, neq; ſuppurabant. Tenebatˀ dolore die primo trigeſimo: uẽter fluebat multis aquoſis excremẽtis, qualia eſſe in dyſenteria ſolebãt. urinas reddidit craſſas, tubercula aurium reſederũt. Quadrageſimo die oculus dexter illi dolebat, obtuſior erat ui-
C ſus, ad ſtatum ſuum rediit.

Vir hic uel teſtimonium, uel etiam exemplum eſt non paruum generalium præceptorum. Inſtituamus autem orationẽ ab urinis: de quibus ſcripſit, Die undecimo urinas perpetuo tenues quidem, cæterum boni coloris minxit, & multũ continebant ſuſpenſionum diſperſarum, non ſubſidebãt. Perinde enim quaſi ab initio tales fuiſſent, & permanſiſſent eodem in ſtatu ad diem decimũ & ſextũ, ita loqui uidetur. Die ſextodecimo earum mutationẽ indicauit, ut tum primum incidẽtem. Nam hæc ſunt eius uerba: Die decimo & ſexto minxit paulo craſſius, habebat aliquid ſedimẽti. Planũ ergo eſt, tenues, ſed boni coloris urinas, ob
D coloris bonitatẽ promittere ſalutẽ. Quatenus autem erant tenues, hactenus tẽpus requirebant cõctioni. Cæterum eorum quæ moleſtiã creabãt, non unũ erat genus. Nam cũ prius die decimo & ſexto urinæ cõmutationem declaraſſet, poſtea dicit: Die ſeptimodecimo iterum tenues. Eodẽ die dicit, ſecundum aures eius tumores excitatos. Quòd ſi adiunctas habuiſſet urinas craſſas, uigeſimo die omnino rediiſſet ad ſanitatem, quòd dies decimuſſeptimus ſit uigeſimi decretorius. Itaque eo die eſt prorſus iudicatus: nõ erat tamẽ cõſtans & abſolutũ iudiciũ. Immo uero tubercula ſecundum aures non reſederunt, neq; ſuppurarũt. Dolore præterea infeſtabatur, & alui fluxio incepit unà cum excrementis dyſenteriæ, hoc eſt, ramentoſis, quæ acredinis erant humorum, qui deſcendebãt, notæ. Quibus cum urinæ accederent craſſæ

crassæ, tumores iuxta aures resederũt. Quæ cũ ita A procederent, solida morbi decessio in diẽ quadragesimum incidit. Quare memineris in eiusmodi iudicijs, non tantũ ultimi, quod fit in circuitu decretoriorũ dierũ, sed etiã eius, quod in medio est. Etẽm in omnibus ægris, non his solis uideas iudicia diebus decretorijs fieri. In decretorijs diebus tumores sunt ad aures exorti. At septimodecimo extiterunt parotides. Die uigesimoseptimo coxę dolor dextræ inuasit, natura excremẽtũ deorsum protrudente, necdum excretionem ualẽte per aluum efficere: quam ab hinc quatriduũ excitauit. Nam habuisse etiã diẽ uigesimum iudicium non absolutũ, antea didicimus. Quo fit, ut testimonio eorũ, quæ dilucide in ægris conspiciuntur, constituantur circuitus dierum decretoriorum. B

28 Dromadæ uxorẽ, quæ filiã erat enixa, cæteris rite consecutis, postridie rigor cepit, febris acuta. Primo die ex pręcordijs laborare cœpit, fastidiosa, horrẽs, implacida. Sequẽtibus diebus somnum nõ cœpit: spiritus rarus, magnus statim reuulsus. Postridie eius diei, quo riguerat, aluum cõmode reddidit: urinæ crassæ, albæ, turbidæ, cuiusmodi sunt, quæ in matellis diu steterũt, cũ agitantũ, nõ subsidebant: nocte nõ dormiuit. Tertio die circa meridiẽ riguit, febris acuta, urinæ eædẽ, præcordiorum dolor, fastidiosa. Nocte magna cũ molestia nõ quieuit, sudor undiq; frigidus, euestigio calor C illi redijt. Quarto dolor præcordiorum remissus est, capitis unà cũ dolore grauitas aliquãtulum soporata est, parum nares stillarunt, lingua perarida, sitibunda erat: urinæ paucæ, pertenues, oleosæ: paulisper dormiuit. Quinto sitibunda, fastidiosa, urinæ eædem, nihil deiecit: Circa meridiem multum delirauit, statimq; ad mentem aliquantulum redijt, surgebat, ac deinde mox soporata est, paululum frigebat: Nocte quieuit, delirauit. Sexto die mane riguit, percaluit, D toto corpore sudauit, extrema membra frigida, delirauit: spiritus magnus, rarus: paulo post conuulsiones à capite cœperunt, subito expirauit.

Hanc primo statim die laborare morbo acuto fuit clarum: die secundo, ex symptomatibus, quæ recitauit, cum iam præcesserant ex urina signa, optima ratione potuit aliquis celerẽ eius mortem expectare. Vrinæ satis malæ, conturbatæ, & nequaquam subsidentes. Quin die etiam tertio urinæ & symptomata cuncta permanserunt, confirmantia expectationem mortis. Quarto cũ nares præterea stillarent, urinæq; oleosæ uiderentur, recte sanè die sexto est defuncta. Hãc ipsam quoq; dicit spiritum habuisse rarum & magnum, qui deliraturam annunciabat.

29 Quidam calescẽs cœnauit, & potauit largius, uomuit cũcta: Nocte febris acuta, præcordiorum dextrorum dolor, submollis in partibus externis inflammatio, noctẽ moleste transegit: urinæ primo rubrę, crassæ, depositæ non consistebant: lingua perarida, nõ perinde erat sitibundus. Quarto die febris acuta, undiq; eum affligebat dolor. Quinto minxit læue, oleosum, multũ, febris acuta. Sexto uesperi multum delirauit, nec nocte dormiuit. Septimo omnia irritata sunt, urinæ similes, multum loquebatur, sibi imperare nõ potuit: aluus irritata, liquida, turbida, cum lumbricis excreuit: Noctem laboriosam habuit. Mane riguit, febris acuta, sudauit multum, febre carere uisus est, nõ multum dormiuit, à somno friguit, spuit: Vesperi multum delirauit: Non multo post uomuit nigra, pauca, biliosa. Die nono frigebat, magnopere delirabat, somnum non cepit. Decimo crura doluerunt, omnia exacerbata sunt, delirauit. Vndecimo defunctus est.

Hęc nos historia primum docet operępretium esse attendere, ut primum inuadunt morbi, & nõ temere, & citra iudicium cibum sumere, etiam si parui uideantur morbi. Hic namq; uir quia intempestiue cœnatus erat initio, cum parua febris esse uideretur (hoc enim declarat nomine calescens) læsus sanè etiam est, quòd intempestiue cibum sumpsisset. At largius etiam, inquit, potauit, nescius magni esse principium morbi. Non iniuria igitur hæc uomuit: febrisq; unà cum symptomatibus nõ leuibus acuta inuasit, sed intolerabilibus. Tum urinæ crassæ non subsidentes. Die quinto conspicuum erat illi instare mortem, præter prædicta symptomata, redditis urinis oleosis, quas etiam septimo excretas dicit. Perijt autẽ & hic die decretorio, undecimo.

30 Mulierem quãdam quæ decumbebat in littore, trimestri fœtu grauidã ignis corripuit. Mox ei cœperũt dolere lumbi. Die tertio dolor colli, & capitis secũdum clauiculam, & manum dextrã: statim lingua obmutuit, dextera manus cum cõuulsione elãguit ut attonitis solet, prorsus delirabat: Nocte cum molestia non dormiuit: aluus turbata est, ac biliosa, pauca, mera, excreuit. Quarto linguam uox defecit, eadem cõuellebantur, dolores omniũ perdurarunt, prę cordia cũ dolore sunt cõuulsa, somnũ non cepit, semel delira erat, aluus turbata: urinę

tenues, non boni coloris. Quinto acuta febris, pręcordiorũ dolor, planè delirauit, excrementa alui biliosa, nocte sudauit, febre liberata est: Sexto mente cõstitit, ab omnibus est releuata, cæterũ clauiculæ sinistræ dolor nõ est sedatus, sitibunda, urinæ tenues, nõ dormiuit. Septimo tremuit, aliquãtulum soporata, nõnihil delirauit, dolores clauiculæ & brachij sinistri permãserunt, reliqua remissa sunt, mẽte cõstitit planè. Tres eam dies febris reliquit. Vndecimo redijt, riguit, igni est correpta. Ad decimumquartum uomuit biliosa, flaua, copiosiora: sudauit, febre liberata est. Iudicata est non citra dolorem ab illis ipsis affectibus.

Superfuit hęc, etsi graues cõmemorauerit morbos omnes, uel etiã periculosiores. Nec possum non mirari, quod de ætate illius nihil cõscripserit. Operępretium sanè est dictorũ habere memoriã, ut cognoscas esse exẽplum rarum, prægnãtes pręter abortionem talibus morbis defungi. Iam illud quoq; meminisse par est, fœtum trimestrẽ & quadrimestrẽ præter cæteros iniurijs resistere. Cuius nõ ignarus Hippocrates, in aphorismis dixit: Grauidæ purgandæ sunt, si turget, quarto mense, & usq; ad septimũ mensem, minus uero has. Minores & prouectiores caueto. Itaq; fœtus uincula, quibus adhærẽt utero, imbecillia habent, & uniuersum corpus tenerum. Qui uero prope partum sunt, quia sunt iam magni, multo indigent alimento: quo si deficiant, crebro in morbis acutis pereunt. Quo fit, ut bonã uictus rationem his præscribere nõ parui negocij sit quæ acuto morbo laborant, si conceperint. Nam si ut non prægnãtes parce nutrias, perditur fœtus: sin huius habita ratione, liberalius illas cibes, in discrimen ipsa pręgnãs adducitur. Quamobrẽ fœtus trimestres & quadrimestres citius ac alij seruantur. Huic ergo mulieri, cum uel essent urinæ albæ & coloris non boni, tamen propter naturæ robur, cõtigit superstitem

A esse, quòd nocte per sudores febrem discussisset: uerum morbus diebus cõsequentibus usq; ad undecimum non poterat ualidus esse, quo die cum rigore cũ redijsset, uomitu est & sudore perfecte iudicatus. Nam à die quinto ad undecimum, quæ intercesserunt symptomata, ad neruorum pertinebant, & non uenarum, aut arteriarũ genus. Itaque die, inquit, septimo tremuit, aliquantulũ est soporata, nonnihil delirauit. nam in uenis quæ essent, melius post quinti diei iudiciũ maturabant. Quare de sexto die scripsit: urinę tenues, addito, nõ boni coloris. Hæc memoria tenenda, præterea istud quinti diei, ut incerta adducit iudicia. Siquidem aliũ nuper ægrum sanguinis eruptiõe iudicabat: & mulierẽ, de qua nũc uerba facit, sudore: quãuis morbo uterq; crudo laboraret ipso illo die: quæ
B causa fuit, cur minus faceret absolutum iudicium.

31 Melidię, quę decubuit iuxta ædẽ Iunonis, cœpit caput, collum, & pectus uehemẽter dolere, statimq; febris eã acuta corripuit, menses pauci fluxerũt, dolores omnium horum perpetui. Sexto die sopore premebatur, fastidiosa, horrens, malarum rubor, aliquantum delirauit. Septimo sudauit, febris intermisit, dolores permanserunt, repetijt, somni pauci: urina perpetuo boni quidẽ coloris, cæterum tenuis: biliosa, mordacia, admodũ pauca, nigra deiecit: in urina subsedit album, læue: sudauit, iudicata
C absolute est die undecimo.

De hac etiã scripsit initio urinarum speciẽ. At in ultima parte narratiõis ait: Vrina perpetuo boni quidẽ coloris, cæterũ tenuis: nã planè quæ tenues sunt, natiuũ colorẽ nõ habeant. etenim modice sunt pallidæ, quæ boni sunt coloris: at prorsus tenues albẽt. Quatenus uero ualet bonus urinarũ color cũ tenuitate coniungi, eatenus interpretari debes eũ, cum dicit, urinã perpetuo boni quidem coloris, cæterum tenuem fuisse. Sed uidetur hæc quoq; mulier naturæ firmitate conseruata.

GALENI IN TERTIVM HIPPOCRATIS LIBRVM DE MORBIS VVLGARIBVS commentarius primus.



PYTHION, qui ꝑpter Telluris ædem habitabat.

Pro titulo id scriptum seorsum puta esse: Pythiõ qui propter Telluris ædẽ habitabat: ac in altero principio lege historiam eorum, quæ illi acciderunt. Nam sic satius dictionem existimes scriptam esse, quàm statim Hippocratem initio solœcismum consulto commisisse: cum nullam scripserit toto in libro eiuscemodi figuram, nec cum æ-

D grος, nec cum exponat pestem. Sunt tamen, qui datiuo casu scripserunt: Pythioni, qui propter Telluris ædem habitabat: scrupulum studentes solœcismi uitare.

2 Cœpit primo die tremor à manibus, febris acuta, nugabatur.

Primo statim die Pythionem ait unà cum acuta febre in symptomata incurrisse duo, in tremorem manuum, & insipientiam quandam paruam. Nam hoc illi est familiare, ut alijs atq; alijs nominibus modum subijciat dementiæ, nugatum esse, delirasse

delirasse, desipuisse, dementem fuisse dicens: aliàs uesanum fuisse, uel amentem, insaniuisse, & furore esse exagitatum. Quare si nugatus sit Pythion, constat modice desipuisse. Atque didicimus tremoris esse musculorum infirmitatem causam: Desipientiam uero fieri cerebro inflammatione offenso, uel copioso bilioso succo: Et acutam febrem putredinis esse humorum comitem. Si igitur quæ morbum præcesserunt, quod in alijs fecit item in Pythione ascriberet, possent nobis illa originem ob oculos ponere morbi. Nunc quia omisit, conabimur nos ex his demum, quæ ascripsit, eam indagare. Simulque quòd nihil prodiderit de ijs, quæ morbum præcesserunt, status innuitur corporis. Nam si uel ex intempestiua exercitatione, uel potu, uel uenere ut scribere solet, uel ex B quo alio, quod longe ab instituta uictus ratione recedebat, febricitare Pythion cœperat, haud erat præteriturus. Vnde longo tempore morbum liquet clam fuisse collectum. Cum itaque tremores causam habeant, ut ita dicam, continentem, uirium imbecillitatem: illę autem afficiantur aut per se, aut per humorum exundantiam grauantẽ: non existit tremor, qui uirium consequitur offensam, in principio morbi citra ualidam ægritudinem, aut famem, aut lassitudines, aut uigilias, aut solicitudines, ad hæc immoderatam uenerem. Quorum siquid sit factum, omnino id Hippocrates, ut solet, proderet. Quia igitur tale nihil scripsit, uires existimes sanè opprimi plenitudine. Quãdo iam intremiscerent manus, quarum oriuntur nerui ex C medulla ceruicis: tũ uero quòd delirabat homo, cerebrum etiã ipsum aliquem excipere infectum humorẽ indicio esset: oportebat Hippocratẽ, cũ hominem animaduerteret in præcipiti esse, ad sanguinis se missionem cõuertere, aut primo die, si nullum contineret uenter crudum cibum, aut certe altero: hocque magis quòd primo die exposito, ipse scripserit:

3 Altero die cuncta grauiora euaserunt.

Videtur enim increscere morbus, non quasi paruus, aut à quolibet profectus statu corporis: sed cum ipse ingens, tum causam habens non leuem. Quia uero non in Pythione tantum, sed in alijs ægris multis, qui sanguinis missionem, quantum nos ex ipsius scriptis conijciamus, uidebantur D quærere, non inuenitur ascribere eam: alterutrum necesse est cogitemus, aut nõ detractum illis hominibus sanguinem, aut hoc eum auxilij in narratione omisisse. Atqui nemini, horum qui id requirebant, cui probatur missum fuisse? cum illi uiro tantũ illud remediũ esset, ut in germanissimis suis libris significauit, in Aphorismis, & in libro De uictu in morbis acutis, in libro De articulis, ipsoque adeo in hoc tertio De uulgaribus morbis lib. ubi de quodam ægro in hunc modum scripsit: Octauo die cubitum secui: multum, ut debebat, fluebat. Nam cum octauo die sanguinẽ illi detraxerit, multo sane prioribus dieb. magis hoc usum præsidio censeas. Quod autem singulis non ascripserit, quibus hoc adhibuit remedium ęgris, cum meminerit eo minorum, ipsiusque adeo balani, nouum est. Ergo siquãdo utrinque est oratio absurda, minus absurdum eligendum est. Cẽseo equidem auxilium in multis esse assumptũ, sed prætermissum in narratione ut clarum. Quò me adducit potissimũ, quod in his dixi, quibus octauo die missus est sanguis. Etenim hoc ut rarũ scripsit: & sanguinis ante diem octauum missionem ut consuetam præterijt. Quod si in ueris suis operibus, magnis infestantibus morbis, semper sanguinis missione utitur, simul cum ea duo hæc respiciens, ætatem pariter & ægri uires: & his ipsis in libris De uulgaribus morbis octauo die cuidam ait missum esse sanguinem, quid interpreteris aliud, ac, non præteritum in ægris esse remedium, at præteritũ, ut clarum in narratione? Quare de sanguinis missione, quia oratio ad ægros spectat iuxta omnes, semel dixisse sufficiat, ut & cætera quæ sunt communia. Verum hæc, quæ ad unumquenque pertinent separatim, exponemus, initium à Pythione, ut instituimus facturi.

4 Tertio eadem erant. Quarto aluus pauca, mera, biliosa fuit deiecta. Quinto omnia grauiora euaserunt, tremores manebant, somni erant tenues, aluus constitit. Sexto sputa uaria, subrubra. Septimo os est distortum. Octauo omnia ingrauescebãt, tremores etiamnum permanebant. Vrina à primo ad octauum usque diem tenuis, decolor, in qua suspensiones pendebant nubilosæ. Decimo sudauit, sputa concoctiora, iudicatus est, urina circa iudicium subtenuis. Quadragesimo ab iudicio die suppuratio circa sedem, & stranguriosus factus est abscessus. πτ. Π. ου. μ. υ.

Cætera huius orationis narrationem cõtinent symptomatum & dictione & sententia apertam. Frequentia namque acute sunt ægrotantibus, quorum & in libro Præsagiorum perspeximus facultates, & in libro horum ipsorum uulgarium morborũ primo. Præterea non pauca in secundo sunt dicta, quæ conferunt ad explicandos ægros. Cæterum cum sextum diem exponeret, quia sputa dixit uaria, subrubra, neque asscripsit uel pleuriticum Pythionem, uel peripneumonicum fuisse, inquirendum reliquit nobis, an etiam possint alia ratione incidere acute ægrotantibus ea sputa, an peripneumonicis solis & pleuriticis. Et arbitratur, ut uidetur, etiã alia ratione fieri ea, cum in pulmonem uitiosi succi cõfluant, cæterũ hi prorsus pauci, ut uiscus non inflammetur. Nam nõ fuisse nec pleuriticũ, nec peripneumonicum, hinc liquet, quod Hipp. nõ meminerit, nec nominatim horum uitiorũ, nec à perpetuo eorũ ullo symptomate. Meminisset eñ doloris lateris, uel dyspnœæ. Neque etiã capite offenso animaduersa eiuscemodi sputa sunt. At cum tussi, dyspnœa, & lateris dolore est cum cernantur alia sputa. Ac duo uidi ci-

tra febrẽ, qui talia ſputa colore pallida extuſſirẽt. Sed alterũ paulatim febriculæ paruæ exceperũt: quo factũ eſt, ut in longum tẽpus ductus affectus permanentibus febribus tabidum hominem redderet: Alterũ abſq; febre, cũ talia expueret continuis diebus paucis, nihil eſt mali conſecutũ. Quãobrẽ eſt probabile in primis thoracis regionibus, ubi eſt cõtinens ad ultimas ceruicis uertebras, affluentiã aliquam humorũ conſtitiſſe nõ multam, quæ dyſpnœæ non eſſet excitandæ: ꝙ non referat magnopere ad officium reſpirationis primũ intercoſtale: ſed cum iſtud eſſet uitium in neruorum radicibus, qui ad manus pertinent, neruiq; degrauarentur, tremulas effeciſſe manus. Nam ex primo intercoſtali & uertebris ei incumbentibus nerui enaſcunt, qui muſculos manuum agitant. Hæc inde confirmantur, ꝙ tremores unà cum ſputis, quę ſucceſſerunt, permanerẽt, & etiam ꝙ ubi aliquod in his ſignum apparuit concoctionis, nõ amplius fierent tremores, morbuſq; tolleretur, cum iudicium conſequeretur per ſudores. Et quanq; cruda eſſet urina, ſputorum tamen concoctio iudicauit, & iudicium adduxit, ut neutrum ſignum quod ſolet denotare, falleret. Siquidẽ æger quando gemino teneret incõmodo, uno febrili in ſuccis, quos continent uenæ: altero quod modo diximus, in thorace: prius in totũ nõ eſt depulſum ſudoribus, nã crudum etiamnum erat: ſed receſſit alterum, ꝙ nihil eſſet prorſus in thorace reſidui. Itaq; hũc ille in modũ ſcribit: Decimo ſudauit, ſputa cõcoctiora, iudicatus eſt. Vrina circa iudiciũ ſubtenuis, indicans quæ in Præſagiorum lib. De tenuibus urinis, quæ duplices ſunt, tradidit. Primæ ſunt hæ: Quoad urina rufa tenuiſq; ſit, crudũ morbum ſignificat. Alteræ hæ: Si urinas tenues & ęquabiles diu reddat, & reliqua ſalubria ſint ſigna, his abſceſſus in locis portenditur ſepto tranſuerſo ſubiectis. Quare ad finẽ eorum, quę acciderunt Pythioni, ad uerbũ ſic ſcripſit. Quadrageſimo à iudicio die ſuppuratio circa ſedẽ, & ſtrãgurioſus factus eſt abſceſſus. At quia & tremoris manuũ & delirĳ primo iã die meminit, & in ſequentib. ſcripſit: Oĩa grauiora euaſerunt: ac in ſeptimo die addidit: Os eſt diſtortũ: diſcutiendum uenit, utrum increſcente cerebri malo, an deorſum diuertente os ſit detractum. Atqui uidetur ex ĳs, quæ ſubdidit, migraſſe in regiones inferiores, nõ cõſenſiſſe cum cerebro illas: fortaſſe ꝙ homini miſſus ſanguis, itaque mirificã cõſecutus opem ſit. Nec uero primis iam diebus quicq; apparuit ſputorũ, uitio obſidẽte latus: non quò id eſſet malum. Scimus eñ grauiſſimas peripneumonias eſſe & lateris dolores, in quibus nihil expuitur, uti etiã ipſe docuit Hippocrates. Cæterum hic non ob grauitatẽ cenſendũ eſt nihil primis eſſe diebus ſputi redditum: uerum quia ad primam modo coſtam cõſtabat affectus. Quòd ſi uel hic tantũ eſſet moleſtum, ne ſic quidẽ quicq; expueretur. Itaq; potuit auxilio miſſi ſanguinis ſuccis reuulſis, qui hoc loco affluebãt, initium habuiſſe concoctionis affectus ſexto die, ubi meminit primo ſputorũ. At quod de die deci-

A mo cõmemorandum produxi, id eſt. Neq; in his uulgariũ morborũ libris eſt planè quiſquã iudicatus die decimo, neq; ipſe aſſeruit uſq; eſſe decretorium diẽ decimum: ſicut dixit nõ raro undecimũ. Habes capita in commentarĳs De diebus decretorĳs collecta eius omnia: ubi etiam quadrageſimus oſtendit, non quadrageſimus alter morbos iudicare, ut quorundam fuit opinio, qui circuitus dierũ decretoriorũ fieri integris ſeptimanis ducebant. Quòd ſi ideo demũ arbitretur quis non eſſe morbũ iudicatũ in totum, ꝙ die decimo ſudarat, nõ undecimo Pythion, non recte exiſtimet. Nam iudicium non integrum eo, ꝙ haud dum ſit concoctus morbus, neceſſario fiat. Multos enim cum ipſe conſcripſit Hipp. tum nos conſpeximus die-B bus decretorĳs non ex toto iudicatos per ſolam urinæ cruditatem. Hæc ſi ambo coniuncta ſint, imbecillis decimo die, & urinæ cruditas: nõ oportebat fortaſſis hominem iudicari, aut non ſalubriter ſanè decretoriè. Potuit igitur cũ undecimo eſſet ſcriptũ, non decimo, ſtatim ab initio in eo eſſe offenſum: ꝙ in alĳs multis cernas, quæ ab ĳs, qui primi deſcripſerunt, neglecta, in perpetuum manẽt. Sed de die decimo hactenus. Iam animaduertere intereſt non obiter, quas nubiloſas eſſe ſuſpẽſiones ſit cenſendũ. Nam in Præſagĳs eſt ſcriptũ: Nubes in urina ſuſpenſæ ſi albæ ſint, ſunt bonæ: ſin atræ, malæ. Neq; igitur urina nubiloſa in præſagĳs, neq; ſuſpenſiones dictæ ſunt, cum eo libro uniuerſam ſit in acutis morbis præſenſionem ex urinis perſecutus. Ac ne interpretum quidẽ quiſ-C quam, quam eſſe nubiloſam urinã Hippocrates uelit, enarrauit. Equidem, quæ mihi probantur hoc inquirẽti, referre nõ dubitabo. Nubis nomen ſolent medici ab aere ad urinã trãsferre, ſiue Hippocrates hoc nomen princeps pro certa eorum, quæ pendent in urina, ſpecie, uel urinarũ: ſiue his alius attribuerit. Vt ergo in aere interim tẽpeſtas ſit, ubi nubibus condenſatus ſit atris, caliginoſa: interim purus apparet & ſerenus, uidenturq; nubes per eũ quędã diſiectæ: ac tũ aer nubiloſus dicitur: quo quidem tempore nubiũ cernimus colorẽ nõ ſemel atrum, nec lucidum, ſed inter hos medium: Haud aliter urinã mihi & ſuſpenſiones appellare Hipp. nubiloſas uidetur, quæ nec colore D ſunt albo, nec etiam planè nigro, cæterũ horũ medio. Quemadmodũ igitur alba quidẽ ſuſpẽſio bona eſt, nigra uero praua: ſic quæ inter has media, neq; exacte bona, neq; praua eſt, ſed media. Quare Pythionẽ tales eſt ſuſpicandũ habuiſſe ſuſpenſiones. Nam albæ ſi eſſent, iudiciũ nõ efficerẽt nõ cõpletum: ſi iam atræ, non probum. Quoniam uero inter albas & atras intercedebant, bonũ eſt factũ iudiciũ, ſed non abſolutũ. Quod erat reliquũ, quadrageſimo die in duplicem erupit abſceſſum, quę etiam non probe interpretantur, cum per cõſenſum putent abſceſſus in ſedem Pythioni ſtranguriã accidiſſe: cũ ipſe ſcribat Hipp. ſimpliciter, interim factam eſſe ſtranguriam, interim non ſimpliciter, ſed adiũgat illi abſceſſus nomẽ: ut primo De uulgaribus morbis libro, in ſecũda tempeſtate, ubi

te, ubi ita scribit: Solum uero bonum, maximumq; inter signa quę fiebant, quodq; multos à maximis periculis uindicauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hanc abscessus fierent. Nã appellat etiam abscessus, qui excretione sunt facti noxiorum humorum, ne dum qui decubitu: & merito. Quomodo in dysenteriam alio loco, sic hoc loco in stranguriam factos ait abscessus. Nam mali humores, quos habent uenæ, utraq; expurgantur excretione. Ergo id in ipsa secunda tẽpestate de urinis, aliquãto ante locum, quem modo protuli, hoc pacto scripsit: Stranguriosum nõ nephriticum, sed his alia pro alijs. Cum enim per morbum ob renum affectionem stranguria fiat, hanc ipse ab ea quæ in secunda tẽpestate facta fuit separans, ratione abscessus: adiecit, stranguriosum non nephriticum, sed his alia pro alijs, id est, pro uenarũ uitioso humore, ac febribus huic succedentibus inciderunt purgationes, per uesicam excretis uitiosis humoribus, ut nonnunquam per intestina. Rosio itaq; ab excrementis, quæ acria erant, profecta stranguriam inducebat. Vesica enim ut est ostensum, ad reddendam urinã in stranguria prius properat, quàm iusto sit eius modo impleta, duabus de causis, uel ꝙ eius non ferat qualitatem iam mordacis, uel quòd per debilitatem prius quàm sit urina coaceruata, ut pauca planè sit, grauetur. Eiuscemodi igitur Pythionem dicit abscessum habuisse: nec scripsit simpliciter hoc pacto, stranguriosus, sed adiunxit abscessus. Habet enim in hunc modum dictio: Suppuratio circa sedem, & stranguriosus factus est abscessus. At alterutrum committunt, ut ea aut prætereant, aut male multi interpretes enarrent. Morari uero in ijs nõ est necesse, de quibus semel hic statui dicere. Ego esse ducebam melius, quæ longo tempore indagaui, & certo iudicio inueni, hæc literis sola prodere citra ullam malorum interpretum reprehẽsionem. Sed quia quidam propterea quòd nequaquam puerilibus disciplinis instructi fuerunt, nõnulli uero & natura ad intelligendũ tardi: ubi incidãt in quorundam scriptorũ nouas cõmẽtationes, hac ipsa sola capti nouitate eas celebrãt: ideo sum adductus, ut semel aliquãdo istorũ interpretũ mentionẽ facerẽ: cũ etiã ipse dixerit Hipp. Extraneũ, quia non assequunt̃, celebrant præ consueto, q̃d iam bonũ sciant esse, & absurdum præ aperto. Quare quo lectores nostrorũ cõmentariorũ præmoniti, qui mores sint malorũ interpretũ, eos queãt agnoscere, prolixius mihi hic certũ est de his agere. Nec uero queratur quisq; de sermonis prolixitate, habiturus eum ad malas cognoscẽdas interpretatiões pro adminiculo. Atq; est unũ istarum genus, q̃d in proposito ægro quidam fecerũt, quorũ unius ascribã ipsa uerba, ne quis me de illo existimet mentiri. Atqui Telluris ædes, intelligit Cereris. Apposuit autem ædes forte ad demonstrandã causam, unde manuum illi tremor & morbus incidit, ut illi cui propter mensiũ suppressionẽ, ut est uerisimile, ꝙ otiata ea esset pars. Rursus in sexto scribit, uiro absente feriatã illo mem-

A bro mulierem, sublatis ad os mensibus barbam produxisse. quod quid est aliud quàm fœminam in uirum mutatam? Sic igitur Pythion dum coitu abstinet, quòd ad solum fanum curam conferret, in morbum incidit. Hæc unius est ex interpretibus oratio, qui se ipse hac re conuincit, quòd cum crebro Hipp. quidem nominatim domicilia commemoret, hic non illorum omnium enarrationẽ, sed planè paucissimorum conscribat. Nam si non temere domicilia sint ægrorum prodita, sed indicent etiam aliquid quod ad artem faciat: qui in paucis ęgris eorum uim exposuit, pręterijt autem in alijs, ijsq; permultis, parum suo functus est officio: ut, uerbi gratia, de primo, quem in Vulgarium morborũ lib. primo descripsit. Nam Philiscus,
B inquit, qui prope mœnia habitabat. Deinde: Epicratis uxor, quæ ægrotabat apud Archegetem. Tum Erasinus, qui ad Bootæ torrentem habitabat. Mox, Clazomenium, qui iuxta Phrinichidæ puteum decũbebat. Postea de muliere quadam: Dromadæ, inquit, uxorem, quæ filiam erat enixa. Inde de alia muliere, quæ in littore decumbebat. In hoc item tertio De uulgaribus morbis libro multos inuenias alios scriptos ægros ædibus adiectis, ubi commorarentur, quas omnino non enarrant. Ac Chærio, inquit, qui apud Demænetum decumbebat. Deinde: Eurianactis filiam uirginẽ ignis corripuit. Sub hanc: Quædam, quæ angina erat correpta apud Thabionem. Postea: Adolescentulus, qui in foro mendacium decumbebat.
C Et quid multa opus est recensere, cum tali scriptura liber pene sit totus refertus? Sed ad institutum reuertamur. Quoniam complures ita sunt descripti ægri, ubiq; oportebat, aut nusquam domicilia exponere. Verum hactenus quidam interpretes librorum contemnunt auditores, ut ego Alexandriæ quondam huiuscemodi audiuerim de quodam ægro interpretationẽ in libro primo De uulgaribus morbis descripto, illo capite, cuius est initium: Silenus, qui in Platamonis ædib. habitabat. Nam exponendis Hippoc. ijs, quæ illi acciderãt, ita scribit: Noctem insomnem duxit, multa uerba. His igitur acclamabat, qui enarrabat librum: scilicet σεληνός erat, id est, lunaticus. Hic præ admiratione discipuli in clamorem eruperunt. Nonnulli
D interpretes tam sunt arguta sedulitate, ut quærant utrum in Platamonis habitaret ædibus Silenus: Quidam per m Platamonis scribendum esse putent, quidam per n Platanonis. Similiter quærunt isti interpretes, ubi dicit Hippocrates Decumbebat in Theatro, θεήτρου ne satius sit scribẽdum, an θεάτρου. At eos, qui in his tẽpus terunt, reprobant: hos uero, qui per ea quæ in Prædictionibus & Coicis præsagitiõibus produntur, historiam ęgrorum in his libris exponunt, multi suspiciunt. Sed quàm sint uitiosa, quæ in lib. Prædictionum sunt tradita, certis declarauimus commentarijs, quos in illum librũ scripsimus. Nam eius libri uidetur autor ex uno sæpe aut duobus priuatis exemplis sibi conspectis uniuersalia facere decreta. Demõstrauimus itẽ multos eũ concursus facere,

ex dissimilibus signis coactos. Et uero etiā declarauimus eam doctrinam tam numerosa habere quæ concurrant, ut recenseri nequeant. Ad hæc illud est declaratum in enarrandis ijs, quæ scripsit autor libri Prędictionū, non posse doctrinā ullam esse meliorē, q̃ Hipp. in Præsagijs cuiusq; uirtutē signi sigillatim tradentis. Neq; enim aliter multis posse cōmissis quicq; præsciri. Proinde qui utrūq; legerunt librum, Prædictionum & præsagiorum, satis scio omnia his aperta esse quæ diximus. Iam si quis prius nostros cōmentarios in eos libros æditos legerit, poterit ille citra illa, quæ sunt nunc à me commemorata, importunitatē animaduertere eiuscemodi interpretationis. At qui illos non legerint, ante uolo illos ut hi consulant, deinde huc se recipiant audituri, & de ijs quæ dixi existimaturi. Siquidem cum nuper quiddam in manibus sumerē de cōmentarijs, quos Lycus Macedo in hūc librum cōscripserat, in expositione Pythionis tria offendi capita ex Prædictionum libro citata, qui in primo ad uerbum sic dicebat: Tremula, obscura, palpantia deliria, magnam denunciant phrenitim, quod Didymarcho accidit in Co. In secundo sic: Tremores, si sudoribus superueniant, repetere consueuerunt. Ac tertium his erat uerbis scriptū: Vrinæ à turbulentis uigilijs decolores cum nigris suspensionibus, delirium portendūt. Hæc ex Prædictionibus capita à Lyco sunt adscripta, quasi ita Quintus in expositione huius Pythionis dixisset. Mihi uero, quando compulsus sum errores reprehendere (licet prioribus id commentarijs uitauerim) operæpretium uidetur istorum interpretum improbitatem detegere. Primum ijs, quæ dicta de Pythione sunt, non congruit illud ex Prędictionibus caput. Neq; enim cum silentio, neq; magnopere phreniticus fuit. Nam cum librum Prędictionum enarraremus, quæ sint deliria cum silentio ostēdimus: et quare mangnopere ea phrenitica appellauit: quorum fuit in Pythione neutrum. Siquidē nec cum silentio delirabat, & modice insaniebat. Secundum caput, in quo dicit: Tremores, si sudoribus superueniant, repetere cōsueuerunt: contrarium demonstrat casus Pythionis. Nam non succedebant, sed à primo una inuadebant, posteaq; die decimo sudauit. Itaq; non uidentur tremores sudoribus, sed tremoribus sudores successisse. Reliquū & tertiū caput, ubi ait, urinæ à turbulētis somnis decolores cū nigris suspensionibus delirium portendunt: recte atq; ordine esset citatum à Lyco, si Pythion uigilasset primū unà cū turbatione, & urinā reddidisset nigris præditā suspensionibus, itaq; desipuisset postea: uerū quia neq; exierunt talia, nam nubilosæ suspensiones permultum à nigris distant: neq; à uigilijs turbulentis phreniticus euasit, sed à primo statim die delirauit, nō est recte adductū. Nā quid causę erat quin diceret suspensiones atras? Deinde uigilias primo aut secundo die. Post has rursus primo die mox delirium? Immo uero Lycus ipse cum uocabulum nubilosæ interpretaretur, non fuit ausus dicere ab eo atras denotari. Quare superfluo hæc adiecit (siquidem dicendum est superfluo nō modo ad propositū inutilia, sed etiam omnino falsa) & præcipua quæq; Hippo. sermonis neglexit aduertere, quæ tremorū affectio est, qui in tremulis manibus locus affectus. Vnde uaria sputa, & multa his succedentia: de quibus ego disputaui. Omnino enim hæc repudiauit, & quod prorsus non erat inquirendum, pro quæstione sibi obijcit ad uerbū, sic: Septimo die os est distortū. Videtur q̃d hic narrat, cum dicto pugnare, quod in Aphorismis sic habet: In febre nō intermittēte, si labrū, uel oculus, uel nasus, uel superciliū peruertat̄, uel nō uideat, uel nō audiat debili iam corpore, quicquid horū euenerit, mors in propinquo est. Hæc Lyci est oratio, sibi in eo scrupulum mouētis, q̃d omni uacabat ambiguitate. Nam in Aphorismis dixit, corpore iam debili. Atqui Pythioni non debili distortū os est. Iam etiam extricando ipse hoc quod posuisset Lycus, nihil ad solutionem attulit aliud, ac idipsum, quod nunc diximus. Itaq; quod erat apertum, tanq; dubium proposuit. Aliorum quæ ad artem referunt, nihil quæsiuit, nec quo in statu Pythion esset, nec quę sint antedicta symptomata consecuta, aut qui locus, aut qui affecti. Ac ne de sanguinis missione quidem prætermissa admonuit. Humorum & tēperamentorum nō nunc tantum, uerū nec loco alio ullo in enarrādis ægris, aut cœli statibus mentionem fecit, quæ in primis Hipp. librum enarranti erant consideranda. Vt si quis Asclepiadem interpretaretur, pori & tumores incompactaq; elementa et latio ad tenuitatem erant illi declaranda, q̧ ad hæc ille principia oīa reducat. Calidum uero, frigidum, humidū, & siccum, Hipp. causas statuit, quemadmodū aerem in animantium corporibus. Itidem quatuor humores inter sese temperamēto distantes sanitatis autores æque ac morborum esse: Sanitatis, ubi ex æquo sint inter se moderati: Morborū, ubi eorum maior sit aut minor copia, aut de propria sede cōmigrarent in alienam. Itaq; ad hæc principia etiā qui ante Lycum et Quintum aliquē Hipp. librum enarrauerunt empirici uniuersa referre studēt, uelut in fabula agunt quidā solam, quam habent impositam, personam. Nam ut Erasistrati interpres recte de humoribus & tēperamentis sileas: ita si quicq; dicere in scripta Hipp. instituas, merito ad ipsius uocem interpretationē dirigas. Fortasse ergo ut adulterino æmulo Hippocratis ueniā dare Lyco, ubi offendere uideat̄, æquum sit: ni hoc exprobres, q̧ cū interpretatiōes scribere non ualeat, agat fabulam: quippe quod est assimile huic, si aggrediaris comœdiam uel tragœdiam, cū actor esse nequeas. At uero si ad hos te cōuertas, qui Hippocraticos sese nuncupant, ubi iuxta ac alieni & adulterini sectatores errant, immerito illis ignoscas. Iam cū istorū absint errores nō solum ab Hippocratis sententia, sed ab ipsa rerum ueritate, duobus eos nominibus insecteris. Siquidem melius est nihil, atq; si ambobus interpres his scopis constet, ut simul & cōsentanea cum scriptore & uera dicat: qui alterū tantū obseruat, hoc est reprehendendus

dendus, quod dimidium labefactauerit totius. Interpres uero, qui neque uera dicat, neque consentanea cum autore libri, maxime censendus est peccare. Sabinus quidē eiusq́ auditor Metrodorus germanissimi illi quidem inter priscos Hippocraticos habiti fuere, est tamē male ubi uideant Hippocratem enarrare. Verbi gratia, in proposito ęgro ita ad uerbum dicunt: Nam ut conuulsio à uacuatione & repletione proficiscitur, haud aliter tremor, qui parua est conuulsio, à contrarijs efficitur. Ac causa quidem, quamobrem hæc uitia fiant, rationalium uirorum est, non empiricorum attendere. Attamen ea cognoscere, & discernere alterum ab altero, interest empiricorum posse. Hac sane in re primum uidetur Sabinus falsus, quod paruam dixerit conuulsionē tremorem esse. Nam toto genere inter se differunt hi affectus. Nihil uero nunc intersit, affectus uoces an symptomata, functionum noxas. Neque enim affectiones certæ sunt in solidis animalis partibus, ut tumor, & inflammatio, & duritia. Sed sicut actiones dum fiunt, consequuntur ut existant, non quia constanter & secundum habitum insunt: ita & affectus quoque earum. Nam cum omnis in actione positus motus sit: sitq́ quidā in animalibus motus uoluntarius, ut alter spontaneus & naturalis: offensæ uoluntarij in motibus fiunt musculorum, à quibus etiā cum secundum naturā fiunt, scimus obiri. Sed quod in eis est secundū naturā, unū est & simplex. Quod est præter naturam, in primis fit duabus differētijs, aut præter uoluntatem, aut de uoluntate: non tamen secundum naturā. Sed hoc loco dedita opera dicas, an per uoluntatem, nihil interest. At uero motuum, qui citra uoluntatem fiunt in uoluntarijs instrumentis, quæ ad motum sunt comparata, hæc conuulsio, illa uocatur palpitatio, alius rigor, inter sese diuisi. Sed plene de his integro uolumine disseruimus. Iam motus uoluntarius, qui non secundum naturam obitur, una est forma, qui tremor appellatur: de quo necessarium est, quoniam alios huius gratia attigimus hic uerba facere. Fit ergo tremor nō tantum in musculis affectis & neruis, sed etiā ualentibus, ubi quis ultra uires onus attollere moliat͂, aut manibus baiulando, aut imponendo humeris. Itaq́ nōnulli conspiciuntur robustissimi adolescentes, dū onus portant pręgraue, cruribus tremere, maxime ubi ascēdere scalas tentent. At illis quod in maximis molibus, hoc senibus & alia ratione infirmis usū uenit in minoribus. Nam sunt hæc etiam grauia imbecillibus. Sunt iam etiam certe affectus animi, qui tremorē inducunt. Nam in libro De humoribus dictum est, per abruptum transeunti, metu scilicet uires deijciente, crura tremere: necnon si quis alius in se inuadentē cōspicatus bestiam sit aut latrones aut hostes, metuat. Recte igitur in cōmentario De tremore, conuulsione, & rigore, ex infirmitate uirium semper tremorē fieri ostendimus. Quæ quando sua sponte interim sint infirmæ, interim propter affectum animi, aut etiā haudquaq́ per se affectæ, ab onere graui hoc patiuntur, tres

A eius causarū esse diximus differētias: instrumētorū intēperiē uoluntati attributorū, affectū animi, grauitatē oneris. Quare si, qui nec metuat, neque molem sustineat, tremat: alterutrū certe, aut organorū est intēperies, aut in ipso corpore pōdus circa musculos aut neruos. Verum sermoni nōnulla subest dubitatio, de qua in commentario De tremore, conuulsione, palpitatione & rigore uerba feci. Nam quibusdam uideas manus & caput tremere præter eorum mēbrorum mouendi propositum: ac ideo esse falsò uidetur dictū, si instituerit quis aliquid agere, euenire. Cęterū si intelliges, reclinata in ceruicale ceruice, sisti capitis tremorem manibusq́ depositis, sic ne has quidem tremere: credes esse recte dictū, quibus ociatur quodcūq́ B membrum, hoc esse à tremore immune. Sin attollant, aut sublatum illud seruēt, tum symptoma illud incidere. Tantum enim abest ut qui ita agunt, musculis quiescant, ut oppositos inter se musculos simul moueant. Vt in manu, qui attollunt, & qui hoc mēbrū detrahunt, extendunt eam & flectunt: & ualidiorum uirium est opus his, qui manum in angulum ductam sublimē seruant, quàm qui extendunt aut flectunt. Nam qui extendunt, uno genere musculorum operantur, quod cōparatum est ad id operis, feriantibus interim ijs, qui flectunt eam. Atq́ cum flectunt, agunt ijs qui ad flectendum sunt accōmodati, & in ocio sunt, qui extendere possunt, Quòd si eleues in angulū du-ctam, & sublimem retineas manū, nec flectas, nec C extēdas, utrisq́ musculis æqualiter opereris, ut in tetanis quos uocant. Est igitur nō minus opus robore, musculis in eadē figura uel crus uel collum, uel manū seruantibus citra fulturam solidi cuiuspiam corporis uehētis sustentantisq́ membrum. At cum longe partium ponderi, quę uehuntur, uires motrices præstāt, citra negociū attollunt, citra negocium sublimes seruant. At uero si multo sint inferiores, sicut in resolutis, haudquaquā possunt eleuare. quæ si pares sint, uicissim succumbunt: uincentes seruant immotam manū sublimem, superatæ delabi sinunt. Hoc mihi cogita continenter in hūc modum fieri, ut simulac superiores sint, membrum sustollant, mox uictę à mole horū quę eleuantur, permittant pessum ire: simulq́ uires il-D lorum rursus uictrices corripientes ipsa iterum erigere studeant: deinde cum singulo tēporis momento fiat hæc uicissitudo, ut quod est infra, confestim attollatur, & quod membrū alleuat, extemplo detrahatur, non prorsus inconcussum seruetur & stabile mēbrum, tum nec motus habeat in utramq́ partem insignes, ut qui breuib. interuallis & temporum & locorum seruentur. Atq́ talis est motus tremor, ut quæ longius sum in libro supra cōmemorato persecutus, paucis complectar. At quæ fit in morboso rigore partium concussio, absq́ uoluntate obitur & in contrariorū motuum magnis interuallis sese mutuo excipientium unà cum frigoris sensu. Huius alius affectus est quodammodo germanus, musculorum & neruorum quæ conuulsio appellatur, ac in eis per totum similis

milis illi atque iisdē organis sit motus, qui cum de uoluntate moueantur, fit: cęterum in eo tamē differt, quòd præter uoluntatem, ubi conuelluntur, mouentur. De palpitatione necesse hoc loco non habeo disserere, ne cogar simul de pulsu dicere, qui aliquid habere cum palpitatione cōmune uidetur. Satis enim iam uel de tremore productus mihi est inuito sermo in commētario. Qui autem ad unguē uolet omniū prædictorum symptomatum perspicere cognitionem, & originem, legat licet librum, ubi illa exacte omnia tradidi: quādo & de singultu, tussi, sternutamēto, & nonnullis id genus alijs motibus egi in causis symptomatum, ubi dignotiones & differentias motuum, tum uero etiam causas, à quibus procedant, percurri. At Sabinus in omnibus illis nunc plus nunc minus præterijt. Itaque cōtra Quintus & Lycus ut isto saniores, probandi sunt, quòd ne aggressi quidē de his sint dicere, sed ut empirici interpretationes fecerint. Tametsi empirici quidam, ut dixi, in fabula impositā personam agant, Hippocratis librum enarrantes ut Hippocratici, Erasistrati aliquem & Herophili, & Asclepiadæ, atque aliorum istorū, perinde ac si de cuiusque sint eorū secta. Igitur quod semper dico, ubi hic quoque cōmonuero, alio trāsibo. Singulorum, quæ scire medicus debet, priuatim est disciplina tradenda, ac tum ad enarrandos accedendum libros Hippocratis: & conclusiones demōstrandæ singulis locis memoriæ gratia, at ipsæ tamen demonstrationes non commemorandæ. quod quidem nos præstitimus. Ex his uero qui in opera Hippocratica scripserunt commentaria nemo quisquam, cæterum lapsi sunt in his omnes: Etenim alia est, quæ ipsas res tradit institutio absoluta constans fusaque explicatione. Alia, quę in enarratione cōsistit librorum, cuius nō est utriusque idem institutum. Namque per fusam explicationē quæ fit, spectat ueritatis intentionem. In interpretationibus senis est propositum sententiam cognoscere. Qui ergo ante singula exacte didicerit, hunc denique ad ueterum librorū interpretationes accedere oportet: ut tamē primum senis sensum ualeat inuenire: secundo loco, recte, aut secus sit asserta: simulque admoneat demōstratorum in operibus de unoquoque medico præcepto. Qui uero interpretes suis dictis nequeūt demōstrationē inferre, auditores loquacitate obtundunt: itaque à scriptoris sententia retrahunt, uolentes sua uerba ex illis fidem habere. Quamobrē de capite ad caput transeunt, quæ ne ipsa quidem quicquam ad rem propositam referunt. Porrò fieri non posse, ut in commentarijs demonstrationes disputationum, quibus produntur disciplinę, scribantur, ex iam dictis planum est. Nam quādo Hippocrates non in Pythione modo, uerum in multis etiā ægris prædictorum symptomatū meminit, si quidem nusquam demonstrationibus cōprobes placita, nullam animis discipulorum firmā eruditionē infundes. Quòd si tradas in quibusdam ægris demonstrationes, in quibusdam prętereas, atque in primo Morborum uulgariū, uerbi gratia, eas omnes perseuerare, in alijs ad illas reficias, facies tu quidem, quod diximus, uno in libro absolutissimam tradendo cum demōstrationibus doctrinā, in cæteris eius conclusiones adducendo. Sed id ipsum tamen utroque est modo absurdum. Nam in primum Vulgarium morborum librum, si hunc enarres, primū quinquaginta commentaria sitne cesse scribere; & singula aut bina in singulos alios. Itaque cogeris, si aut præsagia aut Aphorismos legere uelis, ante quinquaginta illos libros euoluere, interpretantes primum librum Morborum uulgariū. Haud secus si ab alio quopiam cœperis commentaria scribere, in illum quinquaginta scribes. Qui autem alium legere uolet, ante omia necesse habebit quinquaginta illos libros legisse. Atqui multo præstabat singulas quęstiones, uel præcepta, uel quolibet nomine appelles, esse singulis descripta libris, atque hos tantum, ubi firma imbui scientia de ijs, quę prodita sunt in his, uoles, consulere: Ideoque nos cum De tremore, conuulsione, palpitatione, & rigore, tum de alijs omibus lucubrationes edidimus separatim, & demonstratorum interpretando usurpamus conclusiones: at Sabinus, cum neque demonstrauerit usquam, quid inter hos quatuor intersit affectus, tremorem, palpitationem, conuulsionem, & rigorē: neque ullam, si non planè ueram rationem, & demonstratiuam, at uerisimilem adduxerit, primum esse tremorem asserit paruam cōuulsionem: paulo post speciem esse tremorem cōuulsionis dixit. Verum quò me ocyus his reprehēsionibus, quas inuitus institui questus in improbos interpretes, explicem, esto tremor cōuulsio, aut conuulsionis species, Pythioni iam ab eo discamus, quomodo inciderit. Stomachum, inquit, homo affectum habebat, atque manus, quæ cum illo haberent consortium, tremebant. At nec incommodum illi ullum fuisse ad stomachū, docere quisquā potest, quod nullum sit symptoma nominatū in narrandis Pythionis accidentibus, quod indicare stomachi ualeret uitium. Nec stomacho esse quicquam cum manibus commune ostenderunt. Nam ipse ait fieri tribus modis consortia, aut propter uiciniam, aut propter familiaritatem uel generis uel operis: Generis, ubi neruosum neruoso, uenosum uenoso, arteriosum consentiat arterioso: Operis, cum mām̄æ & thorax partib. genitalibus. Sed in harū cōmunitatū cōsentire nulla manus possunt cū stomacho. Neque enim officium his est cōmune, neque neruorum consensus, quamobrē in manibus neruosum genus in cōsensum ueniat stomachi affecti. Nam stomacho à sexta deducta de cerebro propagine tribuunt nerui: Manibus à spinalis medullæ regione ad sextam, septimam, & octauā uertebrā. Itaque quæ à sexta coniugatione partes sunt neruos con secutæ, has stomacho consentire, non manus con ueniebat: Atque de tremore hæc nugantur, qui propter abstinentiam ueneris ducunt nimiam humorum copiā Pythionē coaceruasse. Quanquam uenus ut uacuatione plenum fieri non permittat corpus (tribuamus sanè hoc illis) stomachum certe labe

faciat non mediocriter: cum eum ueneris abstinē- A
tia, etsi corpus impleat, confirmet, ut quod maxi-
me. Nam non parum absurdum sit censere, si quis
moderate uiuat repleri humoribus hunc. Neq; e-
enim his, sed ociosis corpus implet. Quòd si quis à
uenere se contineat, exercitetur tamē more athle-
tarū, fossorū, & messorum, aut artē agentiū aliquā
manuariam, nō colligatur plenū huic humorum
corpus. Verū quia quæ sciunt, hæc nequeunt reti-
cere, usu uenit sero discentibus dicere planissime
pugnantia, dū importune uerba funditant. Quid
enim attinebat scribere, dixisse Democritum par
uum morbū comitialē concubitū esse: & Epicu-
rum, nunq; prodesse ueneris usum, præclare agi si
non officiat? Nam ista oratio ad ægrotātes ob im
modicam uenerem pertinet, non ad eos qui diuer
sam instituerunt rationem uiuendi. Et quidem Sa
binus hæc scripsit, non uidens quæ insit in uerbis
pugnantia. Iam uero quid est nouius, q; ob conti- B
nentiam ueneris delirasse Pythionē? ferunt enim
aceruatam in cerebro geniturā, multitudine id op
primentem, delirij symptoma efficere, ut solet os,
premēs in capitis fracturis, & nostra manus crea-
re delirium. Quare iam monstrat, nō se cuiquam,
cui terebra adigeret, adfuisse. Cum eñ aut digitis
premas unà cum mēbranis cerebrū, aut per mem
branarū quæ uocant custodes, aut etiam ante per
forationē os putrefactum has premat partes, de-
liria non existunt, sed sopores alti opprimunt, mo
tus sensusq; perit: nam soporantur interdum ma-
gnopere ita affecti, ut in uehemētibus apoplexijs.
At uero cū etiā uaria sputa autumāt genitura re-
tenta accidisse, præstat illos nihil cōfutare. Nā qui
reprehendit sedulo, quæ nulla sunt digna sedulita C
te, seipsum afficit contumelia. Atqui nō hæc mo-
do sed longe protulerunt plura haud dissimilia il-
lis: de quibus est hoc unū: Abscessum ad sedē aiūt
ortum Pythioni propter loci uicinitatem, quo ge
nitura excernit. Et abscessus in sede comitē fuisse
stranguriā. Deniq; alia etiā afferunt, quibus addu
caris ueneris cōtinentiā non paucorum esse, nec
paruorū autorē morborum. Et hæc cū scribant in
propositis exponēdis ægris, Democritū proferūt
& Epicurū, nihil unq; proficere affirmantes uene
rem. Et q̄d omniū est sapientissimū, ut cōuulsio,
inquiunt, comitatur repletionē & inanitatem, ita
consequuntur libidinē & continentiam cōmunia
symptomata rationis & neruorū affectorū. Proin D
de horum nos sapientia inducti, ac fidē eorū uer-
bis habentes, ne athletis quidē à uenere permitte
mus abstinere, nequid hinc cōuellantur, aut desi-
piant. Hæc scilicet omnia, insuperq; cætera, quæ
narrauit Hippo. accidisse Pythioni, iactant, perin
de quasi illius morbū coitus abstinētiā præcessis-
se planè ipsis sit certū: tametsi initio dixerint, ueri-
simile esse à coitus abstinentia hæc accidisse Py-
thioni (quam illi ἀποχὴν uocāt) deinde obliti eius
quod initio modeste dixerant uerisimile esse, ac si
planè ita se haberet, orationē instituūt. Et quidem
ut apud telluris ædem cōmemoraretur, cur à ue-
nere sese cōtineret, nihil erat causæ, qui nec sacer

dos, nec ædituus esset deæ. Omnino enim de eo
Hippocrates ampliorē mentionē faceret, q̄ quòd
iuxta Telluris templum habitabat. At si etiā ædi-
tuus aut sacerdos esset, nō erat illi in perpetuum
necesse, ut à uenere abstineret, quomodo si Dia-
næ esset uel Palladis sacerdos. Cęterū quod dudū
dixi, reprehendere sedulo, quæ sedulitate sunt in-
digna, est absurdū. Quare iā finē eorū faciā, quos
interpretes in Pythionē cōmiserūt errorū, ac me
ad proximū ægrū conferā Hermocratē, meoq; in
stituto interpretabor, parua habita illorū ratione,
nisi multū res urgeat, quæ scripserunt quidā per-
peram. Sed prius de notis dicam.

De notis, quæ sunt singulis ægrotis adiectæ.

Miror huius libri, ut aliorum etiā Hippocratis
multorū infelicitatē, quorū hi sunt dissipati, illi ali
quid habent scriptis Hippocraticis adiectum. Re
ctius dicam fortasse infelicē non fuisse librū, cæte
rum eius nos lectores, qui tempus in re perdimus
inani. Ad exitum igitur narrationis euentorū Py-
thionis ascripta est, primū π literæ nota, rectā ha-
bens in medio lineā sic, ⫪: ut quidam scribūt no-
nagētenorū notā. deinde scripta est π literæ nota,
nihil in medio habens. mox ου. sub quā μ. postre-
mo υ. Coacti igitur sumus, notæ hæ quid signifi-
cēt, inuestigare, idq; incerti, Hippocratis ne sint,
an alius ista singulis ascripserit ægris. Verū nobis
cū hoc ipsum cōpulsi indagaremus, in mentē ue-
nit: Si ut hoc in libro eas inuenimus notas, sic in
alijs etiam libris uulgarium morborum omnibus
cōperissemus, narrationi eorū, quæ ægris accide-
rūt, ascriptas: non sit fortassis ab Hippocrate dice
re ascriptas absonū. Nunc cū neq; in alijs libris in-
ueniant, neq; etiam in ipso hoc tertio in omnibus
æque exemplaribus: merito in suspicionem non
nos tantū uenimus, sed maiores etiā nostri, ab ali-
quo esse ascriptas, fortasse qui discipulos detine-
ret, ut posset declarare quasi mirificum quid, una
quæq; quid denotaret. Potuit etiā cōpendium si-
bi quis soli facere utilitatis, quā caperet ex singu-
lis ęgris: ut in hoc ipso, quē cōmemorauimus Py-
thione, q̄d deductā per mediū lineā habet ⫪, ui-
detur πιθανὸν, id est, uerisimile significare. sequēs
π, πλῆθος, id est abundantiā. à quo statim ου scri-
ptū, οὖρον, id est urinā significare uidet, ut ex am-
bobus significetur πλῆθος οὔρων, id est, abūdantia
urinæ. deinde μ quadragesimū nobis diē ob ocu-
los ponere. υ, ὑγείαν, id est, sanitatē: atq; hęc ambo
interpretari, quadragesimo die hominē cōualuis-
se. Et collectā ex omnibus notis hanc esse senten-
tiā: Verisimile esse ob abundantiā redditæ urinæ
propulsatū ipsum morbū esse, & persanatū homi-
nē quadragesimo die. At hæc non inueniri ascri-
pta hoc modo in omnibus exemplaribus, ante di
xi. Nunc dico, nec in quibus inueniuntur, in his
omnibus primū ęgrum habere talem notā. Ergo
quæ exemplaria notas habēt in fine ascriptas nar
rationis de Pythione, hunc habent in modū scri-
ptas, ⫪ π ου μ υ. Porrò q; probabile sit utrāq; no

tam, quod modo dixi significare, cõfirmãt illæ, quæ alijs sunt ægris adiũctæ. Nã ubique adiacet π lineã habẽs mediũ intersecantẽ. Ad finẽ uero superstiti bus υ additũ est, ὑγείαν denotãs, id est sanitatẽ: De functis θ, quod scilicet mortẽ indicat. Prima igitur, quando ea significare uident quæ diximus, & media sint probabilia: quippe quæ Hipp. de ægris orationi esse cõsentanea possint: nobis quidem inanis labor in Pythione cõfectus est, & in alijs cõficietur, tẽpus frustra terẽtibus. Sophistæ uero talibus exponendis, ut uates suspiciunt à discipulis.

5 Hermocrates, qui ad nouum murum decumbebat, igni est correptus: cœpit caput illi, lumbique dolere: hypochondrium molliter contendebatur, lingua initio adusta fuit, mox obsurduit, somnum non habuit, sitibundus erat, sed non admodum: urinæ crassæ & rubentes, depositæque non subsidebant: aluus torrida, & copiosa. Quinto die reddidit tenuem urinam, suspensiones habebat, nec subsidebat: Sub noctem delirauit. Die sexto auruginosus euasit, omnia ingrauescebant, mente non constabat.

Nec desinũt hic nugari quidã interpretes huius libri: sed ideo esse aiũt scriptũ ad nouum murũ, quod recẽs inductus homini obfuerit. Alij ab his dissentiunt, seduloque student ostẽdere, nõ propter calcẽ appellasse eũ nouũ murũ, uerũ quod præter morẽ exclusis uẽtis, & cũ iam ædes in quib. Hermocrates cõmorabatur nõ bene perflarent, morbus hominem corripuit. Verũ de loco satis, ac potius, ut id quod est dicam, nimiũ. De his iam quæ illi acciderũt, porrò uidendũ est, ac eorũ quæ alias demõstrauimus, reuocanda memoria: de quibus hoc est: Tria esse prima febriũ genera: unum earũ, quæ diariæ appellant: alterũ hecticarũ: tertiũ earũ quas acutas uocãt, comites putridorũ humorũ. Atque ex tertio horũ genere febrem afflixisse Hermocratẽ, hinc constat, quod cũ incipit de illo facere uerba, statim dicat Hipp. Igni est correptus. Nã ut in alia historia scripsit: Quidã incalescens cœnauit: ut hoc uocabulo calẽs, febris mediocritatẽ ostẽderet, quæ cœnatum tenebat: ita hic ignẽ appellauit ualidã febrem. At caput quoque illi cœpit dolere, unà cũ surditate. Itaque ex his in caput liquet inuasisse quãdã humorũ abundantiã. Declaratũ iam est frigidioribus & pituitosiorib. succedere sopores, lethargicaque mala: Calidioribus, aut prorsus mordacib. uigilias, & deliria. Proinde cũ uigiliæ eum cũ surditate tenerẽt, & capitis dolore, lumborũque, suspicari replentes caput humores cõsentaneũ erat mordaciores esse. Vsuuenit porrò his, ubi cũ calida febrẽ & flagrante cerebrũ offendant, comites esse, ut didicisti, deliria. Quòd si duos dies aut tres aut quatuor hæc symptomata durẽt, certius præscies delirium. Id quod hic accidit Hermocrati. Nã exponendo quinto die scripsit delirasse hominẽ. Iam uero

febrẽ fuisse eam, quæ dicta est, uel linguæ indicat symptoma. Quid nãque dicit? Lingua in principio adusta fuit. Hoc enim nomẽ eam omnino siccã significat fuisse: potest etiã nigrã. Atqui in tali lingua, febreque tali, si absit ingẽs sitis, alterutrũ innuit: aut mentẽ læsam ægri esse: aut uẽtris naturalẽ facultatẽ, qua subinde cibos appetimus, emori. Porrò cũ narrationi hæc sunt adiecta: Hypochondriũ molliter intendebat, ex iecinore cõijcias febris originẽ esse profectã. Quia enim singulari numero quẽ uocant, dixit hypochondriũ, alterũ tantũ indicat, non utrũque fuisse cõtentũ. Quãdo aũt aut dextrũ sit necesse aut sinistrũ hypochondriũ nos accipere, dextrũ fuisse intentũ sit uerisimilius, propter excellentiã qua præstat alteri. Siquidẽ talia citra appositũ & distinctiões proferũt. Atqui etiã modus ipsius febris, & ipsius adustio linguæ, satis iecinoris affectũ prodit. Nã intentionẽ, quæ dicit fuisse mollis, hypochondrij, constat uacuã indicare. Nã uacuũ arguitur ex molli. Huic est oppositũ cũ tumore, queadmodũ cõtentũ laxo. Ac si ita diceret, dextrũ hypochondriũ contendebat, sed citra tumorẽ: uel quia nõ magna fuerit inflãmatio iecinoris: uel in sima parte duntaxat, qua uentriculũ amplectit, gibbo etiamnũ à siccitate libero. Iam uentris torrida excrementa etiã superexcalfactionem indicant uisceris. Quare si urina ad hæc lætalis accessisset, celerrime perierat homo. At quia ut talibus, erat mediocris, fieri speres posse ut producatur morbus. Nã bonæ quidẽ urinæ haudquaque in isto affectu incidant. Rubræ uero spatio longo laboraturũ hominẽ, non tamẽ planẽ moriturũ arguunt: ut in cõmentarijs in lib. Præsagiorũ & De iudicijs planũ fecimus, ubi eius libri reprehẽdimus autorẽ. Nam quæ alia de occasione ægrotantibus acciderunt, quia ad aliud refert, errat. Iam in his cõmentarijs prolixius sumus tũ phrenitidis peculiaria signa persecuti, tũ quod in libris Hipp. citra cõtrouersiam germanis, de quibus præsagia sunt, uniuscuiusque facultatẽ signi exacte & sigillatim explanauit. At de rubris uel prærubris urinis uerbũ nullum fecit. Sed de subrubra urina cũ mẽtionẽ facit, simul prærubrarũ uim indicauit. Atque adeo de subrubris urinis hæc scribit uerba: Si urina fuerit subrubra, ac subrubrũ quod subsidet, diuturniorẽ hæc quidẽ morbũ quàm prima significat, sed admodũ tamen salubris est. Cũ ergo sit subrubra, præter cæteras salubris quidẽ, longius tamẽ quàm prædictæ trahat, quas ocyus dixit morbũ exoluere: quę magnopere sunt rubrę, longius significabunt spatiũ, cęterum nõ mortẽ sua spõte, neque deliriũ. Siquidẽ per flauam bilẽ in cerebro exundantẽ deliria oriunt, queadmodũ si ea sit adusta, ut iam trãseat in atrã, insaniæ. At uero sanguinẽ abundare crudiorẽ & serosiorẽ rubra indicat urina, qui in uenis uidelicet iecinoris & profundi corporis continet, ut flauam bilem russa & atra. Quid igit uenit in mentẽ cum alijs nõnullis, tum Lyco, ut hunc approbarẽt qui in prędictionibus scripsit: surditas urinaque prę rubra, in qua suspensiones non subsideant, delirium nunciant: qui morbo regio si corripiant, malũ

est

eſt. Apparet em̃ ex ijs, quæ hoc ſunt loco de Her-
mocrate tradita, autorẽ illius libri, uniuerſale col-
legiſſe præceptum: ſed longe aberrat & ab rei ipſi
us natura & Hipp. ſententia, tum uero ab ijs, quæ
in ægrotis obſeruantur. Nam rei natura demon-
ſtrat ſicci tẽperamenti humores et uirtutis morda
cis in cerebrum elatos cõcitare uigilias & phreni
tim: id quod in cõmentarijs De locis affectis oſtẽ
di. At Hippocrates tales humores cognouit, fla-
uam & atram bilẽ: humidũ uero ſuccũ & frigidũ,
pituitam: mitiſſimũ aũt ſimulq; nobis familiariſſi-
mum, ſanguinẽ: præterea urinam ſerum eſſe hu-
morũ in uenis contentorũ, nos ille docuit. Quare
ratio conuincit, ubi amplior ſemicrudus ſanguis
per urinã expellať, rubram eam hanc efficere, atq;
ideo diuturnũ fore morbũ, ꝙ requirat ſcilicet ad
concoctionẽ longius ſpatiũ ſanguis: ſiquidẽ ſpa-
tio tẽporis fiunt cõcoctiones. At nõ erit talis mor
bus (ut ab urinis) exitioſus, neq; phrenitidi obno
xius. Sed non oportet hic nos longiores eſſe, po-
ſteaq; iſtarũ iam orationũ in cõmentarijs in Prædi
ctiones importunitatẽ prodiderimus. Atenim cũ
craſſas etiam fuiſſe indicet nec ſubſediſſe urinas,
planè ſunt illæ ex cõturbatis & turbidis, ut ſolet
hic appellare, quæ ſemp turbationẽ crudã annun
ciant multo prædita ſpiritu flatuoſo, ut muſtum.
Quo fit ut capitis dolores his urinis ſint adiũcti ꝙ
ſpiritus caput cũ calidioribus ſuccis petat: à quib.
merito intenduntť uigiliæ, & periculũ delirij futu
ri, ſi acrimoniã humores obtineant. Hæc cum ſta-
tim ab initio Hippocrates cũcta expoſuit, & ſym
ptomata, & ſigna Hermocrati accidiſſe, deinde ni
hil de diebus proximis prodidit: duraſſe hæc ad
quintũ uſq; diem innuit omnia, ac tum ſe demum
ad alia acceſſiſſe enarrãda, ubi aliqua ex parte ua-
riaſſent. Proinde quinto dicit die multam illũ red-
didiſſe urinam & tenuem, quare ad eius diei expo
ſitionem trãſeamus. Quinto die reddidit tenuem
urinam, ſuſpenſiones habebat, nõ ſubſidebat, ſub
noctem delirauit. Cũ primũ eſt immutata prima
urina, & deſipuit homo, die quinto ſcripſit Hipp.
præterita, ut diximus, tertij & quarti diei declara-
tione, nimirũ ꝙ eadẽ permanſiſſent in his ſympto
mata. Quare de tenuib. urinis reuocemus ad me-
moriam, quid in Præſagijs dixit his uerbis: Qui te
nuem crudamq; diutius urinã reddũt, ſi cætera ut
ſuperfuturis portendanť, his abſceſſus in regioni
bus infra ſeptum tranſuerſum expectandus eſt.
Itaq; altero modo crudus eſſe morbus ſignificatur
per tenues urinas, ut etiam per craſſas, ubi nõ ſub
ſidant. Siquidem conturbatæ, ſed dum depoſitæ
ſunt ſubſidẽtes, concoctionis alicuius indicant ini
tium, potiſſimum ubi ilico ſubſidant. Quæ uero
non ſubſidunt, ultra flatuoſam turbationem craſſi
tiem eſſe crudorũ humorũ ſignificant. Atq; ex his
liquet morbum producẽdũ. Inſuper qua erat pra-
uitate febris, & quia ſub noctem delirauit homo,
cum periculo eſſe coniũctum. Reliqua iam uidea
mus, num eſſe his conſentanea uideantur. Auru-
ginoſus euaſit, omnia ingraueſcebant, mente nõ
conſtabat. Indicium hoc tibi ſit contentionis hy-

A pochondrij ex iecinore profectæ. Diffunditur e-
tenim nonnunq; per totum corpus flaua bilis, q̃d
decretorium eſt, ut in Aphoriſmis quoq; eſt eo li
bri loco declaratum, ubi ait: Morbus regius ante
diem ſeptimum, malus eſt. Reduc item ad memo-
riam ante cõcoctum morbum, crebro te audiuiſ-
ſe nullũ quemlibet abſceſſum proficere, nedũ au-
riginoſum. Is enim impediri ſignificat bilem, quo
minus ex uiſcere expurgetur, & per uentrẽ effun-
datur, uel propter oppilationẽ eius uel inflãmatio
nem. Morbo iam cõcocto decretorie interim na-
tura ad cutem excrementum effundit, cum quo-
rundam aliorũ humorum, tum flauæ bilis. Nam
hoc quidem loco flauã appelles, an pallidã, nihil
intereſt. Porrò cum uitium increſceret iecinoris,
B auriginem extitiſſe ex eo indicatur, quòd ingra-
ueſceret omnia ſexto die, ſimulq; quòd mente ille
non conſtaret, quod eſt, deſiperet.

6 Die ſeptimo grauiter ſe habuit: uri-
næ erant tenues, ſimiles proximis item die
bus. Sub diem undecimum omnia illi uiſa
ſunt remiſſa eſſe.

Quæ die quinto urinæ fieri cœpiſſent deterio-
res, nõ correctæ ſunt multis diebus. Non enim ſe-
ptimo modo die, uerum ſequentibus etiã ad unde
cimum uſq; diem in ijſdem fuiſſe dicit ſymptoma
tibus uerſatum & ſignis Hermocratem. Vndeci-
mo die omnia illi uiſa ſunt remiſſa eſſe. Recte ſanè
uiſa ſunt dixit. Neq; em̃ periculoſiſſimis ex ſignis
C potuit ſubito, cum eadem permaneret humorum
cruditas, ad meliorẽ ſtatum peruenire: idq; adeo
cum nihil eluxiſſet decretorij die undecimo: id q̃d
ſolet non raro cõſpici: ꝙ tum natura ſolet aut ſan-
guis profuſiõe uel alui, aut uomitibus, aut ſudori-
bus, aut parotidibus, aut decubitu quopiã ex di-
ſcrimine hominẽ uindicare. Attẽdamus itaq; iam
quæ die undecimo acciderunt.

7 Sopor cœpit, urina craſsior, ſubru-
bra, infra tenuis, non ſubſidebat, aliquan
tulum mente conſtabat.

Solidum ſcripſi librum interpretans ſignifica-
tionem huius dictionis ſopor, in quo iudicať pro-
penſionem in ſomnũ, ſic appellaſſe Hipp. In ſom-
D num aũt propenſionẽ uoco, cum uigilare ægri ne
queant, non apertos habentes oculos, ſed conni-
uentes: uel altis ſomnis, uel tenuibus, uel uigilijs
detineantur. Vnde exactam quærit diſtinctionẽ,
multam etiam prudentiam & exercitationẽ, ut ex
quo uitio in ſoporem æger incideret, aſſequaris:
frequenter enim, ubi multum irrigata pars ſit, quę
eſt ſenſus fons (in qua & ſomnum recte Ariſto-
teles fieri demonſtrauit) ſopor ſequitur: ut non-
nullis uſu uenit ebrijs. Subinde ob ſolum frigus.
Eſt cum ambobus his profundus ſuccedat & ſo-
porans ſomnus. Quinetiam propter infirmitatẽ
uirium talis affectus fit adeo iam emorientium, ut
apertas genas ſeruare non ualeant. Ac ita affecti
hoc habent, ut poſtq; conniuerint, aut nihil pror-
ſus, aut parum dormiant, ſed uigilent, nec attolle

re tamen genas queant: quod quidem uitium ab A eo quod committit humiditas & algor, pulsus distingunt potissimum languidissimi, tardi, rari, & parui. Quòd si hanc esset Hipp. contemplationē iuxta ac aliàs persecutus, uel pulsuum in ęgris genus tradidisset, fieret, ut etiam exactiorem nos cognitionem eorum quæ ægrotis euenerūt, assequeremur. Quam quia præterijt, ut quidam urinarū, ex his quæ literis mandauit, de ægrotis est conijciendum. Ac in cerebrum se succum contulisse pituitosum undecimo die, non est rationi consonū in morbo, qui siccus & calidus à primo statim impetu fuit. Siquidē lingua adusta, uigilia, febris uehemens, sexto die auruginosa perfusio, excrementa alui torrida, totum esse igneum statum corporis declarant. B Huc accedit, ꝙ si qua crassities esset collecta succorum: in iecinore & eius uenis, non ea in toto continebatur corpore, quam ostendit iam inde usq; ab initio urinarum crassities. Reliquum ergo est perfrictionē insignem cerebri, aut facultatis imbecillitatem Hermocrati soporem induxisse die undecimo. Vtrum autem sit horum, nihil esse perniciosius potest. Nā insanabilia ea esse demonstratū est frigora, cum calidis morbis & siccis succedāt. Recte ergo Hippocrates scripsit: Omnia uisa sunt remissa esse. Nam cū exitiosissimū signum die undecimo sopor incepisset, haud potuit fieri, ut salubrem tum statum corpus recuperaret. Immo uero ne medius quidē est ullus in talibus status, sed si à salubri statu ea deflectat forma febris, in contrariam impingit perniciē, C in qua extinguitur natiuus calor. Ergo quia sopor symptoma ita perniciosum undecimo die extitit, attendamus urinas. Nā si exitiosæ etiā hæ appareant esse, propinquam significent mortem. Sin mediocres, in longius tēpus trahetur. Nam optima urina in talem statum nullo pacto incidat, At quid de eis referat, audiamus. Vrina inquit crassior. Hæc quidā ita connectunt, ut post dictionē sopor supra dictā cœpit, urinę attribuant. Nam cum intercedat hoc inter soporem & urinam, utrilibet assignes licet: ut duplex sit lectio, una hæc, Sopor cœpit: altera hæc, Cœpit meiere crassiora. Etenim uerbo οὔρει, id est, meiebat, per indicatiuū quem uocāt modum prolato, adijciūt ν literam, ac scribunt οὐρεῖν cum ν id est, meiere, modo, ut uocāt, infinitiuo, ut uerbo D cœpit cōsentiat scriptura. Cæterū dictioni sopor, est uerisimilius uerbum cœpit adhærere, cum nūc inceperit primum: urina uero crassa usq; ab initio fuerat. Siquidē in narratione diei primi scriptum est his uerbis: Vrinæ crassæ erant & rubræ, depositæq; nō subsidebant. Quare cui probatur hunc dicere, nunc cœpisse urinas crassas esse, cū tales esse ab initio ad quintum usq; diem fuissent? Nam die quinto quidem mutatas tenues dicit factas. Deinde septimo die, eas fuisse cōmemorauit easdē. Recte igitur dixit undecimo die: Reddebat urinam crassiorem, conferens cum his illas quæ à quinto die hactenus tenues fuerant. Iam etiam subrubras eas fuisse ait, & infra quædam parua tenuia habuisse, quæ subsideret. Subintelligendū eñ est huic, infra, parua quædam tenuia habuisse quæ subsiderent. Quare uidenť ambiguisse hæ urinæ inter bonas & exitiosas. Porrò in fine quod dicit, bifariam legunt. Quidam ita: non subsidebat aliquantulū: adiungentes dictionem, aliquantulum, urinæ nō subsidenti. Alij sic: subsidebat: deinde iterum ab initio, aliquantulum mente constabat. quod propius uidetur ad sensum accedere, Nam aliquantulum, si sit prædictum subsidere urinam, solent sic Græci dicere. At nō subsidentibus raro id genus nomina adijciunt. Habes ergo quę undecimo die symptomata & signa acciderunt. Videamus iam, quæ de quartodecimo descripserit.

8 Quartodecimo die à febre erat liber, non sudauit, dormiuit, omnino mēte constabat, urinæ eædem.

Nequicquam uideatur adiectum, non sudauit: cui est simile, non illi profluxit sanguis, non uomuit, parotidas non habuit. Sed ut non multo ante dixit: Sub diem undecimum omnia illi uisa sunt esse remissa: qui cum dicere potuisset simpliciter, omnia sunt remissa, adiecit uisa sunt, quò illorum admoneret, quæ alibi scripsit: Iis, quæ non rite releuant, his nō est habenda fides. Ita etiam hic non dubitauit cumulum addere, nō sudauit: ut ob oculos proponeret, quàm sit anceps remssio morbi. Nam si, quæ postulabat res, quartodecimo die euenissent, conseruarant hominē. Itaq; quia non apparuerūt, hinc malignitatem nobis morbi subiecit. Quos quidem status ignorat uulgus medicorum, & gaudet si qua uideatur alleuatio, tametsi hæc ex signis prioribus proficiscatur & symptomatibus exitiosis: nescium, cum natura euocatur, & extinguitur insitus calor, tales solere status incidere: non secus ac partes quæ defluxione mala in tumorem assurgunt, ubi natura præ infirmitate haudquaquam attingit humoris concoctionem, qui excitauit tumorem. Nam cum generatur, inquit, pus dolores fiunt & febres, ꝙ natiuus calor humores tumoris autores immutet. Quare quando omnino hæc à concoquendo abstinet per imbecillitatem, nec laborant, nec febricitāt, nisi per parum. Ideo fit, ut in ijs qui suppurarunt excreto pure, pars sit in quam fluxio impegit, salua. At ubi suppuratio, & manifestus dolor, & febris abest, putrescit pars, ut nonnunquam eam cogamur solidam præcidere. Huic igiť non dissimile est quod his accidit, qui obscure & non legitime explicati sunt febre, præsentibus signis letalibus. In hoc casu fuisse Hermocratē uel sopor, qui hominem die undecimo arripuit, arguebat. Siquidē unà cum ardente febre, & succū habente mordacē acremq; adiūctum, si quis symptomate teneatur tardos & frigidos humores, atque non mordaces comitante, non esse incommodum ostendit profligatum, cum nihil acciderit decretorij, sed suffocari & extingui natiuum calorem. Sed hęc aliàs longius tractauimus. Quinetiam hic summatim satis sit dixisse de ijs, qui à febre in grauibus ægritudinibus non rite liberantur. Nam quo habere, cum signa præ-

præcesserint exitiosa, cōmodius uideant, hoc morbū habēt deteriorē. At uero Sabinus dixit, insidians morbus more feræ, aut hoīs scelerati (animantis eīm est ratione præditæ petere insidijs) nec opinantes adorirī, quos petiuit. Verū eiusmodi uerba nugas iure dixeris. Siquidē cū nihil q̄d ad sciētiā faciat afferant, nisi loquacitate obtundant, institutum se putant exēplo demonstrare, quod nulla ratione his, quibus quum confert, cōsentiat. Quare hos relinquamus, & ipsi iam, quæ instituimus, absoluamus. Mihi uero hic animū diligēter aduerte: ac caue mireris quī sæpe ego cū quempiā in malis dixissem esse, qui interim repēte haberet belle, adeo ut & lauaret, illuderer(que) nō à plebeijs tantum sed & à medicis quibusdā, in prædictione tamen constarē: Postea cum repeterer ille à morbo, qui uidebatur recte habere, moreretur(que), ex diuinandi habitus sim, non medica speculatione prædixisse, cum hæc præclari isti ipsi medici nusquā esse affirmauerunt literis mandata. Equidē unde mortem quibusdā in undecimū diem, aut salutē præsagiuerim, abunde scripsi de eiusmodi prædictionibus omnibus in cōmentarijs De iudicijs, et in libris etiam De diebus decretorijs: quorū est omniū princeps diuinus ille Hipp. Sed cætera in illis quos citaui modo libris, & uero etiam nonnullis alijs prosecutus sum. In presentia qui illos reuoluerint, his planam faciā propositā disputationē. Vndecimo die Hermocrates melior esse uisus est, quartodecimo semel liberatus. Constituto iam hoc & præcognito recidiuā fore, & periturū eum, diē septimūdecimū consentaneum erat ijs quæ die undecimo & quartodecimo euenerant, recidiuam attulisse. Nam morbi mutatio in dies incidit decretorios. Didicimus nanq(ue) in præsagijs & Aphorismis dierum quaternarios orbes in uigesimū, nō primum uigesimum incidere, atq(ue) idcirco undecimū quartidecimi esse indicē, decimū uero & septimū uigesimi. Ergo tū morbū rediisse die septimodecimo Hermocrati in primis est consonum, tum cōsecutam aliam esse mutationē uigesimo: Non tamen iam lectis Hippocratis scriptis, quæ die uigesimo mutatio futura esset, cōstat. In causa est, q(uod) uirium status nos lateat ægri, atq(ue) certissimū earum signū pulsus ipse præterierit. His enim simul perspectis, facillimum erat dicere uigesimóne die moriturus esset æger, an in spatium longius protrahēdus morbus: Ignoratis uero, obscurū. Itaq(ue) audiamus quæ de die septimodecimo, quæ item de uigesimo Hippocrates dicat.

9 Ad diem septimumdecimum redijt, in sequentibus diebus incaluit, febris erat acuta, urinæ tenues.

Alia symptomata sunt recidiuæ: at urinæ tenues morbum esse crudū significāt. Itaq(ue) ut non sint magnopere signa, quæ apparebant, exitiosa, fore incolumem hominē dicere nequeas, cōspiciens septimodecimo die eam urinarū cruditatē. Nam Hipp. ipse dixit in talibus, ut æger diuturnitatem morbi sustinere possit, esse periculum.

Galen.

A 10 Iterum uigesimo die est iudicatus, & à febre liberatus, non sudauit.

Quo die accedere febris debebat, si quidem natura omnino aggressa concoctionem humorum esset, aut tantum, ut ostēdit, urinæ tenues permansissent, eodem die febris perfecte cessasset. Neq(ue) enim septimodecimo accessit natiui caloris ratione, sed sola putredinis, succensis in modum febris humoribus. Itaq(ue) eorum feruor digestus, à febre hominem uindicauit. Sed quia exitialia symptomata manebant, ut postea dicit, Hermocratem clarum erat obiturum. Iam quòd in die quartodecimo, non sudauit, scripsit: in uigesimo item addidit, admonnes remissionis, quæ obscure aduenit. Nam q(uod) permanserint symptomata, extingui ægri naturam, ex his perspicias, quæ uigesimi diei subiūxit narrationi: quibus nūc animū adhibe.

B 11 Perpetuo à cibo abhorrebat, omninò mente constabat, loqui non ualebat, lingua inaruit, non sitiebat, obdormiscebat aliquā tisper sopore tentatus.

Hæc, quæ retulit, omnia sunt emorientis uitalis facultatis signa: ut, uerbi gratia, ciborum fastidiū, appetitū amissum significans: interim à uentriculi ore proficiscitur, ab aliqua humorū aliena qualitate affecto: interim ob ipsius facultatis extinctionē cuius erant in secūda ualetudine munera, indigentiā sentire, & quæ sunt se procuratura appetere. Eiusdem sunt munera, humidæ materiæ indigentiam & repletionē sentire. Vt ergo in his se habuit aperte Hippoc. declarauit hisce uerbis, Non sitiebat: & huic, perpetuo à cibo abhorrebat, subiūxit, mente cōstabat: illi, lingua inaruit, hoc, non sitiebat. Et mente cōstabat, ad cōmunem utriusq(ue) declarationē assumpsit. Non sitiebat uero, ad alterū. Cōmunis itaq(ue) declaratio hoc dicit, non sentiebat indigentiā uel siccę materiæ, uel humidæ: nō quin animaduerteret, sed quia extingueretur ipsius facultas. Huic uero lingua inaruit, adiecit, nō sitiebat, ut declararet nō humiditatis gratia non sitijsse hominem, ut quidam, qui humidū et frigidū succum aceruarunt: sed cū siticulosissima esset affectio, facultas eā tamen emoriens nō sentiebat. Nunquid uero sermōis defectus ex huius noxa eueniebat? Quare si symptomata illi hæc & uigesimo die, & per totam propè ęgritudinem inerant, febrem planum est calore emoriente natiuo hominē uigesimo die deseruisse. Huic assentitur etiā hoc, obdormiscebat aliquantisper sopore tentatus. Non eīm ut sani dormiebat, sed facultatis imbecillitate ultro cōniuebat, adeo ut apertos oculos nō ualeret tenere, nictabatq(ue), et parum dormiebat. Adiunxit enim uerbo obdormiscebat, aliquantisper, q(uod) hæc esset facultatis nota infirmæ, non somnorum naturalium. Quare est probabilius hominē alto sapore tentatū fuisse hoc tēpore propter facultatis imbecillitatē, & per primarij sensus instrumenti humiditatem. Proinde mireris, nō cur perierit Hermocrates, sed quî attingere diem uigesimūseptimum potuerit. Nam nō multo post uigesimū diem esse

consecuturã mortem, uerisimile erat. Vnde iuuenem liquet, & ualida fuisse natura. Quo factũ est, ut morbo resisteret, paulatim marcescẽs. Est enim coniectari ex omnibus, quæ homini acciderunt, quem uocant medici iuniores marcorẽ torridum fuisse. Atque ipsum die uigesimoseptimo peremit febris, quæ uigesimoquarto ex putredine humorum concitata erat, quam explicat proximo capite. Porrò operæpretium est indicare, quid hoc loco scripserit, Omnino mente cõstabat. Siquidem non omnino uidetur compos mentis fuisse, quando ipse Hippocrates illum in quinti diei narratione scripserit delirasse: et addiderit deinde in sexto, mente non constitit: mox, in septimodecimo delirauit. Quare quò alterutrum, aut his eum tantum diebus delirasse, reliquo tẽpore sui fuisse compotem significaret, scripsit, omnino mente cõstitisse, hoc est, ne paululum quidẽ desipuisse. Quod cur adscripserit, paulo ante exposui. Nam quãdo non sitiant, nec cibum appetãt quidam in morbis, uel propter deliriũ non sentiunt quæ patiuntur, aut propter extinctionẽ naturalis in uentriculo facultatis, si id ita delirium habeant, facultatem relinquetur eorum naturalem extingui.

12 Ad diẽ uigesimũquartũ incaluit, aluus lubrica cũ fluxione tenui & multa. Proximis diebus acuta febris, lingua torrida. Vigesimoseptimo defunctus est.

Hoc in ægro uigesimusquartus, unus ut ostendimus ex decretorijs circuitibus, uigesimus septimus longe hoc etiam magis portione quædam immutarunt. Namq; ut septimodecimo die repetitus uigesimo uisus est commodius habere, cum re uera non ita haberet, sed falsa specie illuso uulgo, quod calor insitus extingueret, à febre relinquebatur: ita uigesimoquarto cum febricitare ex residuorum humorum cœpisset putredine, & aluo inde deiecisset multa tenuia & uirulenta: uigesimo septimo perijt, quòd ipsa acuta esset & sicca febris. Vnde etiam est adusta lingua.

13 Hic ꝑpetuo obsurduit. Vrinæ aut crassæ, & rubentes, non subsidẽtes, aut tenues, decolores suspensiones habentes: gustare non poterat. π. ε. δ. κ. ζ. θ.

Declarato uigesimo die, subdidit quod nũc est dictum, gustare non poterat: quod idem significat ac fastidiosus cibi. Vrinas dixi à septimodecimo die ad uigesimum usque fuisse tenues. Prædixit autẽ, si quid meminimus, & de ijs, quæ rubentes suspẽsiones nec subsidentes habent. Atq; hic quidẽ retractatis omĩbus, simul ijs quæ demõstrauit, hoc innuit, aliàs aliam illum reddidisse urinã, at bonam haud ullam unquam. Iam etiam fuisse illi ægrotanti perpetuam surditatem, præteritam antea, recte hic adscripsit. Cæterum miror non de auruginosa perfusione quicquã meminisse, cuius par erat etiam mentionem facere. Itaque fortasse quasi apertum sit perpetuam fuisse, reticuit. Nam cum nec sudor Hermocrati euenisset, nec uacua-

A tio bilis uel per uentrem, uel urinas, uel uomitus consecuta fuisset: non poterat submoueri morb. regius. Vnde ex his collectis quæ dicta sunt, est perspicuũ mire fuisse iecur affectum principiũ uegetatricis & naturalis animæ, cuius ostendimus quatuor esse uirtutes, attractricẽ, retentricem, alteratricẽ, & expultricem, quæ suppeditant corporibus & nutrimentum & augmentum: & hac affecta mirum in modum appetitus perit, ut moricitius quàm gustare quicquam sustineant ægri.

14 De notis, quæ sunt adiectæ.

Vetustiora exemplaria initium habebant notarum ęgris adiunctarum à muliere apud Bitonem angina correpta, quæ septima ab initio descripta est. Et sanè qui ascriptas huic libro sunt interpreta-

B ti notas, ab illa omnes inceperunt, primis ægris dicentes eas nõ additas esse. Attamẽ in quibusdam quæ nunc in manibus uersantur nostris, etiam primis ægris offendimus notas esse adscriptas. Et uero etiã eas habet annexas Dioscoridis editio. Atque huic quidem Hermocrati primum est subscriptum π, in medio habens lineam, primam omnium notarũ, quas reperiri ascriptas diximus in omnibus ægris. deinde ε scriptum est. mox δ infra habens rectã lineã interpunctã uelut υ adscriptũ habere solet. sub hoc κ, & ζ. postea θ, ad hunc modum, π. ε. δ. κ. ζ. θ. Prima itaq; nota, ut ante, πιθανὸν, id est, uerisimile est, designat. Quemadmodũ extrema litera, quæ nunc υ, nunc θ est scripta: sanitatis υ, mortis signum θ est. Quæ hanc antecedit,

C dierum numerum, quibus aut perijt homo, aut omnino conualuit, denotat. Quæ interiacent, rationem qua hominẽ contigit aut seruari, aut interire. Nunc ergo quãdo ε cũ signato δ scripsit, ἐπισχεθέντων τῶν διαχωρημένων, id est, aluo compressa, uigesimoseptimo die probabile ait esse Hermocratẽ perijsse. Sunt ex interpretibus, qui quòd proflueret uigesimoquarto die uẽter, morte illum dicant affectũ esse, ac ex prædictionibus proferũt, quod habet hæc uerba: Surditas & urinæ prærubræ non subsidentes, & quibus suspensiones insunt, delirium portendunt. His si regius morbus accedat, malum est. Malum itẽ, si morbo regio superueniat fatuitas. His mutos contingit, ut sensum retineant, fieri: & aluus mea quidem sententia fluit:

D ut Hermippo, unde perijt. Hoc est illud ex prædictionibus caput, de quo, cum librum illum enarraremus, disputauimus. Hoc loco tantum sit satis dixisse, quò in memoriã reducam, quæ illic sumus interpretati, & in hoc libro hactenus. Nam Hermocratem quidem neq; per astrictam contigit aluum, neq; per solutã perire. Verum sunt hæc symptomata clara ipsius affectus. Sicuti cum excerneret antea torrida, quorum sequitur utrunq; iecinoris malum, ut ostendimus cum alijs in locis, tum in cõmentarijs De locis affectis. At perijsse potissimum hic iecinoris uidetur uitio, iam etiã quòd caput non commode haberet. Quinetiam hunc ægrum interpretantur absurdius, qui hac de re descriptũ duntaxat iactãt, quò uim examinaremus dierum decretoriorum, quasi uero non id sit in omnibus

mnibus obseruatum ægris. Quæ singulis seorsum inciderunt, pro affectibus, qui eos tentarent, exoriebantur.

15 Qui in Dealcis decumbebat horto.

Et hic adiectum quoque Sabinus hortum ait, qui etiam ad morbum faciebat homini excitandum: & scribit sic ad uerbum: Ideo forte hortum apposuit, hinc innuens morbo ansam extitisse. Neque uero est animal ad herbas edendas natum homo: ita que alieno uictu ueluti immutatus est. Hæc sunt, quæ ille scripsit. Ego, quando præter institutum meũ scribere aliquid in hisce commentarijs ab amicis sum adductus in absurdarum suggillationẽ interpretationum, faciam ut & hoc loco pauca eiusdem generis adiungam. Ac primum, non semper hominẽ dixit in Dealcis horto habitasse, sed decumbere tantummodo scripsit: qui dudũ, dum integra sanitate esset, potuit alibi cõmorari: morbo autem affectus accommodatius tabernaculũ requirens, id in Dealcis esse horto nactus. Deinde in horto diuersantẽ nihil est necesse oleribus, ut animal, quod nihil in esca præter herbas habet, semper uesci. Vt nec si prope eos habites, qui caprinam, uel ouillam uẽdunt, has esse quotidie, ueluti leones. Neque enim si lanistarum sis uicinus, statim multas carnes deuorare necesse habeas, quẽadmodum Athleta. Tertio iam, quum multa suppeditarent ad hortorum calumniandum aerem, totam hanc repudiauit partem, ad olera uero deflexit. Atqui & cloacarum poterat meminisse, ut quæ latrinas ferè in hortos repurgant, omnemque eius generis fœtorem: olerum item & arborũ halitum, fruticumque: ut brassicæ, nucis, & buxi. Nam manifesto uicinus aer ab horum inficitur consuetudine. Sed satis istas iam interpretationes confutaui: nunc ad utilia trãsibo, ac ad Hippocratis uerba me accommodabo.

16 Diu capitis conflictabatur grauitate, atque dextrum tempus dolebat, ex occasione igne est correptus, decubuit.

Ignem Hippocrates, ut ostendi iam sæpe ante, febrem appellat. Ad hæc quòd proprie magis, ut etiam omnes mortales solent, paruas causas uocare occasiones, ita appellet ipse quoque interdum, declaraui & hoc. Siquidem quædã sunt, quæ committere per se ipsæ morbũ nequeunt, quæ ad corpus si accesserint morbo opportunum, totius causam morbi existimantur sustinere: ut in proposito hic nobis ægro. Nam capitis diuturna grauitas, et temporis dextri dolor hominẽ iam ad morbum demonstrabat fuisse comparatum. Sanè rectè sibi consuluisset, si prius quàm de tenui externa causa ægrotaret, quæ esse ad morbum prodidit se accommodatũ, medico se ipse, qui occurrere impedenti ualuisset morbo, commisisset.

17 Secundo die modicum meri sanguinis de sinistro manabat.

Non per directum dextri temporis, de quo prędixit, ut dolore laborante, huic modicũ dixit pro fluxisse meri, sed ex sinistro. Merũ ubi de flaua aut A atra bile, aut uiridi dicatur, in aperto est, ut iam docui frequẽter, quid significet. Nã propriũ ubi colorẽ quisque humor, & formã retineat syncerã, ibi eum dicimus merũ edi. In sanguine uero mirũ nisi ẽ cõtrario dici ab eo merũ sit accipiendũ, ac si male dicat mistũ. Sanguinis aũt naturalis constat rubrum esse colorem. De colorẽ uero, non eum, cæterum uel nigriorem, uel insigniter rufum. Et quidem merum sanguinẽ solemus frequentius nigrũ appellare, qui simul est crassiore natura. Ergo fuisse prius huic ęgro, si quidem ualidis uiribus erat, mittendũ sanguinẽ liquet. Nam quod Hippocrates remediũ non prodidit, eadem erit quæstio tibi ac illa, quæ de primo est ægro scripta.

18 Aluus stercora recte deiecit.

B Hoc unum in morbi principio fuisse mediocre uidetur, cætera cuncta praua, quæ in proximo sunt capite scripta.

19 Vrinæ tenues, cũ alijs atque alijs suspensionibus minutim dispersis, perinde ac farina crassiore semen referente. Tertio die, febris acuta: deiectiones nigræ, tenues, spumosæ: quæ in retrimentis subsidebant, liuida erant: non nihil ueterno tentabatur, ægre desurgebat: in urinis quod residebat, liuidum erat, uiscosiusque.

Omnia fuisse hæc symptomata & signa praua, qui sunt memores eorũ quæ in præsagijs sunt prædicta, nõ ignorant. Iam in com. quoque in primum De C morbis uulgaribus librũ non pauca diximus.

20 Quarto uomuit biliosa, flaua, pauca, postea uirulenta: de sinistro aliquantum influxit meri sanguinis: aluus eadem, & item urinæ quoque: sudauit circa caput & clauiculam, lien intumuit, femur subiectum doluit, præcordia dextra molliuscule contendebantur, nocte non dormiuit, delirauit aliquantulum.

Sunt & hæc mala omĩa symptomata, quæ commemorauit, extra abscessum, qui in lienem & in sinistrum femur fieri uidebatur.

D 21 Quinto deiectiones pleniores, nigræ, spumosę, in his nigra subsidebant: nocte nihil dormiuit, delirauit.

Adhuc perniciosa sunt hæc omĩa: itaque sequentia attendamus.

22 Sexto die retrimenta nigra, pinguia, spumosa, uiscosa, uirulenta: dormiuit, mente melius constabat.

Ex his, dorminisse, & mente melius constasse, mitiora sunt: cætera praua.

23 Septimo, lingua arida, sitibũdus erat, non dormiuit, delirauit: urinę tenues, parũ boni coloris. Octauo retrimẽta nigra, pauca cõpacta: dormiuit, mentis fuit cõpos, nõ admodnm sitibundus erat.

Hactenus omnia illi symptomata in præcipiti fuisse uidentur. A

24 Nono riguit, febris acuta, sudauit, infriguit, delirauit, dexter oculus distortus erat, lingua arida, sitibundus erat, insomnis. Decimo eadẽ. Vndecimo omnino mente constabat, febre erat liber, sudauit, urinæ tenues, circa iudicium erant.

Apparet hunc uirum fuisse ualidis uiribus, ut quę cum grauissimo morbo luctantes resisterent. Itaq; cum nihil illi hactenus accidisset boni, uidetũ die nono rigore decretorio consecuto, & deinde, quod solet, febre acuta, à qua sudore, nõ continuo propter morbi magnitudinẽ febre explicatus, uerumtamen, cum eadem manerent (nam decimo, B inquit, eadẽ) undecimo statim fuisse à febre liberatus. Nã ꝙ delirauerit in nona, et dextro oculo strabo fuerit, res sunt quæ solent in iudicijs euenire. Neq; uero repẽte de illo uidetur nono die esse decretum, uerum in undecimũ diem esse extractum quo iam dicit, omnino mente constabat. Porrò adiunxit: Vrinæ tenues circa iudiciũ erant: ut fidem apud nos ne habeat, & putetur firmum, sed recidiuam expectemus breui. Nam quum alioqui, tum qua erat morbus magnitudine, in tali expectatione erat consentaneum esse.

25 Duos dies à febre integer intermisit, redijt quartodecimo, statim nocte nõ dormiuit, prorsus mente fallebatur. C

Confecto dimidio & infideli ad diem undecimum iudicio, duos illum dies ait intermisisse, hoc est, duodecimum & tertiumdecimum. Deinde repetijsse quartodecimo, ijsdemq; iterum cõflictatum symptomatibus.

26 Quintodecimo, urina turbata, cuiusmodi ex his, quæ subsederunt, fit, ubi agitãtur: febris acuta, prorsus delirauit, nõ dormiuit, genua & tibiæ dolebant, aluo subiectis balanis reddidit nigra stercora.

Recidiua iterum euasit acuta cũ de morbi magnitudine, quæ illi inerat à primo, tũ quia undecimo die, quo primũ fuit iudiciũ, haud adessent urinis coctionis signa. D Cæterũ genuũ quidẽ dolores & tibiarum, qui ad partes imas efficientes morbi uergere humores nunciant, in bonis certe erant. At balanis suppositis nigrorum stercorum exitus malus est propter colorem.

27 Sextodecimo urinæ tenues, inerãt nubilosæ suspensiones: delirauit

Et uero hæc etiam de integro incessentis illum acutæ febris & signa & symptomata sunt, siquid meminimus in præsagijs demonstratorum: nempe sexcenties dicere non oportet eadem.

28 Septimodecimo mane extremę partes infrigescebãt, cooperiebat, acuta febris, toto corpore sudauit, meliuscule habuit, melius sapiebat: nõ tamẽ febre liber, sitibundus uomuit biliosa, flaua, pauca: uenter stercora deiecit, paulo mox nigra, pauca, tenuia: urinæ tenues, coloris parum boni.

Rursus septimusdecimus dies sudorẽ attulisse uidetur, qui ualetudini nõ erat exacte profligãdę, propter humorũ cruditatẽ, ex quibus homo ægrotasse uidetur.

29 Octauodecimo mens illi labebat, sopore tenebatur. Vndeuigesimo in eodem erat statu.


Videtur homini nihil planẽ septimusdecimus dies magni adiumenti attulisse, nihilominus eius certe naturalis facultas cũ morbo certare uidetur, & fortasse uictoriam obtentura.

30 Vigesimo dormiuit, plane mente constabat, sudauit, liber erat à febre, non sitiebat. Primo uigesimo parum delirauit, non nihil sitiebat, hypochondrium dolebat, & ad umbilicum perpetua erat palpitatio. Vigesimoquarto urinæ habebant subsidentia, prorsus mentis erat compos. Vigesimoseptimo dextra coxa dolebat: urinæ tenues, in quibus subsidentia erant: cætero commodissime habebat. Ad uigesimumnonum dexter oculus dolebat, urinę tenues. Quadragesimo aluus pituitosa, alba, plenior: multum toto corpore sudauit, absolute est iudicatus.

Tertium quidem est hoc iudicium, ubi molita etiam per sudorum est in die decretorio excretionem natura soluere morbũ, ut & in prioribus, qui æque decretorij erant. Addidi aũt illud nulla alia de causa, ꝙ ut demõstrẽ autores præceptorũ, quæ in prædictionibus sunt falsa, labi, & longe lateq; ab sensu Hippocratis & præsagitione in ægris abesse, ideoq; logiatri sunt (eo enim nomine appellant uulgo docti ineptos in obeundis operibus) medici uero nõ sunt, qui ægris credentes, qui in libris Prædictionum sunt & Coacis descripti præsagijs, alia pro libito per hos confirmant, citantes quæ in libro Prædictionũ & Coacis præsagijs errata sunt: & generalia in Præsagijs & Aphorismis tradita præcepta, itemq; in libris Vulgariũ morborum negligunt. Nã quod in Prędictionibus, & Coacis præsagijs habetur ueri, hoc uniuersum (id quod ego in cõmentarijs in Prædictiones ostendi) ab Aphorismis, Præsagijs, & Vulgariũ morborũ libris, autores istorũ librorũ mutuauerũt, & in istos libros retulerunt. Lycũ uero miror, qui & ipse similis nequitiæ plenus, Quinto eã assignet, cui quidem non fuit uel unius anni cum Quinto cõsuetudo, cũ Satyrus & Fecianus, qui cũ eo diu uixerunt, nullã Quinto talem adscripserint interpretationem. Equidem hanc rem, cum utroq; sim pręceptore usus, habeo compertam.

GALENI IN TERTIVM HIPPOCRATIS LIBRVM DE MORBIS VVLGARIBVS commentarius secundus.

PROOEMIVM



NVLLVM ego librum unquã, nisi requisitus ab amicis, præcipue longam profectionem suscipientibus, scripsi, qui cõmentarium habere eorũ, quę à me acceperant, aut quæ ipsis in animantibus demonstraueram insecandis, atq; ægris, auebant. Quorum quidam euulgati, etiã probati alijs sunt, qui à me ipsi quoq;, ut artem medicam suis absoluerem omnibus numeris, contenderunt, eodem ut iam dedi quibusdam modo: id quod præstiti. Cum uero meminissem in omnibus me, quę conscripsi, Hippocratis semper interpretatum sententiam esse, simulq; dictiones citasse eius accommodatissimas quasq;, uisus sum mihi, si singula capita commẽtarijs explicarem à capite ad calcem omnium eius librorum, operæpretium non facturus. Verum quãdo & hos quidam ex amicis efflagitassent sibi, à germanissimis Hippocratis ac utilissimis ingressus sum, idẽ tenens in hisce libris propositũ, ac feceram in prioribus. Est autem hoc. Quæ perpetuo, aut sæpe in ægris spectantur, hæc literis sola mandare, citra ullam horum suggillationem, qui aut rara, aut nũquam uisa tradunt, & falsa omnino. Sic commentarios in librum De fracturis, & articulis: sic etiã in librum De ulceribus, & uulneribus capitis, & in Aphorismos, atq; Præsagia scripsi. Deinde cũ me ad preces conuertissem amicorum, commentarijs libri De uictus ratione in morbis acutis partem exposui primam ad balnearum usq; usum, quę quidem germanissima habetur. A qua secundam: nam & hæc multa uidetur ex sententia Hippocratis præcepta complecti. Deinde sum librum De humoribus succincte quidẽ & paucis diebus interpretatus, quòd discedere, qui ad eos me commẽtarios induxerat scribẽdos, properaret. Qui cum doctis placuissent (uulgati enim erant) inde usu uenit, ut non iam necessarij tãtum me mei, sed & alij medici, quibus familiariter utebar, ut Hippocratis interpretarer omnia scripta, frequentes adhortarentur. Et feci sane in librum τοῦ κατ' ἰητρεῖον, & in primum & secundum Morborum uulgarium. A quibus cum in tertium essem cõmentaria inchoaturus, forte quidam me obnixe, ut in Prædictiones tum scriberem, orarunt. Acciderat autem ut id contenderent, cum deambulantes in sermonẽ nos aliquando uenissemus de his, quæ in Præsagijs sunt & Aphorismis tradita. Nam hæc omnia multum ualere in ęgris demonstraui: Si uero, quę sunt in Prædictionum libro omnia scripta, quis acciperet pro generalibus, longe hunc lateq; erraturum. Huius etiam generis esse partem eorum plurimã quę in Coacis pręsagijs sunt prodita, demonstrabã, cõfusa cũ quibusdã, quę in Aphorismis dicta uel in Præsagijs sunt: cũ quibusdã itẽ, quæ in libris De uulgarib. morbis, quæ pfecto illorũ, quæ libri illi habẽt, uera sunt sola. Quæ reliqua sunt in Prædictionib. & Coacis præsagijs, erroribus sunt plena. Et quidẽ in librum secundũ & sextum De morbis uulgaribus irrepserunt quędam, ut etiam ad finem Aphorismorum: cætera omnia libri secundi & sexti Vulgariũ morborum, sunt Hippocratis magna ex parte in cõmentarijs reperta: partim uero eorum is, qui ea contraxit, adiecit. Erat ille Hippocratis filiorum clarissimus, Thessalus nomine, qui exacte sententiã est patris ęmulatus. In primum librum Vulgarium morborum & tertium, aut nihil, aut sane perpauca infarcta suspiceris. Cõmunia præcepta hisce libris sunt pauca scilicet mãdata: quod hic persequatur demum, quæ acciderunt aut omnibus in communi tempestatibus uulgaribus, aut cuiq; priuatim. Peractis iam cõmentarijs in secundum librum, tres interea forte scripsi, ab postulantibus inductus, quod dixi, commentarios in librum Prædictionum: quibus eius libri ostendi maximã partem falsam esse, multa pro uniuersalibus dicta esse, cum sint infrequẽtia, non pauca parum distributa, quæ requirant distinctiones. Et quò sermo sit apertior, adferam unum de ijs, quæ male quidam scripserunt in commentarijs & in prædictiones, & in ægros in libris Vulgarium morborũ. Scriptum quoddam est in Prædictionibus huiuscemodi caput: Febres ex præcordijs malæ sunt. Hic quidam huius libri interpretes subijciũt in libris Vulgariũ morborum descriptos ægros, hos solos proferẽtes, quibus defunctis Hippocrates in ægritudine præcordiorũ dicit accidisse contẽtionem, uel dolorem, uel palpitationẽ, uel siquid sit tale: prætereũt, qui de illis cõualuerũt. At uero Hippocrates tradidit in Præsagijs cum alia quæ ad morbos acutos referunt, tum de præcordijs, eo loco libri, cuius hoc est initium, Præcordia saluberrima sunt, si dolore uacent, si mollia & æquabilia sint dextra ac sinistra parte. Hoc totius dictionis, quæ quidem est prolixa, initium est, ubi de præcordijs Hippocrates docet. Qui uero simpliciter febres ex pręcordijs esse malas cõfirmat, necessarijs neglectis distinctionibus, quas in Præsagijs scripsit Hippocrates, mentitur aperte. Quippe longe erat uerius dicere, Febres à cerebro affecto malæ sunt: febres à mẽbranis quæ cerebrum continent, affectis malę: febres à pulmone affecto malę. Iam pręhis etiam, febres à corde affecto malæ: at febres quæ à præcordijs proficiscuntur (si proprie uocabulum præcordiorum accipiamus) præter omnes sunt febres acu-

tas leuissimæ. Sin minus proprie, & hac uoce uentrem complectamur, iecur, lienem, & septũ transuersum, quædam malæ, quædã etiam leues sunt: ut in libris explicauimus De locis affectis. Atque hoc tibi unum sit ex male in Prædictionibus scriptis exemplum, & interpretum, qui, uti modo dixi, libros inuicem, alterum per alterum enarrant, & sic in Prædictionibus interpretantur: Recte dixit, febres ex præcordijs sunt malæ. In libris enim de Vulgaribus morbis, ille & ille, qui ex præcordijs laborarent, interierunt. In ipsis Vulgariũ morborum libris, ubi ad eos ipsos accesserint, merito aiunt hunc ægrum perijsse. Nam proditum in uniuersum esse in Prædictionibus, febres ex præcordijs malæ sunt. Atqui si interpretandum in istum modum est, primum diuersum illi in Prædictionibus caput producas licet: Febres ex præcordijs sunt moderatæ. Deinde eos potes producere, qui in libris Vulgarium morborum superstites fuerũt læsis præcordijs. Hoc itaq; habes unum (ut dixi) malarum interpretationum exemplum. Alterum est mutuo implicatorum affectuum, quo quidem frequẽter uti autor Prædictionũ uidetur, id quod in commentarijs, quos in eas cõscripsi, aperui. Implicatos uoco affectus, in quibus multæ sunt affectæ partes. Nam potest idem homo non solum laborare ex thorace, sed etiam ex pulmone, & ex capite. His addas licet, & ex uentre & ex iecinore. Proinde siquando symptoma scribat, quod phrenitim denunciat, & mox illi aliud adiungat peripneumoniæ proprium, & iecinoris inflammationis, aut uentris, aut membri cuiusquã alius: deinde difficilius ab illis mortalibus cõparari dicat disciplinam, qui duobus aut tribus affligantur partibus, peruersam tradet doctrinam. Nam hic sermonis modus erit: Qui à primo soporãtur cum capitis, lumborum, præcordiorum, colli dolore uigilantes, sunt ne phrenitici? Nares his si stillent, dirum est: maxime si quarto ab initio die, uentris sit rubra proluuies. Iecinoris hoc symptoma est, & potest cũ prædictis existere: ut si lateris dolor uel peripneumonia sopore oppressos istos arripuisset, nõ eiusdem tamen est affectus insigne. Quòd si errata instituas, quæ in Prædictionibus sunt admissa, & eos qui illius præcepta libri, ægrosq; in libris Vulgarium morborum interpretantur uicissim alterum per alterum refellere, legas commentarios in Prædictiones. Equidẽ in primo & secundo libro ægros descriptos, citra ullã malorum interpretum confutationem ante exposui. Sed quia multi à me amici in paucis ęgris contenderunt, ut malos interpretes detegerẽ, necesse habui in tres duntaxat ægros integrũ cõmentarium conscribere superiorẽ. Nunc iã satius duco esse, eodẽ ut modo enarrẽ residuos, quo supra in primo Vulgariũ morborum libro enarrabam. Vereor enim, ut ne in alterũ incidã uitium, ut apud hos male audiam, quos magni commentarij longiq; offendunt.

1 In Thaso caput Philistes diu dolebat, & tandem ueterno aliquantũ arreptus decu-

A buit. Cũ uero pocula febrẽ cõtinuã excitassent, dolor nocte grauior esse cœpit, incaluit primũ. Primo die biliosa, pauca uomuit, flaua illa primũ, sed deinde uirulẽta, pluraq; aluo stercora excreuit: Noctẽ habuit molestã. Altero die surditas, acuta febris, dextra præcordia contenta sunt, ac intrò inclinabant: urinæ tenues, liquidæ, suspẽsiones habebant paruas genituræ adsimiles: Circa meridiẽ insaniuit. Tertio die grauiter se habuit. Quarto cõuulsiones, omia sunt irritata. Quinto summa luce defunctus est.

B Nequid sim longior, nõ aliter ac ad eos, qui memoria tenent quæ in Præsagia, Aphorismosq; interpretatus sum, & Prædictiones, præterea in primum & secundum Vulgarium morborũ librum, sermonem habebo. Vir hic cum non decumberet lecto, ægrotabat, capitis (quemadmodũ qui ante ipsum est descriptus) dolore. Verum non uulgare in hoc symptoma adiũxit, ueterno aliquantum tãdem correptum illum. In illo addidit morbi initiũ: huic ex maxima offensione ait accidisse. Nam capiti grauiter affecto, potio uini larga maxime officit: illum occasione incidisse dicit in ualetudinem. Proinde illi haud dudum censet læsum cerebrum fuisse, sed abundantiũ tantum in capite symptomata humorum esse. At Philistæ huic ipsum etiam caput in tempore in prauum deuenisse sta-

C tum. Cum huc iam noxa à potu accessisset, ita excitauit magnum atq; ualidũ morbum, ut quinto illum die raperet. Quæ hisce ait diebus symptomata Hippocrates extitisse, partim ad acutum pertinent morbum, ut si neq; cerebrũ sit offensum: partim ad cerebrum ipsum. Ac morbi acuti quidem sunt uomitus symptomata, qualitasq; urinarũ: Ipsius cerebri surditas, cõuulsio, insania. Quod uero est ab autore dictum, Dextra præcordia contenta sunt, ac intrò inclinabant: illud fit, ubi à septo transuerso uicinæ partes uelluntur. At ipsum tenditur septum transuersum, interim in lateris dolore ob inflammationis magnitudinem succingẽtis membranæ costas, interim ob originẽ neruorum ad se neruos, qui ad septũ transuersum pertinent,

D attrahentem per suam ipsius inflammationẽ. Sed nũc certe ueri est simillimum de his tribus, quod à neruorum illud contentione subtraheretur, altera præcordia retraxisse. Atqui ferè in ijs affectib. præcordia utraq; consident, nonnunquam altera tantum, ubi principij neruorũ pars altera grauius sit affecta, altera nihil, uel modice.

2 Cherionẽ, qui ægrotabat apud Demænetũ, ex potu ignis corripuit, mox est capitis dolorifica grauitas cõsecuta, nõ dormiebat, aluus turbata est excremẽtis biliosioribus. Tertio die acuta febris, capitis tremor, præcipue inferioris labri: paulo post rigor, cõuulsiões, planè desipuit: Nocte grauiter

labo-

A laborauit,non dormiuit. Quarto aliquãtisper quiete dormiuit,delirauit. Quinto cũ dolore cuncta grauiora fuerunt, nugabať: Noctem molestã habuit,non dormiuit. Sexto nihil est immutatũ. Septimo riguit, febris acuta,per totũ corpus sudauit, iudicatus est. Huic perpetuo erant deiectiones biliosæ,paucæ,meræq́;:urinę tenues, & boni coloris cũ nubibus nebulosis. Octauo die urina erat melioris coloris, in qua subsiderẽt candida, & pauca:mente constabat, febris intermisit. Nono repetijt. Ad diẽ quartumdecimũ febris acuta. B Sextodecimo biliosa uomuit, flaua plura. Septimodecimo riguit,febris acuta,febre est decretorie liberatus:urinæ ab recidiua & iudicio, boni coloris,& subsidẽtia habebãt, nec per recidiuã delirauit. Octauodecimo nõnihil tabescebat,aliquãtulũ sitiebat:urinæ tenues, suspẽsiones nebulosæ:paulũ delirauit. Circa undeuigesimũ febre carebat, collum dolebat,urinæ habebant subsidentia. planè uigesimo est iudicatus. π. χ. π. ου. κ. υ.

Videť homo ex abundantia maxime biliosi humoris ęgrotasse. Quòd si in ipso quæ de dieb. sunt decretorijs & urinis demõstrata examines, C offendes sibi eum cõstare, & rite eum die uigesimo esse semel à morbo liberatũ. Sunt tamen exẽplaria, quæ ad exitũ narrationis careant Vigesimo, cum spectatissima quæq; orationẽ sic scriptã habeant.

3 Euryanactis filiã uirginẽ ignis inuasit, hæc per totũ morbũ nihil sitiebat, nec quicquã sustinebat gustare, deiecit pauca:urinę paucæ,tenues, parũ boni coloris:incipiẽte uero febre secundũ sedẽ dolebat. Sexto die febre erat libera, non sudauit, iudicata est. Quod secundum sedẽ erat, aliquantũ suppurauit,& per iudicationẽ erupit. Ab iudicatione die septimo riguit, nonnihil incaluit, D sudauit. Octauo ab iudicatione aliquãtulum riguit, postea extremæ partes semper algebãt. Ad decimum diẽ à sudore,quẽ habuerat,delirauit, cõfestimq́; ad mentẽ redijt. Ferebant autẽ, ꝙ racemum gustasset, ita fuisse afflictã. At cum diem intermisisset duodecimum, iterum multum delirauit:aluus turbata fuit biliosis excremẽtis,paucis meris,tenuibus,mordacibus: crebro desidebat, die septimo ꝗ̃ postremũ delirasset, decessit. Huic ab initio morbi fauces dolebãt,semperq́; rubebãt,gurgulio retractus: destillationes multæ,paruæ,tenues, acres, tussijt concocta,nihil excreauit,quosuis cibos toto hoc tempore fastidiuit, neq; appetiuit quicquam,non sitijt, & proprie nihil bibebat,tacita erat,nihil loquebatur, mœsta,animum desponderat: erat autem natiua quædam tabes.

Vt percurrit,quæ huic ægræ ad mortẽ usq; acciderũt,morbi totius adiunxit causam, ex qua iure interijt. Nã à capite ait huic in pulmonẽ malas fuisse destillationes faucibus ac gurgulioni nocẽtes. Adiecit porrò sermoni-Erat aũt natiua quędã tabes-quod oportet meminisse, nec fidẽ habere sophistis,nullũ asserentibus esse affectum innatũ. Cæterum illud per se solum tã repente ipsam non sustolleret:sed quia cum hoc affectu extinctio cohærebat naturalis facultatis, quo celerius periret in causa fuit. Significatur hæc his uerbis-Hæc per totum morbũ nihil sitiebat,nec quicq; sustinebat gustare-De quorũ ego symptomatum uitio ante in priore libro uerba feci:atq; ipse Hippocrates iterum in fine narrationis suo more demonstrans, quæ ægrotis & mortis fuerint,& salutis causæ, adscripsit-Quosuis cibos toto hoc tempore fastidiuit,neq; appetiuit quicquã,non sitijt-summo significans odio illi cibos uenisse,ut ne desideriũ quidem ueniret cuiusquã,quo quidam, qui perdiderunt appetentiam,cũ subeant illa,quibus aliquando sint oblectati,teneně. Nonnullos enim in morbis fastidio occupatos cõspicimus,simulatq; quicquam gustarint,id auersari:quosdam uero ne gustatum quidem admittere. At hi tantum requirẽtibus ex se ecquid appetant, respondent certe edulia,quibus se recordãtur quondam gauisos esse. Sanè maximum tibi sit facultatis signum ciborum appetitricis semel emorientis, si parata hæc, quæ desiderare dicebant, ut gustarunt, culpent, nec etiam edãt. Qui tametsi habeant pessime, deteriore sunt tamen in loco qui nihil appetunt, extremam indicantes extinctionem naturalis uirtutis,qua cibum ac potũ appetimus. Quare muliere ob hęc mortua,exemplariorũ diuersitatẽ nihil est quòd respiciamus,& de diebus quæramus. Nam illi cũ nullum habeant ordinẽ, posteaquam mortẽ à capite destillatio attulit, & innata tabes, ideo simul discordiam exemplarium iuxta & iudicatu difficilem,& inanem arbitratus,prætermisi.

4 Illius, quæ angina laborabat, & apud Bitonẽ agebat,primum à lingua cœpit obscura esse uox,lingua rubẽs, desiccata erat. Primo die inhorruit,incaluit. Tertio rigor, febris acuta:tumor colli & pectoris ex utraque parte subruber,durus:extremitates frigidæ & liuidæ,spiritus sublimis,potus per nares effluebat,deuorare non ualebat,deiectiones & urinæ substiterunt. Quarto cuncta euaserunt grauiora. Quinto angina perijt. π. δ. ε. ε. θ.

Neq;

Neq; in exēplaribus reperit̃ omnibus hoc modo finis deſcriptus orationis, neq; ſcire interpretes huius libri uident̃ omnes. Sed etiā quidam ex his pro quinto ſcribunt ſeptimo, alij octauo. Capito uero haud ſcio qua re adductus -diem- & -angina- detraxit, atq; paulo ante ex hoc -Quarto cuncta euaſerūt grauiora- quarto detrahit, facitq; hūc totius dictionis exitū: -Aluus & urinæ ſubſtiterunt, cuncta euaſerunt grauiora, perijt- Ac de meliore quidē lectiōe inferius uidebimus. Prius (q̃d mihi præter cætera eſt in cōmentarijs propoſitū) quæ in muliere hac ſunt obſcurius dicta, exponemus. Mihi uero -ſpiritus ſublimis- nō uidetur clarū eſſe. Sabinus quidē ſcripſit de eo in hæc uerba: Sublimis aūt ſpiritus erat, hoc eſt, ſummis narib. reſpirabat, ꝙ ex arteriæ inflāmatione præcluſum eſſet uiæ ſpatiū, nec iā anima poſſet in pulmonem adduci. Eſt uero etiā ipſius obſcura oratio Sabini, ut aliū etiamnum interpretē quærat. Equidē illos eū puto ſignificare, reſpirare ſummis naribus, qui reſpirando narium pinnas mouent. Siquidē multos nos ægros ſic uidimus ſpirare, ut eas in expirādo contraherent, in inſpirando uero dilatarent. Quod quidē incidit his: qui ab angina ſuffocant̃, uel à peripneumonia, uel ſuppuratione: præterea qui infirma ſunt facultate. Verū iſtud queadmodū in ægris fiat, non eſt ꝙ nūc referamus: quo aūt in his pacto, qui propter anguſtiā ſpiritus organorū, hoc loco reddemus, ſimul iā cur ſublimē Hippocrates eum ſpiritum appellauerit, expoſiturus. Cernimus enim in his qui ſunt ita affecti, ſummū moueri ad operta ſcoptula uſq; thoracē: quā nunc probabile eſt reſpirationē ſublimē dici, quæ nō in angina modo, uerumetiā in peripneumonia, et in ſuppuratorū, quos uocāt, fit affectibus. Quæ quidē etiam citra febrem accidit his, qui proprie uocant̃ orthopnoici, & aſthmatici. Nam à talibus euentis utrunq; affectus hic nomē eſt ſortitus, aſthma quidē, id eſt, anhelationē, propter citam reſpirationē, quā etiā qui uelociter currunt, habent. Et orthopnœam, ꝙ ſe, quia cū decumbunt, ſuffocantur, erigunt. Sunt qui cogant̃ planē exurgere. Iam in Præſagijs quoq; ſcriptum ad uerbū ſic eſt: Anginæ autem grauiſſimæ ſunt, ſubitoq; perimunt, quæ nihil in faucibus ſigni edunt, neq; in ceruice, ſed multū præbent laboris, & orthopnœam. Itaq; eadē cauſa tū orthopnœā inducit affectibus ſtrangulantibus, & quem modo uocabat ſublimē ſpiritum. Nā integra cōſtante ſanitate, ubi nobis omnes quieſcunt uoluntariæ actiones, ſolis thoracis, quæ ad ſeptū trāſuerſum ſunt, partib. ſpiramus, ut in cōmentarijs oſtendimus De reſpirationis cauſis. Sin ampliorem ſpirationē requiramus, etiam partes infernis uicinas mouemus. Vbi plurima indigeamus, tum partes etiā ad operta ſcoptula agitamus, totius thoracis ualida opera utentes. Sed hoc nobis fit ſanis, ubi uelociter currim⁹, aut quocunq; modo ualide mouemur, quòd multo ſpiritu opus ſit attracto. In peripneumonijs uero & ſuppuratorū uitijs aut malis, et orthopnoicis cum febribus, ob ſpiritus anguſtiam organorum tantę

A aeris non capacium molis, quanta eſt animāti ex uſu. Defectus igitur reſpiratiōis in periculum adducit ſuffocationis. Itaq; compellunt̃ ut cōtinue, omniq; thorace peragant reſpirationem. At in angina receptacula in pulmone ſpiritus, quib. reſpiramus, recluſa ſunt, & pura: ſed quòd inflāmatione gutturis muſculi teneātur, conſtringitur externi aeris, quē ſpiritu attrahimus, primus ingreſſus. Quo fit, ut uel hic alia illa quidem de cauſa, ſed æque tamen uſui reſpirationis non reſpondeatur, ut in ſuſpirioſis, ſuppuratis, & peripneumonia affectis fiebat. Itaq; contendunt, qui ſuffocant̃, exurgere, & toto thorace externum aerē magna ui attrahere. Atq; idcirco in his cenſeas, qui angina laborāt, ſublimem appellatum ſpiritum eſſe. Poteſt

B etiam, quod ſe ipſi illi uolunt ſubrigere, ita uocitatus eſſe, ut idem ſublimis ſpiritus ſignificet, ac orthopnœa in Præſagijs. Porrò in hiſtoria mulieris angina detentæ, quæ in ſermone nobis eſt propoſita, ſcriptum eſt, potum etiā in nares reſilijſſe: q̃d uſu uenit his, qui eum deglutire nequeunt, uel ob gulę tranſitum reſtrictiorem, uel ob ipſius internitionē reſolutionemq;: quorum eſt utrunq; præcipue exitioſum, ut etiā quod antea eſt ab eo ſic in tertio die ſcriptū. Extremitates frigidæ & liuidæ. Nam cum prædixiſſet, Tertio die, ſubdidit, rigor, febris acuta: Extremitates frigidę & liuidæ. Nam natiui caloris ſignū eſt internitiōis extinctionisq; frigus extremarum partium, & liuor in acutis febribus. Atq; hinc etiā factum eſt, ut huic ægrę de-

C iectiones & urinæ ſuppreſſę ſint, quod iam omes fatiſcerent functiones. Quo eſt uerisimilius nec ſeptimo mulierē, nec nono die expiraſſe. neq; enim tātum ſpatij perdurare poterat tertio iam die ſymptomata habens & notas naturæ emorientis. Et Hippocrates, qui in tam acutis morbis ſolet, quæ unoquoq; acciderent die, perſequi, nō committeret ut tacitus diem quintum, & ſextum pręteriret. Quando igitur abſoluto de tertio die ſermone, quartum cōmemorat ſolum, omnia euaſiſſe tum dicens grauiora, multo iam eſt clarius, nō ualuiſſe ad ſeptimum uel octauum diem uitā mulierem ducere. Nam nouas quidem cōuerſiones, quæ raro incidunt propter robur naturæ, cum ipſi nō raro uidimus, tum uero in narrandis ægris ſcripſit

D Hippocrates: ſimulq; id hoc demōſtrat et indicat, commodius habuiſſe ægram. Nunc quādo tertio die unà cum acuta febre extremæ partes algerent liueſcerentq;, & urina ſupprimeretur, ut non ſubiungeret: -Quarto die omnia euaſerūt grauiora- omino erat die quinto peritura. Quod ille cum adſcripſerit, etiam affirmes ſecurius, ita affectam ſextum diem uiuam nō attigiſſe, multoq; etiamnum potuiſſe minus ſeptimum uel octauum. Vnde iure mireris, qua ratione adſcripſerit ita ille, qui primus huius fuit rei autor, notas, ut indicēt octauo illam die defunctam. Quo etiā magis, quī Zeno Herophileus uir nequaq; obſcurus, aſcriptas expones notas in tertio libro Morborū uulgarium, etiam ipſe octauo die dicat hāc angina affectā periſſe, idq; huiuſcemodi notis indicari: ϖ, ᵭ, ε, ϰ, ϑ.

Harum

Harum notarum prima πιθανὸν, id est, probabile A significat, quæ per π literam scribitur, mediã habentem lineam rectã ex utraq; parte aliorum parallelorum, quomodo quidam nongentesimum numerum scribūt. Et semper in omnibus id ægris denotat præposita omnibus sequentibus notis. Quæ harum est postrema, hoc loco mortē significat, quam litera θ denotat: in alijs ægris sanitatem, quā demonstrat litera υ. Penultima nota semper dierum numerum, quibus propositus ubiq; æger in sermone laborauit, significat. Quæ uero inter hanc interiacent & omniū primã, declarant, cur sit confirmatus, uel perierit homo, causam. Vt in hac quæ laborabat angina, duæ sunt notæ, altera primã omnium sequens, cuius medium recta secat linea π. Ab hac alia atq; alia. Igit quæ omniū B primæ succedit, cuius secatur medium, elemētum est δ, à cuius oritur media deorsum tendente linea, alia recta linea deorsum ducta, sicut ι scribimus. Sequens est literæ ε nota. Atq; ex his indicari Zeno ἐπίσχεσιν τῶν διαχωρημάτων, id est, aluum inhibitam tradit, δι infra rectam lineam interpunctã habente, omnia διαχωρούμενα, id est, excremēta significante. Etenim sudoris ipsum etiã, nedū urinarum, aut deiectionū esse signum affirmat. ε uero ἐποχὴν siue ἐπίσχεσιν, id est, suppressionem, utro libeat modo appellare, ut signorum sit hæc tota sentētia: Verisimile est deiectionibus suppressis octauo die obijsse mulierem angina laborantē. Quare, ut dixi, miror, cū fideliora exemplaria quintum diē habeāt, huic lectioni etiam litera ipsa ε consentiēte, ut ostendi paulo ante, ipsum Ze- C nonem tamen octauum diem scire scriptum: eos uero qui in illum disputant, hac de re nihil meminisse: at de notis illum reprehendere, quod secundã literam nō scripserit, & fecerit signatū δι, cum scriptura nō ita habeat in tertio libro Vulgarium morborum: cæterū post primam notam ϛ scriptū, ut illi autumant. Hic residuus iam sese longus mihi sermo offert, Putaueris em̄ reuera has notas ægris Hippocratē subtexuisse: siquidem aduersarij Zenonis ϛ esse asserunt, nō deorsum signatum δι scriptum. Verū si aduersariorum Zenonis libros legas, nec Hippocratis esse dicentiū has notas, & librum quēdam extare Ptolemæi cognomine Euergetis, habentem suppositas illas à medico quo- D dam Pamphilo, genere ex ciuitate Indica oriundo, de secta Cleophãtia: audias præterea causam, qua adductus libro has notas inseruit Mnemon: uideantur haudquaquam sibi constare, qui Zenonem confutant, nec esse Hippocratis, nec esse sic illas notas scriptas, ut ille exposuit. Mihi uero quę sunt hactenus dicta uana uidentur esse, nihilq; ad ferre lectoribus ad artis opera utilitatis, quò properare, qui hãc meditatur, debet. Verū quia cum essent adscriptæ, uisum est amicis, quibus morem gerens quibusdã locis primi libri reprehendi malos interpretes ægrorum, ut uno certe huius libri loco aliquid de hisce notis adferrem, induxi animum ut facerem: tametsi non ignorem, quod semper dico, scriptos à iunioribus medicis commentarios cū tēpus nostrum corrumpere, tū nihil docere, quod intersit medicinæ: propter quos ego singulas separatim medicas lucubrationes feci. Quas uero aduersus sophistas scripsi, quãdo has etiã ex usu iuuenib. esse animaduerto, qui ab istis peruertūtur, eas itē priuatim singulas, ut sicui suppeditet tēpus abunde, ut & has reuoluat, contra sophistas nō secus ac hostes sit succinctus. Sic igitur nūc quoq;, tametsi res sit inutilis ad probe medicinã exercendã, quod ad has notas pertinet, nō pigebit tamē totum percurrere, quandoquidē ita est amicis uisum. Sane enim puderet me, si ad eas me deflexissem nugas, nisi antea ego, quæ referūt ad artē medicã, multis uoluminibus oĩa pertractassem, itaq; tandē ad Hippocratis descendissem enarrãdos libros, in quibus artis discipuli nihil ad discere noui ualent, extra illa quæ clare & fuse exposui in lucubrationibus medicis, ut uel ad intelligendum hebetes sermonē queant assequi: sed historiæ cognitionem obtinebūt cuius gratia multi mortales interdum suscipiunt quosdã, qui artes aliquas tractant, homines qui multa legerunt retinueruntq;, statim artis etiã ducentes præcepta tenere. Nunc itaq; omnē de notis historiã exponã: quãdoquidē hoc amici pariterq; familiares semel hic fieri statuerūt oportere. Hæc itaq; quæ sum dicturus, tradita à Zeuxide sunt primo in hūc librū cōmentario. Et quidem pręstiterit fortassis, quod ego facere in talibus solebam, qui hãc cupiunt historiã cognoscere, ad illum librum eos remittere. Sed quoniam Zeuxidis cōmentarij non iam per inde grati, sunt infrequentes, ideo me uoluerunt ea recēsere, initio eius ab ipso Mnemone sumpto. Quidam enim eum aiunt, cum legendi gratia tertium accepisset Vulgarium morborum librū ex magna illa Alexãdrię bibliotheca, restituisse adulterinis adscriptis simili atramento & literis hisce notis. Sunt qui ex Pamphilia eum affirment deportasse, ac tãto fuisse regem Aegypti erga libros studio Ptolemæum, ut omnium appellentium ad se libros deferri iuberet, quos relatos in nouas chartas dominis descriptos daret, à quibus in portum inuectis ad se allati libri essent: allatos uero in bibliothecas reponeret, atq; inscriptiones erant, Ex nauibus acceptorum. Inter eos esse ferunt repertum tertium librum Vulgarium morborū, titulo insignitum, sub correctore Mnemone Sidita. Quidã nō esse inscriptum sub correctore aiūt, sed solum nomen Mnemonis: quia & aliorum etiam omnium, qui cum libris appellebãt, regij ministri nomine reponendos in apothecas libros insigniuerunt. Neque enim continuo eos in bibliothecas asportasse, sed prius in certis ædibus cumulatim deponere. Nam tanti studij ad ueterum libros comparandos Ptolemęi illius, magnum esse argumentum referunt, rationem quam habebat cum Atheniēsibus: qui quindecim pigneratis argenti talentis, Sophoclis ab eis accepit, & Euripidis, Aeschyliq; libros, ut eos tantum describeret,

&

& mox sartos tectos restitueret: magnifice quum apparauisset eos in pulcherrimis mēbranis, quos ab Atheniensibus acceperat, retinuit: illis misit, quos ipse instruxerat, orās quindecim talenta tenerent, acciperentq́ʒ, quòd ueteres libros nouis commutasset. Quòd si Atheniensibus ne nouos quidem remisisset libros, sed ueteres retinuisset, non erat quòd ægre ferrent, qui argentum hac lege acceperant, ut hoc ipsi seruarent, si ille retineret libros. Itaq́ʒ illi simul & nouis libris, & argento sunt potiti. Quare Mnemō, siue ipse librum attulerit, siue ex bibliotheca accepto adscripserit, quæstus uidetur gratia fecisse. Nam solum dicebat tenere se, quid notæ illæ interpretarentur: ita mercede eas exponebat. Quod si est, probabilius est librum in bibliotheca repositum, esse ab eo adornatum. Siquidem multo erat expositio eius fidem habitura maiorē, si regia haberet bibliotheca notas. Nam librum si domo deferret, suspectus erat. Nec uero scriptas dubitarem ab Heraclide tum Tarentino, tum Erythræo demonstrationes adulterinas esse notas, commemorare, ni prudentibus existimarem hoc pro comperto esse, & festinarem ab hac loquacitate pedē referre. Quare ad utile redeo, cuius causa horum ægrorum historiā reuoluimus. Nam ideo putare mulierē esse defunctā, quòd suppressa excrementa essent, ridiculum sit. Neq́ʒ enim ob excrementa perijt illa inhibita, cæterum propterea illi contigit consistere excrementa, quòd naturales functiones extinguerent. Neq́ʒ uero quia frigidæ erant & liuidæ tertio die partes extremæ, ideo obijt: sed quòd moreret, factum est, ut & illæ emorerentur. Et ipse autē Hippocrates quasi uaticinatus adscripsit in exitu narratiōis, -angina perijt- tametsi statim initio prędixerat -Illi quæ angina laborabat, & apud Bitonē agebat- Sed additio ad finem illa, hoc demōstrat- Perijt mulier hæc angina - Atque ita in Præsagijs scripsit de exitiosis anginis Hippocrates. Nam hę primo die suffocāt statim, & altero, & tertio. Quare propositam hic nobis mulierē oportebat ea de re tertio die obijsse, cum extremæ partes liuidę ac frigidæ essent, excremētaq́ʒ supprimerentur. Vnde uiribus conijcias ualidis fuisse, itaque attigisse quintum diem. Nam ut octauum, non potuit fieri. Sed de his satis. Quòd si cogites, siue ipse Hippocrates susceperit mulierem hanc procurandā, siue inuiserit unà cum medico eius, si nihil aliud, paruum cataplasma certe imponeret, aut diaclysma præberet illi. Probabile autē est eum reliquisse recensenda cū alia remedia ægris adhibita, tum sanguinis missionem: solum uero clysterem & balanum subditum, non primariò, uerum obiter scripsisse. Nam cum urinas recēseret, & uomitiones, & deiectiones: adiungeret præterea earum suppressionem, unde nihil æger excernebat per se: in his scripsit obiter simul cū excrementorum qualitate, balani usum & clysteris.

Quid quæq́ʒ nota significet.

Equidem omnino statueram ab hac importu-

A na de notis loquacitate me referre: sed quia integram multi familiares disputationem hanc quærunt, egoq́ʒ bonam iam nunc partem exegi nugarum, faciam ut quod superest adiungam. Atque cōstitueram, quemadmodum quæ nihil ad artem faciunt, separatim solebam scribere, sic his librum dicare, ac separatim commētari, abductum ab alijs, ut siqui uelint etiā in huiusmodi esse curiosi, habeant quibus nugis inanibus uacent. At quia iam longe processisse uideo secūdum hunc commentarium, & satis esse longum, ut reliquos nequeam ægros etiam hic exponere, ac pestilentem statum ordine hos sequentem coniungere: neq́ʒ uero dissecare mihi certum est tēpestatis expositionem, ut partem eius in hoc peragam commen-

B tario, quod residuum est, in proximo, ideo disputationem de notis hoc libro perficiā, ut præcidam hunc nugarum aceruum. Si enim quæ attulerunt, qui scripserunt de his notis, hæc inquirere uelim, & quæ recte sunt & secus dicta disceptare, non uno mihi libro ad hāc rem opus sit. Præcedit ergo, quod dixi, omnes, quę per medium habet lineam πι, denotans semper πιθανόν, id est, uerisimile. Postremo uero loco aut υ uidetur litera scripta esse, aut θ. hæc θάνατον, id est, mortem: illa ὑγείαν, id est sanitatem significans. Ante has dierum est, quibus ægrotauit, uel perijt æger, numerus. At quæ inter has intercedunt notæ, omnes quidem sunt expressæ per literas, quæ uocabuli elementa significant, excepto deorsum signato δ. At quā

C horum quodq́ʒ habeat significationem, demonstrabo. Igitur memoria tenendum nobis est notas, quæ ultimam præcedunt (à qua mortem diximus, aut sanitatem demonstrari) numerū dierum denotare, de cæteris quæ inter has & principium scriptæ sunt, orationem instituam: α, ἀφθορὰν siue ἀπώλειαν. i. interitum seu internitionem: γ, γόνον. i. semē, uel γονοειδὲς οὖρον. i. semini assimilem urinam: δ, uero habens rectam lineam interpunctā, qualis est infrascripta hoc modo scriptum, δι, διαχωρούμενα. i. excreta per sudorem, & alui fluxum, et habitus digestionē, et uno uerbo uacuationem quamcunq́ʒ: ε, ἐποχὴν, hoc est suppressionem, ἕδραν, hoc est sedem: ζ, ζήτημα. i. quæstionem: θ, θάνατον. i. mortem, ut est antedictum: ι, ἱδρῶτα. i.

D sudorem: κ, κρίσιν. i. iudicium, uel κοιλιακὴν διάθεσιν. i. uentriculi affectum: μ, μανίαν. i. furorē, uel μήτραν. i. uterum: ν, νεότητα. i. iuuentutem, & νέκρωσιν. i. internitionem: ξ, ξανθὴν χολὴν. i. flauam bilem, & ξένον quoddam. i. nouum, & σπάνιον. i. rarum, & ξυσμὸν. i. strigmentum, & ξηρότητα id est siccitatem: ο, ὀδύνην. i. dolorem, uel οὖρον. i. urinam. Quidam uero uolunt, ubi impositum sibi υ habeat, eo nimirum modo scriptum, quo uocem οὕτως scribere consueuerunt, tunc urinam significare: π, πλῆθος. i. abundantiam, uel πτύελον. i. sputum, uel πῦρ. i. ignem, uel πυρετὸν, id est febrem, uel πνεύμονος πάθος. i. pulmonis uitium: π, uero in medio habens ι, hoc modo πι, πιθανὸν. i. probabile (ut supradiximus) significare: ρ, ῥύσιν. i. flu-

xionem, uel ῥῖγος, id est, rigorē: σ, σπασμὸν, id est, conuulsionem, uel στομάχου πάθος. i. stomachi affectū, uel στόματος κάκωσιν. i. oris malū: τ, τόκον. i. partum: υ, ὑγείαν. i. sanitatē, uel ὑποχόνδριον. i. præcordia: φ, φρενῖτιν. i. insaniam, φθίσιν. i. tabem: χ, χολὴν, id est, bilem, uel χολώδης. i. biliosum: ψ, ψῦξιν. i. frigus: ω, ὠμότητα. i. cruditatem.

5 Adolescentulum, qui in mendacium foro decumbebat, corripuit ignis ex lassitudinibus, laboribus, & cursibus insolitis. Primo die turbata aluus erat biliosis, multis, tenuibus'q;: Vrinæ tenues, subnigræ: nō dormiuit, sitibundus. Altero die omnia ingrauescebant: deiectiones plures, intempestiuiores: non dormiuit, mente cōmotus, aliquantū sudauit. Tertio grauiter se habuit, sitibundus, fastidiosus, multum se iactauit, perplexus erat, delirauit: extremæ partes liuidæ, & frigidæ: præcordiorū utrinq; submollis cōtentio. Quarto non dormiuit, malum crescebat. Septimo obijt. Annū ætatis circiter uigesimū agebat. Acutum π . ξ . ζ . θ.

Cœpisse huic morbū dicit ex lassitudinibus comitibus insolitarum exercitationū. Scimus enim labores illum nominare exercitationes: sicut lassitudines, corporis affectus, in quibus si parum modo moueantur, tentionis sensus, uel ulcerosus illi fit. At laboribus quia cursus adiunxit, superfluo labores adscripsisse uidetur. Cōtinentur enim, ut genus in specie, in cursibus. Vnde quidā pro πόνων, id est, laboribus, πότων, id est potibus scripserunt, conuerso primo ν secundæ syllabæ in τ. Reliqua narratio tota eorum, quæ inciderunt adolescentulo, exemplum sunt acuti morbi in ætatē maxime iuuenū cadentis. Alia igitur symptomata, morbi sunt acuti. Sed unde periculū præsagias, uel mortem? Primo quidem die relatæ sunt nigræ urinæ. Secundo die, parū sudauit. Tertio multū se iactauit: at omnibus diebus, nihil planè dormiuit. Atq; hæc quidem periculosa sunt. Extremæ uero partes tertio die liuidæ & frigidæ in acuto morbo letales sunt, atq; adeo hac ætate: fiunt enim uel ex nimia inflammationis intestinorū magnitudine, uel natiuo intereunte calore. At enim de præcordiorū cōtentione submolli iam ante diximus, tensionem citra tumorē Hippocratē innuere ista dictione. Ostendit autē ea cōtentio nullum de externis corporibus, qui musculi sunt abdominis, inflāmatione obsideri: uerū aut septū transuersum, aut iecur, aut lienē. Nā periculosa inter cætera hæc sunt. Mortis uero apertū signū est, extremarū partium liuor & frigus, quæ tertio die in morbo acuto, & ætatis uigesimo anno accidunt. Quod sanè fuit in causa ut ad septimū uiueret adolescens. Potuit etiam alia de causa, ꝙ ualidis esset uiribus, non propter solam ætatē. Itaq; ex huius ægri historia, qui capi fructus potest, hic est. Nam inuestigare, qua in ciuitate uocetur aliquis mendax locus, ut Athe-

A nis Astutorū forū est appellatum, & quæ id genus in singulis ægris alia quidam interpretes scripserunt, si quid in ijs sit, quod ad artis opera faceret, non prætermitterē. Acutū hoc inter præcedentē & proximum inferiorē est scriptum, quod possit attribui utriq;, ꝙ uterq; uideatur acute ægrotasse. Verum quia in superiore ægra, quæ angina laborabat, est adiectum, angina, certis'q; alijs ęgris eius generis quiddam ad exitum narrationis est adscriptum, quò historiæ utilitas sit conspicua, probabilius est priori ægro acutum esse subditum. Potuit etiam, qui notas adiecit, item hoc addidisse. Nos paulo mox in ægro ordine decimo de eiuscemodi additis scripturis plene agemus.

De notis prædicto ægro adiectis.

B Quia consultius puto esse in tertium cōmentarium reseruare tempestatē pestilentē, subtexam nonnulla prædictis, quæ in controuersia apud medicos sunt de ascriptis signis huius adolescentis historiæ septimo die defuncti. Zeno nanq; has ascripsit notas. Præ omnibus π per mediū lineā rectā habens, quod πιθανὸν. i. uerisimile semper significare docuimus. Secundū ξ, tertiū deinde ζ, quartum θ hoc pacto π, ξ, ζ, θ. Igitur ζ septimū diem ait denotare θ θάνατον. i. mortē. Sed hæc sunt in omnibus cōmunia: ξ uero ξένον. i. nouum uult indicare. Nouum fuisse adolescēti ait in narrationis initio, ex lassitudinibus & cursibus insuetis eum incidisse in morbum. Atq; in Zenonis de signo quod significat πιθανὸν. i. uerisimile, dissensiones, quando-

C quidē omnibus sunt cōmunes ægris, paulo post, si uisum mihi erit, apponam. Prius quæstiones de hoc ægro priuatim iactatas uideamus, quòd de re ille medica mouisse cōtrouersiam uideatur. Nam cum conscripsisset Zeno, ut antea memini, de notis non paruum uolumen, ac alterū illo maius aduersus eū empiricus Apollonius, ac rursus Zeno eidem respondisset: Apollonius cognomento Cyclas, postea & ipse scripsit defuncto iam Zenone de notis librum, non subiectas solum culpans, sed corollariū addidit, quo insectatur Zenonē. Nam ita instituit reprehensionem, ut contra illum, qui quæ recte sint à Mnemone concinnatæ, non ualeret interpretari, sed ubi probabili deficeretur ratione, notas, quò cōmodius exponeret, cōuertis-

D set. Neq; librum in regia bibliotheca inuentum, neq; illū ex nauibus, nec quem edidit Bacchius, habere ad eū modū notas, ut in hoc scripsit adolescente Zeno, affirmans. Enimuero in hanc miror importunitatē potuisse Tarentinū Heraclidē impelli, & quidem in perpetuū studentē interpretationes ad utilitatem referre. Hic uero contendere magis cum Zenone uidetur, ꝙ spectare utilitatē. Exponit enim notas, ac si duo ζ ante ultimum θ scripta sint: & alterū, quod prope θ est, septimum diem indicare ait: alterum, quod huic (ζ dico) præpositum est, significare ζητητέον εἶναι, id est, quærendum esse cur septimo die interierit, cum accessiones haberet diebus paribus. Nam erat probabile, ut ipse dicit Hippocrates, morbi iudicium diebus accessionum fuisse. Nam quorum, inquit, diebus

paribus fiunt acceſſiones, horum fiunt etiam iudicia diebus paribus. Quorum uero in imparibus, horũ item imparibus diebus iudicium. Nam continetur & mors in iudicij cõmuni ſignificatione. Atq; de notis ſic ſtatuit Tarentinus. Attendamus iam ecquid adferat præclari. Nam ꝙ mors ferè in dies acceſſionum incidat, rarumq; ſit diuerſum exemplum, fatendum eſt, & cõcedendum uerũ eſſe Tarentino. Non uidet̃ habuiſſe hic tamen diebus paribus acceſſiones, Quippe primo die Hippocrates, quæ initio morbi acciderũt, deſcripſit. Sub hunc, inquit, omnia ingraueſcebant, propter morbi, qui acute mouebatur, incrementum. Itaq; tertio die adhuc magis intentum morbũ indicat eſſe. Nam cum in ſecundo die prædixiſſet-non dormiuit, mente cõmotus erat-tertium diem exponens ſcripſit primũ grauiter ſe habuit-quod primo die non ſcripſerat: ab hoc-ſitibundus-deinde-faſtidioſus-mox-multum ſe iactabat-poſtea-perplexus erat-Quorũ uel unum, ſi tertius dies haberet, poſſet ipſum ſecundo peiorem oſtendere. Nam una nocte non quieſcere, mentiſq; turbatio, aſſidue in acutos morbos citra inſigne diſcrimẽ incidere cernuntur. At quæ ſunt de tertio die ſcripta, fuerunt periculoſa uniuerſa. Præterea tertium ideo ſecundo peiorem eſſe dicit, quod ſecũdo die ſcripſerat, mente cõmotus erat: tertio die, cum alia ſymptomata, quæ paulo ante retulimus, cõmemorat extitiſſe, tum uero mentem fuiſſe non iam turbatam (quippe parum id quidem ſit) cæterum deliraſſe ait. Quam ob rem cum ipſo hoc ſymptomate uidetur ſecundo pernicioſior tertius fuiſſe: tum ꝙ addiderit inibi, pręcordiorum ſubmollem tentionem, quæ antea non ſuberat, coniectes hinc ſecundum illi cõmodiorem fuiſſe. Namq; uiſcus antea malo uacans cum cœperit laborare, illũ eſſe prioribus peiorem ſignificat. Ac præter omnia, quæ cõmemorata ſunt, pernicioſiſſima ſymptomata eo die apparuiſſe uidentur, frigus partium extremarum liuorq;. Quo maior, ut paulo ante dixi, admiratio ſubeat, quid ni adoleſcens perierit die quinto. At enim dicet aliquis Tarentinũ defendens, poſt prædicta ſcriptũ eſſe-Quarto non dormiuit, malũ creſcebat-uerum & huic ipſi in memoriam reducemus medicum illud præceptum, ab Hippocrate ſcriptum, Quartum uidelicet ſeptimi eſſe decretorium, propterea quòd bonorum aut malorũ, quæ dies ille attulit, euentus non minus, ſed magis ſeptimo die quã ſexto eluceat. Qua igitur ratione dicit Tarentinus, probabilius erat ſexto die defunctum eſſe adoleſcentulũ, poſteaq; acceſſiones haberet diebus paribus. Nam tertio die plurima ſymptomata illum uidẽtur tentaſſe: die quarto autem creuiſſe: tum ſuſtinuiſſe ſe, & repugnaſſe ad ſeptimum diem: quia forte firmis natura uiribus erat, & uero etiam per ætatem. Nam hæc illum ſi defeciſſent, quinto die expirauiſſet. Quare equidẽ Tarentinum cenſeo inſectãdi citius ſtudio Zenonis, quàm rei ſedulo excutiendæ huc deſcẽdiſſe. Idem Apollonius fecit, qui item diligenter literam ξ ſecũdo inter notas loco poſitam exponit. Quẽ ſunt

A multi ſecuti alij, maxime cum quòd medicum aliquod præceptum dicat ſe utile exponere citra notas: tum quòd eius dictis illi fidem haberent. Hac ſiquidem de re adoleſcentem ait obijſſe, quòd præter morem laſſitudines, labores, & curſus obijſſet. Ego uero affirmauerim labores & curſus ſiquidẽ hoc nomine plures exercitationes ſignificantur, non præcedẽte morboſo corporis ſtatu, haudquaquam potuiſſe mortem inducere. De potibus, ut quidam uolũt, nam ſic dixi eſſe qui corrigant, hoc quidem in adoleſcentulo, quid certi dicã, non habeo: quod nec genus, nec modũ teneam iſtarũ potionum, cum hęc multũ referant. Siquidem etiam differunt ipſo tempore potiones. Quædam enim diebus duobus & tribus, aliæ permultis fiunt, ipſiuſq; quotidiani hauſtus menſura haud parũ intereſt. Potionis ad hæc qualitas, hi enim meraciorem, illi ſumunt dilutiorẽ, nonnulli temperatam. Sunt qui frigidam, alij calidam: atq; harũ utranq; aut de more, aut inſueti biberũt aliquando. Huic accedit non parua ipſorum uinorum in genere ac temporũ diuerſitas. Neq; enim eundem affectum uinum nouum ac uetus habet: neq; craſſum, ac tenue: nec album, aut nigrum: nec odoratum, ac fœtidum: nec item auſterum atq; dulce. Quare, ut dixi, de offenſo per uinum adoleſcente nihil habeo firmi ſtatuere, niſi hoc omnium eſt uinorũ immodico uſui cõmune, quod neruos tentet & mentẽ. Sed horum tamen ſolennis noxa non dominabatur in huius adoleſcentuli morbo. Neq; enim conuellebatur, uel tremebat, uel infeſtabatur phrenitide. Quare & ſcripturam potibus minus puto cõuenire. Sanè magis eſt conſonum adoleſcenti cruditates præceſſiſſe etiam fortaſſis in uentre: ſin ſecus, in uenis quidem certe. Vnde plurimi coacti ſunt crudi humores, ut teſtantur urinæ, & aluus, tenuis illa quidem, uerum non blioſa tamen. Nihilominus uidetur blioſi quoq; humoris aliquid in toto cõtineri habitu corporis, comitis laborum quos ſubierat: quibus eſt uериſimile etiã delirium quoddam ſucceſſiſſe & febrem acutam.

De nota illa ante cæteras poſita qua πιθανὸν, hoc eſt probabile ſignificari aiunt.

Quoniam hoc in libro interpretum loquacitatibus plurimum uſi ſumus, haud deterius utiq; fuerit aliquid etiam exempli gratia, de illa nota ſcribere qua πιθανὸν, id eſt probabile ſignificat. Nã quis fortaſſe illorum librorum admirabitur magnitudinem, quos Zenonis Apollonijq; ſectatores cõpoſuerunt. Si igitur in una tantũ nota intelliges quo pacto ipſis in prolixitatẽ paulatim deuenerit controuerſia, cauſam quoq; longi ſermonis facile perdiſcere poteris: Cauebiſq; (ſi mentis compos fueris) ne tu ipſe quoq; in eiuſmodi nugacitates incidas. Itaq; in prima ſtatim nota, qua πιθανὸν ſignificari dicebant, inquiunt, in nullo alio libro ſolere unquam hac uocẽ-πιθανὸν-uti Hippocratem: ob idq; non decere nunc unico in libro, ſigno eius uocis ſæpenumero uti, qui nunq; alibi uſus ipſa fuerit. Hanc autem rationẽ euertentes qui cum Zenone

none sentiunt, in germanissimo illo libro qui est A
De fracturis inscriptus, dixisse aiunt, ubi de Solene instrumento disputat, πιθανώτερον. Cum enim prius dixisset Hippocrates quòd solenis instrumẽti non esset utilitas, subiunxit, At πιθανώτερον id est probabilius est uulgo, minus accusabilem fore medicum, si solen subijciatur. Scite ergo cum probabilem responsionem uisi fuerint inuenisse Zenonis fautores, tres ab aduersarijs obuiationes factæ fuerunt, duæ quidẽ litigiosiores potius quàm ueriores. tertia uero idonea admodum est, omnibusq; illis audientibus satisfacit quotquot Grecis literis bene instituti sunt. Prior itaq; ex litigiosis responsionibus hæc est. Hippocrates illic πιθανώτερον dixit, non πιθανόν: at isti ex hac nota indicari aiunt πιθανόν. Quibus Zenonis adiutores respon- B
dent. Siquis apud Apollonium scriptum inuenerit primitiuum nomen, non iam statim ipsi concedimus deriuatiua usurpare, nisi prius quendã nobis ostendat ipsis usum fuisse. qui autem deriuatiuum inuenerit, is audacter & primitiuo uti poterit. Nam quod ab aliquo genitũ est, id eius quod generauit subsistẽtiã indicat: Quod uero à nullo, aliud generet nec'ne dubiũ est. prima sanè fabulæ pars hic finiatur, cum nimirũ ex prædictis apertũ iam sit, quomodo in longissimã loquacitatẽ produci ipsa possit. Ad secũdam uero (iam enĩ semel in fabulam nosmetipsos introduximus) accedamus. Aiunt itaq; qui contra Zenonis æmulos dicunt, quod potest quidẽ aliquãdo semel scripta di- C
ctio & ipsum scribentẽ latere: quippe moris Græca lingua exacte loquentiũ oblitũ, ac sola multorũ cõsuetudine adductũ. Vno uero in libro deinceps quoddam uocabulum sæpius usurpare soli ij possunt, qui aliàs eodemmet ipso uti cõsueuerũt. Quæ uero ad hęc respondeant Zenonis consectatores, narrare superuacaneũ est, quippe quæ frigidiora longaq; sint. Mihi enim sat fuerit ad tertiam fabulę partẽ accedẽti, responsionũ duntaxat principia tangere. tertia autẽ hæc est. Placere quidem posse & uulgo & antiquioribus, si & δυνατὸν & ἐνδεχόμενον & εὔλογον & εἰκὸς dicas (id est possibile, cõtingens, rationi cõsentaneũ, decens) & ipsum etiã πιθανὸν, cum forte tũc in usu esset hæc dictio, sed rariori sanè & apud idiotas potius. Contrà uero, uocẽ secundũ conferẽdi modũ, quod gramma- D
tici cõparatiuũ nuncupant, ab εἰκὸς formatã, antiquis inusitatã esse. uere enim diceremus εἰκότερον. rariusq; omnino hoc cõparatiuũ inuenies, quemadmodum & ipsum πιθανὸν. Constat aũt antiquorũ uolumina uoluenda illi esse, qui has controuersias dijudicare uoluerit. Neq; enim aliter cognoscere potest an πιθανὸν ab ipsis usitatum nõ sit, sed πιθανώτερον: secus uero insolens εἰκότερον, tritum εἰκός. Si uero quispiam ex ijs qui artẽ medicinalem discere decreuerunt, ad lectionem se cõuertat antiquorum omnium librorum, quos rhetores, aut historici, aut medici, aut deniq; philosophi cõscripserunt, conteret certe in hoc tempus, seq; artem assequi posse diffidet, cum hoc ad morborum nec dignotionem, nec prænotionem conferat. Quamobrem satius fortasse fuerit fabulæ in tres diductæ partes finem constituere: ne longius tempus consumamus in duorum deinceps dierum appositione: cum præsertim tragœdiam uel comœdiam agamus. Ad reliquos itaq; ægrotos uenientes (scripti enim adhuc quatuor sunt ante statum pestilentem) hic secundum commentarium absoluamus. Tertium uero aggredi erit utilissimum.

6 Apud Tisamenũ mulier decumbebat, detinebatur uoluulo, ciebantur multæ uomitiones, potum non continebat, præcordia dolebant, & infra secundum uentriculum tormina perpetua, non erat sitibunda, incalescebat, extremæ partes perpetuo frigidæ, fastidiosa, insomnis. Vrinæ paucæ, tenues: deiectiones crudæ, tenues, paucæ: nec erat remedio locus, defuncta est.

Male scribunt quidam in hac muliere ὑλεώδεα per υ, cum ἰλεώδεα sit per ι scribendum: ἰλεὸς enim, id est, uoluulus appellatũ affectus, cuius habuisse symptomata scribit mulierẽ: multos uomitus, potum continere non posse, dolores esse ad præcordia, & tormina cum doloribus in uentre: quæ ad uoluulos adiuncta sunt omnia. Quod postea scripsit, non est ex his, quæ eos comitenẽ, cæterum ex illis, quæ malo in peius tendenti superueniunt, potissimum perpetuo esse extremas partes frigidas: malũ itẽ fastidiũ est. Quin & urinas ascripsit, tametsi in uenis non cõtineaẽ & succis affectus, uerũ in intestinis. Quod cum in his cœperit magna inflãmatio, prædicta incidere symptomata soleant: uocaẽ autẽ uoluulus affectus. Parua igitur ex urinis, ut sint bonæ, salutis sic habentium est spes: sed non paruũ ad exitiũ momentũ, si malæ sint. Nam cum qui eo modo afflictantur propter intestinorũ inflammationẽ in præcipiti sint, si aliud uideatur præterea esse in corpore uitiũ, increscet ægro malũ. Atq; sic cõsueuit Hippocrates, ubi aliquod instrumentum sit spiritus læsum, inspicere urinas. Quæ si secundum naturam habeant, in solis spiritus instrumentis uersatur periculũ. Sin hæ quoq; prauæ appareant, offensum iam significant etiam nutritionis instrumentũ: quomodo nunc, quanq; sit affectus uenter, eiusq; ex deiectionibus perspiciatur malum: nihilominus urinarũ fecit mentionem, ut tenuiũ, quæ succorum significant in uenis cruditatem. Atqui urinas semper memineris ut simul inspicias, in uentris affectibus thoracis, pulmonis, neruorũq;. Nam bonæ si appareant, multũ ualent ad salutẽ: cõtra si prauæ, amplificant simul ægri periculũ. Et cum sit omnis periculosus uoluulus, qui in sublimibus intestinis consedit, his sunt deteriores, qui in crassis, ut qui contagio iecur afficiant & lienem. Discernes eos uomitionum assiduitate, & uehementia, & quòd potum reddant. Adhuc magis ex eo, quòd nihil per aluum deijciatur. Præterea tormina & dolores faciunt ad notitiam, quãdo teneant hi alta intestina. Qui stercus si uomant (aduertitur enim hoc etiam fieri) clarisi-

rissimum sit signum tibi, esse subtilia intestina affecta. A Est autem acutissimũ hoc malum: quare id hic proposuit Hippocrates, simulq; adscripsit-Nec erat remedio locus- Sed mihi hoc fac memoria cõprehendas ad cõmentationem de sanguinis missione. cum enim nullum scripsit aliud remedium in ęgris horum librorum, tum nec illam, non quin prestò fuerit laborantibus auxilio, sed quòd ascribere auxilia singulis ægris non oporteat: nisi quid forte noui inciderit, ut in eo, cui fuit octauo die sanguis detractus. Porrò diem præterijt, quo hæc ægra decessit, ut quæ secundo statim die mortua fuerit, aut lõgissime, ut erat acutus morbus, quod in narratione ipse dixit, tertio.

7 Quædã mulier quæ apud Pantimedẽ degebat, abortione infantis primo die igni B est correpta, lingua torrida, sitibunda, fastidiosa, insomnis: aluus erat turbata multis, tenuibusq;, & crudis. Postridie riguit, febris acuta, aluũ copiose reddidit, nõ dormiuit. Tertio die intẽdebant dolores. Quarto delirauit. Septimo interijt. Aluus erat ꝑpetuo lubrica, eiusq; multa, tenuia, cruda, excremẽta. Vrinę paucę: tenues: febris ardẽs.

Siqua de causa externa mulieri huic abortire contigisset, declararet Hippocrates. Ita ex morbo constat, uitiosis collectis humoribus, abortijsse. Adiunxit huic, ex abortione dictionem-infantis-indicans, ni fallor, hoc adiecto paruũ fuisse elisum C partum. appellant enim homines infantes, pueros non ita pridem natos. Quare per metaphoram uidetur Hippocrates ualde pusillos fœtus sic appellasse: quippe hi potissimũ ejciuntur. Acutam igitur fuisse et magnam febrem, cum quod dicit-igni est correpta-significat: tũ quod addit-Lingua torrida, sitibunda- At uero-fastidiosa-febris demonstrat, qua tenebatur, malitiam. Attende diligenter deiectionũ speciẽ. Nam cũ scripsit-aluus erat turbata, multis, tenuibusq;, & crudis-tametsi ipse in fine narrationis dixerit febre ardẽte illã laborasse, memineritq; febris, quæ die primo cœpit, atq; ingrauescebat secundo die: tũ addiderit-lingua torrida-&-non dormiuit-ac-sitibunda erat-crudam tamen aluum ait fuisse. ardentem autẽ febrem ex D humoribus nasci biliosis scimus: Igitur consentaneum est in tota mole corporis huic mulieri biliosum fuisse aceruatum humorẽ, in primis autẽ uenis lactium & simis iecinoris cruda contenta. Iam etiam urinas illius crudas dicit fuisse, iuxta ac crudam aluum, non solum in primis uenis, sed in gibbo iecinoris crudis humoribus abundãtibus. Porrò febris ardẽs in fine narrationis huius ægræ adscriptum est in multis exemplaribus. Quædã non hoc habent tantum scriptum, sed adiectum etiam α. Itaq; suspicamur aut ꝙ prima hæc ægra ardente febre fuerit correpta, aut ꝙ hæc fuerit prima species ardentis febris, secunda autem quæ deinceps sequitur, in muliere, de qua sic orditur- Alterã ex abortione- Ego uero in octauo ægro, cuius est principium: Adolescentulum, qui in mendacium foro decumbebat, plenius ostendi me de hisce adscriptitijs uerba facturum, cum decimum ægrum enarrarem, præstaboq; nunc: duabus de causis suspicans ab alio esse, non ipso autore hoc ardens febris-adscriptum. Primum quòd non uni ægro aut alteri morbi formam subtexuisset ad exitum narrationis, sed, siquidem & has nos docere uolebat, ut quidam fecerunt eius successores, omnibus, aut plurimis. At ille scilicet tanq; his qui cognoscere morbum ualerent, exponit ægrorũ accidentia. Videas itẽ alios ueteres in lucubrationibus suis non respicere hos, qui dudum ad libros accesserũt, sed qui iam in illis profecerunt. Hanc meã sentẽtiam, ultra id quod dixi, hoc præterea confirmat, quod tertio demum Vulgarium morborũ libro adscriptę sint. Omnibus igitur, qui hunc sunt librum interpretati, probabatur, ab alio, qui notas illas sententiam complectentes adscripsit, etiam hæc esse adiecta. Nam in muliere quidẽ angina affecta concedas sanè esse ab Hippocrate adscriptum, angina perijt, qui ex ipsa angina uellet perijsse mulierem. In hac quæ nunc dicitur obijsse, non possis ita accipere. Nam ut dixit-Septimo interijt-subiecit: Aluus erat perpetuo lubrica eiusq; multa, tenuia, cruda excrementa: urinæ paucæ, tenues. Mox adiectum est, febris ardens. Nõnullis etiam α est additum. In quibusdam pro eo scriptum est prima: in alijs primo. Omnino enim hunc librũ hisce ascriptis multi contaminarunt iuniores medici. Clarum est ergo, non ut in illa, quæ angina laborabat, ad calcem adiecit-perijt angina eodem modo cõuenire esse hic adscriptum-febris ardens. Neq; enim dixit, perijt ardente febre, sicut in illa, quæ angina laborabat-perijt angina-sed hoc-febris ardens-recto casu scriptum offenditur. Inter hoc & perijt interiacent-Aluus erat perpetuo lubrica-& quæ sequuntur. Quando itaq; nec exanimata est ex ardente febre, nec prorsus inter se cohærent: constat ab aliquo esse adscriptum, non ab ipso scriptum Hippocrate. Potuit etiam quis adscripsisse sibi, sicut solemus talia in marginibus commentariorũ memoriæ gratia adscribere: postea aliquis, qui exscriberet hunc librum, in contextum, quasi autoris esset, transtulisse.

8 Alteram ex abortione ad quintum mensem Oecetæ uxorẽ ignis corripuit. Primo sopore premebat, rursusq; insomnis erat, lumborũ dolor, capitis grauitas. Secundo die uenter turbatus est, ac excreuit pauca, tenuia, meraq; primũ. Tertio die plura, ac peiora: nocte nihil dormiuit. Quarto delirauit, metus, mœstitia, dexter oculus erat distortus: sudor secundũ caput paucus, frigidus: extremitates frigidæ. Quinto euaserũt grauiora, multũ delirauit, statimq; ad mẽtẽ redijt, sitis, uigilię. Deiectiones in totũ multæ & meræ. Vrinę paucę tenues, subnigrę:

extremæ

extremæ partes frigidæ, subliuidæ. Sexto eadem erãt. Septimo mortua est. phrenitis.

Quam ante hanc descripsit, infantẽ adhuc paruum elisit. Infantem paruũ interpretare inquam unius mensis, aut bimestrem, aut longissimum trimestrẽ. At hæc nunc nobis proposita quinto mense abortiuit, ne ipsa quidem externa de causa, sed ex corporis uitio. Cũ enim uehementius salierint, aut subito horrendi quid cõspicatæ timuerint, mulieres abortiunt. Est cum ex dolore, uel ex insigni cruditate, uel ex medicato quopiam cibo, uel puri potione medicamenti, uel quod insit aliquid abortiui. Iam etiam propter sanguinis missionem, & sanguinis ex uulnere profluuium, aut ex nimia hæmorrhoide quædam abortierunt. Noui etiã quasdã, quæ ex uuluæ ceruice profuso sanguine prægnantes iamdiu, tandem partum eiecerint. quorum accidisse mulieribus hic ab Hippocrate descriptis nihil, uel hinc constat, quòd non addiderit in narratione earum, cum omittere ea non soleat. Non ergo febricitarunt, quia abortierant: imò contra, quòd febricitarent, ideo abortiebant. Videtur uero ex hac muliere inductus prædictionum autor hoc modo dixisse: Qui sopore initio tenẽtur cum capitis, lumborum, præcordiorum, colli dolore, nõnne sunt phrenitici? Potuit etiam alterã uel alterum ita uidisse affectum. Hanc itaq; dicit mulierem oppressam sopore fuisse, rursusq; insomnem, & laborasse capitis grauitate, & lumborum dolore: nihil de collo tamen addidit. Item uentrem ait conturbatum fuisse, & excreuisse tenuia & mera, nec addit hic præterea quicquam de colore illorũ. Possunt enim mera, pallida, flaua, rufa, rubra, uirulenta, & nigra deijci. Nempe enim mera scimus illum appellare, quæ natiuum colorẽ retinent, nullo humore confusum alio. Si conijciendum est, biliosa exierũt mera, hoc est, uel flaua colore, uel rufa. Nam uirulenta & nigra addito colore proferre & huic & alijs medicis familiare est. Et nos quoq; citra adiunctum biliosa solemus deijci dicere, de flaua bile eam usurpantes dictionem. Excrementa uero uirulentæ, uel atrę, uel alterius bilis, non dicimus simpliciter biliosa, sed coloris ipsis discrimẽ addimus. Quæ consuetudo in omnibus obtinuit, quòd semper euomatur & aluo reddatur pallida & flaua bilis etiam sanis, nedum ægris. Contra raro aliæ, atq; his demum, qui tenentur morboso aliquo affectu. Quare quod dixit in narratione tertij diei, Nocte nihil dormiuit: febris autem ardentis amplius mentionem non fecit; innuit mox deliraturam. Proinde sub hæc merito dixit: Quarto delirauit, metus, mœstitia, dexter oculus erat distortus. Præterea sudor secundum caput paucus, frigidusq;, cum esse iam mulierem ostendit phreniticam, tum habere admodum incõmode. Cum uero etiam ad signa prædicta & symptomata accederet extremarum partium frigus, magis etiam morituram expectes. quemadmodũ mortua est, consequentia prædictis symptomatibus habens: quæ quinto & sexto die euenerunt. Quæ uero in præ- A dictionibus tradita sunt ueluti horum testimonia, etsi ante in cõmentarijs, quos in illum librum scripsi, quàm sint absurda demonstraui, commemoremus tamen illa memoriæ gratia, quamuis ista scribere sumus deprecati. Cum igitur sit in Prædictionibus dictũ, Ex lumbis ascensum sequitur distortio oculorũ. Ideoq; huius admonent mulieris, ubi uerba de ipsa faciunt in Prædictionum libro, quo loco hoc caput tractant: quæ sunt omnia, ut ostendimus, absurda. Scimus enim prorsus malum esse signum distortionem oculorum, siue ex eo fiat, ꝙ ascensus fiat ex lumbis, siue quamlibet aliter. Improba etiam est doctrina, & aliena ab Hippocratis uerbis. Neq; enim ex lumbis ascensum diceret: sed ut in Præsagijs his uerbis: Dolores, qui cum B febre lumbos tenent, & imam regionem, si septum transuersum attigerint, inferioresq; partes reliquerint, exitiales admodum sunt. Atqui non est qui in hac ægra ad caput sublatos esse possit abundantes in lumbis probare humores. Atque ut temere hæc quidam interpretes dixerunt, ita hæc ex Prædictionibus uerba male his accõmodant, quæ exposita sunt de hac ægra: Ventris prærubra proluuies, cum in omnibus mala est, tum in propositis maxime: cum non dixerit Hippocrates fuisse prærubram huius mulieris proluuiem uentris. Multo etiã absurdius hæc citant uerba: In febribus ardentibus cum aliquanto frigore uenientibus, & deiectionibus cum aqua biliosis multisq; oculorũ lippitudo cum alioqui malum est signum, tum maxi C me si catochi fiant. Qui nihil aiunt referre catochũ dicas, an soporẽ: ignorantes ipsum Hippocratem à uigilante dirimere profundum soporẽ: itaq; profundum soporem aliquod habere cum catocha, ut uocant Archigenes & Philippus, consortium: non uigilantem: quem hanc dicunt mulierem in principio morbi corripuisse, non quo tempore oculus est distortus. Porrò mireris etiam hoc eorũ, qui utrũq; caput attulerũt ad exponendam hanc ægram, in quo ait- uentris proluuies prerubra-&- Deiectionibus cum aqua biliosis- Neutrum enim eorum de hac muliere scripsit Hippocrates. Neq; quasi scriberet utrũq;, exponunt. Præterea eadem deiectio prærubra esse, & cũ aqua biliosa nequit. Adijciunt alia etiamnũ capita multa, uicissim alte D rum per alterum Prædictiones & ægros in morbis Vulgaribus interpretantes. Sed omnia reprehendere, ubi lapsi sunt, non est huius loci, quando quidem aperte simul & absolute istarum interpretationum uitium in cõmentarijs in Prædictiones aperuimus- Phrenitis- Et hoc est de ascriptitijs, ut ante, febris ardens: quippe quod non habeatur in omnibus exemplaribus. Neq; enim in alio ægro tale quid ascripsit: nec instituerat hic morborũ tradere discrimina: sicut inuenias in libris cõscriptis De morbis. Absurdum præterea est, cum nullam habeat consequentiam.

9 Mulierem, quæ decumbebat in mendacium foro, primũ enixam cum dolore masculũ, corripuit ignis. Initio statim sitibun-

da, faſtidioſa, cor illi dolebat, lingua arida, uenter turbatus tenuibus paucisq;, nõ dormiuit: Altero die aliquantulũ riguit, febris acuta, modicus ſecũdum caput & frigidus ſudor. Tertio cum dolore deiecit aluus cruda, multa, tenuia. Quarto riguit, omnia irritata ſunt, inſomnis. Quintum diem laborioſe tranſegit. Sexto eadem erant, aluũ reddidit humidam, copioſam: Septimo riguit, febris acuta, ſitis ingẽs, ſe iactauit: Sub ueſperum per totũ corpus ſudauit frigidũ, frigus partiũ extremarũ, nec redibat illis calor: Iterumq; nocte riguit, extremitates calorẽ nõ recipiebant, non dormiuit, nonnihil delirauit, ſtatimq; ad mentẽ rediјt. Octauo circa meridiem rediјt calor, ſitibunda, ſopore oppreſſa, faſtidioſa: uomuit convolvit bilioſa, pauca, flaua: Nocte grauiter ſe habuit, nihil quieuit, multũ affatim minxit inſcia. Nono omnia fuerũt remiſſa, ſub ueſperũ eam ſopor tentauit, aliquantulũ riguit: uomuit amara, bilioſa. Decimo rigor, febris acceſsit, nihil dormiuit: Mane multã, in qua nihil ſubſideret, reddidit urinã, extremæ partes receperunt calorẽ. Vndecimo uirulẽta, bilioſa uomuit: Non multo poſt riguit, rurſusq; extremæ partes frigeſcebãt: Sub ueſperum rigor, ſudor frigidus, multum uomuit, nox grauis fuit. Duodecimo uomuit multa, nigra, fœtida: ſingultus multus, ſitis laborioſa. Tertiodecimo nigra, uirulẽta uomuit: rigor: Circa

A meridiẽ muta. Quartodecimo die ſanguis de naribus, defuncta eſt. Huic perpetuo uẽter erat lubricus, horrebat, annũ ætatis agebat ad ſeptimumdecimum, febris ardens.

Siue Athenis in Aſtutorum foro decumberet hæc muliercula, ſiue alia in ciuitate, aliјs permittimus inueſtigare. Nos quæ per totum acciderunt morbum attendamus, à quibus illa non poterat ſuperſtes eſſe. Siquidem ab initio omnia funebria erant. Ac magis mireris qui factũ ſit, ut diem quartumdecimũ potuerit attingere. Sed ideo, quantũ cenſeo, ad finem eorum, quæ ei acciderunt, addidit: Annum ætatis agebat ad ſeptimumdecimum. Aetate itaq; florenti pręſtabat, ideoq; ualente. Cõ
B ſtat etiam præter ætatis robur, eam fuiſſe ſua ſponte naturæ non infirmæ, alioqui non perduraſſet. Nam cum neq; aliud illi quicq; accideret ſalubre, ac ſecundo ſtatim die riguiſſet aliquantulũ, & acute febricitaſſet, tum ſecũdum caput ſudaſſet nonnihil, & id frigidum: deinde eſſent die quarto irritata omnia, dieq; ſeptimo iterum riguiſſet, ac lingua inaruiſſet, febricitaſſetq; acute: iamq; ultra q̃ extremæ partes frigidæ illi eſſent, etiam non rediret his calor, qui illa non aut nono die, aut undecimo ſit neceſſario mortua? Produxit itaq; uitam ad diem quartumdecimum propter ætatem & naturæ robur: quæ idem robur oſtendit concitando quartodecimo die ſanguinis profluuio. Sed enim
C morbo maximo non erat ſanguinis profuſio diſcutiendo. Morbi uero magnitudinẽ cum alia apparuerunt ſymptomata, tum uomitionum nigrarum graueolentia. Nam ſemper exitioſa, quæ fœtent, ſunt. Vnde etiã in Præſagiјs ipſe dicit: Putres omnes & graues odores, quauis in uomitione mali ſunt. Quod autẽ in fine eſt aſcriptũ-febris ardens- perinde eſt abſurdum, ac id quod in ſuperiore ægra ad exitum ſcriptum erat, nimirum Phrenitis.

CALENI IN LIBRVM TERTIVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIbus Commentarius tertius.



VIA ſtatum hic peſtilentem Hippocrates deſcribit, quæ ad interpretanda ea, quæ dicturus eſt, cõferunt, ſuperius à nobis elaborata, hic ſummatim cõmemorabo: deinde ad eius accedam uerba. Primũ, ſtatum ab eo ſolere, non temperamentum tantum aeris præter naturam, ſed etiam omnem cuiuſuis rei formam ita appellari recordemur. Poſtea naturale quoddã eſſe unicuiq; anni tempori temperamentũ. Deinde mutationẽ eius præter naturam in cauſa eſſe, cur corpora noſtra corripiantur morbis. Ad hæc ad memoriam illa reuocemus, quæ ſcripſit in Aphoriſmis in hæc uerba: Ex anni autem ſtatibus (quod in totũ dixerim) ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, et minus letales. Morbi uero in pluuiјs ſtatibus magna ex parte exiſtunt, febres longæ, alui profluuia, & putredines. Iam ea quoq;, quæ cum principiũ interpretarer ſecundi libri Vulgarium morborum ſcri
D pſi, ad memoriã reducamus: Præterea quæ in primo libro uulgarium morborum ubi De ſtatibus egimus. Horum, quæ retuli, ſi qui retinuerit, ac nauiter ea legerit, ad horum interpretationem, quæ nunc ſunt nobis propoſita, adſit.

STATVS.

1 Annus auſtrinus, pluuius, à uentis in totum ſilens.

Primo libro morborum Vulgarium tempeſtates tres deſcripſit. Hic unam duntaxat, hãc quam nos hic interpretari inſtituimus. Et uero etiam ſecundo morborum Vulgarium ſunt ſcriptæ aliæ: quem tamen cõſcripſiſſe, quo ederet, ut primum & tertiũ, non uidetur. Nec uero præſcripſit mox ab initio iјs in libris narrationi eorum, quæ acciderant, ſtatus: ſed aperte narrare auſpicatur quæ animad-

animaduertisset in morbis, qui uiguerant, & in aeris temperamēto. Itaq; in Thaso, inquit, autumno circa æquinoctium, & sub Vergilias, multū pluit, continenter & leniter flante Austro. Itidem duos auspicatus est sequentes status. At in præsenti status nomen in omnibus ferè exemplaribus habetur: non tamen quo hæc loco acciderint significatur. Pestem siquidem, quæ multarū fuit gentium cōmunis, hoc libro reddit. In exemplaribus, quæ, ut legebat Dioscorides, habent, non solum ita est simpliciter scriptū-status-sed additum est-calidus & humidus-atq; in medio spatij quod lineas inter secat, totum hoc scriptum est, sicut in alijs exemplaribus solum status. Inuenias quædam, quæ ne hanc quidem in medio habeant inscriptionem: quædam item, quæ nihil planè. B Vndè non esse inscriptionem suspiceris Hippocratis, sed forte illorum, qui ægrorum historijs ad finem notas adscripserunt. Verum hæc utcunq; se habeant, nec ulli fraudi sunt, nec usui uel ad præsagiendum, uel curandū. Ad ea itaq; exponenda, unde aliquid commodi prouenit, conuertamur. Annus austrinus, pluuius, à uentis in totum silens. Huic simile tempestati principium est secundi Vulgarium morborum, hac serie dictum: Erant in Crannone carbunculi æstiui, pluerat per æstum largo imbri, idq; assidue. Acciderant autem magis Austro. Differunt tamē inter se hi status: tum quòd hic toto ait anno id fuisse aeris circumflui intemperamētum, in secundo, æstate tantum: tum quòd hic ascripsit, à uentis in totum silens, id quod illic non addidit. C Arbitreris fortassis, quod illo libro addidit-Acciderunt magis Austro-hinc tale quid significari. Nam hic etiam austrinū simul & tranquillum totum dicit annum fuisse: nobis ita accipiētibus tanquam possit trāquillus simul & australis aut aquilonius esse & dici totus annus: quod paulo inferius declarabitur. Ad memoriam uero reuocemus, multas nos tempestates uidisse à uentis silentes, et tranquillitate præditas, non tamē eodem inter se modo, uerum hanc lenem & irriguā, illam siccam & gelidam. Atq; hæc omnino est serena. Lenis autem, nebula, & turbida constitutio austrinaq;, & nōnunquam nubium plena est. Contraria huius, aquilonia, & ubi prorsus nullus in aere apparet motus, sed planè sit, quam uocant, tranquillitas. D Haud alius enim uidet aeris status esse, ac maris. Nam ut illic semper est fluctus in alto, uel maior, uel minor, qui interim ob paruitatem nō animaduertitur, ni strictus eum excipiat locus, quod in Chalcide Eubœæ, & Mesina Siciliæ cernas: sic aer quoq; planè immotus & quietus haud uidetur unquam esse, tamen interdum nos, quia motus est paruus, fugit. Ac nubes per eas tranquillitates conspicimus, quæ frequenter nobis consistere uidentur, cum reuera agitentur. Nam conspiciuntur statim in alia aeris regione: quod illis si nequaquam mouerentur, non usu ueniret. Huiuscemodi etiam hæc censenda est toto anno tempestas fuisse. tantum autem hæc distat ab ea quæ fuit in Cranone descripta secundo libro, quāto est diu-

A turnior. Tamen affectus utriusq; communis tempestatis putredo est, utiq; causam obtinens humiditatem citra uentos. Et uidetur putredo ex materia quidem gigni humida: ex causa uero efficiente, extraneo, & præter naturam calore: augeri porrò quiete. Nihil itaq; quod omni ex parte est siccum, omnes manifeste uidemus putrescere. Neq; enim lapis, uel tegula, nec aurum, nec argentum, nec æs, aliud ue eius generis putrefieri cernitur. Iam eorum quæ putredini sunt obnoxia, hæc superesse in temperamentis frigidis diutissime, ne hoc quidem præterit quenquam. Adhuc magis, ubi uentis eiuscemodi uentilantur. Sanè uestem etiam homines continenter quatiunt, in primis cum humidus sit calidusq; aer, quòd immobilitas eam putrefaciat. Ita arteriarum in animantibus motus, cum alias commoditates, tum eum usum præstat. Et uero ipse in Aphorismis Hippocrates asserit, ut prædixi, in pluuijs tempestatibus putredines existere. Quare corporis humores hinc liquet necessario computruisse. Iam ipsius dictiones subsecuti, separatim singula consideremus.

2 Cum paulo superioribus anni temporib. squallores precesßissent, sub Arcturum flante austro multum pluit.

Didicisti iam in statibus libro primo descriptis, aeris temperamentum & salubri, & naturali ordine uariasse. Didicisti etiam qui hic sit status, et quatuor eius esse præter naturam simplices, quatuor item alteras cōpositas conuersiones: Simplices in calore tantū, frigore, humiditate, & siccitate: Cōpositas in calore et humiditate, algore et siccitate, algore & humiditate, calore & siccitate. Nunc ergo horum, quæ didicisti memor, subsequere huius cœli narrationem. Hippocrates: Cum paulo, inquit, superioribus temporibus squallores præcessissent. Deinde adducit: Sub Arcturum flante austro multū pluit. Videtur etenim superiore iam anno aeris circūfusi non undequaq; temperamentum constitisse naturale, non uiguisse tamen ea tēpestate ullus morbus, ut uocant, uulgaris. Nam in Aphorismis didicisti, ubi sic dicit: Ex anni autem statibus, ut semel dicam, squallores imbribus sunt salubriores, et minus letales. Hoc etiā minus quisquā incidit eiusmodi morbus, quòd siccitate tantum excelleret temperaturæ immutatio, pręter ullam alterius oppositionis uicissitudinē, à qua aut calidus fieret magnopere aut frigidus aer. Verūenimuero illa uehemens conuersio sub Arcturi uidetur exortum se protulisse: qui aliquanto spatio autumnale æquinoctium præcedit. Iam uero qui illi autumnus, quæ deinde bruma successerit, postea quæ hanc exceperūt tempora anni, si eius per sequamur dictiones, discemus.

3 Autumnus umbrosus, nubilosus, large pluit. Hyēs erat au strina, humida, et lenis.

Vmbrosum dixit pro caliginoso: quod non lucidum significat, nec purū, neq; omnino serenum. Namq; solent etiamnū qui Asiam incolunt Græci, σκιώδη & σκιαρὰ, id est umbrosa, omnia quæ

ad nigrum declinant, appellare. His etiam dictionem caliginosum attribuunt, & fuscũ, quod proprie ad nigrum accedit. Apertum est autem, huiuscemodi non posse fieri aerem, nisi multis nubibus, ijsq; non splendidis obducatur. Nubilosum igitur uirtute complectebatur umbrosus. Sed te non latet, eam loquendi rationem non Hippocrati tantum, sed multis etiam esse alijs familiarẽ. Iam etiã dixit-Hyems erat austrina, humida, & lenis- Sunt qui austrum semper ducant esse humidum: quod nõ est ita. Videtur enim siccus aliquãdo esse, quem Leuconotum uulgus, Latini Caurũ appellant. Et poeta talẽ nobis austrum indicat dicens.

Αὐτὰρ ἐγὼ ζεφύροιο καὶ ἀργέσταο νότοιο.

Siquidem purum austrum, quem fieri sine imbribus scimus, eo uocauit nomine. At uero primo etiam Vulgarium morborum in primo Hippocrates statu: Cum esset autem totus, inquit, hic status austrinus & squallidus. Atq; is auster subinde procellosus est. Semper ergo apertum habent motum. Lenis alius est Auster, cuius motum in aere & nubibus non sentias, qui calidus semper est. Caurus interim frigidus uidetur.

4 Multo post solis reuersionem, circiter æquinoctium aspera erat extrema hyems. Et iam sub æquinoctium Boreas spirauit, & ninxit, non ita diu.

Pars hæc quædam tempestatis contrariæ intercessit, ut hic dixit, non ita diu.

5 Ver rursus austrinum, sine uentis. Pluit multum, & continenter ad Canem usq;.

Indicauit tibi lenem hyemem, scribendo nunc ad hunc modum-Ver rursus austrinum, sine uentis. Nam rursus, ut contrarius status interuenit, innuit ad suum temperamentum redijsse cœlum.

6 Aestas serena erat, et calida, magni erãt æstus. Etesiæ parui nõ perpetuo spirarunt.

Lenitas hyemis, & ueris tranquillitas cum æstate feruida congruunt. Nam cum sua sponte sit æstiuum tempus calidum, si uentorum accesserit tranquillitas, necessario æstus consequitur. Hoc fit, ubi neq; Prodromi (quos uocant) flant, neq; qui eos sequuntur, quos Etesias appellãt. Dirimit eos Canis ortus. Et ipse etiam Hippocrates addidit- Etesiæ paruæ non perpetuo spirarunt-

7 Sub Arcturum rursus spirante Borea multum pluit.

Rursus, ad pluuiarum exundantiam, non ad Boream refertur. Nam superiore Arcturi ortu multum pluerat, & subinde postea: Boreas uero rarus spirauit.

8 Cum esset totus annus austrinus, humidus, & lenis, per hyemẽ quidẽ salubriter egerũt, preter tabidos, de quibus scribemus

Integrum statum, q; parui omnino aquilones fuissent, ab dominantibus in eo humidum appellauit, & austrinum. Nam quòd tranquillum & calidum, lenem appellet, antea didicisti. Verũ haud

A dum ea tempestas, licet esset repentina, mortales magnopere offendit, ꝑpter superioris anni squallidi tẽperamentũ, At cœperũt affectus quibusdã tabifici, qui scilicet huic uitio patebant. Ipseq; adeo posthac se recipit scripturũ illorum affectus.

9 Ante uer unà cũ frigoribus cõsecutis, sacer ignis freques, hos cũ occasione affecit, illos nõ: qui malus cũ esset, multos interemit

Sacrum ignem didicisti à biliosa fluxione oriri, at non illa semper tamen perniciosa, & putri. Planè contra ubi commoda sit fluxio bilem pallidam obtinens, quæ in nobis naturaliter gignitur, solet quidem sacrum ignem facere, nullũ tamen ex eo dare damnum, si quidem recte tractes. At nõ erat

B nunc talis, qui sacrũ ignem excitauit, humor, sed prauus, qui eroderet putrefaceretq;, ab exuperante humida uentorũ tranquillitate generatus illis potissimum mortalibus, quibus cum sua ipsi sponte alijs essent biliosiores, etiã uictus biliosum magis eis succum cõgessisset. Siquidem morborum proficiscuntur differentiæ ab aeris circumflui temperamento, propter naturam cuiusq;, & uictum quem sanus seruat. Victum appello, nõ hunc tantum, qui cibo et potione constat, uerumetiam qui omnibus alijs, ut ocio, exercitatione, balneo, uenere, somno, uigilijs, & uero omnibus, quæ quouis fiunt modo in corporibus humanis.

10 Multi è faucibus laborabant, uox erat uitiata.

C Quibus caput sua sponte prompte replebatur, his in præsentia exundãtia humorum plenum, in pulmonem cœpit & uentrem per fauces fluxiones demittere. Porrò iure dicit uocem etiam his affectã fuisse, nempe quod freques est destillationibus, ubi abunde fauces & guttur irrigauerint.

11 Febres ardentes unà cũ phrenitide.

Ardentes febres extiterunt, inuadentibus in iecur & uentrem biliosis excrementis. Phrenitis uero, caput petentibus.

12 Ora aphthis uitiata, pudenda tuberculis, lippitudines, carbunculi.

Singuli hi affectus ferè non sunt cocoethes, uti de sacro igne diximus paulo ante: nonnunq; uero etiam sunt cacoethes, uti nũc q; putridus esset,

D qui abundabat, humor. Quare in omnibus quos recenset morbis hoc mihi semper memoria teneto, neq; aphthas puta ęgros tenuisse, uel quodcunque aliud incõmodum de more, sed simul cũ mẽbrorum putredine. Memineris etiam hanc cõmunem rationẽ, ab eodem statu genitũ omnibus putrem humorem nõ easdem insidere partes, q; nec per naturã omnium in eadem conditione corpus esset eo statu, sed esset alia alijs pars infirmior. aphthæ itaq; frequẽtissime solicitãt puerorũ ora, quæ exulcerationes sunt in summo, quia omnia eorum sunt mollissima membra, & quasi mucosa: insuper os est omnino etiãnũ insuetũ cibarijs & poculis. Vbi ergo acrimonia quapiam lac sit mãmæ preditũ, aphthas generat: quæ facile propulsant, si in

si infantis os modice astringas. Si uero humor affluat malus, semper aphthæ prodeunt cacoethes. Iam carbunculorũ perpetuo est periculosus affectus, nã ex uitiosis cõstat humoribus. Quare nunc erat uerisimile fuisse perniciosissimũ eũ, qui ultra natiuũ uitiũ, etiam q̃d status adferebat, adiunctũ haberet. Verum satis de huius est affectus origine dictũ, cum principiũ secundi Vulgariũ morborũ enarrabam. Reliqua huius capitis clara sunt.

13 Alui turbatæ, cibum fastiebant.

Ex uitioso humore, qui à capite defluxerat in fauces, quod in pulmonẽ inuaserat, tabificos constituebat affectus. Quod uero in uentrem deriuatum erat, quia subibat mordicando, uentris profluuium cõcitabat, quod significauit hisce uerbis. Alui turbatæ. In transitu itẽ, uentris facultatẽ ciborum appetentem afflixit: unde cibos fastidiebãt.

14 Quidam sitibundi erant, quidam nõ.

Pluribus de causis nec siti caruisse omnes, nec fuisse sitibundos, probabile est. Videtur humor omnibus putridus fuisse collectus, uerũ non pari modo, aut æque prauus. Quamobrem potuerunt aliqui nõ sitire, ut illi qui cibum fastidiebant, de facultatis potus appetendi offensa. Liquet aũt pessimam fuisse horũ conditionem, nec prauũ illis humorem affluxisse, ut modice sitirent: alios uero sitibundos fuisse, cõfluente in uentrem humore uitioso, qui nondum hactenus læserat eius os, ut potionis appetentem facultatem corrumperet.

15 Vrina turbata, multa, mala.

Vrinas fuisse turbatas, ita accipe, ut dudũ, cum diceret. Alui turbatæ. Nam ad renes quibus uitiatus humor defluxit, his necessario urinę turbabantur, hoc est, cum mordicatione, & dolore excernebantur. Quod huic est annexum. multa, mala. potest etiam de urinis dictum esse. Potest etiam ipsum seorsum, ut una hac oratione multitudine indicet symptomatum prauorum fuisse id temporis ægrotantes affectos.

16 Sopore diu tenebantur, rursusq; insomnes erant.

Soporem uigilijs uacantem ad humiditate didicisti, & refrigeratione fieri cerebri: Vigilias soporenon cõfusas à siccitate & calore. Nunc ergo cũ, qui increuissent humores, humiditatem obtinerent exuperantem, uerum non eam tamen prorsus acrem, humiditas soporiferum affectum: acredo ex putredine induxit uigilias. Itaq; causæ diuersæ diuersa merito symptomata peperere.

17 Multi prorsus nõ iudicabãtur morbi, quidam ægre.

Quæ erat humoris uitiositas, quidam morbi haudquaquam decreuerunt, aliqui parum bene.

18 Aqua inter cutem.

Vel hoc symptoma quosdam dicit ex abundantia prauorum humorum affecisse. Omnem enim hæc potest morbum concitare, alium in alio corpore, pro eorum naturalibus differentijs & ui uendi dissimili ratione, ut est paulo ante dictum.

A 19 Tabidi multi.

Retuli etiam supra, quod ex capite in fauces defluxerat, ubi per guttur in asperã arteriam & pulmonem uenisset eiuscemodi uitia produxisse.

20 Habes morbos, qui uulgabantur.

Vnum de uulgaribus morbis pestis est, & in libro quoq; De uictus genere acutorũ dictum est his uerbis: Nam si quando nulla morbi pestilentis forma communis uulgetur, cæterum dispersi sint morbi. Neq; enim certi est morbi nomen uulgare uel pestilens, cæterum quicunq; uno in locò multos simul inuaserit, uulgaris hic uocatur: qui simul si hoc habeat ut multos perimat, pestis fit.

21 Ex qualibet morbotum, quos recensuimus, specie complures ægrotabant & B moriebantur. Acciderunt autem cuiq; horum in hunc modum.

Cum dicit, & complures moriebantur, pestilentes fuisse morbos, qui uulgarentur, demõstrat. Qui quando diuersi fuerunt, de singulis separatim infra acturum promittit.

22 Multis sacri ignis occasionem quilibet & minuti admodum puncti toto corpore præbuerunt, præcipue uero sexagenarijs secundum caput, si uel minorem paulo quis curam adhiberet. Magna pars in ipsis etiam curationibus, magnis inflammationibus corripiebantur: sacerq; ignis mul- C tum celeriter undiq; depascebatur.

Cuius præ omnibus meminit primi symptomatis, iure nunc primi etiam singulas reddit differentias: quod accidisse quibusdam dicit paruis de causis, quas uocauit occasiones: & multos qui à medicis procurabãtur, magnas esse inflammationes consecutas, quod sacer ignis scilicet plurimum depasceretur. Plurimis iam caput hunc solicitasse, quando repletum hoc maxime in austrinis esset & calidis uentorum tranquillitatibus. Cur autem sexagenarios hic præter cæteros tentaret, hoc in causa est. Foris ambiens præter naturam calor causa, quamobrem corporis putrescerent humores, fuit, sicut natiuus calor, ubi suo natiuo exacte tẽ- D peramento cõstat. plus alijs humoribus sanguinis efficit: qui quando efferuescit, pallidam & flauam bilem. At calor externus putredinis autor humorum est. Nam materia quidem humiditas est: causa efficiens, calor præter naturam. Quare senes, qui superfluas semper humiditates ob naturæ imbecillitatem coaceruãt, ut his accessit aeris calor, ex illa effectus tempestate, humorũ putridæ corruptioni fuerunt iuuenibus opportuniores.

23 Plerisq; itaq; horum in suppurationes abscessus contigerunt, atq; carnis multum & ossium neruorumq; decidit.

Prauitas abundantis humoris ex magnitudine constitit putredinis: atque dictis subtexens dicit.

Erat

24 Erat autem illa fluxio, quæ collecta A erat, non adſimilis puri, uerum alia quæpiã putredo: ipſaq; fluxio multa & uaria.

Hippocrates aperte tibi indicauit, quod nos ſæpe iam diximus, corporis humores propter humiditatem & aeris tranquillitatem computruiſſe: atque idcirco purem non generauit. Computreſcebãt uero ob prauos humidos humores ſolidæ partes. At uariam eſſe fluxionem propter putreſcentium diuerſitatem, ratio erat. Nam à communi putredinis cauſa ſingula putreſcẽtia peculiarem obtinent differentiæ ſpeciem.

25 Quorum ergo caput horum quid tentaret, his caput totum glabreſcebat, & mentũ oſſaq; denudabãtur decidebantq;, B multęq; extiterunt fluxiones. His adiuncta aliquando non erat febris. Erãt autem hæc formidabiliora, quàm deteriora. Quibus enim ad ſuppurationes hæc ſpecies deuenit, plurimi ſuperſtites horum erãt. At uero quos inflãmatio reliquit, & ſacer ignis, nec talem abſceſſum effecit ullum, hi frequẽtes perierunt: & ſi uſquã loci alterius in corpore oberraret, euenerunt hæc. Etenim multis brachium uel ſolidus cubitus decidit. Quibuſdam hæc anteriora latera afficiebãt, uel poſteriora. Nonnullis totum femur, uel tibiæ C denudabantur, pesq; totus.

Humorum putredo, cuius eſt commune munus, ut illas partes, in quas impingat, corrumpat, terribiliorem in capitis partibus ſpeciem præbet, propterea quòd licet uel paulum de natura hic deflectant, maior fiat ſugillatio, quàm ceteris in partibus multum à natura diuertẽtibus. Nam à femore, uel brachio, uel tibia, uel cubito ſi cutis receſſerit, minorem præbet mali ſpeciem: at ſi capitis unà cum cute crines defluxerint, atq; adeo menti cum illis, uitij ſit facies magna, periculum uero minus, quàm ſi is naturalia affectus teneat, aut guttur, aut thoracem aut aliam principem partem. Neque tamen, quæ caput ita tentant, metum quàm malum creant maius: uerumetiam quæ cuilibet aliæ parti decidunt. Peiora enim erant, in qui- D bus in profundum ſeceſſit humor ignem ſacrum efficiens, cum in uiſcera ſe, & in principes partes conferens, præter alia ſymptomata febres etiam acutas generabat. Quibuſdam tamen, quibus in ſummo erat eiuſcemodi putredo, partes etiam citra febres marceſcebant: quorum quidam hac de re præcipue incolumes euaſerunt, uitioſis humoribus per ipſas partes quas ij putrefecerant, emiſſis. Oberrabat enim, ut ipſe uocauit, fluxio totum corpus, hoc eſt, temere nulloq; ordine & caſu uagabatur, ut præſagire medicus arte, quò eſſet influxura, non ualeret.

26 Erat omnium id grauiſsimum, cum pubem & pudenda urgeret.

Etiam abſq; peſtilẽte ſtatu, ubi has regiones inflammatio obſederit ſacer ignis, leuiſſime putreſcunt, unaq; partes ſuperiores afficiunt. Vnde nobis eſt ſæpe neceſſe, ut putrida præciderimus, locum ueluti radicem inurere. Nihil habet ergo admirationis, ubi is eſſet ſtatus, ut brachium, cubitus, femur, tibia, latus, caput computreſcant, ſi plurimum offendantur pudenda.

27 Atq; ulcerum, & eorum quæ occaſionem habuerunt, hæc fuit conditio.

Hactenus uerba de ſacro igne fecit, qui ex ulcere, aliam'ue ita paruam ob cauſam externam conſtitit. Poſthac de his, quæ ſine tali cauſa incidunt, tractabit.

28 Multos autem unà cum febribus, & ante febrem, atq; à febre arripuerunt.

Non ob ulcus his, aut alia de cauſa externa, quæ ſit manifeſta, ſed ut conſueuimus dicere, ſua ſpõte prouenit ſacer ignis: atq; partim ſimul cum febre inuadebat, partim eum febres aut conſecutæ ſunt, aut præceſſerant.

29 Habebant hæc illud, ut quæ per ſuppurationem abſceſſum molita eſſent, aut ſi cõmode turbata eſſet aluus, aut urinarum bonarum extitiſſet excretio, hinc propulſarentur. Quibus horum nihil acciderat, obſcureq; euaneſcebant, ut letalia eſſent.

Paulo ante etiam cauſam reddidimus, cur ſuperſtites eſſent magis, quibus per putridam partem malus humor unà cum illa de corpore decideret. Neq; eſt obſcurum quin ſi & per uentrem & urinas exceſſiſſet, moleſtus dum excerneretur, fuerit, profuerit tamen uniuerſo corpori.

30 Vere longe plurimos exercebat ſacer ignis, tenebatq; ęſtate & ſub autumnũ.

Genuit quidem, ut dixi, uitioſos humores ſtatus perflatu carens, qui humidus calidusq; erat, & uentis carebat, quos in corpore frigora concluſerunt, ut etiam in primi libri Vulgariũ morborum prima tempeſtate eſt dictũ. Merito itaq; uere uarij morbi inceperunt paulo ante commemorati. Nam hoc loco illi eſt de ſacro igni ſermo: quem, quando emicuit primus, primũ quoq; deſcripſit. Itaq; de his, inquit, ſacris ignibus, qui inceſſerunt initio ueris: quidam totam æſtatem durauerunt, & autumnum. Cum autem utroq; modo hæc uerba intelligi poſſint, Tenebatq; æſtate & ſub autumnum in eryſipelatibus naſcentibus: & quod quamuis ipſa in uere generarentur, eorum tamen ſubſiſtentia uſq; ad autumnũ duraret: & quòd cum adhuc generarentur, eorum generatio uſq; ad autumnum duraret: rectius ſecunda hac ſignificatione accipias. Cui enim probatur ineunte uere natum ad autumnum uſq; productum eſſe ſacrũ ignem? Omnino enim interea hominem interemerat, ſi magnopere eſſet cacoethes: uel per putreſcentes partes putredine expurgata diſcuſſus ſit.

31 Nõnullis multa erat turbatio, tuber

culaque ad fauces, linguae inflammationes, abscessusque secundum dentes.

Affectus hoc loco persequitur partium, de quibus antea non meminit.

32 Voces multis uitiatae fuerunt, & κατειλοῦσαι, maxime his quidem, qui cœpissent tabescere: tamen etiam ardente detentis febre phreniticisque.

Equidem etiam quod est supra in ægro, qui ordine est undecimus, scriptũ, ubi sic ait, δεξιῷ ἰλλαίνειν, (quod nos, dexter oculus erat distortus, uertimus) suspicabar ab alio esse inductũ. Etenim Heraclidis filius Hippocrates, cuius etiam Aphorismos esse & Præsagia autumant, usitatissimis esse usus, & proinde claris uocabulis uidetur, quæ uocare rhetorici ciuilia solent. At uero ἰλλαίνειν non est istius generis: eoque minus κατιλλαίνειν, uel κατιλλαίνουσαι, maxime cum de uoce, non de genis dicitur. Ad hæc propter dictionis formam, quæ actiua, non passiua est. Rectius enim (siquidem prorsus uoci statuerat adaptare hoc nomen) erat κατειλημέναι scripturus, non κατελοῦσαι, & multo quidem rectius hoc, κατιλλαινόμεναι. Nam de ἰλλαίνειν participiũ ea deducas figura. Appello autem hoc scilicet participium more grãmaticorum. Atqui nullus sit sensus, si de uocibus dicatur κατελοῦσαι, ut quidam intelligere nos interpretes uoluerunt, tanquam tendat uerbum ἰλλαίνειν ad distorquere. Nam κατελοῦσαι significat distorquentes, κατειλημέναι uero distortæ. Multi itaque una in dictione errores commissi uidentur, dum κατειλῆσθαι accipere, ut multis est uisum interpretibus, uolumus, quasi à dictione ἰλλαίνειν descenderit. Etenim actiuum est ἰλλαίνεσθαι, ἰλλαινόμεναι passiuum, & adiecta præpositione κατιλλαίνεσθαι. Atqui εἰλεῖσθαι & κατειλεῖσθαι ab ἰλλαίνω deriuari non uidentur, nec uero etiam εἰλημέναι & κατειλημέναι. Per autem raro inuenias apud ueteres hoc genus uerba & nomina, ἰλλαίνειν dico, & ἰλλὸς à quo uidetur Sophron comparatiuum quod uocant grammatici, fecisse, ἰλλότερον τὰν κύνα. Quare rectius dixeris, siquidem de his uelis nugari, non ἀπὸ τῆς ἰλλώσεως deductũ εἰλεῖσθαι, sed ab alio quodam, quod cum Plato, tum Antipho usurpasse uidetur. Plato quidem, cuius hæc sunt in Timæo uerba: τοῦτο δὴ πᾶν τὸ δέρμα κύκλῳ κατέκαε πυρὶ τὸ θεῖον. τρωθέντος δὲ καὶ τῆς ἰκμάδος ἔξω δι' αὐτοῦ φερομένης, τὸ μὲν ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ὅσον εἰλικρινὲς, ἀπῄει. τὸ δὲ μικτὸν, ἐξ ὧν καὶ τὸ δέρμα ἦν, αἰρόμενον μὲν ὑπὸ τῆς φορᾶς ἔξω, μακρὸν ἐγίνετο λεπτὴν τάσιν ἔχον περὶ κατακέντημα. διὰ δὲ βραδυτῆτα ἀπωθούμενον ὑπὸ τοῦ περιεστῶτος κρύους, πάλιν ἐντὸς ὑπὸ τὸ δέρμα εἰλούμενον, κατερριζοῦτο. id est: Hanc igitur circuitu totam cutem deurebat sulphur: qua uulnerata, cum humor per eam efflueret, humidũ & calidum, quod quidem syncerũ erat, emanauit. Mistum uero, in quibus cutis erat, foras à corruptione productũ, longum fiebat, subtiliter extensum ab impulsu. Quia uero sensim impellebatur ab aeris frigore, intro iterum

A rum sub cutem coactũ firmabatur. Videtur enim pro conclusum uel repulsum in altum, εἰλούμενον hic usurpasse. Quo significato uidetur etiam hæc ab eo esse scripta oratio: γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν εἰλουμένην τε περὶ τὸν διὰ παντὸς λόγον τεταγμένον. id est, terram uero nutricem nostram, quæ restringitur ad rationem in perpetuum constitutam. Est item apud Antiphontem in secundo libro de ueritate inuenire hoc scriptum uocabulum eo loco: ὅταν οὖν γίγνονται ἐν τῷ ἀέρι ὄμβροι τε καὶ πνεύματα ὑπεναντία ἀλλήλοις, τότε συστρέφεται τὸ ὕδωρ καὶ πυκνοῦται κατὰ πολλά. ὅ, τι δ' ἂν τῶν συμπιπτόντων κρατήσῃ, τοῦτ' ἐπυκνώθη καὶ συνεστράφη, ὑπό τε τοῦ πνεύματος εἰλούμενον καὶ ὑπὸ τῆς βίας. id est, ubi ergo in aere imbres & uenti sibi mutuo aduersentur, ibi co-

B gitur aqua, & multum spissatur. Quod autem eorum, quæ committuntur, superius fit, hoc densatur & cogitur à uento contortum & à ui. Sanè & hic conclusum uel contractum in se denotare per dictionem εἰλούμενον uidetur. Nunquid igitur in libro, quem explicare instituimus, qui de uocibus scripsit κατειλεῖσθαι, tale quid significare innuit, uoces quasi occlusas & coactas ostendẽs: ut accipiamus de uocibus esse dictum, quæ exire nequeunt: quod incidit his, qui gracili sunt uoce. An hoc minime conuenit. Potuit enim suppressas, uel impeditas, uel tardas, uel aliquid tale scribere, qui significare uolebat adeo impedita esse uoce hominẽ, ut uix loqui posset. Iam etiã à uinculo licet ueluti uinctã accipere uocẽ esse dictã hoc

C loco: adeoque indicat de uinculis se poeta dixisse:

ἱμᾶσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσι. id est,

Ducunt ui uinclis religatum, qui renuebat.

Liquet porrò rectius fuisse, si κατειλημέναι sit scriptum, quam κατελοῦσαι. qui quidem cõmunis est omnis expositionis lapsus. Nam quicquid statuas à dictione κατειλοῦσαι significari, actionem significat, nõ passionem. Vnde maxime suspiceris Hippocratis nõ esse dictionem. Neque enim adeo erat Græci sermonis imperitus, ut in eo offenderet similiter ut pueri, qui modo literas discere cœperunt. Videtur enim passionem quandam uocis indicari, significatur tamẽ non passio sed actio. passio uero utique significaretur scripto hoc uocabulo κατειλημέναι. Præterea si uel κατειλημέναι scriba-

D mus, non est Hippocratis institutum, inusitatis & infrequẽtibus uti nominibus. Iam qui distortum significari putant, cum his adhuc etiã hoc pugnat, quod ille in Præsagijs distortum interpretaturus, sic scripsit: si reflexa sit gena, aut labrum aut nasus. Sed neque reflexũ, neque aliud ex dictis proprie de uocibus dicatur. Quare quidã huius interpretes libri, omnibus, quæ commemorauimus, abdicatis, pro uoces Linguæ scribunt, exponentes linguas κατειλεῖσθαι, quasi deuinctas & difficulter motas. Quas quidẽ oportebat, ut Voces mutauerũt in Linguę, ita uel potius quam uoces, dictionẽ κατελοῦσαι in κατειλημέναι uertere. Verum iam satis de dictione κατελοῦσαι, non magno usui, ut inuenta sit, futura. Sat est enim nosse, hic generatim dici & intelligi, propter destillationem, quæ illis ex

capite

capite deſcendebat, læſis uocis organis ſimul uitiatam eſſe uocem. Nam in humidis tempeſtatibus & calidis deſtillationem caput repletũ uentri demittere & thoraci, operæpretiũ eſt ſcire: primum diſcernendi cauſa, utrum alia cauſa hoc ægris uitij induxerit, an ex uulgaribus ſit morbis: deinde ut occurras, ne in tale quid incurras. Nam offenſiones ex aere ſi prouideas, ubi & quemadmodum fiant, toto uictus genere à tempeſtate dominante diuerſo inſtituendo, declines. Præterea ſi prædicere conſequentia uelis, id quod certe ex uſu uobis eſt, ut in præfatione oſtendimus Preſagiorum, uel ad hanc rem hoc commentabere, ut corporis in omni cœlo affectus cognoſcas. Quare contenti hoc læſas uoces fuiſſe, præteritaq; dictione καταλοῦσαι, quod illi proximum eſt, inſpiciamus: Primum enim hos ait, qui cœpiſſent tabeſcere, incidiſſe in id ſymptoma: ſecundo loco ardente detentos febre phreniticosq;. Proinde cenſeas tabidis hoc affectus ratione accidiſſe. Nam cum multas alias cauſas & corporis ſtatus tabes conſequitur, tum præcipue deſtillationem capitis, quam potiſſimum uocis uitium comitatur. Verum febribus ardentibus & phrenitidi per ſe tale uocis uitium nõ ſuccedit, ut incipientibus tabidis. Quia uero in hoc ſtatu, qui calidus & humidus & ſine uentis fuerat, caput contingit affici, phreniticos & ardente detentos febre conſecutum hoc eſt cõmuni de cauſa ſymptoma, nõ propter priuatam morbi molitionem. Deſiccantur enim potius in illis, nõ irrigantur partes uoci attributæ: ut accidit in hac tempeſtate. Quamobrẽ uox ſonora & acuta à ſiccitate efficitur uocis organorũ, rauca ab humiditate.

33 Quin febres etiam ardentes & phrenitis ante uer cœperunt poſt illa frigora, quæ præceſſerãt, ac plurimi tũ diu ægrotabant, habebantq; hi acuta et letalia ſymptomata.

Humorum putredinem, quam pridem pepererat aeris temperamentũ, ueriſimile erat à frigore ſuccedente extrema hyeme impulſam, in altum morbos concitaturam ſacro igni adſimiles. Alios igitur quoſdam, qui fuerunt huius generis exponet, hosq; ordine ab ſacro igni primos iam ſcribit: hæ febres ſunt ardentes & phrenitis, ab eadem illa quidem profectæ cauſa, ſed differentes locis affectis. Nam quibus in iecinoris & uentris regionẽ maximeq; in eius os prauus humor inuaſit, hos febres ardentes ſolicitauerunt: quibus in cerebrum peruenit, phrenitis.

34 Febrium ardentium, quæ uigebant, hęc erat natura. Initio ſopore erãt oppreſsi, faſtidioſi, inhorreſcebãtq;: febris nõ acuta, neq; magnopere erãt ſitibundi, uel deliri.

Quæ ſymptomata propter eam quæ tunc erat, tempeſtatem ardentibus febribus euenirent, non propria morbi ratione, hæc annotat. Quare quidam pro ſopore oppreſſi male ſcripſerunt æſtuoſi. Nam eſt hoc febribus ardentibus peculiare, ut etiam perpetuo ſitire. Nullumq; propè dixeris exi

A mium eſſe aliud febrium ardentium inſigne: uerum abunde ex hiſce duobus affirmaueris compleri, ſitim aſſiduam, atq; exurentem calorem ægris ſentientibus. Verũ hic ſtatus cum caput multa humiditate impleret, ſopores aut omnibus, aut pleriſq;, utcunq; laborarẽt, ſymptoma attulit, ſub morbi acceſſionem, ubi praui humores nondum eò deuenerant acredinis, ut uigilias uehementes, deliria, phrenitimq; concitare poſſent. Ac ſopor perraro febribus ardentibus eſt adiunctus, faſtidium perſæpe. Non eſt perpetuum tamen, ut prædicta duo, aſſidua ſitis, & deurens calor. Horrent uero, qui febre ardente tenentur raro: quare hoc etiã annotauit. Quod iam ſequitur, Febris non acuta: aliqui ſimpliciter, abſq; negatione, Febris acuta
B ſcribunt: alij cum negatione in hunc modum, Febris non acuta: diuerſam utriq; ſcripturam, ratione inducti probabili habentes. Qui omittunt negationem, quòd diuelli ab ardente febre acuta febris nequeat, uti nec ſitis. Alteri ideo ſcriptũ cum negatione confirmãtes, quòd raro ijs & nouo exemplo acciderit cum ſopor, tum hæc febris. Quippe his quoq; illum aiũt ſubiunxiſſe: Neq; magnopere erant ſiticuloſi: tametſi ſit etiam febribus ardentibus hoc peculiariſſimum. Eſſe itaq; conſentaneum, ſicut erant non perinde ſitibundi, ſic eos non ualde febricitaſſe acute. Potuit etiam quod Hippocrates ſcripſerat, febris non perinde acuta, eſſe ab eo qui primus excripſit corruptũ, erroręq; manſiſſe. Hic ſe offert non parua de omnibus pa-
C thognomonicis ſignis quæſtio. Nam ſi remotis ipſis affectus poteſt ſpecies conſeruari, alia his pathognomonicis ſignis erunt nobis ad affectus cognoſcendos certiora: quod qui conſtituat, uolet illa merito pathognomonica indicia appellare: & quæ ante uocabantur indicia pathognomonica, aſſidentia. Quorum ſeparari illa non poſſunt, & affectus, ut ita dicam, conſtituunt eſſentiam: Aſſidentia uero ex his ſunt, quæ ſæpe illis accidunt. Si æger ergo non ſitibundus ſit, nec magnopere febricitet acute, qua iam nota eſſe morbum febrem acutam dicemus? quanquam enim permultis febre ardente affectis eſſe faſtidioſis contingit, non eſt tamen hoc affectus proprium: quippe multi etiam alij quomodocunq; ægrotantes faſtidioſi fi-
D unt. Quare neq;, quod uiſum quibuſdam eſt, qui ſeſe duxerunt huiuſcemodi dubitationes declinaturos, etiam nobis eſt pronunciandum, ab excrementis cognoſci in primis febrem ardentem. Neque enim uera in ſolis ardentibus febribus biliosa alui reddunt, neq; his ſolis ſyntexis, id eſt, colliquatio accidit, uerum ſunt hæc quidem in ſymptomatibus malis & exurentium febrium: iſta tamẽ qui excernunt, multi modice ſitiunt, & calores febris ferunt. Verum in præſenti ſtatu ne talia quidem erant excrementa. Nam aluus, inquit, his pleriſq; turbata erat, atq; excrementa cruda excernebant, & multa & tenuia. Videtur ergo Hippocrates febrem ardentem aſſiduitate cognoſcere ſitis, caloręq; exurente: ſicut phrenitim perpetuo delirio. Sic enim, quamuis non perinde ſitiant ægri, neq; ualide

ualde torreantur, per totum autem morbum dicta duo sint symptomata, febris ardens esse dicetur morbus: existetque alia febris hac calidior, ut & corpus fundat, reddatque excrementa biliosa & syntectica. Sed nō appellabitur ardens febris, nisi adiuncta perpetuo habeāt per totum morbum paulo ante cōmemorata duo, assiduam sitim, quantūlibet biberit: ac perpetuum, & ardentem, fastidiosumque calorem. Proinde adest ferè illis intentissima sitis, & febris feruidissima. At raro, uti nunc, cum febris non esset planè acuta, etiam non perinde ægri erant sitibundi: quæ ideo signauit, sicut etiam hoc, non prorsus fuisse deliros eos, quando hoc etiam ardentibus febribus accidit. Nam paruæ esse signum dementiæ deliriū, ante docuimus.

35 Nares pauca stillarunt.

Hoc in comitibus est malignarum ardentium febrium, ut sanguinis profluuia lenium. Et quid multis? omnis de naribus stilla, ut docuimus, prauum est signum.

36 Accessiones plerique diebus paribus habebant.

Et hoc quoque inter rara est. Nam febres ardentes solēt adeoque omnes, ita ut illæ, morbi multum acuti accedere diebus imparibus.

37 Obliuio sub accessiones, languor, uocisque defectus.

Et obliuio manifesta est: & monstrata frequenter est de exitialibus esse. Languorem uidetur ueluti dissolutionem & remissionem appellare omnium corporis partium, cum non aliter ac resolutis proiectæ appareant. Quod quidem inter signa esse perniciosa didicisti, ut alia quoque signa omnia quæ hoc libro recensuit. Quare hic interpretanda sunt ea tantum, quæ obscura uidentur: & quæ demonstrauimus aliàs, solum meminero, nō autem absolutam tradam eorum doctrinam.

38 Extremi pedes & manus his frigidiores erāt, & multo maxime circa accessiōes: quibus calor pedetentim, neque probe redibat: redibantque ad mentē, & loquebantur.

Varietatē symptomatū, quæ morbi eius tempestatis habebāt, cōmemorat quę sunt omnia praua.

39 Detinebantur aut sopore perpetuo, non somnolento, aut uigilijs cū laboribus.

Ne hoc quidem obscurū ei est, qui ea habet in memoria, quę in libro De sopore tradita sunt et in prioribus cōmentarijs. Cum enim uigilare ægri apertis oculis non ualent, sed conniuent spe somni cōciliandi, & uigiles tamen manent, uocitamus illum uigilantē soporē. Quibus si quis adsit dolor, manifeste uigilabunt magis ita affecti, adeo ut ne speciē quidē tenuis uideāt somni. siquidē istis, qui eo sopore tenent̄, usu uenit eiusmodi quiddam, ut medij inter planè uigiles intercedāt et dormiētes.

40 Aluus his plerisque turbata erat, atque excrementa cruda excernebāt, & multa, & tenuia.

Vel hinc liquet, nō attendere Hippocratem in dignoscēdis ardentibus morbis speciē excrementorum. Cruda itaque dicit & tenuia, qui tū tenebantur febre ardente, deiecisse: nec uerbum fecit de meris biliosis, uel syntexi, quas quidam notas esse febrium ardentium maximas existimant.

41 Vrinæ multæ, tenues, nihilque decretorij quicquam, uel boni.

Vbi de urinis agit, quæ acciderunt his, solet tradere, nec addere bonum an malum denuncient, nos putans, quæ in Præsagijs didicimus in uniuersum de uitio uel bonitate urinarū memoria tenere. Hic adiunxisse puto, quamuis eas prædixerat tenues esse, quòd illis adscripsisset multas. Nā docuisse memor se multitudine urinarum interim iudicium fieri, indicauit hoc loco quāuis multæ essent, nihil tamen decretorij fuisse, neque boni. Neque enim quò purgaret corpus, & infestantia amoueret, uidetur nunc molita natura multā urinam: sed quemadmodum didicisti sudores & deiectiones interdum ut superfluitatis humorū in corpore malorum symptomata, excerni, interdum expurgante natura: ita nunc abundātis in corpore serosi humoris sunt urinæ symptomata. Ideoque eis addidit, nihil decretorij quicquā, uel boni. Siquidem reddebantur, quia ob nimiam copiam eas uasa sustinere nō poterāt: uel quod mordacitate uehementi offenderentur, itaque ad excernendum contenderent. Huiusmodi etiā hac ipsa tempestate uentris erant excremēta, ut est supra dictū, & uero etiam sudores illis erant consentanei.

42 Nec uero decretorij aliud in ita habentibus ullū aduertebatur. Neque sanguis rite profluxit, neque alius cōsuetus fiebat abscessus decretorius. Moriebatur quisque scilicet incerto ordine: plerunque tamen circa iudicia: quidam longius producebantur, qui largius sudassent.

Qui perniciose habebant, hæc his accidebant, quæ tibi hic collegit febris ardētis perniciosæ symptomata: quorum quodque iam audiuisti ante frequenter, cur sit exitiale.

43 Similiter phrenitici quoque habebāt.

Finita de ardentibus febribus oratione, transit ad ea quæ phreniticis acciderunt. Itaque & hic eius uerba attendamus.

44 Sanè hi nihil sitiebant.

De phreniticis agit: fuisse eos dicit non sitibundos, non tam quòd illis multa humiditas in ore uentriculi afflueret, quàm quòd quæ patiebantur non intelligerent, & facultatem haberent stomachi appetitricem extinctam.

45 Nec phreniticorum insaniuit quisquā, quod usu uenit alijs: sed alio quopiam ueterno grauiter peribant.

Si non prædiceret: Nec phreniticorum insaniuit quisquam: sed simpliciter dixisset, præsentes phreniticos ueterno perijsse, non erat absurdum

accipere; eos conuersione in lethargum facta, ita A defunctos esse. Nunc cum sit prædictum, Nec insaniuit quisquam: probabilius est perijsse cum sopore perpetuo phreniticos, hoc est, demẽtes: hoc enim discrimine solo cum febre phrenitim accipimus, nulla re alia distantem ab insania, quàm febre. Mentis siquidẽ utraq; noxa est: sed proprium insanientiũ est febre liberum esse, ut febricitare phreniticorum. Non est igitur nouum in corpore crudis collectis humoribus, ut excrementa commonstrarunt, esse sopitos illos simul & dementes euasisse: Sopitos quidem ex multitudine & frigore succorum crudorum: Dementes, quòd acredinem pariebant & calorem putrescentes.

46 Erant præterea aliæ febres, de quibus iam acturus sum. B

Reuocemus ad memoriam, quòd postquam supra dixerit, febrium ardentium, quæ uigebãt, hæc erat natura: utq; hanc narrauit, & quæ illis acciderunt ordine omnia, & deinde rursus dixit: Similiter phrenitici quoq; habebãt, postea iam disputatione de his peracta intulerit: Erant præterea aliæ febres, de quibus iam acturus sum. Nam his uerbis febrium esse speciem, febrem ardentẽ, & phrenitim ostendit. Febrem ardentem, quòd perpetuam habeat sitim perpetuo coniunctam & multo ardore. Phrenitim uero, ut quæ sit assidua, unaq; dementiam perpetuam habeat.

47 Os multis aphthis uitiatũ, ulcerosũq;, fluxiones ad pudẽda multę, exulceratiões, C tubercula foris & intus secundũ inguina.

Et ante quidem de his sermonẽ habuit. Verum quia de unoquoq; seorsum agit, posteaquam ad autumnum usque generationem productam sacri ignis dixit, planè de ijs quæ nunc post eum describuntur, omnibus idem ostendit. Hac ergo de causa eorundem iterum meminit.

48 Lippitudines humidæ, longæ, diuturnæ, laboriosæq;: genarum foris & intus germina, quæ multorum perderent aciem, quæ uocant ficos.

Abundantis humoris superfluitas uidetur duplicem habere speciẽ in crassitiei & tenuitatis differẽtia, ut ferè in humidis & trãquillis tẽpestatibus D semper solet. Nã nisi peculiaribus utens exercitationibus uẽtiles corpus, & totũ lustres, cõcitesq;, copiã aceruabis crassorũ humorũ & tenuiũ: Crassorũ, propter socordiã: tenuiũ & aquosorũ, quòd uacuati nõ sint. Eorũ igitur argumentũ tenuitatis, aluus est tenuis, similesq; urinæ: Crassitiei, quòd omne producitur & plurimis est adiunctus sopor. His ergo merito, quibus ad oculos affluentia uergebat, humidas lippitudines fecit ob tenuitatem, & genarum germina causa crassitiei. Nã quod ex humore in oculis manante humidi exiret, fecit lippitudines, hoc est, cum fluxione humida & aquosa. Crassius uero partibus adhærescẽs affectis, tubercula excitauit, colliũ modo. Quod uero crassi humoris in profundo oculorũ erat, dolores peperit.

49 Expullulabant cum alijs in ulceribus multa tum in naturalibus.

Quę materię crassitudine in genis excrescebãt, non hic tantum, uerum in pudendis quoq; extitisse ait, & siqua pars alia forte esset exulcerata: humorum crassitie, ut dictum est, eiusmodi efficiente excrescentias, quas fungos uulgo uocant.

50 Carbunculi æstate multi, & alia, quę putredo uocantur.

Atq; quòd commoraretur in corpore prauus humor, putredo increscebat: æstate uero excipiente, neq; ipsa Etesias habente, multo magis eualuit; Ideoq; calidi morbi plures, & prioribus deteriores uiguerũt. Ostendimus enim carbunculum ex calido quidem esse feruore, uerum crassa materia constitutum.

51 Papulæ item magnæ.

Apertum est ab ἐκθύειν, quod est ὁρμᾶν, id est erumpere, deriuatũ esse ἐκθύμασι, id est, papulis, nomen, in ijs quæ sponte extuberant in cute. Hæc cõstãt superfluis scilicet humoribus. Atq; qualitatem etiã non iniuria subsequũtur, cum tenues humores exulceratione potius quàm tumores creent: at crassi in tumorem pellem attollãt. Liquet autem, quæ nunc in cute sponte sunt genita, eiusdem esse generis, cum illis quæ in genis & ulceribus prædixit excrescere.

52 Serpentia ulcera, multis magna.

Magna aut quòd multum occuparent loci, aut quòd adiunctam malam exulcerationem haberent, appellauit: quorum succedit utrunq; humorum, quod diximus, uitio.

53 Quæ ad uentrem attinebant, multis multa incõmoda euenerunt. Primum tenesmi multis cum dolore: plurimis uero pueris, omnibusq; impuberibus: quorum plurimi peribant, multi lienterici erant.

Tum humiditate ætatis, tum quia plus cibi sumentes pueri, nutrimenta sæpe corrumpunt, merito tenesmo corripiebantur. Qui cum alioqui dolorificus est & molestus affectus: dolorificus, propter tensionem: molestus, quòd assidue desidendum sit: tum uero in hoc statu, quem plethoricum simul & prauis humoribus fuisse exundantem diximus, multi magis lienteria tenebãtur. Nam debilitata facultate retentrice, fieri lienterias didicisti. Est porrò cõsentaneũ, sicut extincta erat facultas uentris nutritiua, unde cibos prorsus ait paulo post eos fastidiuisse: sic retẽtricẽ etiã fuisse læsam.

54 Dysenterici, neq; admodũ grauiter.

Consentaneũ erat inferri hoc prędictis quibusdam, qui nõ grauiter ægrotarant. Sed nullus is est prædictus. Imò uero contrà magis, & priores omnes, & qui ante lientericos dicti sunt tenesmo laborasse, grauiter ægrotarunt. Quare est fortassis scriptura corrupta: quomodo in multis libris aliæ mẽdæ multæ, à primo librario cõmissæ, manserũt. Nam rectius scriptum sit: Hiq; admodũ grauiter.

Quidam

A Quidam uero dictum aiunt: Neq; hi admodum-grauiter-perinde ac, Multi dysenterici nō fuerūt: uolēte indicare Hipp. ex hoc-grauiter, generatione morbi, non modū. Quidā ꝙ dysentericis nullo dolore affectis adiunctū sit, ideo dicunt, Neq; hi admodū grauiter, ab eo esse adiunctū: ut intelligamus lientericos necessario esse dolore uacuos.

55 Aluus biliosa, pinguis, tenuis, aquosa: atq; ipse morbus multis eò erupit citra febrem, & cum febre: tormina dolorifica, prauæ item reuolutiones: multorū quæ in corpore inerant, suppressaq; erant, exitus: quę aūt descenderent, dolores nō tollebāt: multæq; erant corporis partes affectæ.

B Pręsens sermo omne genus cōtinet morbi, quatenus natura inter se homines, ætatibusq; & uictu distāt. Ergo cum aliis alius abundaret succus, à statu aetis hunc, ut demonstrauimus, auxit tandem putredine excipiente, putrefactio pro humorum differentia collectorū uariabat. Iam quia hæc in locum se cuiq; ęgro natura imbecillimum conferebat, multis, quia satis multi homines essent, contigit partibus lædi. Proinde erat probabile natura biliosis, & iis qui in ætatis erant flore, & solicitis, iisq; qui laboribus sese & administrationibus conficerent, hæc abundasse. Pinguia syntexeos esse ipse signa docuit: Aquosa, tenuis & serosæ humiditatis. Porrò multos dicit hoc morbo laborasse, hoc est, deiecisse talia: etenim citra febres hoc dicit quibusdam accidisse. At exitus, hoc est, uacuationes illis ait cōtigisse multorum, quæ inerant in corpore, & suppressa erant: quod fortassis significat, cū etiamnū multa in corpore retinerentur, tamen multa exiisse, quo minus exeuntia dolores exoluisse. Nam qui sustollere illa, cum quæ supprimerentur essent etiam multa, possent?

C 56 Et hæc quæ offerebantur, ægre admittebant. Nam purgationes multos offendebant. Quorum qui sic habebant, subito multi peribāt: multis malū producebatur.

Oblata potest dicere tum omnia in cōmuni remedia, tum priuatim cibū & potionem. Purgationes, quarū fecit mentionem, utrisq; possunt annumerari. Nam nihil cōtulisse ita affectis remedia, ut ille nihil dicat, in aperto est. Siquidem cum multi morerētur, nullius erant usus omnib. illis auxilia.

D 57 Vnoq; uerbo: qui longis morbis, uel acutis tenebantur, uentris uitio omnes præcipue exanimati sunt. Cunctos nanq; uenter sustulit.

Et pestis quoq; illa longissima, quæ nostra ætate uulgata est, per excrementa alui omnes propè peremit. Quæ euacuabantur, erat syntexis. Quod quidem esse symptoma uidetur in perpetuum febris, quam pestilentem priuatim uocitāt, quæ homines etiam citra pestem corripit.

58 Omnesq; in quos equidē tunc incidi, cibū, quocunq; detinerentur prędictorum morborū, fastidiebāt: multi aūt, maxime ii qui ex his erāt, & ex aliis, qui in malis erāt.

Etiam hoc symptoma omnes cepit, qui in peste diuturna, quæ modo uiguit, laborabant: quare factum est, ut multi morerentur. Fortissimi ergo, qui uim sibiipsi adferentes, cibum oblatum assumpserunt, omnes ferè superstites fuerunt. Plurimi uero mori, ꝙ comedere quicquā prius duxerunt. Atq; hæc ipsa etiā accidisse illis uidentur, qui tum ægrotauerūt, maxime uitio uentris. etenim & huius est opus, ciborum appetentia.

59 Erant hi sitibundi, illi non.

De his hoc loco, qui aluo turbata, ut ipse appellauit, citra febrem afficiebātur, sermonem habet: quod est ex his uerbis clarum, quæ subdidit: Ex his, quos febres tenebant, aliaq;, nemo circa potū intempestiuus erat. Apertum est etiā ex illis quæ supra diximus, cur nō essent sitibundi omnes, nec siti liberi. Crassitudo enim humorum, & tenuitas aquosa erat aceruata, frigida illa quidem sua sponte utraq;, sed acquisititium à putredine calorem mutuans. Quare in quibus excellebat iam putridus calor, erant sitibundi: in quibus nondum, hi contra merito non sitiebant.

60 Ex his quos febres tenebant, aliaq;, nemo circa potum intempestiuus erat.

Posteaquā priori capite dixit, de iis qui ex uentre laborarūt, quòd partim sitibundi, partim non essent: hic nunc de ægrotantibus simul cum febre ait, non magnopere ullum fuisse sitibundum, neq; ut medicis non esset audiēs. Quod hinc est factū, quoniam non perinde his multa, copiosa, putrida sanies in uentrem, ut prædictis conflueret.

61 Vrinæ multæ erant. neq; erant illæ ex potu ingesto, sed illum excedebant: mireq; etiam uitiosæ erant urinæ redditæ. Neque enim inerat crassitudo, uel concoctio, uel proba purgatio. Nā purgatiōes per uesicam commodæ, bonum multis portendebāt. Plurimis uero syntexin, turbationem, dolores, diuturnitates, & nulla iudicia.

Quæ sunt dicta, clara omnia sunt, & memoriā, non interpretationem postulant. Ipse nanq; superiori sermone, quē ego exposui, nō obscure ostendit, esse cum urinæ symptomatis ratione uacuentur, sicut sudores, uomitiones, & deiectiones.

62 Sopiebantur in primis phrenitici, & qui febre ardente tenebantur: tum etiam in aliis morbis omnibus maximis, quòd febrem adiunctam haberent.

Soporē creauit materiæ crassitudo, & præter cęteros his, quibus erat affectū caput. Est aūt phreniticis affectū per se: sed in ardentib. febribus per accidēs. Nam febris calor prauos humores, qui tunc crudi & frigidi abundabant, ad caput subuehit.

63 Plerisque uel grauis sopor comes

erat, uel tenues atq; parui somni.

Grauis sopor, à quo ægre quis excitetur, accipiendus est: cuius cõtrarius est, qui tenues & paruos somnos habeat. Quorum accidit primus his, quibus crassitudo et copia exuperabat frigidę materiæ: alter, quibus putrida tenuitas.

64 Multa præterea febrium alia genera uulgabantur, tertianarum, quartanarũ, nocturnarum, continuarum, longarum, uagarum, fastidiosarum, inconstantium.

Quia humores noxij erãt diuersi, ideo cum alij morbi, tum plura iam inciderunt febrium genera. Meminit autem intermittentiũ, quæ numero tres sunt, quotidianarũ, tertianarum, quartanarũ: Tertianarum quidẽ et quartanarũ nominatim primũ: quotidianarũ uero dicendo, nocturnarũ. Nam earum ex quo duplex est differentia, quatenus hę interdiu accidunt, illæ noctu, inde diuersa nomina inuenerunt. Hippocrates earũ, quæ tum uigebãt, mentionẽ fecit, quę erãt nocturnę. Memoria itaq; repetamus etiam, ꝙ cum & primo libro & secundo Morborum uulgarium, tum multos separatim ęgros adduxerit, tum integras sit tempestates persecutus, nusquam nec quintanã, nec septimanam scripsit, uel aliam febrem multorum dierum. Nec uero etiam in tertio libro Vulgariũ morborum, neq; ante, neq; posthac ad finem usq;. Vnde mihi in mentem uenit, illa quę primo libro Vulgarium morborum tradita sunt, infarcta ab alio suspicari, ubi alias esse quartana febre plurimũ dierum statuit. At in prædicta oratione intermittentium genus propria appellatione non nominauit quemadmodum continuarũ, sed est tantum omnes eius species persecutus: deinde communi nomine continuas indicauit, quarum febres ardentes prædixit, & phrenitidas. Postea longarum nomen & uagarum prodidit: ubi mihi memor sis eius, quod est initio propositæ orationis dictum, febriũ ipsum omnia quæ collegit, species appellare.

65 Omnes hæ cum multa turbatione erant cõiunctæ. Ventres enim plerisq; turbati cum horrore. sudores non decretorij: & urinæ eæ, quas supra descripsimus. Hæc erant illorũ plerisq; longa. Nã qui ipsis abscessus fiebant, nõ iudicabãt, ut in alijs. Omnia quidẽ omnibus difficulter iudicabant. uel omnino nõ iudicabantur, uel producebant: his uero multo maxime. Tamẽ horũ pauci ad octogesimũ diẽ iudicabantur. Maximã partẽ temere reliquerũt. Horũ pauci moriebantur, ex aqua inter cutẽ, qua nõ decumbebant. Multos etiã in alijs morbis tumores excitabãt, præ cęteris uero tabidos.

Prędictas dicit omnes febres adiunctã habuisse multam turbatianem: mox ipse, quæ esset turbatio, exponit, describitq; eorum symptomata. Reliqua, nisi priora exciderint, clara sunt.

66 Maxima erat & grauissima tabes, hæcq; plurimos peremit. Nam cum multi hyeme cœpissent, maxima ex parte decubuerunt, partim recti esse sustinuerunt. Verũ ante uer, qui decubuerãt, ferè perierũt. Reliquorum tusses neminem reliquerunt, remissiores tantũ æstate fuerunt. At sub autumnum omnes decubuerunt, atq; multi obierunt, quorum ægrotabãt plurimi diu. Cœperunt igitur horũ plurimis subito ex his esse deteriores, tum horrores crebri, sæpe febres continuæ, acutæ: sudores intempestiui, frigidi, multi perpetuo. Multum uero erat frigus, & uix eis calor reuocari poterat. Ventres uarijs modis substiterunt, rursusq; statim fiebant lubrici. Quæ pulmonẽ infestabant, per aluum omnia reddebãtur. Copia urinarũ parum bonarum, syntexes malæ. tusses tenuerunt continentes, & multa excreãtes cocta & liquida, minus tamen cum labore. Quæ etiã siquando essent difficiliores, rursus lenius omnibus purgabantur, quæ pectori incõmodabãt: raucedines nõ mordicãtes. neq; salsugines quicquam molestabãt. Lenta uero, & alba, & liquida, spumosaq; multa caput demittebat. at multo hos & alios maximum comitabatur malum fastidium ciborũ, ut supra docuimus. Nam ne potum quidem libenter cum cibo sumebant, sed citra sitim degebant.

Dixi etiã supra, repleto in calida et humida uentisq; uacua tempestate capite, ex destillatione in pulmonẽ descendente tabem cõstitisse, cuius etiã per stomachũ portio in uentrẽ delata, eum turbauit. Quæ deinde dixit de tabidis, & si ijs qui prædictorũ meminerunt, clara sunt, faciã tamen ut quæ uidebuntur referenda, hæc declarem. Primũ hoc inter ea est, ineunte uere plerosq; tabidos obijsse, ex aeris immutatione. Dixit enim extremã fuisse hyemem asperã, & circa æquinoctiũ iam Aquilone spirante ninxisse. Quæ tabidis conuersiones infestissimæ sunt, itaq; autumnus etiam perniciosus est. Vnde in Aphorismis eum ipse dixit tabescentibus aduersariũ esse. Et quidem Aquilo partibus thoracis officit uniuersis. Quare in Aphorismis ait, tusses, raucedines, laterum dolores & pectoris existere, flante Aquilone, pręcipue quibus iã sunt hæc uitiosa, & caput repletũ destillationem deriuat. unde ęstate tusses dicit remissiores fuisse, hoc est, imminutas, & moderatiores. Nam fuit, ut ipse scripsit, serena æstas & calida, ut e diuerso principium insequentis autumni tabidis inimicissimũ. Dixit enim: Sub Arcturum rursus flante Borea multum pluit. Quòd autẽ longo spatio produceretur non solũ tabes, sed & alij morbi, in causa crassities

fuit

fuit materiæ nihil habentis sua sponte acredinis et caloris, sed die à putredine mutuantis. Planissimũ hoc fecit hisce uerbis: Raucedines non perinde mordicantes, neq; salsugines quicquam molestabant. Lenta uero, & alba, & liquida, spumosaq; multa caput demittebat. Quod reliquũ est huius capitis, omne memori superiorum clarum est.

67 Grauitas corporis cum sopore.

Sępe est dictum, emoriente sustentatrice & motrice corporum facultate, quæ pridem ab ea ut leuia ferebantur & mouebantur, grauia uideri.

68 Quibus ferè omnibus tumores fiebant, qui in aquam inter cutem eruperunt.

Non mirũ, si propter abundantiã crudorum humorum ad hunc affectum quidam deuenerunt.

69 Horrebant, & sub mortem delirabãt.

Cum prauitas humorum ex putredine parta in cresceret, horrore corripiebantur, & delirio progressu temporis, quo etiam expirarunt.

70 Genus erat tabidorũ, glabrũ, subalbũ pituitosum, subrubicundũ, cęsium, leucophlegmatiæ, ac quibus scapulæ in morẽ ala rum prominebant, mulieresq; sic. Itidẽ melancholicũ genus, & subsanguineũ. Febres ardentes hos & phrenitides & dysenteriæ tentabant. Tenesmi iuuenes pituitosos exercitabãt: Diuturna alui profluuia, & acria excrementa pinguiaq; biliosos.

Corporis formas eorũ, qui tabificis morbis corripiebantur, reddit. Glabrum igitur, quod est depile, indicat iusto frigidius temperamentum: nec hoc ad pueros refertur: semper sunt enim hi propter ætatem calidi: sed ad adultos, ut in commentarijs De temperamentis declarauimus. Itidem albus color: ubi quidem miror, quid prepositiõem sub addiderit, subalbum dicens. Nam in rubicundo recte sanè dictum est subrubicundum. Didicisti nanq; rubentem colorem calidũ denotare temperamentnm: Subrubrum non perinde ac album frigidum: non tamen etiam calidum, qui uero alba pituita affluunt (quos Græci λευκοφλεγματίας appellant) si quam habemus traditorum in libris De temperamentis memoriã, citra cõtrouersiam sunt frigidi temperamẽti. Est his molle corpus et tumidius quodãmodo, propemodũ ut aqua affectis inter cutem, quam Leucophlegmatiã appellant. Itaq; omnes hi sunt planè frigidi temperamẽti. Pituitosi uero ut audiuisti, temperamenti malorum pleni humorum. Præterea de cæsiis, semelq; de oculorum coloribus, in cõmentarijs De temperamentis didicisti nõ esse existimandũ pro certo ex tali signo de totius temperatura corporis, nisi solorũ oculorũ, sed neq; horũ quidem euidẽter in prędictis. Nam primũ oculos, qui χαροποὶ, hoc est, cæsii uocanẽ, qui sint considerandũ, reuocandumq; ad memoriam Poeta quæ scripsit, ubi ait:

ἄρκτοι τ', ἀγρότεροί τε σύες, χαροποί τε λέοντες.

Deinde ubi uideris multos leones, ita memoriæ

A color oculorum mandandus est, ut ualeas, cum in hominibus conspiciatur, facile agnoscere: cumq; uideanẽ illi tales esse, temperamentũ quoq;, quod ad oculos attinet, calidũ & siccum dices. At huic non parum multa in præsenti oratione repugnãt. Primum enim cum frigidiore temperamento cæsium collocauit. Postea biliosos appellauit, quasi àb his dissidentes, cum aperte sint hi temperamento calido & sicco. Imò uero ipsi morbi, quos descripsit à corporis formis, significãt primo loco relatos esse omnes frigidiores, rubicundos calidiores, biliosos abũde calidos. Nam hęc tempestas in corpore uidetur humores aceruasse, & replesse caput: idq; omnib. morbis cõmune fuisse, sed fuisse suo quęq; morbo aliũ alio correptũ, pro sua cuiusque natura: Alui fluxionibus, acribus deiectionibus pinguibusq; biliosos. Nam ipse in pręsagijs dixit, pinguitudines innatantes similes aranearũ telis reprehendendas esse. indicant enim syntexim: Quare biliosi merito in febres syntecticas inciderunt, offendebãturq; alui deiectionibus. Rubicundi uero, & ad melancholiã appositi, & crasso sanguine calidoq; præditi, nõ iniuria phrenitide sunt & febre ardente correpti, & etiam cruentis dysenterijs ꝙ fieri potuit maxime. Duplices eñ eas scimus esse. Intestinis exulceratione erosis alteram differentiam, alteram cum copiosus sanguis per uenas, quę ad intestina pertinent, euacuatur. Quę autem essent naturæ uel calidiores tantum, uel frigidiores simul & humidiores, has par erat, ut &

C quæ nec facile febribus corripiebantur, nec biliosis affectibus, in solas incidisse capitis destillationes, itaq; intabuisse. Quia uero scripsit Hipp. Genus tabidorũ erat glabrũ, subalbum, pituitosum, subrubicundũ, & sermoni etiã cæsios inseruit, dignũ mihi hoc quæstione uisum est. Consentaneũ erat nõ cæsios, sed glaucos potius dicere, ꝙ hi partim frigidi, partim humidi, partim pariter frigidi & humidi temperamẽti esse uideanẽ: quorũ nihil cum præsenti disputatione pugnat. Cõparemus iam cum his infantes, Scythas, Gallos, & Germanos, qui planè tẽperamento sunt humidiore, frigidiore uero non citra controuersiã. Mihi igitur uisum est operæ pretiũ, ut de colore oculorũ cæsiorum haberẽ quæstio. Interpretes libri huius Em-

D pirici quidẽ, unaq; cum his Lycus, ut alia multa, sic hoc omissa causæ inquisitione pręterẽunt: Hippocratici uero quidã temperamenti esse calidi signum cæsiũ, quidam sicci dicunt. Sunt qui neutrũ iam addant. Sabinus quidẽ hoc demũ satis habuit dicere, Cæsium uero quia est siccũ, opportunum est tabi: Neq; causam, cur id scripserit, adducit: neque alia quibus hoc est adiunctum, esse omnia frigidioris temperamenti & humidioris signa. Num ergo pro glauco Hippocrates cæsium falsus uocabulo scripsit? Nam quid dicas aliud? Sed hoc in cõmuni sit considerare propositum. Ad reliquam iam orationis partẽ accedamus: Nam in morbis tabificis unà cum prædictis etiam πτερυγώδεις, id est quibus scapulæ in modum alarum prominent cõmemorauit, qui nõ propter temperamentum,

sed propter uitiosam thoracis figuram, obnoxij ta A bi sunt. Probabile tamē est eius figuram natiuum calorem sequi. In fine, ubi de tabidis tractat, quando Hippocrates adiecit, Et mulieres sic: animaduertendum est, utrum hoc modo dixerit, quasi dicas, mulieres perinde ac uiros tabe fuisse correptas, quæ erant eorundē generum: an licet his notis carerent, frequentes tamen dicat in hunc affectum mulieres incidisse, cū humidiores sint & frigidiores, ut qui quosdā uiros ex suo cuiusque tēperamento tentauit, hic per multas mulieres ex com muni. Equidem utrunque censeo consentaneū esse. Nam est uerisimile frequentiores uiris mulieres, propter temperamentū suū cōmune, tabe captas esse: ac præ cæteris illas quæ eius erant generis, cu ius recensuit uiros. Quia uero subdidit melancho B licum genus & subsanguineum, febribus ardenti bus præcipue fuisse & phrenitide affectū, ad memoriam quæ didicimus, reuocemus, quibus multus sanguis & calidus generatur, prompte in melancholicorū humorū hos uitium deuenire. Quare accipe non hos, qui atram iam multam bilem aceruauerunt, sed qui ad generandā eam essent ap positi: qui sane, ut calidis arriperentur morbis, quòd natura essent calidiore, merito factum est. Postea quā aūt supra dixit pituitosos esse tabificis captos morbis: nunc addita his ætate dicit: Tenesmi iuuenes pituitosos exercitabant: nempe quòd nō tantum naturale temperamentum esset ad cōmitten dum tenesmū pronū, sed ætas quoque calida esset: ut ex acri & putrida pituita tenesmū intelligamus C ortum. Siquidem transitu ad rectum intestinum ea pituita exulcerans, ad excretionem assiduam ægros irritauit. Tensiones autem & desidendi cupiditatem uehementiorē habēt tenesmo laboran tes quàm dysenterici, propterea quòd ægre pituita ex cerni potest: corporibus enim præ crassitie & uiscositate inhærescit, non ut flaua bilis, statim permeat. De naturis autem biliosis antea dicebā, merito illis acres deiectiones esse propter pallidam, flauam, & amaram, quam uocant, bilem: pingues uero propter colliquationem: quibus excrementis ob collectorum copiam uitiosorū humorum longa successisse profluuia uentris.

71 Omnibus, quos supra descripsimus, uer erat infestissimum, plurimosque sustulit. D Aestas commodissima, minimeque multos peremit. Autūno rursus, & sub Vergilias multi interierunt τεταρταῖοι.

Vitioso humore, qui collectus erat, in corporis profunditate retruso ab aeris frigore, quo extrema hyeme & ineunte uere erat infestus, haud iniuria maxime quidem tabidis, ut ante dixit, & uero etiam alijs uere contigit perire: æstate, quæ serena erat & sicca, omnes releuari: Iterumque aere sub Arcturum in humidum uertente, merito multi toto autumno ad occasum Vergiliarum in fine præsentis status, quartana febre perierunt. Quædam exemplaria adscriptum habent, quarto: alia, febre quartana. Et quæ his sunt uetustiora, literā Δ quæ alijs literis est maior. Sunt quibus nihil est omnino adscriptū. Qui itaque cum ι scribunt τετάρτῃ, hoc est, quarto, quare datiuo casu esse id dictū iudicant, hoc modo interpretātur: Multi die quarto perierunt. Qui sine ι, esse id additum: similem esse hunc ante expositis in primo libro Vulgariū morborum uolunt, & quartum esse statum, commemoratis scilicet cum eo tribus illius libri statibus. At quibus in exemplaribus pro quarto, Δ tantū est adscriptū, idē significatur ac quarto. Quod quidem non aliter, atque notæ à Pamphilio Mnemone scriptæ, symbolice uidetur positū esse. Atque hanc ueteres unam lectionem agnoscūt. Quidam qui hæc deflectere studebant, commutata scriptura fecerūt τεταρταῖοι, hoc est quartana febre: atque hanc esse totam orationem statuerunt: Autumno rursus & sub Vergilias multi febre quartana interierunt. Itaque tantū legit in suis exemplaribus Capito: cui tamen subesse uidetur mendacium, siue de ægrotātibus, siue de febribus accipias. Nam de ægrotātibus quidem prorsus est absurdum. Neque enim probabile est præsentem humoris statum adeo esse consecutos acutos morbos, ut quarto die perimerent ægros. De febribus uero uerisimile erat, tum quoniā deustam diuturnitate crassam materiam probabile erat in melancholicū transisse excrementum: tum quòd anni erat tempus Autumnus. At febribus tamen uigentibus quartanis, non perijssent multi. Securam etenim scimus esse per se hanc febrem, ut de ea Hippocrates dixit.

72 De ijs quę ad exitū libri sunt adscripta.

A pestilēte tempestate sedecim narrat ægros ad finē usque libri. Inde sunt adscripta quædā, de quib. uidet recte Dioscorides statuere, qui uult ea statim tēpestati subtexta: huncque illis libri locū in sua æditione attribuit: itaque ea hic nos exponemus, si prius hoc tantū dixerimus. Videt mihi hęc quoque alius adscripsisse, nō ipse scripsisse Hipp. Videtur uero mihi merito æstas insequens profuisse. Nam tollit ęstiuos morbos instās bruma, ęstas insequēs brumales. Atqui erat incōstans æstas. Etenim subito calida euasit ac austrina, uētique in ea siluerūt: profuit tamen ad aliū statū mutata. Enimuero reuocemus ad memoriā, quæ de æstate in narranda tēpestate scripsit in hæc uerba: Aestas serena erat & calida, magni erant æstus. Etesiæ parui non con tinenter spirauerūt. Quare par erat moderatiores æstate morbos esse, ex humorū, ut dictum est, ortos exuperantia, qui ineunte uere potissimū prodierunt. Quia illud frigidum, in altum corporis re pul erat: iam æstas quæ illud squalida & calida excepit, simul & ad cutem malū traxit humorē, & digessit eius portionem nō minimam. Quo tempore si Etesiæ spirassent, morbosum humani corporis statum omnem abstersissent. Quia uero eius superarat pars, moxque sub Arcturum flante Borea multū pluebat, humores qui nimis per cutem manabant, rursus impediti sunt, & in profundū corpus impulsi. Hinc de integro ægrotare, multique mori cœperunt. Hac ergo de causa ægrotantibus id temporis, æstas nōnihil profuit: non quia morbos

bos, qui hyeme cœperunt, elidi sit probabile æstate. Tametsi ita se habeat res, ut qui hyeme emerserint, æstate profligentur: & quos produxit æstas, hyeme. Aestiui siquidē & brumales morbi intelligendi sunt, qui æstate, quæ in natura sua constat, & hyeme præ cæteris existunt. Ita enim in Aphorismis Hippocrates dixit: At morbi omnibus omnes temporibus anni & existunt & ingrauescunt. Sunt tamen qui certis anni temporibus emergant ingrauescantq́. Sub hæc quæ uere regnant ægritudines, quæ æstate, & autumno, hyemeq́, recēsuit: nimirum ubi nihil in aere innouetur. Nam si uere eodem die modo calor, modo algor intendatur, morbos ait autūnales impendere. Neq; enim temporum anni nomina, cæterum temperamenta certas morborum formas cōmittūt: quæ ubi uarient, non possunt non unà secum morbos commutare. Iam uero proposita oratio morbos uult, qui hyeme extiterunt, æstate repelli, uel si uitioso sit æstas temperamento: cuiusmodi cum aliquando in Cranone fuisset, carbunculos statim excitauit. Qualis si in præsenti esset, plurimos malorum succorum & putridorum abundantia aucta & iam putrefacta peremerat. Quamobrem mendacium esse apparet, & refragari Hippocrati, brumales morbos prorsus æstate discuti: cum qui hoc proposuit, nesciuerit quosnam morbos dicat Hippocrates singulis anni temporibus esse proprios. Nec uero etiam est necesse reliqua hic referre, quæ alias in uniuersum præscripsit. Quare illa semel prætereibo. Plana nanq; sunt omnia, & in libris, quos antehac enarraui, abunde de his disputaui.

73 De ægris post tempestatem.

Sedecim post tempestatē ægros descripsit Hippocrates, qui, ut quidam censent, in ea laborauerunt: quando ipse, ubi finē facit de ijs quæ tum acciderant, narrandi, sic dixit: omnibus τοῖς ὑπογεγραμμένοις uer erat infestissimum. Potest tamen de supra descriptis dictum esse uerbum hoc ὑπογεγραμμένον: qui usus apud multos est. Nā sedecim hos ægros aliud tenebat morborū genus, ac commemoratos ab eo in tempestate pestilēti. Verum quæ de his ægris prodidit, non fusam iam requirunt interpretationē, si memoria, quæ ante exposuimus, teneas. Nam omnium propè symptomatum & signorū, quorū Hipp. meminit in ægris, de quibus uerba fient, reliquū, quod non sit ante dictum, est nullum. Itaq; summatim percurremus ea quæ in his sunt scripta: sicubi quid se offerat, quod antea nōn habuimus, illud solum elaboraturi.

74 In Thaso Parium quendam, qui supra Dianæ ædem decūbebat, febris corripuit acuta, primo continua & ardens. In principio sitibundus erat, & sopore tenebatˀ, rursus insomnis. Inter initia uēter turbatus, urina alba. Die sexto erat oleosa urina, aluus biliosa pinguisq́, delirauit. Septimo grauiora omnia fuerunt, nihil dormiuit, cæterum similes erant urinæ, & mens perturba-

A ta, aluus item biliosa pinguisq́. Inde die octauo parū ex naribus stillauit, uomuit uirulēta & pauca, aliquātisper dormiuit. Nono nihil est mutatū. Decimo cuncta fuerūt remissiora. Vndecimo sudauit, at non toto corpore: extremitates friguerūt, moxq́ recaluit. Duodecimo febris acuta: deiectiones biliosæ, tenues, multæ: urina suspensiones habebat, delirauit. Septimodecimo grauiter laborauit: neq; enim uel somni, uel febris producebatur. Vigesimo undiq; sudauit, insomnis, deiectiones biliosæ, à cibo abhorrebat, sopore tenebatur. Quarto & uigesimo recidiua. Trigesimoquarto febre
B fuit liber, aluus non substitit, atq; calor redijt. Quadragesimo febre liber, aluus spatio paruo non substitit, à cibo abhorrebat, rursusq́ aliquātulū febricitauit, idq́ semp incōstanter, modo à febre liber, modo non liber: nam siquādo intermitteret, essetq́ leuior, repetijt: ferculis etiā multis uitiosisq́ utebatur. Circa recidiuā somni mali, delirauit: urināq́ tū reddidit crassam illā quidē, cæterum turbatā & malā: aluus astricta rursusq́ laxata: febriculę cōtinuæ, deiectiones
C multæ, tenues. Centesimo uigesimo die obijt. Erat huic aluus ab initio ad finē usq; lubrica, excreuitq́ biliosa, humida, multa. Cū subsisteret, feruida, & cruda. Vrinæ perpetuo malæ. Sopore cum doloribus ferè tenebatˀ. Insomnis erat, à cibo abhorrebat. Continenter ardente febre laborabat.

Est interpretū quorundā arguta hic assiduitas, qui ægri patriā aiunt non esse temere adiectā. Etenim autoritatem esse Asclepiadæ, Parios maximum consequi à sanguinis missione emolumentum. Absurdū uero sit, quando nihil hic de sanguinis missione dixit Hippocrates, ideo ægro putare
D patrię adscriptū esse nomen. Multo iam faciūt absurdius hi interpretes, qui nunq; inuestigarūt, cur in tanto numero ægrorū semel Hippocrates sanguinis missionē meminerit, quod nos sumus commentati. Quare istis repudiatis, quę iuuenū interest audiuisse, hæc referemus. Verbi gratia, quod de urina scripsit oleosa in pręsente ægro sexto die. Nam quidā pinguem urinam ita censuit ab eo dictam esse, quæ liquescente pinguitudine per morbum feruidum et adurentē sit. Nonnulli colore & crassamento olei similem. Equidē talem sæpe urinam nullo ęgri detrimento redditā conspexi, imò uero interim planè è contrario, in morbi concoctione. Haud tamen est ita uisa prorsus, ut oleum, pinguis urina. Nam quod modo narrauit, Vrina oleum & colore & crassamento repręsentans, ne-

quaquam pinguis uidetur. Et ipse aũt in Præsagijs Hippocrates dicit, pinguitudines telis araneorũ similes innatantes esse considerandas, nam colliquationem nunciant. Nos uero pinguedines fluitantes uidimus frequẽter, uerum nunquam excretam talem prorsus urinam, neq; in medio pinguia pendere, quo minus subsidere. Nam ita est comparatum natura omne pingue, ut reliquis humoribus inuehatur. Ac ne in Præsagijs quidem Hippocrates uerbum de his urinis fecit, cum omnia sit, quæ in acutos morbos cadunt, sedulo & aperte persecutus. Iam etiã die eodem sexto ægrũ dicit, de quo hoc loco agimus, biliosa atq; pinguia deiecisse: quæ uidentur aperte fundenti pinguedinem febri esse cõsequentia. Atq; uidebitur ijs qui pinguem putant esse urinam oleosam, suffragari. Potest aũt ad contrariũ etiam referri. Nam omnino Hippocrates urinas pingues diceret, siquidem hæ quoq; oleo similes sunt. Iam cum diuersa in urinis & excrementis nomina usurpauerit, innui uidebitur, suam utriq; significationem illum tribuisse. Quare mihi probabilius uidetur, urinam olei referentem colorẽ & crassitiem, hic oleosam dici. Vtrunque ego interpretabor. Etenim pinguia si urinæ habuissent, ita ut excrementa, sint illæ censendæ quidẽ prauæ, at non semel exitiales tamen, ꝙ non perinde sit carnem colliquescere ac adipem. Nam calor est feruentissimus, qui carnem fundit: moderatior, qui pinguitudinem. Nempe fusa omnes putant medici, quæ aluo exeũt, à pinguibus deiectionibus distare. In peste quidem longissima nostræ ætatis colliquata propè omnes excreuerunt: quidam mere fulua, quidam moderatius, omnes certe putida. Verũ enimuero eæ excretiones letales sunt, nec morbum ducunt. Parius hic uiginti dies ultra centum ægrotauit, idq; cum malam haberet rationẽ uictus. Nam ipse de eo Hippocrates scripsit: Et ferculis etiã multis uitiatisq; utebatur: quo est factum, ut pinguẽ urinam redderet die sexto & proximis. Nõ erat ergo eum cito mori necesse. Quòd si non fuit pinguis urina, sed olei colore & crassitie adsimilis, ut ab urina omnino erat etiam probabilius hominem nõ moriturum. Sed quod in eiusmodi obseruaui urinis, rem multo utilissimam, iam proferam. Nam ut non est ipsum oleum unius neq; coloris, neq; crassitudinis, sic nec oleosa urina, pallida prorsus erat, sed aut plus, aut minus. Quicquid igitur ipsius ad candidiorem tendit colorem, exoluto colore pallido, humorũ denotat cruditatẽ: quod uero uehementer pallidum est, ut ad flauum accedat, biliosum calorem. Periculum igitur his urinis non ob prauitatem subest, sed ob febris uim. Quorum aliqui, si reliqua sunt cuncta salubria, breui liberãtur. Nihil habet ergo admirationis, si in talibus urinis quis longo tempore morbũ traxerit, utro modo oleosas accipias. Non enim sunt illæ quidem salubres urinæ, nõ tamen magnopere perniciosæ. Porrò ex ijs quæ in exitu scripsit historiæ, prauitas humorũ quædam tenebat Parium biliosa, & uentris iecinorisq; extinguebatur facultas. Nã ubi finẽ imponit his nar-

A randis quæ illi acciderũt, scripsit perpetuo usq; ab initio turbatã aluum fuisse, deiectionibus biliosis & humidis: Interim etiã suppressam fuisse feruentibus crudisq; deiectis. Hinc tibi humorum, qui morbum induxerunt, liquet uitiũ. Itidem ex eo ꝙ toto ferè morbo oppressus sopore fuit & insomnis. Iam ꝙ extinguebatur naturalis facultas, eius defectus in morbo appetentiæ significat. Neq; enim latet, Hippocratem ἀποσίτους more antiquorum Græcorũ eos qui appetentia carent, appellare. Atqui uidetur imbecilla fuisse natura, quæ iudicium sæpe moliretur, nihil tamẽ proficeret, sed morbo esset inferior: huc accessit malus hominis uictus, qui quidem non leue adfert ad exitiũ momentum. At uero dierum decretoriorũ ratio B exactè & hic constitisse uidetur. Omnes enim decretorij motus & recidiuæ in hosce dies ægro inciderunt. Etenim undecimi meminit, & quartidecimi, à quo decimi & septimi, postea uigesimi, & uigesimiquarti, & trigesimiquarti, atq; quadragesimi, postremi omnium centesimiuigesimi, quo defunctum esse hominẽ ait. Quod uero dixi ante, non præteribo hic. Siquis errores interpretum huius libri refutet, in crimen incidet loquacitatis. Itaq; ut illic quædam sum exempli gratia referre compulsus, ita hoc loco faciã. Sabinus ergo quod de ægri patria attulit, suprà indicaui. Quæ uero de oleosa ille urina, hoc loco cõmemorabo. Tanti enim huiusce rei cõmentatio est. Itaq; de ea in hæc uerba scribit: Oleosum igitur sunt qui bilem dicant esse, C uerum non est bilis, quandoquidem non ita esset perniciosum. Nam bilis frequẽter exit, neq; offendit quicquam. Alij neruos, ossa, & cartilagines dicunt fusa esse: huius enim omnia hæc coloris esse. Sed falluntur ij qui colorem oleosum ossibus ferunt, & cartilaginibus, neruisq; esse similem. Neq; enim eatenus uita sit extracta solidis partibus marcescentibus. Vigesimo enim die supra centesimũ uita excessit, cum talem urinam reddiderit. An uero ꝓpterea potius hic est æger descriptus, ut ideo ostendat, oleosa reddita urina nullam esse mortis expectationem, sed aliquandiu sustinere potuisse uiolentiam, deinde mortuũ esse, itaq; salutis spem fuisse nullam superato morbi feruore? Hic prædictis Sabinus mox adiungit: Quid est ergo oleo- D sum? Vt oleum externũ ignem alit, ita nostræ naturæ, quæ adsimilis est igni, alimentum est coctorum ciborum adeps. Proinde oleosa urina nutrimentum est naturæ: ostenditq; naturã cibum non sentire, ideoq; iam interijsse, quia non nutritur natura. Lõgus uero hic morbus iure erat, ꝙ pars tantum detraheretur, non uniuersum naturæ alimentum. Hæc uerba sunt Sabini, cuius est sententia: quemadmodum externus hic ignis oleo nutritur, sic insitus etiam nobis calor. Itaq; oleum est his ex usu, qui corpus recuperare uolunt. Ad hæc, ut colore & crassitie sit similis oleosa urina oleo, nõ pinguitudine tamen, uel olfactu, uel gustu. Quare mireris sanè hos, qui cum aliena male reprehendant, sua placita nullo iudicio literis produnt.

75 Mulier quædam, quæ apud frigidam

aquam in Thaſo ægrotabat, poſtq́ filiã peperiſſet, nec eſſet purgata, tertio à partu die febre correpta eſt acuta & cum horrore ueniente: multo tamẽ ante partũ ex febre decubuerat, cibumq́ faſtidierat. Vt riguiſſet, febres fuerunt cõtinuæ, acutæ, cum horrore. Die octauo, proximisq́ diebus multum delirauit, rediĳtq́ ſtatim ad mentem: aluus turbata multis tenuibus & aquoſa bile miſtis: non ſitiebat. Vndecimo mentis erat cõpos, ſed erat ſopita: urinæ multæ, tenues, & nigræ: inſomnis erat. Vigeſimo extremitates friguerunt, ſtatimq́ calor rediĳt, nonnihil delirabat, inſomnis erat, aluus eadem erat: urinæ aquoſæ, & multæ, malæ. Vigeſimoſeptimo febre uacabat, ſubſtitit aluus, non multo pòſt dextra coxendix grauiter diu doluit, febres reuerterũt, & urinę aquoſę. Quadrageſimo coxendicis dolor remiſſus fuit: tuſſes uero aſsiduæ, humidę, multę: aluus eſt repreſſa, cibum faſtidiebat, in urinis nihil eſt innouatũ: at febres uero omnino non intermittebant, nulloq́ ordine, nũc accedebãt, nũc non. Sexageſimo tuſſes obſcure euanuerũt. neq́ ulla enim ſputorũ erat concoctio, nec alius ſolennis abſceſſus: dextra maxilla detracta eſt, ſopita iterũ delirauit, ſtatimq́ reſipuit, cibos nequaq́ tulit, maxilla ad locũ ſuũ rediĳt: aluus biliosa, pauca reddidit: acutius febricitauit, inhorruit: Sequentibusq́ diebus obmutuit, rediĳtq́ ad mentẽ, & eſt locuta. Octogeſimo expirauit. Vrinæ huius perpetuo nigræ erãt, tenuesq́ & dilutæ: ſoporq́ cõſequebat̃, cibũ nõ ſumebat, animo erat deiecto, inſomnis, iracunda, implacida, animo melancholico.

Adnotandũ puto, qui factũ ſit, ut nihil de hoc, apud frigidã aquam, Sabinus dixerit: cum ille dicere poſſet, hac de re mulierculã refrigeratã in ualetudinem incurriſſe. Nam hoc multo erat probabilius ĳs quæ in Parium ſunt dicta, & in eum qui in horto decumbebat, & qui prope ædem Dianę, eumq́ qui propter nouum murũ habitabat. Itaq́ uidet̃ ſuppreſſa in partu purgatione incidiſſe mulier in morbũ: quippe mẽſtruorũ ſuppreſſio offendit, tamen non perinde, ut ſi à partu ſupprimatur, officit: ꝙ non abundantiam modo, ſed inſignem etiam humorũ pariat prauitatem. Nam meliorem ſanguinẽ ad ſe fœtus nutrimẽti cauſa alliciens, relinquit deteriorẽ: ideoq́ prægnãtes prauis humoribus implet, quos à partu euacuat natura. Quod cum maiores animaduertiſſent, puerperarũ à partu uacuationẽ, excretionẽ ſanguinis uocitauerũt.

A Eſt uero etiam menſtrua uacuatio, non ſolum uacuatio, ſed & purgatio: uerũ non eſt æquabilis tamen multitudo uitioſorum humorum, neq́ pari ſpatio menſtruis circuitibus congeritur, quanta dum partum gerit. In uniuerſum uero melancholicus apparet ſanguis, quẽ à puerperio effundunt. Proinde etiam conſpiciuntur urinæ omnibus infectæ eſſe, ut ſi fuligo quæpiã in eas incidiſſet. Quod utiq́ Hippocrates & de hac ſcripſit muliere: undecimo die, dicẽs, urinæ multæ, tenues, nigræ. Equidem quandã noui, quæ talibus urinis magna copia euacuatis auxiliũ percepit, aliàs non eſt huic tale euacuatum. Nam in aquoſas rurſus conuerſæ ſunt ei urinæ multæ, tenues, nigræ. Quare in uigeſimi diei ſcriptũ eſt narratione, urinæ aquoſæ, multæ, malæ. B Poſtea quadrageſimo die: In urinis nihil eſt innouatũ. Quin nec aliam eſt illa uacuationem cõſecuta, nec abſceſſum. Itaq́ poſtq́ diu laboraſſet, octogeſimo die obĳt. Nam ipſe ſic Hippocrates ſcripſit: Neq́ enim ulla ſputorum erat concoctio, nec alius ſolennis abſceſſus: licet ſtuderet ilicò natura redundantiam ad coxendicem deponere, ſed hæc uidet̃ reciprocata. Nam ille dicit: Quadrageſimo coxẽdicis dolor remiſſus eſt: tuſſes uero aſſiduæ, humidæ. Enimuero ſæpius iam audiuimus, ꝙ thoraci conſortiũ cum genitalibus ſit. Habes eorum quæ huic mulieri acciderũt capita. De ĳs uero quæ in propoſita oratione ſunt ſeparatim ſcripta, excrementa ὑδατόχολα, quidam per χ & λ ſcribunt, quidam per χ, ο, & λ. atq́ eſſe illa qui- C dem tenuia, ut aqua eſt, (Nam tenue utrunq́ nomen indicat) cæterum colore diuerſo. ὑδατόχλοα graminis reddere colorem, ὑδατόχολα bilis. Iam tertia etiã ſcriptura eſt per χ, & ρ, ἢ ὕδατος χρόα, id eſt, aquę color, quæ nec in antiquis, & fidelibus exemplaribus reperitur, eſtq́ planè mẽdoſa. Nam aquoſæ urinæ ex nominis argumento, & materiã repręſentant tenuem, & colorem album. Porrò in hiſtoria huius ægrę Hippocrates eſt affectata quadam abuſus dictione, alioqui clariſſime hoc libro omnia locutus. Scripſit ergo dictionem in hunc modum: πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν. (quod nos uertimus: Cibos nequaq́ tulit.) maximo appetitus defectu, & eorum odio ex uoce illa indicato: quod ſignum eſſe pernicioſum, frequen- D ter eſt dictum. Operæpretium eſt autẽ mirari, cur nihil Sabinus de notis ſingulis ægris ſubditis dixit: de quibus quia ſecundo cõmentario ſatis diſputaui, nihil eſt etiam quod hic de eis faciã mentionem. Atqui ille in ſingulis ęgris inſtituit, & detegere conatur interpretum ineptias.

76 In Thaſo Pythionẽ, qui ſupra Herculis fanũ decumbebat, ex laboribus, laſsitudinibus, parum habita uictus ratione magnus cepit rigor, & febris acuta, lingua inaruit, ſitibundus erat, bilioſus, nõ dormiuit: urina ſubnigra, ſuſpenſiones ſublimes, non ſubſidebant. Altero die ſub meridiẽ extremæ partes frigebant, pręter cęteras manus

&

& caput: obmutuit, uoce defectus est, diu breuis spūs, rediit calor, sitiit: Nocte quieuit, circa caput modicū sudauit. Die tertio interdiu quieuit: Vesperi sub solis occasum aliquantum friguit, turbatio: Nox molesta fuit, nihil dormiuit: ab aluo frigida, cōpacta stercora descenderunt. Quarto mane quieuit: Ad meridiē omnia irritata sunt, frigus, mutus, sine uoce, in deterius calor rediit: Post paulo urinā nigrā cum suspēsionibus reddidit: Nocte placide quieuit. Quinto releuatus uisus est esse, uentrē tamen cum dolore grauitas tenuit, sitibūdus. Noctē laboriosam habuit. Sexto mane quieuit: Ad uesperū dolores increuerūt, grauius habuit: Vesperi indito clystere cōmode aluū reddidit: Nocte dormiuit. Septimo die fastidiosus, implacidior erat, oleosum minxit: Nocte est multū turbatus, delirabat, nihil dormiebat. Octauo mane aliquantū dormiuit, moxq; frigus eū cepit, ac uox eū defecit: spiritus exilis & breuis: Vesperi rursus calor rediit, delirauit: Iam antelucano leuius habuit: aluus mera, pauca, biliosa. Nono cum excitaretur, sopitus erat, non perinde sitibundus: Sub solis occasum grauiter se habuit, delirauit: Noctem incommodam habuit. Decimo mane sine uoce, multum frigus, febris acuta, multus sudor, expirauit. Diebus hic paribus afflictabatur.

Vel huius offendes omnia ab initio symptomata & signa letalia fuisse, & accessiones diebus paribus, ut ipse indicauit Hipp. cum in decimi diei narratione, quo obiisse illū dicit, addidit: Diebus hic paribus afflictabatur. Etenim mortē generale iudicii significatum amplectitur, ut est ostensum. Iam seruatū in hoc etiā est ægro, ut iudicia his essent prorsus diebus, quibus grauius laborabat: ꝙ cum in dies pares incideret, mors quoq; in die est cōsecuta pari. Porrò in narratione symptomatum huius duo sunt, quæ interpretem requirunt, quorum in respiratione est alterum. Nam breuis spiritus est in diei secundi expositione scriptus: Et spiritus exilis breuisq; in octaui enarratione. Didicisti autē tum in primo De dyspnœa cōmentario, tum secundo in Præsagia, (ubi hanc dictionem sumus interpretati: Spiritus si frequens sit, dolorem significat, uel inflāmationē supra septū transuersum) paruum esse quendam pariter & rarum spiritum, qui cum refrigeratur, & emoritur iam uitalitas, fit: quod symptomate quodā separabili indicauit, hisce uerbis: Si frigidū è naribus & ore expiretur, exitiale iam est admodū. Eundē puta eum hic dixisse, secundo die breuem, octauo exilem & breuē. Nam quidam est alius præterea spiritus bre-

A uis simul & frequens dolorē denotans, ut demonstrauimus, aut in spiritui attributis partibus, aut illorū uicinis. Verū ambos si inter se cōponas, pauciorē multo foris aerem attrahi intrò in altero offendes, quē paruū simul et rarū dixit fieri. Nam frequentia si ad breuitatem accedat, assiduitate defectum cuiusq; respirationis resarcit: ut qui assidue bibunt modicū. Siquidem hos βραχυπότας, id est, modicū potantes appellabis, qui & parum bibūt, & magno interiecto spatio. Nam si parum quis & assidue bibat, hūc simpliciter non βραχύποτον, sed paulatim appellaueris bibentem. Haud aliter qui proprie breuis spiritus uocatur, quoties animam trahit, non paruum tantum, uerumetiā interuallo longo interposito per guttur externum aerem at-
B trahit. Quæras ergo fortassis, quid Hippocrates primo die febrē prædixerit acutam fuisse, alteroq; die hominē breuis fuisse spiritus. Nam nos in uehementibus febribus demonstrauimus magnum spiritū & frequentē esse. Respōdemus, primo die calorem per putrescentes humores succensum febrilem, ipsum quidem digestum esse, relictum uero natiuum tantū adeo iam infirmū, ut iam prius extingueretur, quàm febrilis de integro accenderetur calor, ueluti feruefactis qui cōputrescerent, succis, alter dies frigoris dominantis attulit signū. Cuius quidem est maximū signum, quòd breuis spiritus dicat tum hominē fuisse, & friguisse. Nam de secūdo die ita scribit: Altero die sub meridiem extremæ partes frigebant, præter cæteras manus,
C & caput, mutus, uoce defectus, diu breuis spiritus. Rursus de octauo die hæc tradit: Octauo mane aliquantum dormiuit, moxq; frigus cœpit, & uox eū defecit, spiritus exilis & breuis. Vbi mihi hoc quoq; attēde. Cum est refrigeratus, unà cum uitiata respiratione, uoce esse eum defectum dicit, quod solet etiam interim extinctionem naturæ comitari. In quarto die cum scribit, frigus, mutus, sine uoce, in deterius: ostendit, adiecto in deterius etiam breuis illum spiritus fuisse. Reliquum ergo est, hic ut declaremus, cur post-mutus, addiderit, uoce defectus. Cuius hæc est ratio. Sermonem nec omne quod auditu proprie sentitur, anti qui uocare uidentur: nec illud species eius sit sola, quod de industria per animantis emittitur os, in
D quo cōtinetur fletus, sibilus, luctus, tussis, & id genus alia: sed unam hominis uocem, qua inter nos colloquimur, sermonē, & græce αὐδὴν nomināt. Itaq; etiam Poeta, ubi suos equos alloquentem inducit Achillem, ibi alterum eorum ait respondisse lingua humana. inquit enim.

αὐδήεντα ἔθηκε θεὰ λευκώλενος ἥρη. id est,
Hunc regina loqui fecit dea candida Iuno.

Nō ꝙ antea uoce careret, neq; cōmuni equorum sonaret, cæterum ꝙ non illa, quem sermonem appellant. Sic deā dicit loqui, quæ humana uteretur lingua: ꝙ eam etiā humana esse forma ferant, cum dii eius figuræ omnes non sint. Nam Sol planè & Luna, reliquaq; sidera longius ab humana forma recesserūt. Vnde etiam Hippocrates obmutuisse quidem dixit, ꝙ loqui nō ualeret: uoce defectum esse

esse, ꝙ nec lugere, nec clamare. Quod certe multo liquet deterius, quàm obmutuisse, esse. Nam quibus sola est resoluta lingua, possunt interdum clamare altissime, tamen loqui non ualent. Qui si ne uocem quidem mittere queant, extremæ est hoc extinctionis facultatis signum: ubi, qui in eo statu sunt, neq; lugent, neq; gemunt, neq; sonare omnino possunt. Sabinus, ita ut alij, qui nullam omnino habet uocem, hunc arbitratur mutum esse dictum: Voce defectum perinde ab Hippocrate ait scriptum esse ac attonitũ: quasi uero ita affectum attonitũ uocare non potuisset. Atqui nec reliqua quæ in hoc sunt affectu dicta, consentiunt præsentem ægrotum attonitum fuisse.

77 Phreniticus primo quo decubuit die, biliosa, uirulẽta uomuit, & multa, et tenuia: febris cũ horrore ueniens: copiosus sudor, assiduus toto corpore: capitis & colli dolorifica grauitas: urinæ tenues, suspensiones paruæ, dispersæ: non sudauit, aluus stercus affatim reddidit, multũ delirauit, nihil dormiuit. Postridie mane uocem amisit, febris acuta, sudauit, non intermisit, toto palpitabat corpe: Nocte cõtractus est. Tertio die cũcta ingrauescebãt [Quarto] defũctus est

Acutissimæ phrenitidis hic æger est exemplũ, primo statim die unà cum febre incessentis: omnesq; certe uidimus, qui quidẽ ita phrenitide perciti essent, intra septimum diem mortuos esse. Per pauci, hiq; rari, hunc superarunt. Est uero eorum morborum admiranda generatio, quonam pacto incõmode ualentes subito inuadat. Nempe non est perinde generationis subita causa, ac ipsorum est generatio: ut si medicamentũ homo letale sumpsisset, uel bestia eum uirulẽtissima momordisset: sed pedetẽtim in corpore causæ, quæ sunt excitandis huiuscemodi malis, crescunt: quod morsis usu uenit à rabidis canibus. Nam apertũ est ꝙ canis uenenum (licet in morsis non ocietur, nec conquiescat) nullam sui ipsius notã prodit multis interim proximis mẽsibus. Verũ subito illis, cum uiderint aquam, formido incessit, post eaq; breui moriunt. Longo enim tempore causa quæ rabiem efficit, augetur, quæ ubi eò tandẽ peruenerit, mortẽ adfert repentinã. Item in hac phrenitide uitiosus in corpore humor coaceruatus fuit ueneno letali propè adsimilis, in corporibus uicinis aliquid paulatim agens: quæ quando uitio iam opportuna erant, humorq; ipse euaserat uitiosissimus, letale repente apparuit symptoma. Namq; sic phreniticus initio statim uomuit uirulẽta, quod febribus adurentibus ferè est cõsequẽs. Itaq; ut ueneno epoto letali quidam postridie uel tertio die moriunt, genere eorũ, non copia mortẽ afferente: & item hic quoq; eger statim tertio die censendus est obijsse, à qualitate succorũ uirulentorũ, non à phrenitide peremptus: at phrenitis illum esse subsecuta, symptomatis uice. Equidem quarto die & quinto acuta à primo statim correptos phrenitide uidi exani-

A matos esse, tertio non uidi. Sic nec uigesimũ diem attigisse. Quare hunc uidetur Hippocrates ut uelocissime peremptũ, ob oculos nobis proponere: & alterũ paulo post, qui prẹter omniũ expectatiõnẽ diu uitã produxit, de quo suo loco disseremus.

78 Larissæ caluo dextrum femur doluit repente, nihil remedijs est profectum. Primo die febris acuta, ardens paulatim, neq; comitabantur dolores. Altero die femoris remissi sunt dolores, febris uero increuit, implacidior erat, non dormiebat, extremæ partes frigidæ: multa urina, neq; ea bona reddebat. Tertio femur desiit dolere, men- B tis alienatio & turbatio, multumq; sese iactauit. Quarto ad meridiem perijt. Acutũ.

Hoc lecto ægro, siquidem animũ dictis diligenter non aduertas, in quouis dolore timidus eris: si uero diligẽter attenderis, non præcipitanter timidus eris neq; temere securus. Sed si qua forte pars doleat primum, nunquid ob externam quandam causam dolor euenerit animaduertas. Nãq; in motibus quibusdam imprudentes quidam læsi sunt, & dormiendo qui minus cõmode partẽ aliquam composuerint: in conuertendoq; & contorquendo subito partes rigentes, & ante refrigeratæ, conuulsionibusq; & elisionibus correptæ dolores maximos creant. Et uero rupturæ etiam quibusdam dolorem afferunt, præ cæteris, qui sicco sunt tem- C peramento, atq; adeo si inclinata ætate, uel senes sint. Quòd si nulla talis doloris uideat causa esse, proximum est considerare quæ præcesserit ratio uictus, ecquid ignauior præter institutum sit, aut cibo sit homo pleniore usus magni nutrimẽti, aut solennes illi excretiones substiterint. Nam si quid tale sit, aut si omnino plenitudo causa doloris antegressa uidetur, quamprimum hominẽ uacuato: tum enim securissime fluxiones reprimentia partibus dolentibus applicaueris. Nam si ante uacuationem id tentes, humorum abundantiã ad principes partes retorquebis. Imò ne fouere quidem & lenire ante corporis uacuationem partes dolentes licet. Nam sæpe pars affecta omnino ob ea remedia allicit humorum affluentiã. Ita alterum ho- D mini discrimen accedit, ubi nimium sit inflammata pars. Etenim etiam ipse, ut iam nosti, uerba fecit de istis abscessibus, quorũ aut capax pars non sit, aut si sit, non ferat. Sin nulla ex præcedente uictus genere esse affluentia in corpore appareat, remedijs ad dolorẽ facientibus tutò utaris licet, fomentisq; ac medicamentis humidi & calidi effectus, quorũ in cõmentarijs de medicamẽtis materiam didicisti. Qui si his non cedat, relinquitur ut totũ corpus uacuetur. Etenim sæpenumero in eo abundantia paulatim est coaceruata, ubi apud se ciborum homo non animaduertat neq; quantitatem, neq; qualitatẽ. Est cum densata plus iusto cutis de causis abditis, sudorũ interclusa digestione, abundantiam humorum induxit. Quare dolorem si remedia non sedent, æger primo quoq; tempore est uacuan-

uacuãdus. Ego uero in caluo hoc certe, detractus ei sanguis sit, nec'ne, non habeo cõijcere. Nã quatenus dicit Hippocrates nihil remedijs est profectum, possit aliquis dicere, in remedijs Hippocratem sanguinis missionẽ appellasse. Alius dicat nõ esse de adhibitis illi auxilijs: uerum quia mente excidit, quatuorq́ diebus obijt, relicta auxilia esse. Porrò ad finem in exemplaribus concinnatis tum huic ægro, tum proximo est adscriptum primum, Acutum, deinde notæ illæ, de quibus, ut dixi, prudẽter Sabinus reticuit. Zeuxis in unoquoq; ægro malos interpretes reprehendit. Nobis uero adscriptitia illa pręsenti sermone certũ est pręterire. Scribam enim, si uisum fuerit, ijs qui in istis libẽter curiosiq́ sint, separatim integrum librum, ubi de notis cuiq; additis ægro sermo habebitur. In præsenti utilibus confundere non decet inutilia.

79 Periclẽ Abderæ febris corripuit acuta, continua cum dolore, multũ sitiebat, fastidiosus erat, potum non poterat cõtinere, erat lienosus, grauatoq́ capite. Primo die ex sinistra nare sanguis profluxit multus, tamen febris increscebat: minxit multũ, turbatum albũ: reposita urina non cõsidebat. Secundo die omnia fuerunt grauiora. at urinæ crassæ quidem erant, uerũ magis subsidebãt: fastidiũ leuatũ est, dormiuit. Tertio febris mitior fuit, urina multa et cõcocta, in qua multũ subsidebat: nocte quieuit. Quarto sudor ꝓrupit toto corpe multus & calidus, à febre liberatus est, neq; redijt. acutũ.

Exemplũ hic æger est acutissimi morbi, horrendi illius quidem rudibus, cæterũ breui iudicandi, prudentibus. Nam cũ lienoso primo statim die de sinistra nare copiosus profluxisset sanguis, urina item crassa esset, & non consisteret, & albo colore esset: tum altero die consisteret, melior erat de ægro spes. Ad hæc ubi secundo die hominẽ fastidiũ reliquisset, & dormiuisset, certior iam breui fore hominẽ incolumem spes erat. At postq; tertio die essent optimæ & copiosissimæ urinæ, clarum iam erat quarto die liberatum hominem iri morbo.

80 Abderæ uirginẽ quę in uestibulo templi ægrotabat, febris cepit acuta & ardens: siticulosa erat, et insomnis, menses autem ei primum profluxerunt. Eam sexto die multum cepit fastidium, rubuit colore phœniceo, languebat. Septimo die eadẽ erant: urinæ tenues, sed boni coloris: uẽter cõmode habebat. Octauo surditas, febris acuta, insomnis, fastidiosa, horrebatq́, mentis erat cõpos, urinæ similes. Nono nihil est mutatum, nec proximis diebus, mansit itẽ surditas. Quartodecimo mẽs perturbata fuit, febris remissior. Septimodecimo multũ pro-
A rupit ex naribus. surditas est nõnihil imminuta. Sequẽtibus diebus eam fastidiũ surditasq́ tenebãt, eratq́ delira. Vigesimo ei pedes dolebant, surditasq́ & deliriũ eam deseruerũt, aliquantũ è naribus ꝓfluxit, sudauit, febre fuit liberata. Quarto & uigesimo repetijt, redijt surditas, pedes assidue dolebãt, mẽte excidit. Vigesimoseptimo multũ sudauit: febre caruit, surditas eã reliqt, restabat pedũ dolor, cætero fuit exacte liberata.

Ex humorũ hæc abundantia uidetur ægrotasse, & quantũ portendebant prima symptomata, mortem certe huic timeres. Sed bonus urinarũ color, B in ijs qui humorũ affluentia laborant, maximũ est signũ: quæ quia crassæ non erant, fore longinquiorem morbũ denunciabãt. Porrò ut in omnibus ægris, ita etiã uidentur hic seruati decretoriorũ dierum esse circuitus. Iam natura quoq; in hac decretoria signa & symptomata uidetur prætulisse.

81 Abderę Anaxion, qui ad Thracias portas ægrotabat, in febrẽ acutam incidit, dextri lateris assiduus eũ dolor cruciabat, tussim habebat aridam, neq; primo expuit, sitibundus erat, & insomnis: urinæ boni coloris, multæ, & tenues. Sexto die delirabat, fotu nihil remittebatur. Septimo dolor illum excruciabat: quippe febris intendebat, nec C sunt imminuti dolores, simulq́ tusses infestabant, difficulter etiã spirabat. Octauo cubitum secui: multũ, ut debebat, effluebat: leniores ibi euaserunt dolores, sed tusses aridę permanebant. Vndecimo febres fuerũt mitiores, aliquantũ circa caput sudauit, etiãnũ tusses durabãt, & pulmonis liquidiora erãt excremẽta. Decimo & septimo cœpit pauca & cõcocta expuere, leuatus est, sitibundus erat, & pulmonis parũ bonæ purgatiões. Vigesimo sudauit, febre liberatus est, à iudicio rectius habuit. Vigesimosepti-
D mo redijt febris, tussijt, multa excreauit cõcocta, in urina multa subsidebãt alba, desiit sitire, dormiuit. Trigesi. quarto toto sudauit corpore, cessauit febris, in totũ est liberatus

In hoc uno ægrorũ primo & tertio libro descriptorum de sanguinis missione Hippocrates fecit mentionẽ, nõ ut solo, cui sanguinẽ misisset, sed ut octauo die solo. Nã tũ etiã medici quasi lege certa ultra quartũ diẽ uenã non secabãt. Quando igitur huic octauo die missus sanguis est, multo certe plures censeas sanguinis missionẽ requirentes, secundo, tertio, quarto die auxilio hoc esse usos. Reticuit autẽ Hipp. sicut remedia alia omnia: tamẽ necesse interdum habuit scribere auxilia nullius usus fuisse, ut incommoditatem suggereret morbi.

Neq; enim lucubrationē hic curationis instituit, A sed præsagitionis conscribere. Nonnullis etiam ægris uidetur non fuisse ab initio præstò. Quare adscribit interim ad finem: Postq; hominē ego ui di, hoc & hoc accidit prorsus. Ego uero ignorantibus, etiam horum ægrorum lib. primo De iudicijs præscripsi usum: ubi quomodo semel crudum morbū cognosces: quomodo eum, qui iā primū maturescit: quo pacto, qui progreditur in concoctione: quemadmodū qui iā prope perfectā concoctionē est, dilucide studui ostendere. Ideoq; Anaxiō hic, dū semper tussiret, nihilq; planè expueret, crudissimo conflictabatur lateris dolore. Qui cum die undecimo expuere cœpisset, morbum significauit concoqui. Deinde pedetentim tempore progrediente ita scripsit Hippocrates in uigesi B moseptimo die: Multa excreauit concocta: in urina multa subsidebant alba. Quamobrem trigesimoquarto est prorsus à morbo uindicatus.

82 Abderę Heropyto caput dolebat, nec decumbebat, quod tamē fecit paulo post: hic ad superiorē uiam habitabat, captus est febre ardēte et acuta. Primo uomuit multa, biliosa: sitibūdus, multū implacidus: urinæ tenues, nigrę, suspēsiōes sublimes interdū, interdū nō: Noctē habuit molestam: febris aliàs aliter accedebat, sed ferè inordinate. Ad diem quartumdecimū surditas, febres creuerunt, urinæ eædem fuerunt. Vigesi C mo multum delirauit, itemq; sequentibus. Quadragesimo multum ex naribus sanguinis profluxit, menteq; constitit magis: surdus quidem, sed nō perinde fuit: sed febres fuerunt remissæ. Proximis diebus crebro ex narib. sanguis et paulatim erupit. Ad diē sexagesimum nariū quidē substitit profluuiū, sed dextera coxēdix admodū dolebat, febresq; increuerūt. Haud multo post partes inferiores omēs dolebant: fiebat aūt, ut uel febres maiores essent, maiorq; surditas: uel hę quidē remitterentur, alleuarenturq;, uerum partes inferiores ad coxendices sitę D uehementius dolerent. Iā uero circa diē octogesimū cuncta remissa sunt, nihil tamen destitit: etem urinæ boni coloris, & copiosiores, cum subsidentibus exierūt, deliriaq; imminuta sunt. Ad diē centesimum aluus fuit turbata multis biliosis, durabantq; diu multa talia, deinde dysenterica cū dolore. Reliqua leuia fuerunt. Paucis, febres eū reliquerunt, discessitq; surditas. Cētesimo est absolute iudicatus. Febris ardens.

Hic uir nō est negligendus, qui morbū grauē uiriū robore excepit: alioqui tāto morbo futurus impar. Et omnino pulsibus eius inerat robur, simulq; reliqua omnia secundum naturam constabant. Dixi uero & alibi Hippocratem præterijsse hanc partē in febricitātibus præsagitionis. Iam etiā respiratio uidetur & appetitus laborāti inculpatus fuisse, quæ magni sunt, ut ille ipse docuit, ad salutem ponderis. At febris primo quidem acuta inuasit, uerum eius postea est uiolentia retusa. De qua scripsit Hippocrates: Febris aliàs aliter accedebat, sed ferè inordinate. Vnū uero habebat æger periculosum signū, urinarū tenuitatē & nigritiē. Vnde natura uix lōgo tēpore morbū debellauit, sanguinis cōcitata eruptione die quadragesimo ex decretorijs uno, coxendicisq; dolore, deniq; omniū inferiorū partium creato. Nempe enī magni morbi etiā quærunt, quæ iudicent se, egregia. At neque hoc planè est discussus morbus: sed circa diem octogesimum signa eluxerunt ex urinis eius maturationis: postea usq; ad centesimum diē paulatim concoctus, omnino est profligatus.

83 Abderę Nicodemū ex uenere & potu corripuit febris. Initio fastidiosus erat, cor ei dolebat, erat siticulosus, lingua torrida: urinæ tenues, ac nigræ. Postridie febris accessit, horrebat, fastidiosus erat, nō dormiuit: uomuit biliosa, flaua: urinæ similes: Noctē quietā duxit, dormiuit. Tertio die sunt cuncta relaxata, & remissio fuit: Sub solis occasum rursus grauius habuit: Nox molesta fuit. Quarto rigor, magna febris, omnia dolebant, urinæ tenues cū suspensionibus, multum delirauit. Septimus dies leuis fuit. Octauo alia fuerūt omia remissa. Decimo, proximisq; diebus tenuerunt illum quidē dolores, cęterū omnes illi leuiores: Huic accessiones & dolores præcipue diebus paribus semper incesserunt. Vigesimo albā urinā reddidit, quæ crassa erat, sed reposita nō desidebat: multū sudauit: uisus febre liber est esse: Vespere redijt calor, ijdemq; dolores, horror, sitis, aliquantū delirauit. Vigesimoquarto multam urinam & albam reddidit, in qua multa subsidebant: sudor ei toto corpore copiose calidus emanauit, à febre est liberatus.

Et ipse Hippocrates indicauit, Accessiones & dolores diebus paribus. Quare etiam uigesimoquarto sudore est iudicatus. Sigillatim uero qui omnia tenet memoria, quæ ante exposuim⁹ hoc lib. & superiorib. duobus, atq; ante hos in Præsagijs & Prædictionib. inuenire omia ipse poterit.

84 In Thaso mulier quędā morosa insomnis est facta, & cibo abstinuit, cuius erat occasio mœror, nec tamē decubuit: eratq; sitibunda & fastidiosa. Habitabat hæc prope

filios Pyladæ in cāpestrib. Primo die circa uesperum, timores, uerba multa, mœstitia, leuis febricula: Mane multæ conuulsiones: Sicubi multę illæ cõuulsiones desinerent, delirabat, et loquebatur cõtumaciter: multos dolores, magnos, assiduosq́ habebat. Altero die eadē permãserunt, somnũ non cepit, febris acuta. Tertio cõuulsiones conquieuerunt, sopor & in somnũ inclinatio, contraq́ uigiliæ exercitauerũt eam, sui cõpos non erat, multum delirauit, febris acuta: Hac nocte sudor multus toto corpore & calidus prorupit, liberata febre dormiuit, planè mēte cõstitit, iudicata est. Circa tertiũ diē urinę nigræ, & tenues. Nubes multum erant rotundæ, nõ subsidebant. Sub iudiciũ menses copiose sunt profusi.

Quid dictio morosus significet, docuit Critias, cuius sunt hæc uerba: Morosus est, qui uilibus de rebus stomachat̃, & de magnis plus cæteris mortalibus, diutiusq́. Erat ergo tristis uel tetrica, quã hic morosam Hippocrates uocat, quæ diu in tristitia persistebat. Quod iterũ paulo post de ea dicit, quæ Cyzici gemellas filias enixa erat. Tacita uero & tetrica, nec ad animi æquitatē perduci potuit. Verũ non possum non mirari, cur in hac muliere non addiderit, uel non respondisse omnino menses, aut minus large profluxisse. Nam acute simul & ex humorũ abundantia uidetur laborasse, atq́ tertio die sub noctem per sudores esse & mēsiũ excretionē iudicata. Quinetiã multa à iudicio euacuata, morbi decessionem confirmauerunt. Vrinæ color, licet esset niger, nihil attulit periculosi: ꝙ retenti essent menses multũ melancholici. Vnde mulier merito morosa euasit, & ferox, interimq́ delirauit, & sopore est detenta.

85 Virginem quandam Larissæ febris cepit ardens, & acuta: insomnis sitibũda erat: lingua fuliginosa, & arida: urinæ boni coloris, sed tenues. Secundus fuit dies laboriosus, non dormiuit. Tertio aluus multa reddidit aquei coloris, proximisq́ diebus talia commode. Quarto urina tenuis & pauca, habebat suspensiones elatas, non subsidebant: Sub noctem delirauit. Sexto ex naribus largiter multum fluxit, inhorruit, ac mox sudauit toto corpore multũ et calidũ, à febre est liberata. Dũ febricitaret, & iam iudicatæ mēses tũ primũ prouenerũt: quippe uirgo erat. Perpetuo aũt fastidiosa erat, & horrebat, facies rubicunda erat, oculi dolebant, caput graue erat. Huic non repetijt, sed iudicata est. Dolores diebus paribus.

Aetatem puellam attigisse mensium, ex ipsis li- A quet Hippocratis uerbis: Menses tum primũ prouenerunt. Et ipsum etiam fuisse morbum ex humorũ copia, iudicatumq́ die sexto esse, quòd dolores in dies pares incurrissent, ut ipse scripsit. At mirum non reuertisse, cum sextus dies non iudicet unquam fideliter. Quare nouum hoc et rarum illi accidisse indicauit, cum scripsit: Huic nõ repetijt, sed iudicata est: tanquam oportuisset repetere. At uero causam etiam cur non redierit, scripsit addendo: Dum febricitaret, & iam iudicatæ menses primum prouenerunt. Nam uacuationis permansio diebus post iudicium, satis erat ut firmum seruaretur iudicium, quod die sexto præcesserat per sanguinis eruptionem & sudores, maximeq́ nulla esset princeps pars inflammata, neq́ mala B humorum abundantia. Ipse certe plethoricum uitium esse significauit, cum dicit, perpetuo in facie ruborem infuisse, in oculis dolorem, in capite grauitatem. Planum ergo erat, solam requiri uacuationem, quam natura tertio die affectauit, consumauit sexto. Nam per naturam, nõ ut morbi symptoma, uentris uacuationem accidisse, ipse diluci de his uerbis indicauit: Tertio aluus multa reddidit aquei coloris, proximisq́ diebus talia cõmode. Hoc adiectum denotat, quæ offendebant excerni. Porrò ex ijs, quæ sunt in eius historia exposita, etiam hæc duo ad prædicta declaranda duxi. Primum quod initio est scriptum: Lingua fuliginosa & arida. Alterum hoc: Quarto urina tenuis & pauca, habebat suspensiones elatas, non subsi- C debat: delirauit. Nam horum prius relatum, utile tibi est, ut ne putes omnino fuliginosam linguam esse exitialem. sic autem appellat tinctã quasi fuligine quadam, quæ sicca erat ex uaporibus. Alterũ: Quia etiam in alijs ægris cum dixerit-suspēsiones elatæ-statim subiecit delirauit-innuens quòd eiusmodi suspensiones delirium comitatur: quanquam in Præsagijs, ubi omnia, quæ accidunt urinæ, est persecutus, nullum fecit præsagium ex eis delirij. Quare signum hoc uidetur sua sponte delirium nunquam denunciare, sed casu nonnunquã cõmonstrare, quia flatuosiorem esse sanguinē indicat. Nam nullus planè si flatus insit, deferuntur ad ima uasa suspensiones.

86 Apollonius Abderæ morbum rectus D diu sustinebat: uiscera autē illi intumuerãt, morboq́ detētus obambulabat. Diu eum dolor detinuit, tandē morbus eum regius cepit, euasitq́ flatuosus ac albidus. Cum aquã bibisset & edisset intēpestiuius bubulã, eum paruus calor primũ inuasit, decubuit. Deinde cum lacte usus fuisset cocto crudoq́ pleno, caprino, & ouino, uictuq́ malo, oĩa multũ offensa sunt: nã febres ingrauescebãt, uenter nihil proprie ingestorum reddidit: urinæ tenues redditæ, & paucæ: somnum nõ capiebat, inflatio mala, magna sitis, sopitus erat, præcordia dextera cum dolore

dolore sublata sunt, extremę partes undiq; A subfrigidæ, nõnihil delirabat, omnium ob liuiscebatur quę locutus esset, furiebat. Ad diem quartumdecimum cum à rigore incaluisset, decubuit, & insaniit: clamor, perturbatio, multa uerba, rursus quies, ac tum denique sopor incessit: Postea aluus turbata multis, biliosis, meris, crudis: urinæ nigræ, paucæ, tenues: multũ implacidus erat: deiectiones uariæ erãt. nã erãt uel nigrę, paucę, & uirulẽtæ, uel pingues, crudæ, & mordaces. Tandẽ etiã lacti similes reddere uisus est. Ad diẽ uigesimumquartũ leuius habuit, cętero nihil est immutatũ, aliquantulum B mentis fuit compos (ex quo autẽ decubuit, meminit nullius) rursumq; subito desipuit, omnia in peius uergebant. Ad diẽ trigesimũ febris acuta: deiectiões multæ, tenues, delirus: extremæ partes frigidę, mutus. Ad diem quartum & trigesimum obiit. Huic semper, postq; hominẽ ego uidi, aluus turbata fuit: urina tenuis, et nigra: sopitus ipse, & insomnis, extremæ partes frigidæ, delirus perpetuo. Phreniticus.

Iam in hoc etiam Hippocrates, ut in aliis multis, in fine ipso narratiõis breuibus capitibus sym C ptomata & signa quæ acciderunt, docuit: ex quibus instare mortem præuideas. Habet autem dictio sic: Huic perpetuo postquam hominem ego uidi, aluus turbata fuit: urinæ tenues, & nigræ: sopitus ipse, & insomnis, extremæ partes frigidę, delirus perpetuo. At singula clara sunt, si, quæ ante exposuimus, meministi.

87 Mulier Cyzici, quę gemellas filias grauiter pepererat, & minus esset purgata, primo die in febrẽ incidit cũ horrore uenientẽ & acutã, capitis suberat & colli dolorifica grauitas. Insomnis initio, tacita, & tetrica, nec ad animi ęquitatẽ potuit perduci: urinæ tenues, siticulosa, fastidiosa ferè: aluus D inconstanter turbata, rursusq; cõstitit. Sexto die sub noctẽ multum delirauit, nõ dormiuit. Sub undecimum insaniit, rursus ad mentem rediit: urinæ nigræ, & tenues, deinde aliquanto post oleosæ: aluus multa, tenuia, & turbata excreuit. Quartodecimo multæ conuulsiones, extremæ partes frigidæ, nihil amplius sapuit, urinæ restiterunt, periit. Phrenitis.

Non tantũ, quia nõ probe fuit à partu purgata, superfuit mulieri huic sanguis magis melancholicus (quæ causa erat, cur initio tacita esset & tetrica, nec posset ad animi perduci æquitatem: & postea multũ deliraret, ut insaniret) uerum etiã propter difficilem enixum inflammato utero febris est aucta. In conspicuo porrò est uitiosis humoribus ad caput sublatis, deliriũ furiosum extitisse, simulq; conuulsiones consecutas esse. Decretoriorum dierum circuitus, ut in omnibus ægris, ita hic conseruantur. Sicubi uideatur raro quicquam esse labefactatum, illud solum adnotamus.

88 In Thaso Dealcis uxorẽ, quę in campestribus decumbebat, ex mœrore febris corripuit cum horrore. Ab initio contegebatur, & perpetuò, semper tacita manibus palpabat, uellebat, scalpebat, pilos legebat, plorabat, moxq; ridebat, nõ dormiebat, aluus irritabatur, sed nihil descendit, nisi si admonita paulum bibisset. urina tenuis, & pauca: febres ad manum tenues, partium extremarum frigus. Nono die multũ delirabat, rursusq; ad mentem rediit, tacita. Quartodecimo spiritus rarus, magnus, per interuallũ, rursusq; breuis. Septimodecimo aluus irritata, turbata deiecit. Postea uero ipsi potus percurrebant, neq; cõsistebant. omnino nihil sentiebat, nihil sensit, cutis distẽta & arida fuit. Vigesimo multũ est locuta, rediitq; ad mentẽ, muta, breuis spiritus. Primouigesimo defuncta est. Huic erat spũs perpetuo rarus & magnus. Omnẽ sensum perdiderat, semper cooperiebatur: aut multum loquebatur, aut tacebat perpetuo. Phrenitis.

A primo hęc fuisse phrenitica uidetur. Sunt autem tales, uti prius dixi, grauissimæ phrenitides, ac ocyssime quosquos inuadũt, tollunt. Sed nunc quidem hæc febricitans acute ad diem uigesimũprimum se sustentauit, fortasse quia modice febricitaret. Proinde ut insinuaret hoc, scripsit in hac una ægra: Febres ad manum tenues. Sanè uidetur hæc delirii speciem ex melancholia & phrenitide habuisse mistam. Nam hoc aut multa loquebatur, aut perpetuo tacebat ostendit eiuscemodi cõfusionem. At miror, cur Hippocratis interpretes nihil scripserint in hæc uerba, ubi ait, Spiritus rarus: quod est perinde ac per interuallum. Atq; sanè uidetur deinceps idẽ dixisse. Forte ergo aut ut raritatis augmentũ indicaret per interuallum addidit, ac si ita dixisset: per magnum admodum interuallũ. est enim interdum receptũ, ut magnum relinquatur, soluq; usurpetur per interualla: Aut non perpetuo (quẽadmodum in aliis) immo nec diu mulierem hanc ita toto morbo spirasse, indicat. Itaq; subdit, rursusq; breuis spiritus: indicans etiam hic, ut antea, ex frigore non paruum tãtum, sed magno interuallo etiã mulierem animam ducere: qui reuera est breuis spiritus. Nam rarus & magnus, quatenus rarus est, minor est frequente & magno: quatenus uero magnus, hactenus præstat

stat paruo & raro. secundum utrunq; igitur paruus est, breuis spiritus & rarus. Videturq; nunc quidem quasi etiam ea refrigeratione fuisse muliercula hæc, qua quæ suffocatione prehendũtur, tenentur. Itaq; de ea scribit: Vigesimo die multũ locuta est, redijtq; ad mentẽ: breuis spiritus. Vocis uero defectus omnino adiunctus est cũ breui & raro spiritu. At uero per interuallum cũ raro scriptum, pro longo admodũ interuallo est accipiendũ. Nam pauco morbi tempore significare nõ potest, quãdo in fine historiæ scripsit hæc: Perpetuo spiritus rarus & magnus erat. Nã perpetuo dicere, pro toto morbi spatio ad finẽ usq; solet. Et quẽadmodũ hoc perpetuo, sic illud dicit: Semper cooperiebatur, aut multum loquebatur, aut tacebat perpetuo. Nã multum loqui phreniticorũ est, tacere melãcholicorum: & cooperiri est proprium utrisq;: nisi quando & ex frigore cooperiretur.

89 Adolescens Meliboeæ ex nimio potu et uenère diu calfactus decubuit, horrebat, & erat fastidiosus, insomnis, nec sitiebat. Aluus primo die multa stercora reddidit cũ multa offusiõe: deinde multa diluta, quę bilem referebant: urinæ tenues, paucæ, decolores: spiritus rarus, & magnus per interuallum: præcordiorum contentio submollis, utrinq; promissa: perpetua cordis palpitatio, reddidit oleosam urinã, delirauit modice, modestusq; & tacitus erat, cutis arida & distẽta: deiectiones uel multę & tenues, uel biliosæ & pingues. Quartodecimo desiit, cuncta exacerbata sunt, multũ delirauit. Vigesimo insaniuit, sese iactauit, nullã urinam reddidit, modicum potionis continebat. Vigesimoquarto obijt. Phrenitis.

Multa quidẽ pocula, neruis nocent, & origini eorum cerebrum. Venus uero cũ hæc satis lædit, A tũ uires elidit, & debilitat. Itaq; adolescens hic, uitiosa collecta humorũ abundantia, merito à modicis febribus cœpit: qui cũ indies peius haberet, in phrenitim tandem ueram incidit. Nam oriri illam magnus & rarus spiritus indicabat: & eius modestia, & perpetua taciturnitas, modice ægrũ desipere. Nam leues & turbulenti homines deliri leuib. de causis fiunt: qui contrarijs sunt moribus, de magnis. Cur autẽ raro spiritui per interuallũ addiderit, in superiore ægro tractauimus. Et de præcordiorum palpitationibus, & alibi, & in Præsagijs egi. Itidem de submolli præcordiorum contẽtione, illum eam quę tumore caret appellare: quę fit, ubi nullo musculi in uitio sunt, sed offensæ sunt partes, quæ abdomini subiectæ sunt.

B 90 Verũ illa mihi æstas uidet̃ merito multum profuisse. Nã æstiuos morbos bruma succedens tollit, & brumales insequens æstus propulsat. Equidẽ ista per se æstas suæ naturę non constitit, sed calida, austrina, & tranquilla erat, nihilominus ad aliam tempestatem cõuersa profuit. At in magna parte pono artis esse, recte posse de ijs quæ tradidimus, existimare. Id enim qui nouit, & utitur his, nõ magnopere mihi in arte falli uidetur posse. Singulos autem temporum anni status perdiscere est operępretium, & morbos, quid boni habeat status uel mor-
C bus cõmune, & quid mali statui sit uel morbo commune. Et qui longus morbus & letalis, qui longus & sanabitur: qui acutus & letalis, qui acutus & sanabilis. Series hinc dierum decretoriorum obseruanda est, & prædicendi huic facultas sciẽti datur. Hinc scire est, quibus, quando, & quæ sit uictus præscribenda ratio.]

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS librum explanationes.

PROOEMIVM.



SEXTVM Hippocratis librũ De popularibus morbis multi explanatores corruperũt, alij aliter (ut quisq; se uerisimiliter explanaturũ esse sperabat) ipsius uerba permutãtes. quamobrẽ & ueteres codices indagare, & eorum cõmentaria qui librum hunc explanauerũt, euoluere coactus sum. inter quos & Zeuxis Tarẽtinus: & Erythræus Heraclides censetur: ante quos etiam Bacchius, & Glaucias extiterunt. Isti sanè si ueterum prius scripturam edocentes, locũ esse D mendosum, postea dicerent, consentaneum esset propterea & ipsos uerã Hippocratis scripturam hanc aut illam esse excogitare. eorumq; mihi diligentia probaretur, si post loci castigationẽ eos aliquid utile unà & ueteris magistri opinioni cõsentiens, edocere perspicerẽ. Quapropter, cũ illi nõnunq; in utroq; aberrent, illud mihi longe satius fore uisum est, si antiquã lectionẽ seruãs eam semper interpretari studuero. Quòd si hoc nonnunq; facere nequiuero, ipsam aliqua uerisimili castigatione emẽdabo: quẽadmodũ Heraclides in secũdo libro de morbis popularibus fecit loco illo, ubi scriptũ est, Ad ueneriũ autem uræ (Grece ὀρᾳὶ) specta-

spectabant, quoniã ab explanatoribus hęc dictio ὀργαὶ minime probabiliter põsita est, forsan (inquit) prius θύραι per literã θ scriptũ erat: linea uero, quæ in ipsa media erat, abolita, librarius, ὀργαὶ scriptũ fuisse existimauit. fieri namq; hoc modo potest, ut fibra tenui deleta simul & tota hęc linea deleretur: & una ipsam fugiẽte, & ab initio protinus ipsam debilius obscuriusq; scriptã temporis longinquitate prorsus euanuisse. Inter omes autem, qui ueteres scripturas peruerterunt, Capitonẽ & Dioscoridem ad hoc faciendum audacissimos reperio. Ego itaq; considerans num omniũ istorum an eorũ tantummodo, qui recte scripturas cõmutarunt, an nullius prorsum meminisse æquius foret, mecũ ita constitui, si nullus eorũ, qui cõmentaria hæc lecturi sunt, ipsorũ longitudinẽ ægre laturus sit, omniũ meminisse rectius fore. Sed multi cũ sint, qui non huiusmodi solum cõmentaria, uerũ etiam moderatiora uituperẽt, solumq; utilibus studeant, mediã quandã inter utraq; hæc extrema explanationẽ facere certũ est. atq; id statim ab initio testatus sum, ut ab hisce cõmentarijs recedãt, qui ipsis nõ delectantur. Ego etenim, quẽadmodum alia multa rogantibus amicis obtemperans confeci, ita & hasce explanationes illorũ causa facere aggressus sum. ea uero, quæ à me scriberẽtur, in uulgus exire cõspiciens his procemijs opus habui. Quemadmodũ igitur hæc præfatus sum, ita & istud præfari necessum est, locutionis uidelicet genus hoc in libro lõge ab eo esse diuersum, quo in primo & tertio De morbis popularibus libro Hippocrates usus est: quos ferè omnes consentiunt, solos ab Hippocrate, ut emitterẽt, fuisse perfectos: ex alijs autem quinq;, quintũ & septimum procul dubio spurios esse ac subdititios: sextum uero hunc, quem in præsentia habemus in manibus, & ante ipsum, secundum librum, ex illis, quæ sibi ipse Hippocrates collegerat, Thessalum eius filium aiunt conflauisse. quin & nonnulli ipsum Thessalum aliquid ex propria sententia adscripsisse opinantur. nõnulli & post ipsum alios. In primo sanè atq; tertio libro quasdã aeris cõstitutiones Hippocrates exponit, post quas morbi in uulgus grassantes enumerantur. hoc itaq; sermonis genere in ipsis uti Hippocrates conspicit: & hãc ob causam librorum inscriptionẽ talem fecit, populares ipsos appellans (Græce ἐπιδημίους) quia de morbis in populum passim sæuientibus in ipsis agitur, non autem περὶ τῶν ἐπιδημιῶν, hoc est, de ipsius Hippocratis peregrinationibus, quibus multas ciuitates peragrauit. In duobus autem his libris hæc est exigua portio: sed plurima doctrinę portio aphorismi quidam esse uidẽt, singuli propria circumscriptione separati. Quare duo hi libri cum propria inscriptione carerent, aliorum communem susceperunt, ut & ipsi uidelicet populares uocarẽt, cũ minimum in ijs contineretur, q̃d ipsi inscriptioni consentiret. Quartus autem liber istis locutionis forma persimilis contemplationis utilitate longe superatur. Quicunq; uero librum hunc sextum Thessali constitutiones appellaue-

A runt, manifeste falluntur. Hæc mihi prædixisse satis sit, cum & alia non pauca à quibusdam explanatoribus scripta fuerint, quæ, ne longior essem, consultò prætermittere decreui.

1 Quibuscunq; ex deperditione.

Communem aliquem sermonem de re cõmuni semel tantum facere constitui: cuiuis autẽ lectuaro in propriam linguam, ut libuerit transferre liceat. nonnulli quidem ὅσοισι primam dictionem ex tribus syllabis constantem scripserunt, aliqui uero ὁκόσοισι ex quatuor: quidam non per κ scribũt ὁκόσοισιν sed per π secundam syllabam: queadmodũ Capito non in hoc modo, uerum etiam in omnibus alijs huiusmodi nominibus fecit. nihil autem B artis operum hoc an illo modo scripseris, interest. Quocirca melius esse mihi persuasi, si eas solũ scripturas attulero, quæ sententiæ significationẽ permutant. quæ uero solis uerbis sententia minime uiolata dissentiunt, eas cuiusq; arbitrio scribẽdas ac proferendas permisero. Rursum igitur ab altero initio supra positam dictionem repetens, ad ipsius explanationem me conuertam.

2 Quibuscũq; ex deperditione circa uterum, & tumoribus in capitis grauitatẽ permutatur, in sincipite dolores. & quicunq; alij ab uteris, istis octo aut decem mẽsibus in coxendicem finiunt.

Quod Attici ἄμβλωσιν, id est, abortum uocant, C id Hippocrates usitato uocabulo ἐκφθορὰν, hoc est, deperditionẽ appellat, & uerba uero huic appellationi adiacentia, & à grãmaticis uocata participia, ipsi proportione quadrãtia scribit. ἀμβλώσκειν autem hoc est abortiri, (fortassis enim quispiam & id ipsum ignorat) de imperfecta fœtuum emissione, utcunq; facta fuerit, pronunciant. medicamenta quoq; id præstantia, amblotica, id est, abortiua nũcupant. Significatum quidem dictionis semel dixisse abunde sit. mox utiliora incipiemus. Illud tantum prius admonebimus, ueteres explanatores dictionem illam in hac parte ita scripsisse. Quibuscunq; à perditiõe circa uteros, & tumoribus in capitis grauitates conuertitur, Perditionẽ, nõ deperditionem uolẽtes ipsum abortum D nominare. alij uero de præpositionem adiungentes, deperditionem scilicet ipsam appellare uoluerunt. atq; ita sæpius Hippocrates appellauisse deprehenditur. num uero & hoc loco ita fecerit, obscurũ est. Quẽadmodum autẽ in hac dictione, & si uarijs modis scribant, eadẽ tamen orationis sententia retinetur: ita siquis uteros plurali numero, aut uterum singulari, & capitis grauitatẽ, aut grauitates dixerit, orationis sententiam minime uariat. Qua de causa & ego Galenus has in locutione dissensiones, quæ rerũ significatarum nullam permutant, recensendas examinandasq; nequaq; iudicaui. Quod igit ab Hippocrate dicitur, hoc est, Quibus mulieribus ex fœtuũ abortu œdemata, id est, tumores in utero passis per cõsensum capitis grauitas acciderit, his in sincipite dolorem

excitari: necnon & alias capitis grauitates, quæcunq; ex uteri affectibus oriuntur, eadem ratione sincipiti inhærentes dolores concitare. Primum igitur quid œdematis nomen significet, considerare opus est. uidetur enim semper Hippocrates (ut plerunq; ostensum est) omẽs præter naturam tumores hoc uocabulo nominare, siue dolore careant, duriq; fuerint, quos proprie scirrhos Græci appellant: siue dolorem inferant, quos phlegmonas, id est, inflammationes uocant: siue absq; dolore laxi atque molles sint, hos uero solos œdemata Græci nominant. in præsentia sanè uidetur eorum tumorum meminisse, qui diutius permanere, & capiti grauitatem inferre ualeant. ꝙ in abortibus quidem id euenire soleat, res ipsa sensibus apparens testatur. uerum quid sit in causa, quare inter alias capitis partes sinciput magis dolore afficiatur, quidam huius libri explanatores indagare conati, inter se dissentiunt. Alij em̃ situm è regione, quem Græci κατ' ἴξιν uocant, causantur: lumborum namq; & plane dorsi partibus affectu aliquo diuexatis in posterius cerebrum situs rectitudinem pertinere affirmant. nonnulli & ipsius uteri posterioribus partibus affectis occiput, prioribus sinciput affectum participare testãtur. Verum alij situs rectitudinem, quam & κατ' ἴξιν Hippocrates nominat, dimittentes, cerebrum in consensum uteri affectuum duci cõtendunt, utpote quæ neruosa particula sit, cerebrum uero neruis originem prebeat, atq; idcirco capitis grauitates oriri. sed cum plurima cerebri pars in sincipite locetur, propterea eo maxime loco dolorem sentiri. Alij partem hanc capitis infirmissimam esse dicentes, ideo & magis ꝙ alias obnoxiã esse uitijs affirmãt. Cæterum qui ex medijs cerebri partibus in sincipite positis in uterũ neruos descẽdere aiunt, neq; ut ipsorum mẽtio fiat, digni sunt: sicut neq; etiam illi fortasse, qui asserunt, quia neruosus uterus est, ideo ipso patiẽte simul & neruorum principium affici. cur namq; peritonæon utero uicinius, intestina, uentriculus, & transuersum discrimen, quæ & ipsa neruosa sunt, non in affectuum uteri participationem trahuntur? Quàm isti adhuc illi magis damnandi sunt, qui unà cum testibus cerebrũ affici tradunt, & quoniam & ipsi ex eadem materia, ex qua & cerebrum, creati sunt, atq; ideo nihil mirum, si & uteri affectus cerebrum sentiat, quandoquidem utero testes inhærescant. Quòd si adhuc rudiores istis recensuero, forsitan me quispiã increpauerit, & eorum, quę supra posui, immemorem appellauerit. Satius igitur fuerit, eorum nugas semel refutantẽ, nequaquam amplius eorum quæ dixerint meminisse. At eorũ sermo, qui neruosum esse uterũ prædicant, secundum aliquam significationem uerus esse, secundum alterã falsus esse putandus est. Tria enim similariũ corporũ in animalibus genera sunt, quæ & exanguia & sinu carentia perspiciuntur. horum aliqua ex ossibus, aliqua ex cerebro & dorsi medulla, aliqua ex musculis prodeunt. horum primum genus ab Hippocrate quidem plerunq; copula nominatur, secun-

A dum neruus & tonus, tertium uero tẽdo. Sed certi quidam homines oĩa hæc neruos appellãtes, primum ipsorum genus colligatorium esse aiũt, secundum autem sensibile atq; electorium, tertiũ aponeurosim, hoc est nerueam propaginẽ cognominant. Ex nullo istorum trium generum uterus neruos multos suscipit. Sed quoniam ipsius corpus latissime distendi, contraq; in breuissimũ spatium cõtrahi cernitur, (quod à nullo carnoso mẽbro, aut pingui præstatur,) hac ratione uterũ neruosum esse ex quadam similitudine dicimus, deriuatum à neruis nomen ei imponentes: quemadmodum sanè & uesicam & reliqua omnia alba & exangui materia ita nuncupare soliti sunt, quãdo plurimũ extendi, rursumq; in seipsa retrahi & sub

B sidere uidentur. hac eadem itaq; ratione & uocatum colẽ in mariũ genitalibus, & uteri ceruicem neruosos esse confirmant. nonnulli uero & cauernosum neruũ genitalis colẽ appellãt: atq; ob id & ipsum totum neruosum dicunt. In hunc itaq; modum non secundum propriè neruorũ potentiam, uerum secundum corporeã substantiam similitudinẽ accipientes, deinde quærunt, quid est quare colis affectus neruorum principia non simul uehementer afficit. principia neruorum autem cerebrum dorsiq; medullam appello. atqui in uterum nerui quidam planè inseruntur: alioqui enim quomodo sentirent? sed admodũ pusilli sunt isti, si cũ membri magnitudine cõparẽtur. quamobrẽ non leui consideratione dignũ est, si quis ista physice

C speculari uoluerit, quidnã aliquæ ex istis mulieribus, quas ob frequẽtes uteri affectus uterarias uocant, cõtractionibus ac distentionibus neruorum cõuulsioni similibus corripiunt̃: cũ tamen in uteri phlegmone haud ita multũ id accidere cernit̃, licet febres ualde uehemẽtes & calidæ cõcitent̃: ob quas lingua (ut ipse deinceps hoc in libro narrabit) ueluti à fuligine denigrescat. oportebat igitur eos hæc prius explorare, quicunq; de capitis uteriq; in affectib. societate dicere aliquid aggrediunt̃. calidas autẽ uehementesq; febres ex uteri phlegmone accendi neminẽ in artis operibus uersatum præterit. ut in Alexandria sophisticã artem edocẽtes, à quibus potissimũ libri longis falsisq; sermonibus referti sunt. qui inter adolescentulos

D à grege uenientes & ad ægros nunq; accedentes, ipsi quoq; hac in re minime exercitati plerũq; uersantur. ab omnibus em̃ istic hominibus uictus ratio ualde neglecta est. Quisquis igit̃ ex uteri phlegmone laborantes mulieres cõspexit, quomodo calidæ magnæq; febres omne corpus inflammantes caput haud aliter exurant, atq; illæ, quæ sine uteri uitio similes oriuntur, apprime nouit. cæterũ & si nec adhuc euidenter illæ febricitent, quibus menstrua purgamẽta suppressa sunt, periculũ tamẽ impẽdet, ne cito in febrẽ incidant, istarumq; caput graue reddit̃, & halitibus calidisq; humoribus repletur. quocirca & ipsarũ nõnullæ, febrim habeãt postea, aut non habeant, sopore opprimũtur. hæc sanè ita fieri sensu percipitur. quæ causa uero sit, propter quam ab huiusmodi uteri affectibus

bus caput repletur, postea quærere oportuit, uotis quidē inuenire expetentē, sin minus, at illud saltē, ꝗd experiētia ostēdit, seruantē, memoriterq; tenētem. Igitur nos aliquas id genus affectuū sensibus apparentiū causas assignare conabimur, atq; hinc initiū capere decreuimus. Inter oēs corporis partes plurimas grandissimasq; uenas uteri habent: cumq; eos aut menses, aut à partu purgamēta suppressa, aut phlegmōe aliqua utcunq; orta male accipiunt, ipsos sanguine cōpleri necessum est. quo deinde putrescēte si febris excitet, inter synochorū species ipsam cōnumerari opus est (nam id genus febriū ex putrido sanguine accendi ostensum est) hæ uero calentiū uaporū uim haud paruā in caput submittunt. uerum capite quauis de causa horum uaporū pleno grauitates maxime in sincipite hominem uexantes apparere, illi, quibus artis opera curæ sunt, prius quam à me audiuerint, notum habuerūt. At quæ huius euēti causa sit, forsan scire aues. tibi igitur eam, quæ mihi uerisimillima uisa fuerit, exponā, neq; hanc unicam, sed multiplicem. Primū igitur uapores illos calidos proxime dictos per arterias in caput subuolare ratio ostendit: ipsas quoq; arterias per collū ab utraq; uocati infundibuli parte recta in sinciput discurrentes uidere licet. Præterea & omni sanitatis tēpore tenuia & halituosa cerebri excrementa maxime per sinciput difflari solere affirmamus: siquidem in ipso suturæ laxissimę sunt & ipsa caluaria subtilissima plurimisq; meatibus peruia: ad hæc & multa sensibilia corpora per suturas euadunt: mēbranulæ enim quædam crassum cerebri inuolucrum pericranio uocatæ tunicæ cōnectunt, & multitudo tenuium conceptaculorū per suturas exiliunt: equos aūt magnitudine affectus sensibiliora naturaliter corpora magis percipiunt, magis uero sententia ab inferentibus dolorē causis magis cruciantur. His sanè de causis in sincipite dolores fiūt. Modo illa inueniēda causa superest, propter quā octo aut decē mensibus mulieribus ita male habitis in coxendicē finit, hoc est, irruit morbus. Verū quoniam nōnulli nō octo aut decē mensibus, sed octauo aut decimo scribēdū cēsent, dicūtq; in multis & potissimū uetustissimis codicibus hoc Græcum elementū -η- & hoc -ι- reperiri. η, quidē loco huius dictionis -octo- ι, loco decem, scriptū esse, ulterius & quæ in istis sit differētia, perpēdamus. Si enim ita legamus, octo aut decem mensibus in coxendicem finire: ab abortu, non à cōceptu menses numerabimus. Si uero, octauo mense aut decimo: sic à conceptu tempus significari affirmabimus. Mihi sanè id fieri posse uidetur, ut secundum utramq; lectionem utroq; modo sentētia accipiatur. at huius quod dicitur, iudiciū experientiæ cōmittendum est: quēadmodū ego & in omnibus id genus, et in eo, de quo nunc loquimur, planè feci. atq; obseruāti mihi nonnunq; quadraginta diebus, nonnunquam duobus mensibus, aut quatuor morbus finiri atq; aboleri uisus est. quibusdam uero & in plures menses productus fuit, & nōnullæ reuera ad octauū mensem, aliæ & ad decimum

A peruenerunt. uidi quoq; ex utero in coxendicem migrare colligiq; materiam. id uero haud in multis, quamuis multas ex utero male habente laborantes spectauerim. eius itaq; inuestigare causam grauabar, ꝗ nondum an re uera ita eueniret, certior factus essem. Aristoteles namq;, an est, prius firme cognito, deinde propter quid est, quæri oportere præcepit. ꝗ si quis antequā, an est, firma notitia perceperit, propter quid sit, inuestigauerit, homo iste nugari garrireq; maluisse ꝗ ueritatē explorare aperte uidetur. igitur qui & nunc ꝓpositæ rei causam reddere conati sunt, hæc in mediū afferūt. quicūq; enim à tēpore abortus usq; ad octo aut decē menses numerare dignū putāt, uterū duobus his tēporibus octauo scilicet mēse et deci-

B mo malis tolerādis assueuisse dicūt. octauo enim mēse fœtum conuerti, decimo autē in lucē edi. sic igitur & in præsentia ijsdē statis temporib. contristantes humores excerni, qui in locū uicinū, suscipereq; trāsmissa potētē irruerūt, asseuerāt. At qui à conceptionis tēpore numerandū esse iubent, rationi magis consentaneum esse dicunt, quēadmodum & si tēpore intermedio fœtus nullo uitio tētatus sit, nouū tamen aliquem motum uterus circa ipsum temporibus istis aut conuersum aut partu editum perceperit, ita & nunc percipiat. Cæterum utriq; falluntur, qui fœtus motiōes utero tribuant. quando enim octauo mense conuertitur, hunc sanè motū ex seipso ciet, atq; ita tūc paritur, cū uehementius cōmotus, aliquam ex continenti-

C bus mēbranis effregerit. hoc enim & in libro De pueri natura hisce uerbis testatꝛ Hippocrates. Cū uero mulieri partus tēpora adueniunt, tunc puero commoto manibusq; & pedibus calcitranti aliquam intimarum mēbranarum disrūpere accidit: una effracta, reliquæ imbecilliorem facultatē habent. atqui primæ fœtū ambientes lacerātur, deinde ultima. quādo igitur nec dum utero fœtus per abortum eiectus continetur, neq; ut motus ipsius incolumes seruētur, fieri potest. Perinde uero, atque isti, neq; illi fide digni sunt, qui septimum mēsem ac nonum fœtuum partus efficere: octauū uero ac decimum emissiones præter naturam uno mense naturalib. tardiores efficere asserunt. quod secundo popularium morborū libro ab Hipp. di-

D ctum esse uolunt, in illis uerbis, ubi dixit, Postero: ac si dixisset, posteriore tempore aut mēse: sed hoc prius in eo libro declarauimus. At ego si istorum dictum ita se habere prius uidissem, perquisiuissem utiq; ipsius causam diligentius. sed quoniā per multa stata tempora uteri affectus iudicari, & iudicatoriorum dierum circuitibus cōsonare perspexi: ut ipse in libro De præsagijs docuit: causæ inuētionem relinquo: cum neq; semper, neq; plerunq; ita fieri uideam. Verū scriptorem hunc, siue Hippo. sit, siue Thessalus, siue alius quispiam, in duabus forsan aut tribus mulieribus ita euenisse fortuito cōspicatum, inconsultius de re neq; semper, neq; crebrius incidēte (ut diximus) in uniuersum pronunciasse existimo. Sed de his hactenus à nobis dictum est. Eorum autem meminerimus,

qui in narratione Hipp. coniunctionem - & - interiecerunt, inter eam partem - in capitis grauitatem uertitur & eam - in sincipite dolores - totamq; scripturam ita constituemus: Quibuscunq; à perditione circa uterum, & tumoribus in capitis grauitatem cõmutatur, & in sincipite dolores, & quicunq; alij ab uteris, ijs octo mensibus aut decẽ in coxendicem desinit. Medicinalem sanè quandã præscriptionẽ ad præsagiendũ utilem, nõ causas reddentẽ priori sermoni adiungunt, talem iudicãtes esse sententiam: Quibuscunq; mulieribus in utero ex abortu tumoribus excitatis in capitis grauitatem fit cõmutatio, & in sincipite ijsdem dolores fiunt: istis octo aut decẽ mensiũ spatio in coxendicem uterum uexantia decũbunt. tanꝗ non omnibus uteri tumoribus sincipiti dolorẽ inferẽtibus, neq; omnib. in coxendicẽ abscedentibus, sed illis tantũmodo, qui in sincipite dolores creat. Verũ cum id quoq; ego obseruauerim, haud ita fieri cõpertum habui, quinetiã neq; ipsi huiusce rei aliquã rationem afferunt. Cur enim soli illi uteri tumores, qui sincipiti dolores intulerunt, in coxendicẽ ab his migrare putentur, assignari causa non potest. Quamobrẽ neq; nos ipsis crediderimus: utpote neq; ab experientia, neq; ex rei natura indicatorie sermonis huius affirmationẽ cõsecuti. Illud quoq; in confesso est, eam partem, quã ita scripsit Hipp. Et quæcunq; aliæ ab uteris - duobus modis explanari. Quidam sanè ad uteri affectus sermonẽ referunt: perinde atq; omnibus ipsis haud minus prædicto, capitis grauitates & in sincipite dolores euenientes habẽtibus. Alij uero ad capitis affectus sermonem referunt: ac si ita omnem uerborum seriem scripsisset, Quibuscunq; à perditione & tumoribus in capitis grauitatẽ uertitur, in sincipite dolores sunt: & alij quoq; capitis affectus ab utero exorti in sincipite maxime sese ostendunt. Alios affectus intelligamus capitis grauitati proportione respondẽtes: aliquos aũt ex ipsis cephaleas uocant, aliquos hemicranias, aliquos cephalalgias, id est, capitis dolores, simpliciter.

3 Acutũ habẽtes caput, siquidẽ ualida ceruice sint, & alijs, robusti sunt, & ossibus. caput aũt dolentes, quibus etiam ex auribus sordes manant: istis oris palatũ concauum est, & dentes distracti.

Hoc loco etiam nihil refert, utrũ, craterauchenes Græca uoce per quinq; syllabas, aut, cratrauchenes per quatuor quispiam scripserit. robustis enim ceruicibus homines utraq; uox significat. Macrauchenes uero, id est, longicolli, ut nõnulli ueterem scripturã permutantes scribunt, nõ eandem rem significat. ualida enim ceruix, robusta nominatur, ob duritiã magnitudinẽq; ossium plerũq; talis existens. ita quoq; se habẽt ipsi circũpositi musculi, tẽdones, & copulæ. at longę ceruices tantum abest ut ui aliqua polleant, ut etiam prorsus uitiosæ sint, perinde atq; angustum longumq; pectus. quandoquidẽ id amplum esse, non latum duntaxat, aut longum oportet. amplum autem in

A lati profundiq; dimensione pectus, collum, & aliud quodq; membrum consistit, cum proportione inter se congrua aucta fuerint. in ipsis uero prorsus & lõgitudo aut maior est, aut æqualis his, quæ moderate se habent. Hominum igitur nobis obuiam uenientium pectora non prius apparent, ꝗ eorũ corpora nudata fuerint. sed caput illico aspicimus: & quod nam in forma ac magnitudine uitium habeat, cognoscimus: In magnitudine, si minus sit, aut maius, ꝗ conueniat: In forma, si exquisite rotundum sit, frontis occipitijq; prominentia carens penitus: aut acutum, productiores, ꝗ deceat, eminẽtias habẽs, aut utrãq;, aut alterã tantũ, aut una duntaxat eminentia præditum, altera uero priuatum. In maiore itaq; capite & acuto & ex-

B cessus quantitas consideranda est, & ipsius ceruicis excellẽtia: ut ipsis meliusne, an deterius caput formatum sit dignoscere ualeamus. Declaratũ est enim in libris De tuenda sanitate, nõ mediocrem utilitatem medicos ex huiusmodi cognitione percipere & ad seruamdam membri sanitatem & ad futuram uitij emendationem, siquando didicisse prius acciderit. Sed in capite euidenter paruo paruitatem quidem nouisse opus est: & ea præterea, quæ ad collum pertinent, abunde consideranda: quoniam perinde ac trũcus dorsi spina ex capite tanꝗ ex radice progerminat. Alibi enim didicisti medullæ dorsi à cerebro & ortus initiũ, & facultatũ copiã suggeri: hanc medullam uertebræ includunt dũ tenuis adhuc est, pusillæ: crassiorẽ autem

C factam, ampliores. Quẽadmodũ igitur magnũ pectus ampla interius cauitate inane est, in qua duo magna uiscera, pulmões scilicet atq; cor, nulla ex parte cõpressa continentur, perinde & exiguũ pectus proportione sibi respondẽtia hęc uiscera cõtinet, exigua uidelicet & in angustijs uersantia: haud aliter caput & dorsi spina magnitudine respõdentia, & cerebrũ & medullã includunt. cum enĩ mẽbra hæc grandiora sunt, & cerebrũ & medullam ampliores latioresq; spiritus cauernas in ipsis efficiunt: at si pusilla fuerint, cõtrariũ euenit. Vis præterea cogitandi his qui aut nimis magna capita, aut nimis exigua euidẽter possident, oblæsa est. Sed exigua capita semper praua sunt: magna uero licet raro, nonnunꝗ tamen & bona fue-

D rint, & ob facultatis formatricis robur, & ex materiæ, unde creata sunt, ubertate. quali capite Pericles Atheniensis uir prudentissimus fuisse traditur. unde & comici eius capitis magnitudinem dicterijs lacessunt. Tanto magis autẽ grande caput bonum sit, quanto naturalem magis figuram retineat, & ceruicẽ ualidam, & oculos acute cernentes habeat. tunc enim optime huiusmodi caput sese habere, sciendũ est. Verũ acuta capita (nã & ex his quædã nõ esse improbãda affirmauimus) optima figura aliquantulũ permutata, fieri diximus. optima enim capitis figura oblõgo orbi utrinque cõpresso similis est. deficit autem acuto capiti aut occipitij, aut frontis eminẽtia, aut ultra, ꝗ deceat, productã habet. plerũq; igitur (ut dixi) quẽadmodum magnũ caput, ita & huiusmodi acuta mẽdo

sa improbaq; reperies. raro tamē & ex his aliqua A bona fuerint, facultate materiam, ex qua homo in utero creatus est, efformāte admodū ualida, neq; sanguinis in uterū defluentis multitudine supera ta: sed contra eius uim sustinere, resistere, eleganterq; effingere potens fuit. Quando itaq; ob alter utrius eminentiæ defectum, aut excessum acuta capita redduntur, primū quidē te illud animaduertere decet, utrum aucta, aut diminuta prominētia acutū caput euaserit. uitiosum enim semper est ex cōminuta mucronatū caput: non semper malum, ex adaucta. uerū tūc præterea considerare conuenit in primis quidē decoram incremēti formam: deformia enim incrementa parua sunt: secundo, utrum capitis excessus, qui in occipitio est, plusq; ea, quæ à facie est, pars, excreuerint. melius em̄ pu B tandum est, occipitij eminentiā maiorem esse: ibi nāq; & nobilissimus cerebri sinus, & dorsi medullæ exortus locati sunt. postea deinceps ceruicē cō siderato, imbecillane sit, an robusta. nam si eminē tia neq; indecora fuerit, neq; ultra modū grandis, ualidumq; eam collum sustineat, huiusmodi capitis acumen probato. hos enim homines & aliorū membrorū, sed ossium præcipue uiribus pollere cōperies. Sed hoc loco & illud perpendito, quid sibi uoluerit Hippocr. cum dixerit- & alijs- num intellexerit pectus & iecur, ut eiusmodi hominibus tria generosa principia insint, non solum cerebrum: an & alia illa sola dicit, quæ primū initiū & ortū ex capite habēt: ea uero sunt dorsi medulla, & nerui, & cū ipsis ossium musculorūq; materia, C qui necessario unà cū capite augescunt & roborā tur. hæc mēbra uero, plerūq; insimul augeri cōperies. Quādo em̄ sanguis, ex quo capitis partes creatæ sunt, multus atq; bonus est: uitalē quoq; potē tiam, quam ex corde prodire ostendimus, & naturalem nutricēq; uocatā, quam ex iecore in uenas promanare didicisti, statim ab initio robustas esse credibile est, profecto huiusmodi animali prima ueluti fundamenta totius corporis magnifica esse ac generosa necesse est. At in capite contra deformi effigie & exiguitate uitioso, præterea & in ore palati partes inspicito: ita uero appellant in eo altioris sedis partem illā, quæ super foramina è naribus in ipsum pertinētia sublimis est. inuenies enim & hanc partem illis cauā, quorū acutū ualde D caput ac deforme est. hos aūt pręcipue uocant homines φοξὸς, hoc est, acuti capitis. In multis quoque dentes distracti uidentur, id est, nō recte è regione superiores cū inferiorib. cōmittunt, neq; incisores cū incisoribus, neq; canini cū caninis, neq; molares cū molarib. sed ueluti reuulsum iuxta atque distractū in ipsis os apparet. Hos igit crebro dolore capitis uexari cōspicies: ipsorūq; aures distillatione laborare, nōnunq; liquore quodam tenui & liquido, nonnunq; purulento ac fœtido emanante. imbecilla namq; mēbra multū prauūq; excrementū colligere cōsueuerūt. Igitur cum iam Hippocraticus sermo explanatus fuerit, paucis quibusdam additis, ad aliam partem transibo: Ea uero pauca huiusmodi sunt, reminiscentia scilicet unius, q̄d à me huius sermōis initio dictū fuit. uidetur em̄ iā aperte liber iste cōmentario magis, q̄ uolumini similis esse, Hippocrate sibijpsi, ut memoriæ subueniret, nōnulla scribente, prout unumquodq; aut experientia cōprehendisset, aut rationali meditatione excogitasset. nulla em̄ cognatio uel propinquitas primæ parti cū secunda intercedit, quēadmodū rursum neq; tertiæ cū istis.

4 Quibuscunq; os à palato recessit, his medius nasus subsidet. quibuscunq; uero inde, unde nascuntur dentes, extremus nasus simus efficitur.

Os nasi duo foramina intersepiens alio quodā tenui osse nititur initiū superius ab osse frontis sumente, & ad nasi finē, ubi pinnæ locatæ sunt, desinente. hac igitur in parte nasi interseptū locis illis incumbit, ad quę dentiū, qui incisores nominant, extremitates perueniunt. pars aūt his superior palatum quidem nominatur, & ea mediū nasi interseptum nititur. ubi igitur aliquod fulcientiū ossium decidens perierit, ibi interseptum subsidens nasum eo loco cauum efficit. atq; huiusmodi symptoma simitas appellatur.

5 Infantiū effulgescētiæ cū pubertate non nunq; mutationes habēt & alias: & in renē dolor grauis, cum cibo impleti sunt.

Hanc omnibus explanatoribus scripturā agnoscentibus, & omnibus antiquis codicibus eam habentibus, nonnulli recentiores alius aliter eāmutare conati sunt. quidā enim epilepsies scribūt, aliqui catalepsies, alij epilampsies, hoc est, effulgescentiæ. ipsorum aūt interpretatio apud hūc morbū comitialē significari uult, qui plerūq; ab infantia laborantibus in ipso à puerili ætate ad pubertatem transitu euanescere cōsueuit. etenim id ita fieri cōpertum est, nisi quispiam eo tēpore uitiosa uictus ratione utens sibijpse conseruandi morbi autor fuerit. oritur sanè plerunq; ob frigidā cerebri temperaturā humiditate adiūcta: idq; sæpius accidit, quoniā raro ex alicuius mēbri uitio prouenit. finitur aūt, quo tēpore pubescunt, si & in alijs ægrotus, ut decet, se gesserit, quia totius corporis tēperamentū ad siccius calidiusq; cōuertitur. quo em̄ pacto iuuenis puero calidior sit, in libris De tē peramentis didicisti. ubi etiam quomodo puer iuuene sit calidior, declarauimus: iuuenis quidē absolute calidior, puer uero non absolute: sed eo, q plus innati calidi possideat. Illi itaq;, qui seipsos Hippocraticos nominat, ipsum effulgescētias calidi dicere uolunt per translationem ab extrinseca flāma: quæ cū materiā uicit, eamq; sibijpsi omnem assimilauit, effulget, manifestaq; omibus redditur, cum prius humidam materiā exiccās occultaretur. At Zeuxis & cū ipso pariter nōnulli Empirici effulgescentiā haud ita interpretātur, sed altero quodam modo. intelliges autē ex Zeuxidis sermone in hūc modū descripto. Infantes usq; ad pubertatis annos appellat Hippocrates, isti autē pubescenti tēpore effulgēt, atq; hic ualde per emphasim

phasim translatione usus est. tunc em̄ magis carnosi fiūt, & adultiores, colorecꝫ & forma gratiores, uiribus ingeniocꝫ præstantiores. repente autē ac simul hæc omnia eueniunt, eorumcꝫ, qui natura formosi sunt, tunc magis effulget pulchritudo. Idem iste autē Zeuxis infantes appellari omnes pueros inquit, queadmodū & Herophilus ipsos appellauit. de hac enim re hunc in modū scribit hisce uerbis, Videt̃ Hipp. infantes nominasse uscꝫ ad pubertatis annos, non eos tātum, qui nuper nati sunt, aut ad quincꝫ uscꝫ, uel sex annos, ut plericꝫ nūc intelligere solent. contentus fuit autē & Herophilus tā grandes natu infantes uocare per hæc uerba, Infantibus nō erūpunt semina multa, necꝫ menstrua purgamenta, ijdē nō concipiūt, nō caluescunt. necꝫ enim prædictam ætatē natis hæc accidere negat, hoc est, à primo statim ortu: ut nonnulli accipientes, ipsum derident, tancꝫ res omnibus notas edocentē, è quorū numero est etiā Callimachus: sed illis, qui ad pubertatē uscꝫ peruenerunt: ꝙ nonnulli & in istis ea fieri opinarent̃. Hactenus Zeuxis locutus est. At mihi quid per infantes significare Hippocrates uideatur, & antea quidem dixi, & nunc iterum manifestiori sermone repetam. Comitialis affectus ut à naturali intemperie prouenit, cū humidū ualde cerebrū est, tuncꝙ morbus iste puer appellatur, queadmodū ipse in libro de aquis, aere, & locis ita scribens significauit. Pueris accidere cōuulsiones, & suspiria: quæ putant puerilē efficere, & sacrū morbū esse. in his uerbis clare patet, illi dictioni -puerilem- subintelligendū esse affectum, ut locutio ita se habeat, quę putāt puerilē affectū efficere, & sacrū morbū esse. accidit aūt etiā hic idem affectus pueris ob errata, medici curationē postulans. quando uero ob humiditatē oritur, plane infantes statim inuadit, desinitcꝫ ætatis conuersione, nullum nobis negociū facessens. Quapropter quoscuncꝫ pueros nō à prima statim ætate, cum adhuc sunt infantuli, sed annorum progressu, uexare inceperit: proculdubio ob peccata in uictus ratiōe cōmissa aut ob aliam quampiam externā causam exortus est. in quibus ætatis conuersionem prestolari non conuenit: sed factum morbosum affectum discutere. Illud uticꝫ non exigua cōsideratione dignum est, si secundū antiquā lectionē effulgescentias acceperimus, ut Hippocrates & Zeuxis acceperunt. oratio enim huiusmodi est, Infantiū, cum pubescunt, effulgescentiæ calidi & alias quidē nōnullas in ipsis mutationes habent, quinetiā renum affectionē: quā ipse deinceps explanat. prętermittetur enim & in hoc sermone epilepsiæ nomen. atcꝫ ideo nonnulli haud abscꝫ ratione scribere uidentur, epilepses, quemadmodū & alij catalepses. At hos decebat tanquam non ita scriptum inuenientes, sed ꝙ melius esset ita scribere, dicentes, ad prædictā explanationem accedere. Cum uero hæc uox -etiā- præposita sit, hanc rursum alij adimunt, duas orationes nullo uinculo inter se cōnexas esse uolentes: unam hisce uerbis satis declaratam, Infantium effulgescentiæ, simulatcꝫ pubescunt, in nonnullis

A mutationes habent & alias: alteram hoc modo dicentem, In renem dolor grauis, cum cibo repleti sunt, & reliqua, quæ sequuntur de renū uitijs ipso tradente ab altero initio. nō, ꝙ in pueris, cū pubescunt, in hoc uitium comitialis morbus transeat. haud enim ea ætate renum morbus creari uidet̃, quemadmodū uesicæ lapis. iste nācꝫ in pueris magis, renum aūt affectus in declinante potius ætate cōtingit. Describemus igit̃ ea deinceps, quæ de renum uitijs in hunc modum ab eo tradita sunt.

6 In renē dolor grauis, cum cibo impleti sunt, uomūtcꝫ pituitā: cū uero dolores abūdauerint, æruginosa. & leuiores quidē euadunt, soluunt̃ aūt cū cibis euacuati sunt, are
B nulæcꝫ ruffæ subsidet, & cruentū meiūt, stupor fœmoris è regiōe positi, quiescere non conducit, sed exerceri, nō repleri, iuuenes ueratro purgare, poplitem incidere, ut inanijs mundare, tenuare, ac mollire.

Dolorē grauē aut tancꝫ alicuius grauis loco incumbentis sensum inferentē, aut acerbū intelligere possumus. Siquidē utrūcꝫ uerum est, diuersis tamen tēporibus, in renibus fieri. in caculorū enim creatione, atcꝫ exitu grauissime dolēt: reliquo aūt tēpore ut rei cuiuspiā grauis loco incumbētis dolorem percipiunt. quicuncꝫ igitur in renum cauis lapillos concrescere arbitrantur, in solo per urinarios meatus transitu laborantes dolere aiūt. at qui
C cuncꝫ in ipsa renū carne calculos creari sibi persuaserunt, non solum inter exeundū, uerū etiam creationis tempore, dolorē ipsos inferre testantur. deinde & quando in renū sinus peruadunt: calculos aūt in renū carnibus generari proportione tophis in articulorum morbo genitis respondentes, orationem Hippocratis in testem adducunt ex libro De natura hominis & uictu ita se habentem. Quibuscuncꝫ arenosum subsidet, aut tophi in urinis, istis ab initio tubercula secūdum uenā crassam orta sunt, & suppurauerunt. postea uero non celeriter ruptis tuberculis tophi ex pure concreti sunt: qui foras per uenas cū lotio per uesicā truduntur. hæc est sane Hippocratica narratio. Cæterū renū calculi utrocꝫ fieri modo possunt, & nuper dicto,
D & eo, quē paulo ante declarauimus, cū in ipsorū sinibus tēporis interuallo exustū arefactūcꝫ crassum & uiscidum humorē ad tophi corpulentiam redigi asserebamus. eodē quocꝫ tēpore si obstructio aliqua in ipsis fiat, aut mediocris phlegmōe, grauitatis magis ꝙ doloris sensus efficitur: queadmodum & in iecore, propterea ꝙ ut renes, ita & iecur per exiguis neruis præditum est. Dolores autem eo potissimū tēpore in renibus excitari dicit, quo replētur cibo. cumcꝫ duo ab hac uoce Cibus, apud ipsum significentur: in utrocꝫ significatu ueridica oratio est: siue de assumptis cibarijs, ex quibus sanguinis multitudo creat̃, siue de alimēti recrementis quæ in intestinis colligūtur, intelligas: nonnuncꝙ enim & ista cibos nūcupat, ut in libro De ratione uictus in acutis ita inquiens, Quibus

cibus in intestinis occlusus est, nisi quis aluum prius ducens sorbitionem dederit, uehementer lædet. Dolor itaq; à cibo ita significãte excitatus in renibus, q multitudine ponderéq; excrementorũ premantur, onerenturq;, simulatq; ista deiecta ex pulsaq; fuerint, remittitur atq; planè finit. At dolor ex sanguine in uenis contracto proueniens, quando in renes incubuerit, etiam si uenam cecideris, haud ilico discutitur, & ob renum corporis densitatem, & quoniam ob multa ipsis superiniecta corpora exterius appositorum remediorũ facultas ad renes iam debilior effecta peruenit. Soluit autem ipsorum dolores non id solum, uerumetiam & per superiorem uentrem facta excretio: quæ tam coli q̃ renum dolore uexatis commune quoddam symptoma est. continentur enim renes laxo intestino: & laxum intestinũ renibus per tunicam peritonæum uocatã copulantur. Inter initia itaq; pituitosi uomitus fiunt. huiusmodi enim succus in uentriculo creatur: plerunq; in ciborum multitudine, ac multo magis si isti crassi, naturaq; pituitosiores extiterint. Quod si increuerint perseuerauerintq; affectus: his ita patientibus uomitus æruginosus superuenit, ob dolores ac uigilias corrupto sanguine. idq; maxime, cum unà febricitauerint, & inedia macerati fuerint. Et leuiores quidem (inquit) à uomitibus euadunt: ab accessionibus quidem liberantur, sed non ab affectu, cũ cibis uacui sunt. utroq; autem modo & nunc cibi nomen accipere possumus: sed potius de uentris intestinorumq; excremẽtis intelligere debemus. Arenulæ aũt ruffæ (inquit) subsidẽt, hoc est, in urinis. id enim accidere euidens est, si ruffum colorẽ talem esse intellexeris, qualis est sandaracha, quæ uocatur. quapropter & nonnulli in artis operibus diligenter uersantes subsidẽtias oroboides appellant, hoc est, erui similes: alij sandarachodes. i. sandarachæ colorem referentes. interdum & reuera ruffas nominant. nempe duę prioris iocinoris affectus comitãtur: tertia renum morbos sequitur: quemadmodum & quando ueluti arenæ colore subsidentiæ euadunt. In urinis utiq; subsidentium colores maioris minorisq; ratiõe inter se differũt: uerũ ex materia crassa tenaciq; modo crassitũdinẽ maiorẽ, modo tenacitatẽ, modo utranq; paribus omnino portionib. habẽte planè fiunt. Itaque si ex sola pituita crassa & uiscida subsidentia facta sit: color cinereus erit aliorũ tophorũ colori similis, qui in aquis spõte calidis multis in regionibus lapidibus adnasci accrescereq; cernunt: et in uasis alioqui, ubi aqua calefit. Quinetiã in animalis corpore ex purulẽto humore aut ex purulẽto pituitosoq; cõposito huiusmodi tophus nonnunq; creari potest: queadmodũ & in articulorũ morbis accidere cõsueuit. eodẽ em̃ prorsus modo in his & renũ affectibus lapides cõcrescũt. At si quibusdã parũ sanguinis cũ pituita crassa lẽtaq; mistũ sit, urinarum subsidẽtiæ color pro succi maiore copia euadet, nõnunquam ueluti ex pallido alboq; mistus, aut ex rubro et albo, aut ex flauo et albo: nõnunq; uero & ruffus erit, & ipso sanguinis colore ad co-

A lorum differentias faciente. neq; enim sanguis hominibus exquisite ruber semper est: sed interdum quidem ad atrius, interdum ad flauius, & ruffius uergit. Aut igitur omnes, quas modo recensui, colorum differentias, præter cinereum, ab hac uoce Ruffum, significari putandũ est, ipso dicente arenulas ruffas subsidere: aut adiectam illã uocẽ sanguineum, ex communi sensu dictã fuisse accipiendum est. dico autem Nonnunquam: quemadmodũ enim cruentũ ipsis interdum lotiũ emittitur, non semper tamen, neq; in omnibus renum affectibus, pariter & interdũ arenulæ ruffæ in urinis subsidentes apparẽt. In cõmentarijs nãq; De naturalibus potentijs, quicquid in uenis serosi tenuisq; cum sanguine permistũ est, renẽ ad se ipsum B attrahere demõstrauimus. meatib. autẽ id in renis uentriculũ percolãtibus latius patefactis, aliquid etiam ex crassioribus succis simul illabit. Quando igitur istud calfactũ in renis cauo ad tophi consistentiã redactũ fuerit: si renũ uis expulsoria omne id unà cũ lotio extruserit, arenosæ in ipso subsidentiæ fiunt: q̃d si renis cauo impactum tenacius inhærescat, aliquid aliud eiusdẽ materiæ ex uena caua suscipiens sibiq; apponẽs, plus augetur. semper enim quod recens influit, priori circũdatur: atq; ita insigni magnitudine tophus grãdescit. Verum nonnulli inquiunt, cur sanguinem meiunt? quoniam calculus egrediẽs cũ angulosus sit, proximas particulas uulnerat, & cruorem euocat. q si ex uena caua in renem pertinens meatus patenC tior fiat, sanguis autem liquidus sit, neq; multus, neq; uiscidus: cruẽtum ita lotium redditur. At dolorẽ stupidum in crus descẽdentem propter uasorum dorso incumbentiũ cauæ scilicet uenæ, magnæq; arteriæ cũ renibus & cruribus coniunctionẽ, ortum habere putandum est. maximæ nãq; in ipsos renes expululant. post eas quædã haud magnæ in lumbos inseruntur. postea utrũq; cõceptaculum bipartito diuisum, in utrunq; crus delabit: per ipsumq; totũ distribuitur. Quicunq; uero per meatus urinarios, aut quasdam mẽbranas, aut neruos, uel etiam peritonæum, renes cũ cruribus copulari asseuerant, dissecandorũ corporũ planè imperiti sunt. Quænam igitur renum uitio laboranD tibus accidãt, hactenus narrauit Hippocrates. Deinceps uero de ipsorũ curatiõe hisce uerbis loquitur: Quiescere non conducit, sed exercitationes, non impleri. iuuenes ueratro purgare, poplitem cædere, urinarijs euacuare, tenuare, & mollire. Sibi ipsi formulam quandam renum curationis hisce uerbis per capita constituit, nonnulla quidem omnis ętatis, corporisq; habitus cõmunia, nõnulla iuuenum & robustorũ propria scribens. cõmunia sunt autem quæ primo scripta sunt, & quiescere, quod ipsis non cõducere ait, et exercitationes. has enim conducere arbitratur, tanq multitudinẽ euacuantes & pituitosum, crassum, crudumq; omne ad maturitatem ducentes & attenuãtes, & corporis omnes particulas roborantes. Sed te animaduertere oportet, ipsum non prorsum magnas exercitationes dicere, ueluti equitatiões, aut

armis, aut lucta, aut pancratio certare, aut humũ fodere, aut id genus aliud facere: sed omnem absolute mentionẽ, quæ pro ætatis, habitus, roborisq; ægrotanis ratiõe corpus exercere ualeat. Verum etiã, nõ impleri cuiusq; ætatis & corporis habitus cõmune documentũ est. Quæ sequunt, iuuenib. ut ipse ait, cõgruẽtia scribit, ita dicẽs, Iuuenes ueratro purgare, poplitẽ incidere. Veratro quidem purgare, si ualde antiquus affectus sit, & ceu uectibus (ut ita dixerim) extrudẽdus. ad huiusmodi eñ morbos ueratro utimur. Venam autẽ cædere, ubi sanguis multus aut crassus in uenis abũdet. Quòd si utroque auxilio ipse homo indigeat, à uenæ sectione incipiendũ esse, notissimum est. Aliàs aũt didicisti mẽbra supra iecur cubiti uenę sectionem postulare, infra uero, crurũ: in poplitib. uenas nobis cædentibus, aut omnino saltem iuxta malleolos. Quod deinceps dixit- urinarijs mundare- omnibus utile est: neq; simpliciter dixit, urinarijs utẽdum esse, sed hoc uerbũ- mundare- adijciẽs, modum adiumenti ab ipsis prouenientis declarauit, non solũ tenacia & crassa renibus inhęrentia purgantibus, uerũ etiam cum ipsis & ea, quæ in uenis præter naturam sanguini mista innatant, educentibus. Quod in calce narrationis Hippocraticæ dictum est- tenuare- omnibus renum uitio laborantibus usui est, quoscunq; ad ueratri potionem præparamus, aut & sine hoc per sanguinis missionem curamus: uel etiam post eius assumptionem. Dictum est autem, tenuare de humoribus: hos enim tenuare conuenit: Mollire, de membris solidis. Siquidem utrunq; ueratrũ hausturis percõmodum est, ut tutò purgatio fiat. Igit nisi humores prætenuati fuerint, & membra per quę fit uomitus, mollia reddita sint, & ad distentiones distractionesq; anteq; damus ueratrũ agilia effecta, in suffocationis discrimen ob humorum crassitiem ægrum adducemus: aut neruorum conuulsione ob mẽbrorum in dilatando duritiã, qui purgatur, capietur: aut uasculum aliquod disrumpetur. Quinetiam, licet ueratrum non præbeatur, optima res est, humores tenues esse, & renum ipsorũ corpora mollia: ut per ipsa transire facile humores possint. ab initio namq; calculus in ipsis nunq; generabitur, siquis hæc utraq; diligenter obseruauerit.

7 Muliebria aqua laborantibus diutius permanent. cum uero non celeriter ferãtur intumescunt.

Aqua laborantes nõnulli intelligunt eas, quæ ut aqua inter cutem corripiantur, idoneæ sunt: nõnulli eas quæ tenuem naturaliter aquosumq; sanguinem habent. potest autẽ & de utrisq; intelligi: sed magis de illis, quarum sanguis natura subtilis est, nullo alio morboso affectu corpus infestante. in istis enim menstrua purgatio, quam muliebria uocauit, diutius permanet. dupliciter enim & id ipsum- diutius- intelligi potest, aut de diebus quibus huiusmodi mulieres purgantur, aut de ipsarũ ætate: si de diebus intelligas, significabit pluribus continenter diebus istas, q̃ alias mulieres purgari: si de ętate, per plures annos mẽstrua excremẽta durare. nã reuera in istis multus tenuisq; sanguis colligit, queadmodũ cõtrario modo affectis paucus & crassus. albæ quidẽ sunt priores & molles: nigræ aũt duræ & graciles plerunq; quæ atribilariũ sanguinẽ procreant. clarumq; est istas ab initio contrarijs inter se temperaturis cõstare. nam quæ ab ipso nunc aqua laborantes uocantur, humidioris sunt ac frigidioris tẽperamenti, his contrarijs sicciores atq; calidioris. q̃ si ex morbo aqua abundauerint, nõ omnibus menses pluribus diebus feruntur. interdum enim ipsa suppressio morbi earum causa est: rursum suppressio ob osculorum uteri obstructionem sanguinisq; crassitiẽ efficitur. Quapropter nonnulli arbitrantes dictum hoc de mulieribus ex morbo aqua abundantib. accipiendum esse, loco uerbi- permanẽt- permanere legũt sic, muliebria aqua laborantibus permanere diutius, subintelligere nos iubentes, conueniens. ac si & ita dixissent, muliebria aqua laborantibus diutius conuenit permanere: ut consultorius iuxta & curatorius sermo sit, eius tantum quod ex hoc fit, narrationem continens. huic sententiæ cõsentire aiunt id, quod in calce sermonis dictum est, Cum uero celeriter non ferantur, intumescunt. Velle enim ipsum dicunt, ut pluribus diebus, ita & breui tempore huiusmodi mulieres expurgari: quoniã tarde exeuntibus menstruis purgamentis tumores fiunt. atqui hoc etiam & in habentibus aquosum sanguinem cõtingere ait: istis etenim carnes aquosiores generãtur, haud statis temporibus accedente purgatione.

8 In Cranone ueteres dolores frigidi, recentes calidi, sanguine autem plurimi, & quæ ex coxendice frigida.

Hæc quoq; sibibijpsi scripsisse uidetur Hippocrates memoriæ causa sub breui cõpendio. ꝓpter quod & obscurior oratio est. dubium est enim dolorésne tantũ in Cranone factos fuisse dicat, eosq; in uentre, an etiam in alia quapiam parte: an uero affectus cum dolore coniunctos. Illud autẽ antiquos dolores frigidos esse, nouos autem calidos, & si clare dictum esse uideatur, obscurum tamen, atq; ambiguũ est. aut enim antiquos dicit, qui iam pridem fuerunt, aut diutius perseuerantes: quemadmodum & contrà nouos, aut proxime excitatos, aut cito desinẽtes: & frigidos, aut frigoris sensum inferentes, aut qui à calidis mitigantur: pariter & calidos, aut caloris sensum facientes, aut qui à frigidis sopiantur. Quidam etiam dolores frigidos uocatos esse dicũt, qui leues sint, calidos, qui uehementes, haud secundum usitatum Græcis loquendi morem significationes has accipiẽtes. Verum quo anni tẽpore Hippocrates hæc facta fuisse scripserit, nos ignorãtes: neq; etiam quando excitati sint, aut quomodo, aut quandiu permanserint dolores, euidẽter inuenire possumus. Sed nouos quidem dolores plerunque sanguine creatos esse idem est, ac si dixisset ex sanguine, calido uidelicet ac multo. at de antiquis doloribus loquens,

cum ſuccum nō adiecerit, ſignū eſt ab altero quodam ſucco frigido ipſos fieri. Et ea quæ ex coxendice, frigida ipſis oborta eſſe ait, aut affectus dicēs aut dolores, frigido ſcilicet & iſtos humore faciente. Quapropter multos explanatores demirari licet, in huiuſmodi ſermones, de quibus nihil affirmari poteſt, multa ſine demonſtratione ſcribentes: ubi uero aliquid demonſtrari, & utiliter inueniri poteſt, aut nihil penitus, aut pauca, & ſine demonſtratione, tanquam mandata tradentes.

9 Qui in rigores ualidos tēdunt, nō admodum mitigantur: ſed prope ſtatum.

Ita ſcriptū eſſe hunc ſermonē antiqui explanatores agnoſcunt. at recētiores ipſum in clariorem permutātes ita ſcribunt, Rigores ualidi exiſtētes non admodū mitigant: ſed prope ſtatū. hancq́ locutionem id nos docere uolunt, omnes ualidos in morbo rigores nō admodū ullo alio morbi tēpore miteſcere, præterq́ cum prope ſtatū eſt. Secundum priorem aūt ſcripturā, qui in rigores ualidos tendunt, hoc eſt, perueniunt affectus: ſubintelligēdus eſt eñ affectus, oportet ipſū intelligere, hos ante uigorē non miteſcere. quidam ſanè ipſum ſtatus quæ uniuerſi morbi pars eſt, meminiſſe dicūt: alij uero eius qui in priuatis exacerbationibus inuenitur: ut rigor, cū uehemens eſt, anteq́ tempus conſiſtentiæ aduectet, nō deſinat. id quidē nōnullis euidenter accidit: iſtumq́ appellamus rigorem anecthermanton græco uocabulo, hoc eſt, calefieri nequeuntē, non aūt ualidū. cōtingit aūt & ui rigorem fortē dicere. multo enim malignior eſt, ꝙ qui immodice uehemēs fuerit, et celeriter deſinat. ꝙ ſi uniuerſæ ægritudinis ſtatū intelligas, maxime in quartanis febribus ſermo iſte utilis fuerit. nam ſi cū ualidis rigoribus acceſſiones inuadāt, ſi nihil remittātur rigores, fieri nō poteſt, ut ad conſiſtentiam morbus perueniat: quinetiā multo minus huiuſce quartanæ declinationē fore ſperandum eſt, priuſq́ rigor ſedatus fuerit. quare ſermo prognoſticus eſt de febribus ad rigores uehemētes aſcendentibus, quæ priuſq́ rigor ſedetur, diſcuti nequeunt, id aūt prope conſiſtentiam efficitur. At id genus rigores ex frigidiſſima pituita uitrea nominata, aut ex atræ bilis ſucco proueniunt. uerum ex prægelida pituita rigor nō fit uehemens, ſed ægre incaleſcēs: ex atra aūt bile nōnunquā utroq́ modo, nonnunquā alterutro. ſed huiuſmodi ſuccus quarto quoq́ die acceſſionē facit, uitreꝰ uero quotidie. nihil plane huiuſcemodi rerū explanatores declarant. ſed illa uberrime accuratiſsimeq́ perſequunt, quæ nullum penitus fructū auditoribus ferunt. nam & in ſequenti ſermone plurimū medicinalis eruditionis cōtinente nullū ex celeberrimis præceptis cognouiſſe deprehenduntur.

10 Ante rigorē urinarū ſuppreſsiones, ſi ex optimis fuerint, & aluus excreuerit, & ſomni adſint: forſan uero & febris modus, forſan & quæ ex laſsitudinibus.

Per deos quid dicere debeam, neſcio, quando

A utiliſſimū præceptū miliesq́ in laborantibus deprehenſum libri huius interpretes ignorāt. ſed alios quiſpiā minus demiretur: Sabinus uero, Ruffusq́ Epheſius uiri in libris Hipp. diligentiſſime uerſati, magna ꝓculdubio admiratione digni ſunt niſi frequēter utili rigori urinæ ſuppreſſionē anteceſſiſſe uiderūt. de qua in præſentia Hippocrates meminit, nos iudicatorium rigorem in morbo futurum præſagire edocens. ſi in acuto morbo & alia ſigna tibi ſalubria uideantur, & iudicium paulo poſt fore ſperes, te ſcire oportet ſuppreſſo lotio iudicatorium rigorem neceſſario futurum. Quòd ſi & nox difficilis anteceſſerit, & dies iudicatorius ſit, certius futurus rigor prædici poterit. at ſi nota ex arteriæ pulſatu (ut didiciſti) idem tibi oſten-
B derit, non rigorem modo, uerum etiam acerbiſſimum rigorem indubitanter fore expectato. Illud igitur, ex optimis, aut urinis ſolis, aut etiam ex alijs bonis ſignis unà cum ipſis urinis te intelligere oportet. tanta enim ſignorū ab urina in acutis febribus uis eſt, ut & ſoli ipſi credendū ſit. alijs uero accedētibus etiam, diuinatio tibi erit firmiſſima perpetuoq́ ueridica. uerum urina etiam aluo multa excernēte ſupprimitur: illuc enim ſeroſam humiditatem uergere ſignum eſt. cuius redundantis triplicē euacuationē eſſe didiciſti: per aluum, per lotium, per ſudores. igitur ſi aluus plura deiecerit, urinæ ſuppreſſæ ad futurum rigorē præſentiendum fidere nō conuenit. at ſi aluus fluxa non ſit, proximumq́ eſſe morbi iudicium prænoueris,
C ægrotum rigere ſudareq́ neceſſe eſt. Quid ſibi uolunt autem uerba illa, & ſomni adſint? nam ſi ut unum quiddā ex bonis ſignis adductum eſt, maxime dictis in præſentia quadrabit. Illud uero, ſi ex optimis fuerint, uelut exemplū quoddā dictū eſt. quòd ſi & hoc tanquam futuri rigoris ſignum ſit, nō ſimpliciter id à te intelligendum eſt. plerunque enim nox iudicio antecedēs, antecedens inquam rigori & iudicationi per ipſum factæ, moleſta eſt: quādo firmiſsimam cum antedictis rigoris futuri præſentionem habebis, interdū autem, ſed raro cum ſomnis optimis trāquilla nox eſt, atque in iſtis non rigorem, ſed excretionem ſignificās, pulſus apparet. Sed de iſtis abūde in uoluminibus De pulſibus actum eſt. Te præterea iubet Hippo-
D crates & modum febris cōtemplari, hoc eſt, an calida ſit, & billioſa, & ardens, an ex alijs quæpiam: nam quicunq́ in acutis febribus & potiſsimū ardentibus rigorum iudicatorij fiunt, hos ex bile flaua extra uenas per ſenſoria corpora delata excitari didiciſti. propterea & febres ex laſsitudinibus prouenietes temperatura bilioſiſsime, ad preſenſionem tibi & ipſæ conducent. Hæc itaque eſt ab externis cauſis ad diuinationē percepta utilitas, unico quidē ueluti exēplo explicata, tibi autem & in alijs extrinſecis cauſis quæcunque bilioſius corpus efficiunt, futura percommoda. hæ ſunt autem moræ ſub ſole ardenti, uigiliæ, cogitationes, angores animi, ira, alimenti inopia, bilioſorum ciborum nimius uſus. primam ſanè, tutiſsimāq́ naturæ febrium notitiam ex his quæ in corpore ap-

parent, acquires: quemadmodum in commẽtarijs De differentia febrium didicisti. secunda uero & ab extrinsecis causis notitia ad eorum, quæ inuenisti certiorem fidem haud parũ expediet. Mirandum est igitur quonam pacto hæc utilissima contemplatio explanatores latuerit.

11 Abscessus non admodum, quibus rigores.

Raro abscessus illis qui cum rigore febricitant, eueniũt: quemadmodum in quartanis tertianisq́ febribus uidere licet. in istarũ enim accessionum remissionibus excretiones succi multitudinẽ educunt. propter quod permultã esse oportet uexantium humorum abundantiam, ut naturæ abscessum facere necesse sit.

12 Crurum effœminationes, ueluti aut ante morbum iter facienti, aut ex morbo illico, eo quòd fortasse ex lassitudinibus in articulos decubuit, ex quo crurum effœminationes.

Euidenter cognosci nequit, utrum solas imbecillitates effœminationes dixerit, an eas quæ cum penuria nutrimenti omnium crurum fiant. quantum enim ad prius ex antedictis exẽplis pertinet, & eas quæ per inopiam alimenti fiant, intelligere licet: quantum uero ad secundum spectat, cum dicit, eo quòd fortasse ex lassitudinibus in articulos decubuit, extenuationes quispiam recte intelligere nequeat, sed absolute imbecillitates, quæ & citra maciem crurum actiones debilitare, uel etiam abscessus excipere queunt. Quòd in calce autem sermonis adiectum est, ex quo crurum effœminationes, dictum fuit & ab initio. quapropter nonnulli consequenter scriptorum istud antecedens faciunt. primum quidem hæc uerba eo quòd auferentes, unaq́ cum his aliqua ex sequentibus permutantes. uerum quod ab initio dixi, & nunc repetam. hoc est autem, huiusce libri sententias uarie ac multifariam scriptas esse, quemadmodum & hanc: quas nõnulli haud recte disiunxerũt: alij cõtra haud cõgrue copularũt. quorũ omniũ si meminerim, simulq́ peccãtes reprehẽdere uelim, in immẽsam longitudinẽ perducetur oratio.

13 Tubercula extumescẽtia, & acuminata in turbineq́ gracilescentia, equabiliter maturescentia, nõ circumdura, decliuia, & nõ bifida meliora. cõtraria uero mala: & si quã plurimum contraria pessima.

Ab his quæ ex terra progerminant, Græci homines phymata uocauerũt, hoc est tubercula, eos preter naturã tumores, qui plerunq́ sine causa extrinseca proueniunt: sed potissimũ eos hoc nomine uocãt, qui extra corporis superficiẽ extuberãt. uerũ ob nominis alterius inopiã interdũ & latos, pauloq́ naturalib. partibus elatiores hoc eodẽ nomine appellant, quod & Hippocrates hoc loco fecit, bona esse tubercula extumescẽtia dicens, hoc est, quibus insignis tumefactio inest, aut quæcũq́ A non introrsum, sed extrorsum uersus augescunt: quemadmodum & in libro Præsagiorum scribẽs dixit, Quæcunq́ exterius uergunt, optima sunt, q̃ maxime extrorsum spectantia, & in aciem turbinata. sed quæcũq́ (ait) introrsum rumpunt, optima sunt, quæ extrinsecas partes minime attingũt. melius quidem est extrorsum uergere: sed si intrò declinẽt, melius rursum in istis omnibus est, ipsorum eruptionem in interiores tantum locos fieri. tuberculorum sanè generatio in abdomine atque etiam pectore est. istis enim inanes cauitates subsunt tuberculorum introrsum spectãtium præter naturam tumorem excipiẽtes. Sed ex his quæ exterius intumescunt, acuta ac turbinata latis meliora sunt, utpote ex calidioribus tenuiorisq́ materiæ succis procreata, & iccirco celeriter suppurantia. nã ex crassis tenacibusq́ constantia, utpote frigidis, & lata sunt, & ægre coquuntur, quinetiã putrescunt potius, quàm coquantur longiori tempore. B Præterea laudat & equabiliter suppurantia. nã quæ ex aliqua parte suppurant, reliquum uero totum nõ suppurans habent: primum quidem eo q̃ alijs statim suppurantibus diuturniora sunt: secũdo uero quòd difficilius curãtur, peiora censent. alijs enim auxilijs suppurantes partes egent, alijs non suppurantes. Non circũdura autem circũduris mitiora sunt. circumdura uocat autem, quæ in medio mollia suppurantiaq́ sunt: circum uero dura, & ægre, aut nequaq́ suppurantia. Laudat præterea & tubercula decliuia. hæc sunt autem deorsum uersus aciem suæ suppurationis habẽtia. hoc ẽm loco adaperta, facile defluere materias sinũt: nisi ea ex inęqualibus esse te latuerit. in ijs ẽm aliquid boni inest, aliquid mali. C uerum quæcunque æqualiter suppurantia aciem in inferiora protendunt, hæc omnium optima. Non bifida etiam bifidis meliora esse nos admonet. in bifidis enim medium nõ sine uitio inueniẽ, sed crudũ atq; durum. At clare patet, ex tuberculis quæ diximus, cõtrario inter se modo habẽtibus, quæcũq́ plurimũ inter se specie diffident, hæc uiribus ac natura etiam longe distare. nã satis magnã latitudinẽ prædictis differentijs habẽtibus, aliquod inter cõtraria mediũ esse necesse est: & à medio aliud magis, aliud minus recedere: ut in duris ac mollibus. in una siquidẽ oppositione tanq́ exẽplo sermonẽ facere abunde est. durũ quidẽ molli peius est, inter dura magis durũ: durissimũ uero pessimum est. ita sanè mediocriter molle mediocriter bonũ est: et pfecte molle est perfecte bonũ. Quę itaq́ in hac oppositione audiuisti ad prædictas oẽs applicare poteris.

14 Ferinum autumno, & cordis dolores, & horridum, & melancholicum.

Seu uentris uermiculos, qui ascarides dicũtur, & lumbrici, ferinum uocet, seu elephãtem & cancrum, seu tabem, ut nonnulli uoluerunt, seu omne malignum uitium: iure autumno hæc omnia procreantur, & ob mali succi tunc tẽporis abundantiam, & ob aeris inæqualem intemperiem. nihil igitur mirum, si & cordis dolores, & horrores

&atra bilis autumnali tempore abunde generantur. omnia enim hæc ante dictas causas comitantur. cæterum in explanatione secundi uoluminis De morbis uulgaribus latisśime de omnibus autumno grassantibus morbis disputauimus.

15 Ad initia exacerbatiões cõsiderandæ sunt, et in omi morbo. ueluti uesperi exacerbari, et annus ad uesperã, & ascarides.

Et in secundo De morbis popularib. libro hoc modo scriptum est, Ad initia morborum considerandum, si cõfestim florent. utitur enim interdum Hippocrates hac uoce ad initia: quemadmodũ & hoc in sermone usus est. Ad initia morborum refert considerare, num statim floreant: quemadmodum & in dicendo, quod & ad calefaciendũ, & refrigerandum, & siccandum, & humectandũ multa sanè quispiam huiusmodi inuenerit. neq; enim ut aduersans, neq; ut contradicens his uerbis utit: sed tanquam ad calfaciendũ, refrigerandum, siccandum, & humectandũ iuuantia multa, inquit, huiusmodi inuenire quispiam poterit. id uero & à nobis in illis cõmentarijs declaratum est, quibus secundum librum De morbis uulgaribus explanauimus, ita necessario intelligẽda hæc uerba esse, ad initia, hoc est, secundum initia, aut circa initia. neq; tamen in solis initijs id considerandũ esse nos admonet, sed in morbis uniuersis. Deinde exemplum adiecit, quod bifariam legi potest, uno quidem modo, ad uesperam exacerbari, & annus: deinde ab altero principio ad uesperam, & ascarides. alio itẽ modo, ut ad uesperã exacerbari, & annus ad uesperã: deinde ab alio principio, & ascarides. diem namq; toti anno proportione respondere censet, ut matutino tẽpori uer simile sit, meridiei æstas, uesperi autumnus, nocti hyems. dictum est aũt & de his uberius, ubi secundi Morborũ popularium uoluminis eum sermonem declarauimus, cuius initium est, ascarides uesperi.

16 Infantibus tussicula cum uẽtris perturbatione & febre continua significat post iudicationem bimestri, prorsus uicesimo, & tumores in articulos.

Omnes explanatores scriptis similiter credũt, nec eorũ quæ laudent, intelligentes quæpiã. siquidem nõnulla, (& si affectate dixerim) ueluti artis nerui sunt, alia perexiguam utilitatẽ afferunt, alia uero neq; exiguam: quẽadmodũ id, quod in præsenti sermone proponitur. Etenim ego, quęcunq; in ægrotantibus eodem semper modo fieri uidentur, memoratu digna censeo. & ex his ipsis ea potissimum, quæ maximo usui sunt. quemadmodũ paulo ante de præsentione ex rigore dicebam. interdum nanq; in uehementisśima febre adiuncta uigilia, fastidio, siti, impatientia, nonnunquam & delirio, omnibus ægrotãtis domesticis perterritis ac flẽtibus, quempiam licet rigorem, & sudorem morbiq; solutionem prędicẽtem Aesculapiũ esse uideri. Sed in proposita sententia primum quidẽ quid dicat, obscurum est: deinde & si omes ipsius

A uerisimiles intellectus secundũ scriptoris mẽtem habere quispiam se crediderit, nihil tamẽ ex ipsis prædicere poterit. Esto enim puer aliquis tussiẽs, uentre perturbato, cum febre perpetua: deinde ut cunq; quo quis uelit die iudicet, siue octogesimo à partu, siue sexagesimo. duobus enim modis sermo iste declaratus est, bimestri, prorsus uicesimo nonnulli quidem ad ortu bimestrẽ esse uolentes, quo die infans iudicatur, uicesimum autem à die, quo ægrotare incepit. at nõnulli aiunt duos menses nato morbũ accidisse, atq; uiginti dies post initium iudicatũ esse, hisq; hunc in modũ habẽtibus nos prædicere posse, puero isti à iudicatione abscessum aliquem in articulos impetũ esse facturũ. At neq; semper, neq; plerunq; istud eueniet. prædictiones aũt aut ueraces esse in perpetuũ decet, B aut raro mentiri. nam raro ueritatẽ assequi, & plerunq; aberrare, nequaq; artificiosum est.

17 Si infra umbilicum quidem superiora constiterint, in inferioribus articulis bonũ est. sin supra, haud perinde morbum discutiunt, nisi suppurauerint.

Quòd de pueris adhuc ista loquat, ex inferius dicendis cõstat. uerũ sermo iste non de particularibus est, sed de cõmunibus, & in secundo De morbis popularibus, & in Aphorismis, & in lib. Præsagiorum repetitus: quos oẽs locos dudum explanauimus. uult em Hipp. ex superiorib. locis in inferiora umbilico factos abscessus salubres esse: nõ huiusmodi aũt, haud salubres. sed eorũ malignitas C aliquantulum obtunditur, si œdemata suppurauerint. usus est autem & hoc loco œdematis appellatione in cõmuni significato omnium præter naturam tumorum, ut & antea dictum est.

18 In humeris aũt suppurãtia tantulis, eos breuiorem humerum habentes reddunt.

Quòd de infantibus adhuc disputet, ipse declarauit inquiens, tantulis, dignum censens nos & modo dicta ad initium sermonis referre debere. uerum quomodo isti breuiori humero reddantur, in libro De articulis nostrisq; in ipsum explanationibus didicisti.

19 Soluerit autem & ulcusculorum in D inferiora eruptio, nisi rotũda altioraq; sint. huiusmodi enim perniciosa sunt, & infantibus maxime.

Ab hoc Græco uerbo ἐκθύειν, quod erumpere significat, uocabulum ἔκθυσιν, hoc est eruptionẽ deriuauit Hippocrates media syllaba producta: perinde ac si cũ impetu exitũ dixisset. ipsam uero affectus humorũ ex aliqua parte ad aliã irruptiõe egẽtes discutere inquit: nisi rotũda & altiora sint. hoc est, nisi ualde maligna fuerint. infesta namq; infantibus sunt, neque dolores, neq; curationem ferre potentibus. quin & alioqui ægre sanabilia huiusmodi ulcera sunt.

20 Soluerit aũt & sanguis emanans, plus autem natu grandioribus id incidit.

Sanguinem profectò emanantẽ omnibus id genus uitijs prodesse sæpius iã didicimus. in infantibus aũt, de quibus sermonem habet, ab initio neque sanguis apparet, prætereaq; raro. ideo & ipse addidit, plus autem natu grãdioribus id incidit, hoc est, ijs qui sunt adultioris ætatis. qui affectus autem sint, qui per abscessus quos dixit, & sanguinis profluuia, & ulcuscula in infantibus iudicãtur, nõ clare admodũ aperuit. initium enim sermonis erat, infantibus tussicula cum uentris perturbatione, & febre cõtinente. potest autem ex his quæ dixit, symptomatis, & de lateris, pulmõis, iecoris, atq; uentriculi affectibus intelligi.

21 Lachrymæ ex acutis male habentium spontinæ quidem optimæ, inuoluntarie autem defluentes, malæ.

De lachrymis huiusmodi dictũ sanè est & in libro Præsagiorum, & in Aphorismis. Sed accuratius in primo uolumine De morbis popularibus ubi ait, quibuscunq; in acutis febribus, magis autem in ardentibus inuolũtarie lachrymæ cadunt, his de naribus sanguinis profluuium expectandũ est, nisi alia perniciose habeant. in male autem habentibus non sanguinis profluuium, sed mortem significant. & nos in eius libri explanationibus hunc sermonem declarauimus.

22 Quibus supercilium circuntenditur, malum est.

Idem affectus tale supercilium efficit, qualis in Præsagiorum libro descriptus est: cutis circa frontem dura & prætenta: Quod autem de acutis morbis hoc & alia deinceps in Prognosticorum uolumine dicta sint, ab ipso declaratum fuit. & hisce in uerbis dicente, lachrymæ in acutis male habentiũ uoluntarie quidem emanantes bonæ sunt, inuoluntarie autem malæ.

23 Malũ est aũt et inarescẽs ueluti spuma.

Id quoque in morbis acutis fieri cernitur, cum summe aridi sunt, & uires imbecillæ perexiguis lachrymulis ab oculis excidentibus, deinde iterum inarescentibus.

24 Et obscuratio malum est.

In acutis morbis obscurari oculorũ aciem infirmitatem & interitũ uisoriæ potentiæ significat.

25 Et squallidum malum est.

Erat quidem & habens ueluti spumam squallidum: sed nunc, etiam si sine spuma sit, malum esse significauit.

26 Et qui interius corrugantur.

Quado membrana musculis oculum mouentibus agnata ad circulũ usq; coronam appellatum porrecta dissoluta relaxataq; fuerit, tũc oculos interius corrugari accidit. nam si exterius corrugati fuerint, erit sanè cutis ipsius hæc affectio. imbecillitatis autem ac refrigerationis hoc signum esse testimonio est id, quod in ualde senibus contingit: ipsorum enim oculi rugosi esse cernuntur.

27 Concreti, & uix uersiles, & obtorti.

De oculis hęc quoq; disseruit. nam concreti,

A hoc est immobiles perfectissimam eius potentiæ extinctionem significant, à qua musculi, cum naturaliter affecti erant, mouebãtur: illud autem & uix uersiles proximum isti affectum declarat. obtorti autem oculi aut delirium, aut tremorẽ ipsos mouentium musculorum indicant. Hæc omnia uero in acutis & periculosis morbis ob principis membri noxam oboriuntur.

28 Et quęcunq; alia omissa sunt.

Quænã sunt hæc, quæ oculis euenientia omissa esse dicit? an scilicet ea quæ in Præsagiorũ uolumine per hæc uerba enumerata sunt? Si lucem enim fugiant, aut lachrymentur, aut inuertantur, aut alter altero minor sit, aut alba rubras in ipsis uenulas, aut liuidas, aut nigras habeãt, aut lippitudines

B circũ oculos, aut si suspensi uideanẽ, aut prominẽtes, aut ualde caui. prius aũt in eo libro cum alijs omnibus & hæc explanauimus.

29 Febres quidem aliç mordaces sunt manui. aliç mites. aliæ non mordaces quidem sed post insurgẽtes. aliç uero acutę, sed à manu uictę. aliç statim ualde ardẽtes. aliç in totũ debiles, aridæ. aliç salsuginosę. aliç pemphingodes, aspectu terribiles. aliç tactui humectę. aliç ualde rubræ. aliç ualde pallidæ. aliç liuidę, & id genus alia.

Rursum & hoc loco in fine sermonis adiecit, &

C id genus alia: quoniam ab ipso solæ febrium insignes differentiæ notatę sunt. primas itaq; differentias scripsit ab ipsa propria febrium essentia acceptas. Essentia uero febrium est non secundũ Hippocratem modo atq; pręclarissimos medicos, sed etiam secũdum communem omnium hominum consensum, præter naturam caliditas maximè quidem in totum animal effusa, sin minus, at omnino uel in plurimis partibus, uel in nobilissimis accensa. Sæpius namq; uniuersa cutis nullam euidentẽ pręter naturam caliditatẽ, neq; nobis exterius tangentibus, neq; ipsis laborantibus præseferre uidetur: Sed in profundo corpore ipsi ægrotantes sentiunt, uisceraq; sibi incendio flagrare aiunt. nõnulli præterea & fastidio afficiũtur, & siticulosi sunt, atq; peruigiles. nunc igitur Hippocrates febrium

D differentias, quęcunque à medicis dignoscuntur, non ex his quæ laborantes referũt, sed ex his quæ id tactu uisuq; euidẽter percipiunt, enumerat. primæ autem sunt & præcipuę & ex propria (ut dixi) febrium essentia acceptæ, quæ per calorẽ traduntur. neq; enim arteriarũ motu febrium essentia cõtinetur. hac in re namq; quomodo Erasistratus et Chrysippus allucinati sint, aliàs didicisti. Febrilis igitur caliditas febricitantia corpora tangentibus aut acrem mordacẽq;, aut mediocriter molestam sese offert: suaue enim illud atq; domesticum, quale naturali calori inest, nequaquam habet. quemadmodum igitur & alia pleraq; maioris minorisq; ratione inter se differentia uicinis nobiscum loquentibus gratiosius magis quàm uerius interpretamur; ita & caliditatẽ parum molestam

interdum nihil molesti tristisq; habere dicimus, ipsam scilicet calori ualde infesto cõparantes. Itaq; nõnunq; caliditas plurima iuxta atq; acerrima uidetur, plerũq; uero pauca quidẽ, sed nihil ab acerrima differens: aut rursum acerrima quidem, sed non multa. & hæ singulæ, quas dixi, interdum aliquo tempore post, nõ primo statim manus impositu apparent: quemadmodũ & quæ primo tactu magnæ acresq; uisæ sunt, tibi nonnunq; per longum tempus iniecta in ægrotantẽ manu diminui uidebuntur. Igitur squallida interdũ atq; ualde arida caliditas apparet, perinde atque si lapidem aliquem calefactũ tangamus. plerũq; uero roridam se, humectam, & halituosam repræsentat, ut halitus quidã permultus ex laborantiũ corpore emanans perspicue sentiatur, atq; horum rursus ipsorum, quemadmodum & prædictorũ quædam statim ab initio apparentia perseuerant. nonnulla uero aut augescentem, aut decrescentem, quæ ab initio apparuit, qualitatẽ habent. nonnulla rursus & alterã nequaq; à principio uisam, ac penitus ab his quæ à principio apparuerunt, differentẽ. Differentiæ itaq; ab ipsa febriũ essentia acceptæ huiusmodi sunt. de reliquis autẽ posterius uidebimus: prius enim bene est enumeratas differentias Hippocratis uerbis accõmodare. cum dicit igitur, febres quidẽ aliæ manui mordaces, aliæ uero mites, tibi significat, ab ipso de febribus in totũ mordacibus, aut mitibus apparentibus sermonẽ fieri. subijciens igitur inquit, aliæ nõ mordaces quidem, sed post insurgentes, per hæc uerba significãs, febres ab initio mordaces nõ uisas, diutius iniecta manu mordacitatis sensum inferentes. contrà uero, atq; istæ, illæ se habẽt, de quibus dicit, acutæ quidem, sed à manu uictæ. ab initio enim acutæ cum apparent, paulatim remittunt. eam aũt dictionem, acutæ, de caliditate celeriter manui occurrente, suũq; ipsius uelocẽ motum ostendente te intelligere opus est. quemadmodũ acutos aliquos & acres nominamus, quod idem est ac si celeres dixeris. acutos etiam morbos dicimus, quicũq; propria tẽpora usq; in finẽ uelociter pertranseunt. siue aũt manibus siue manui dicas, ad cognoscẽdas prędictas differentias nihil referet. quandoquidẽ mẽtem sanam habenti clarũ est id genus differẽtias nõ oculis, sed manibus sensiles esse. adijciũt aũt & omnes homines huiusmodi appẽdices ad hoc natura ducti, quæ dictorũ euidentiã augeãt, & in illis rebus maxime, in quib. per cõiecturas quasdã & signa, non per sensibilem cognitionẽ, quod quæritur inuenire licet. ita ergo & Hippocrates nõ solum sermonis initio manuum meminit, sed etiam cum dixit, aliæ acutæ quidem, sed à manu uictæ. At deinceps febrium in magnitudine differẽtiam demonstrans, inquit, aliæ statim ualde ardẽtes, aliæ in totũ debiles. per quid igiť huiusmodi imago tãgentibus sese offerat, ut multa aut pauca caliditas uideatur, in posterum reijciamus. nunc solum, ꝙ ita appareat, dixisse abunde est. Quemadmodum enim in extrinsecis si oculis quis uelatis flammam tetigerit, aut multã sentiet ipsius substantiã, aut pau-

A cam, nullam in caloris qualitate differentiam percipiens: hoc itidem modo in febribus habet. interdum namq; caliditatis secũdum qualitatẽ dignotio eadẽ cum illa apparet, quæ in alio corpore fit: sed multitudine inter se differre uidẽtur. ex uerbis aũt sequẽtibus illud aridæ satis clarũ est. sed illud salsuginosæ obscurũ: neq; enim salsum tactu, sed tantum gustatu sensile est. Est uero adhuc magis obscurum, quod sequitur, cum dicit, Aliæ πεμφιγγώδεες, aspectu terribiles. nam hoc loco diuersam scripturam reperimus. in plurimis quidem codicibus huic uoci πεμφιγγώδεες adiacet hæc aspectu in paucis post hãc uocem aspectu et hęc terribiles adiecta est. solum autem inter explanatores Sabinum inueni, qui exemplar ita scriptum B agnosceret: quem Metrodorus secutus est, & quicunq; ab ipsis usq; ad hoc tempus fuerunt. nihilominus tamẽ in paucissimis codicibus simpliciter scriptũ inueni, aliæ uero πεμφιγγώδεες, neq; hac uoce aspectu neq; hac terribiles addita. salsuginosas igitur febres ad tactum aliquis redigẽs, eas esse dicet, quæ pruritum aliquem ac morsum tangentibus inferunt, ut à muria & reliquis salsis corporibus excitari solet. pemphingodees autem febres, hoc est, spiritibus affluentes interpretantur. sentimus enim plerunq; per febricitãtium cutem aereum quendam halitum effluentem, quòd nisi tales, sed eas quæ cum pustulis sunt, pemphingodes febres quis esse uelit, aliquam ex necessarijs differentijs prætermiserit ex prædictarum uidelicet genere, quas ab ipsa maxime febrium essentia C assumi diximus. ut enim mordax ualde, aut uehemens, aut arida, aut squalens in multis febribus caliditatis species esse uideť, ita etiã flatuosa, manu quendã in ipsam spiritum exilientẽ nõnunq; halituosum, nõnunq; aridũ percipiẽte. Verũ cũ plura hoc uocabulũ pemphinx significet, aliud alius explanator accipiens, tanq; unum illud solum, quod ipse posuit, significeť, probabilis audientibus esse uidetur. forsan igiť satis esset dicere, pemphingodes febres flatuosas esse: sicq; in genere hactenus dictarum differentiarum censeri, & eum qui non ita intellexerit, hanc differentiam prætermisisse uideri. At cum in plerisq; exẽplaribus hęc uox aspectu isti pemphingodes adiecta sit, necesse nobis D est grãmaticã garrulitatem interdum & ipsam ad hæc utilẽ attingere. Sed exactius quidem de obscuris apud Hippocratem dictionibus alibi, proprio opere egimus. In præsentia uero satis erit me grãmaticorum dicta sequutum secundum eorum placita de uocis huius pemphinx significatis aliquid dicere. Videť enim Sophocles ipsam in Colchis pro flatu accipere ita dicẽs, Soluit pemphinxi. id est flatibus nõ prope uenti secundi. Et idem in Salamine satyris. Et forte utiq; ceraunea pemphinxi, id est flatibus tonitrui & tetri odoris occupauerit. Aeschylus autem in Prometheo captiuo rectam, reptilem autem, & quàm primũ quidem boreæ ueneris à flatibus, caue fremitũ irruentem, ne te rapiat procellosa pemphinge conuertens repente. & pro radijs ipsis uti uideť hac uoce pem-

phinx-Sophocles in Colchis hisce carminibus: Et utique admiratus sum hac cõtemplans pemphinga auream intuitus. ita & Aeschylus, ex aduerso neq; pemphinx solis aspicitur, neq; sydereum os Latoniæ puellæ. pro gutta autem idem accepit in Prometheo. bene caue, ne tibi in faciem incidat pemphinx. amara enim & non pro uita halitus. In Pentheo quoq;, ne sanguinis uero pemphinga in solum sparseris. pro nebula etiam posita esse uidetur hoc in carmine apud Sophoclem in Salamine satyris, pemphingi omnem tarde ridentẽ ignis. & apud Ibycũ, densas pemphingas epoti. Dictus est autem ab eo sermo iste per quandam comparationem de his, qui procella iactãtur, dici solitam. iccirco & plurimi ex his, qui futura prẹsagiunt, de stillis, quæ per imbres cadũt, dictas esse pemphingas aiunt. Sed Callimachus hunc in modum ait, Ne propter pemphingas inducant, permitte. sed Euphorion ita inquit, flores pemphinges colligunt mortuos. pemphingis itaque significata iam recẽsuimus. deq; duobus ex istis supra mentionẽ fecimus. quòd omnes uidelicet optimi explanatores Hippocratem secundũ ista sermonem suum fecisse uoluerunt. At nunc ex modo dictis significatis, & aliud tertium adiecisse conuenit, ut pemphingodes febres eas intelligam⁹, quæ ueluti scintillarum exilientiũ manuiq; nostræ occursantium imaginem reddunt. atq; huiusmodi febres ex duabus simplicibus iam prædictionib. cõpositẹ fuerint flatuosis scilicet atq; igneis. huic aũt declarationi solũ illud aduersabit: si huic dictioni pemphingodes adijciat hæc-aspectu- Nõ immerito igitur quidam hanc abstulerunt. qui non abstulerunt autem, aut febres cum pustulis intellexerunt, aut eas quæ animam uitiant. Et quoniam cum pustulis febres à symptomate cognominantur, probabiliter sanè à symptomate ipsum pestilentes febres denominare intelligere possumus. est eñ reuera & hẹc una febrium species. Quod autem in ipsa pustulæ oriantur, & Thucydides testatur ita scribens, Et exterius quidem tangenti corpus, neq; ualde calidum erat, neq; uiride. sed subrubrum, liuidum, pustulis exiguis & ulceribus efflorescẽs. At quicũq; febres animam lædentes pemphingodes appellatas esse contendunt, longe à proposita febrium diuisione aberrant. nonnulli enim ueteres medici & febrem quandam phreniticam appellauerunt: quemadmodũ sanè & lethargicã, & pleuriticam, & peripneumonicam. Sed febrium enumeratio nunc in præsenti sermone proposita à differentia caloris accipitur. sub qua & pestilens febris putridum calorem habens, cõtineri potest, phrenitica non potest: cum nõ, ut alijs, ita & Hippocrati mos sit febris speciẽ phrenitim asserere. neq; à symptomate nuncupata, qualis ea est, quæ pustulas excitat, in dictis differentijs ab ipso includitur. quemadmodum neq; aliæ, quarum proxime mentio facta est. phreniticorum namq; febris calorem habere mordacem inuenitur in omne corpus æquabiliter, & omni iniectæ manus tẽpore profusum. quare prima omnium ipsarum dicta est. Itaq; neq; eo-

A rum interpretationẽ admittimus, qui salsas febres à qualitate in ægrotantium ipsorum ore sensu percepta nominatas esse cõfirmant. Hippocrates nãque omnes quæ ad tactum spectãt, notitias secundum caloris differẽtiam, in quo genus febriũ uniuersum atq; essentia cõsistit, deinceps enumerasse uisus est. Etenim si pestilentẽ febrem pemphingodea nominatam esse probauerimus, appellationem quidem ab accidente, speciem uero ipsam secundum propriam febrium essentiam sortita erit. Eadem quoq; ratione & salsas febres eas esse dicentes, quæ omia, quotquot gustet ægrotãs, salsa uideri efficiant, neq; isti propositarum in prẹsenti doctrina febris differentiarũ meminerunt. Quod si inter febrium differentias & istas Hippocrates

B collocasset, omnino & illas unà cum his enumerasset, in quibus & ipsa saliua, & omia quæ gustet febricitans, amara uideantur. has quidem differẽtias non inter febrium, sed potius inter saporũ notitias collocare satius est: febres autem inter caloris differentias enumerãdẹ sunt. quemadmodum enim sapores gustatu, ita & febres tactu sentiunt. Verum quòd Sabinus nõ recte hanc uocem-terribiles-adiecerit, ita seriem uerborũ scribens, aliæ pẽphingodes aspectu terribiles, ante adixi, et nũc in memoriam reuocabo. terribiles enim aspectu ipsos dictos esse, ut nobis quidem intuentibus uidentur, si cum pustulis & ulceribus sint, aut cum ipsi insanientes torue intuentur. de his autem ambobus quid sentire oporteat, ante retulimus. Per-

C inde peccauerũt & illi, qui febres istas spirituosas dictas esse uoluerunt, non ad tactum notitiã referentes, sed ad difficilis anhelitus speciẽ, in qua magnus creberq; spiritus redditur. Igitur uerisimillimum est febrẽ pemphingodea dictam esse aut spirituosam, quẹ ad tactum referatur, aut pestilentẽ. In sermone autẽ cum huic uoci pemphingodes, hæc, terribiles, adiecta sit, sola pestilens febris denotaẽ. cuius ab alijs calor per putredinis excellentiã differt. sicut in hac nostræ tempestatis longissima pestilentia uisum est. atq; iccirco neque calidi & perurẽtes, qui peste laborabãt, tangentibus uidebãtur, quamuis interius magno flagrarent incendio: quemadmodũ & Thucydides aiebat. Et exterius quidem tangenti corpus, neq; ualde calidum erat, neq; uiride, sed subrubrum, liuidum, pu-

D stulis exiguis & ulceribus efflorescens. interiora autem ita urebantur, ut neq; ualde subtilium uestimẽtorum, neq; linteolorũ uelamenta, neq; aliud quicq; prẹter nuditatem ferre possent. dicta est sanè pẽphinx & in gnidijs sentẽtijs, quas Euriphonti medico attribuũt hisce uerbis: mingit parũ subinde, & urit, & supernatat pemphinx ut olei uiridis instar araneẹ. uidentur sanè isti pemphinga uocare non totã pustulam, sed solum id quod ipsam exterius araneæ instar circũscribit. Cum absoluisset igiẽ Hippocrates maxime proprias & principes febrium differẽtias, deinceps ad eas quæ à colore sumuntur, transgressus inquit, Aliæ ualde rubræ, aliæ ualde pallidæ, aliæ uero liuidæ. ualde rubras dixit, non simpliciter rubras: & post has deinceps

inceps iterum-ualde pallidas-nō, pallidas. liuidas uero, simpliciter, nihil ipsis incrementi significatiuum adijciens, ut si & ipsas liuidissimas dixisset. semper enim color iste malus est: sed ruber ac pallidus usitati & familiares sunt. febres aūt ualde rubentes uehementissimam caliditatem indicāt, & materiā esse sanguinē: quemadmodum ualde pallidæ pallidā bilem testantur, in ipsis uero deiectiones cōsidera. nam si eas bile tinctas inueneris, ex eius effusione naturalem earum colorem permutatum esse cognoueris, at si sine bile, eum qui in fului differentia est, colorem ponito. Huiusmodi febres profecto, nisi cum rigore atq; sudore prępudicatæ fuerint, tabem inferunt. Valde rubræ autem inter synochos numerantur: & uenę sectione ad animi usq; defectū ducente iuuantur: ut in uoluminibus De arte curatiua didicisti. ubi & magna utilitas ex huiusmodi differentiarū cognitione percipit: ipsis uidelicet singulis propriam medicationem requirētibus. At liuidæ febres à colore sanè & ipsæ cognomen adeptæ, sanguineū succum deficere nunciant, & cum ipso itidem ingenitū calidum: atq; iccirco mortiferæ sunt. ex quibus non nullę syncopas euacuationem sequētes efficiunt. de quibus in libris De arte curatrice notitiā accepisti. id genus febres Euripho liuidas nominat ita scribēs: Liuida febris habet, & sinciput aliàs, & aliàs caput dolet. et uiscera dolor torquet, et uomit bilem, & cum dolor cruciat, intueri nequit, quoniam grauatur, & uenter siccus redditur. & cutis tota liuida, & labia, qualia moris exesis esse solēt, & oculorum alba liuescūt. aspicit perinde ac strangulatus. cum uero minus id patitur: sæpius etiam cōmutatur. Quinetiā & in libro De morbis Hippocrati adscripto, quē Dioscorides ab altero Hippocrate Thessali filio scriptum esse uoluit, de quodam morbo liuido mentio fit: libri autem initium tale est: multam urinam facit, quando caput excalfactum fuerit. Sed de liuido morbo ad uerbū hæc scribit. Morbum liuidum febris arida comitatur, & horror aliàs, & aliàs capitis dolor. & uiscera dolor male habet. & bilem uomitu reijcit. cumq; dolor uexat, nequit intueri. sed grauatur, & uēter aridus redditur, & cutis liuida, & labia & oculorum alba liuent. aspicitq; ut strangulatus interdum, & colorem mutat, atq; ex liuido subuiridis efficitur. Alij uero rursum hoc loco liuidā febrem male interpretati sunt, eam scilicet, in qua liuidæ deiectiones apparent. istis namq; pari ratione conueniret & nigram febrem eam appellare, in qua nigrę materiæ expulsio fit. Superest nempe adhuc extremum sermonis Hippocratici explanandum, ubi inquit, & alia similia, prædictis scilicet similia. recensuit autem postremas secundum colores differentias, non secundum ipsam febrium essentiam. alijs tamen quæ ab aliquo symptomate proueniunt propinquiores, quemadmodum cum aut intermittētes, aut continuas febres esse dicimus, & intermittentium hanc tertianam, illam quotidianam, aliam uero quartanā. at continuarum aliam semitertianam, aliam ardentem, aliam gelidam, a-

A liam succēsam, aliam pestilentē, aliam palustrem, aliam hepialam. Cæterum Praxagoras inter acutarum febrium differentias, & phreniticas, & lethargicas, præterea & ictericas quasdam nuncupauit. At recentiores medici nō solum continuā, sed etiam synochum febrem quandam appellauerunt: eiusq; differentias posuerunt omotonam uidelicet seu acmasticam uocatam, & epacmasticā, atq; paracmasticam. Item secundum aliam diuisionem alijs quoque morbis communem nonnullas acutas febres appellamus, nonnullas diuturnas. alia quoque diuisione boni moris febres & mali moris dicimus. quin etiam alias ordinatas, aut inordinatas. Præterea quasdam circumeuntes & erraticas. Quidam autem ueteres à diuersis mem- B bris accensas febres ab illis cognominabāt, lateralem febrem aliquam uocantes, & iecorariam, & lienariam. aliàs uero à symptomate, soporificam, somnolentam, lethargicam, phreniticam, auriginosam. de quibus omnibus in proprijs De febribus libris late notitiam adeptus es. Sed in præsenti sermone quæ ad explanationem pertinēt, abunde tractata sunt. non meam eñ solum sententiam protuli, uerumetiam illustrium explanatorū mentionem feci, alios omnes silentio inuoluens, quicunq; de febrium differentia seorsum ab explanatorijs cōmentarijs aliquid prodiderūt. inter quos est & Archigenes: de quibus in alio uolumine sermonem instituam.

30 Contentiones corporis, & artuum duri- C ritię, & ipse dissolutus, & artuum confractiones, malum.

Contēto relaxatum contrarium est, duro molle. ipse nēpe deinceps dicturus est, cutis durę mollitio, contentæ relaxatio: siue cutem contētam, siue articulum, siue corpus dicat, ad naturalem statum ipsum conferentes ita dictum fuisse intelligemus. Secundum naturam autem se habet, quod neq; contentum, neque laxatum, sed mediocriter affectum est. contēta sanè interdū per proprium affectum contenduntur, interdum à quibusdam alijs attracta. per proprium quidē affectum; cum aut uehementi frigore conglaciauerint, aut ab aliqua exiccāte causa arefacta fuerint. sunt enim, ut D nouisti, plures. distendūtur autem quædam à continuis particulis arefactis, aut inflāmatis, aut congelatis. contra quædam ultra naturales fines relaxantur, multa humiditate sine frigore madefacta. obdurescunt autem quæ dura sunt frigore siccescentia aut scirrho, aut siccitate. phlegmone nanque non durum, sed resistentem tumorem efficit, perinde atq; utres sunt liquidæ materiæ, atq; aeris pleni. quemadmodum autem renitens duro simile apparens ob commune accidens, (nam durum quoq; renitens est) longe tamen secundum propriam naturā differt: ita & molli corpori laxatum simile cum sit aliquantulum, quantum ad sensibilem apparētiam pertinet, non eodem tamen affectu prēditum est. siquidem ęgrotantium corpora potētia musculorum motrice debilitata exoluta

& abiecta iacere cernuntur. hunc itaq; affectũ manifestauit dicens, & ipse dissolutus. deinceps uero manifeste subdidit, & articulorũ cataclasies, hoc est, confractiones: sed quidam tertiam syllabã nõ per a scribunt, cataclasies, sed per i cataclisies, hoc est decubitus. quomodo autem melius fuerit scribere, facile inueniemus, si eorum reminiscemur, quæ in libro de Præsagijs per hæc uerba tradidit, Aegrotantem uero à medico deprehẽdi oportet in dextrum latus aut sinistrum iacentem, & crura manusq; paulum inflexas habẽtem. Animaduerte uero hic crura & manus paulũ inflexas habentem. nam aut nequaquam, aut plus quàm conueniat, inflexas esse utrunq; malum est: quia præter naturam sint. Ipse igitur dixit, ita enim & plurimi recte ualentium cubant. iccirco postea subiunxit, B supinum autem iacere manibus cruribusq; extentis, minus bonum. tibi uero declaratum est, facultatis infirmitatẽ ab huiusmodi decubitu indicari. & adhuc magis ab eo qui deinceps his uerbis exprimitur, at si pronus fuerit, è lectuloq; ad pedes deciderit, grauius est. tales igitur decubitus in præsenti sermone per hæc uerba significauit, & ipse dissolutus. siquidem manus & crura parum inflexas habere laudabile est. quod ultra hos fines trã-

A sit, maiorem articulorum fractionem indicat. Ita namq; ipsam appellauit, at in libro de Præsagijs in his uerbis: mortiferum est autem ore aperto dormire, cruraq; supini iacentis inflexa esse et explicita. quod significat, latissime distãtia. siue autem inflexa, siue explicita scribat, utroq; modo articulos confractos esse indicat. atq; ideo melius hoc loco fuerit cataclasies articulorum per a scribere, hoc est, confractiones. nam per i scribere cataclisies, hoc est decubitus, non admodum recte articulis quadrat, uniuerso corpori huiusmodi appellationes, non articulis Hippocrate attribuere solito.

31 Oculi audacia delira, & abiectiones, et infractiones, manuum.

B Audacia quidẽ nota est delirij, maximeq; cum impudens est, sicuti pluries dictum est. oculorum autem abiectio audaci inspectui contraria est. declarat nanq; præ facultatis palpebras regentis imbecillitate oculos diutius apertos patere nõ posse. Infractionem uero oculorũ appellat, cum palpebræ inuertuntur, ut in libro de Præsagijs narrauit inquiens: sin & incurua fuerit, aut liuida palpebra, aut labiũ, aut nasus, malum.

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS
librum explanationum sectum secundum.



Dilatare, cõstringere, alia quidẽ sic, alia uero nõ.

C Curationũ et isti modi sunt contrarijs affectibus conuenientes. dilatare nanq; densata oportet, densare aũt, quę ultra decens amplificata sunt. ideo secundã huius uocis στενυγρῶσαι cũ tenui spiritu, nõ cũ crasso legendũ est. neq; ẽm cum hac dictione ὑγρόν, ut quis forsan putare posset, cõposita est. nã ignorat iste ab Ionibus angustum stenygron appellari. huius autem rei testis locuples Simonides fuerit in his carminibus ita scribens. nõ sanè quisquã sic umbrosis in montibus uir leonẽ timuit, neq; pardalim solus stenygro. i. angusto occurrens in tramite. idem enim significat, quod arcto. Arctant̃ aũt & dilatantur ultra naturalẽ modum interdum uasculorũ quorundam, aut membrorum sensibilia oscula, plerunq; uero & sensum fugientia tam in cute, q̃ in profundo corpore posita. atq; densata aperire et rarefacere mediocriter calefaciendo, patentia uero cogere adstringendo ac refrigerãdo opus est. Sed perfectum de his sermonem, sicut & de alijs curatiuis præceptis in libro De arte curandi faciendum habebitis.

1 Succos hos quidẽ expellere, istos uero exiccare, illos autem addere. ac partim quidem sic, partim uero non.

Et in libro De succis istorũ doctrinã accuratius traditã didicistis. quemadmodũ & in nostris De curatione libris proditũ est. Quod uidelicet nonnunq; redundãtes humores sensibiliter euacuare cõuenit aut uomitiõibus, aut clysteribus, aut purgatorijs medicinis, aut per lotia, aut per sudores, aut p̃ uenę scissionẽ, aut per ani sanguifluas uocatas uenas, aut per uterũ, aut scarificãdo, interdũ uero digerere exterius adhibitis medicamẽtis oportet. ex quib. modis hũc exiccare appellauit, priorẽ uero expellere. cũq; utriq; cõmune sit euacuare. quod tertio contrariũ erat, scripsit, ipsum addere, uel imponere nominãs, hoc est deficientes humores creare. clarũ est aũt nos per cibos potusq;, D ipsorũ qualitates idoneas & modũ seligẽtes, utq; concoquant̃, digerant̃, corporibusq; apponant̃ procurantes istos reparare. Illud autẽ, partim quidẽ sic, partim uero nõ, nisi dictũ fuisset, reliquum manifestum erat. interdum ẽm uno in homine aliquæ particulæ in tumorẽ elatæ euacuationis, aliquæ nutrimento carentes repletionis indigent.

2 Extenuare, crassum facere, uas, cutẽ, carnes, & alia, & hęc quidem sic, ea uero non.

Per uas totũ corpus intelligẽdum est. nã ipsum immodice crassum extenuare, & emaciatum plenius reddere, haud raro nobis propositũ est. plerunq; uero non totum, sed aut carnes aliquas, aut cutem solam: interdum & humores, quos significauit

cauit illa uerba adijciens, & alia. illud uero, & hęc quidem sic, ea uero non, eo modo intelligendum est, quo proximum sermonem explanaui.

3 Cõplanare, exasperare, obdurare, mollire, aliqua sic, aliqua non.

Cõmune in uniuersum medicaminum propositum cum ab ipso didiceris, singula omia curationis præcepta consequi poteris. nã si cõtrariorum contraria sunt medicinæ, præter naturã exasperata cõplanare, læuia exasperare opus erit. Asperantur sane fauces plerunq; sensibiliter, & aspera arteria, & os, & uniuersa cutis in scabiosis pruriginosisq; affectibus, et pustulis quibusdam milij granulorũ instar, aliquibus minoribus, aliquibus maioribus. asperãtur quoq; & uentris partes plerunq;, cũ per ipsas biliosus succus merus copiosusq; excernitur. interdũ uero & ex acribus erodẽtibusq; alimentis id sequitur. atq; hinc euidens est per medicamina asperitatẽ tollentia curationẽ esse faciẽdam: quod ipse complanare appellauit. cõtrà aũt, atq; hæc se habent, quibus exasperatio cõuenit. in cute quidem & circa barbæ capitisq; pilos id accidit. circa pilos quidẽ capitis, ut in alopecijs uocatis, & ophiasi, & ciliorum superciliorumq; casu. in barba uero, cum tarde uixq; pili exoriũtur. in quibus & ipsis omnia medicamina ad alopecias facientia experti sumus. At in alijs corporis particulis, ubi sunt caua ulcera & integri sinus, abstersorias medicinas infundentes, locos illos exasperamus. & uentriculũ tenaci pituita refertum exasperantibus medicamentis nonnunq; detergemus. Eiusdem generis sunt & pessi per sanguifluas uenas purgationes proritãtes. quinetiam palpebrarum tubercula prius aliquo exasperantes, ita consumptiuis medicamẽtis oblinimus. idq; facimus, ut ulcerata tubercula in profundum uires medicaminum accipiãt. Nouistis sanè in istis me marinarum bestiarũ, quæ cete uocantur, corijs asperis, & sepiæ testis & pumice utentẽ. hisq; non præsentibus, ipso paruo cyatho scalpelli angustũ, non latũ extremũ habentis. uerum etiã achoras, et uocatos fauos, & myrmecias uerucas, & quæcunq; id genus alia medicamẽtis discutere uolumus, aut nostris unguibus, aut duriore linteolo, aut aliquo ex antedictis prius mediocriter fricãtes, deinde ipsis medicamina super damus. obdurare, mollire: hæc nobis quoq; usu ueniunt, plerunq; in omni corpore, nonnunq; in parte una. nam eos qui uniuerso corporis habitu subtumido & aquoso sunt duriores reddimus linteis prius fricãtes, & aspera fricatione utentes, atq; in puluere exercẽtes. hæc autẽ nõ ferentes medicamẽtis emplasticis foris adglutinatis arefaciunt medici, & lauationis abstinẽtia, & fricationibus pro uiribus scilicet atq; paulatim augẽtes. Verum unam interdum particulã ita affectam perinde, atq; ea quę dixi, curabimus. In extremis autẽ membris potissimum id fieri assiduè cernit. ulcerũ quoq; omniũ, cũ carne repleta sunt, solidationẽ hoc modo facimus. durata ẽm caro cutis naturã induit, cicatrixq; efficit. iterum per cõ-

A traria, callosa, & in scirrhũ uersæ phlegmonæ molliuntur. queadmodum & obdurati lienis medela perficit. & crassescentẽ cutẽ in affectu, quem elephantẽ uocamus, & cicatrices, q̃ conueniat, duriores remollimus: sicut molliores induramus.

4 Excitare, stupefacere.

Excitare sensum & motũ in his qui eos debilitatos habeant, non mediocrẽ usum medicis præbere omnibus notum est. at stupefacere in solis uehementibus doloribus interdũ ex usu fuerit. cum medicamenta ex opio mandragora & altero exhibemus. nam ipse dixit. stupor uero moderatus dolorem soluit. q̃ si quis potentioribus, aut pluribus medicamentis stupefactorijs utatur, refrigerantur extinguunturq; corpora.

B 5 Et alia, quæcunq; huiusmodi sunt.

Illa dicit, quæ per contrarietatẽ antedictis similẽ fiũt, aut refrigerantiũ, aut calefacientiũ, aut humectantiũ, aut exiccantiũ, aut elapsa intrudentiũ, aut illud excindentiũ, q̃d toto genere inimicũ est corpori, aut abscindentiũ, quod magnitudine naturalẽ modũ excedit, aut contortũ dirigentiũ, aut obstructũ aperiẽtium. aut reliqua, quæcunq; in arte curatiua dicta sunt, quorum omnium cõmune propositum est, contraria affectibus adhibere.

6 Deriuare.

Curationũ modos ad succos pertinẽtes hic docere incipit, in libro De succis accuratius descriptos. Sed nunc quoq; reminiscentiæ causa narrabuntur. Deriuationẽ sanè appellare cõsueuit Hippoc. quando succus aliquis euacuationis indiget,
C neq; per conuenientẽ regionẽ ferri inceperit, neque tamen ualde procul à conuenienti, neq; ad remotissimũ: ut si per lotij uias exire cœperit, uitiata uesica, aut renibus. tunc ẽm per aluum deriuare satius fuerit. queadmodum etiã si per uentrẽ uitiatis intestinis ferri tẽtauerit. cõtra ẽm in istis succũ euacuandũ ad urinarios meatus dirigemus. in mulieribus uero nonnunq; ad uterum, aut è cõtrario interdum uteri profluuiũ ad urinæ uias ac uentrẽ deriuabimus. At si in aliqua id genus euacuatione uomitum citauerimus, reuulsionem hãc nominat, ut si etiam uomitus retraxerimus ad uterũ, aut uesicam, aut sedem incitantes.

D 7 Deriuare, cedentem retrahere statim, renitentem cedere.

Consentaneum erat, ut deriuationi reuulsionẽ subiũgeret, sicq; deinde quomodo quis optimè reuulsionem faceret, edoceret. Sed Hippocrates reuulsionẽ silentio præteriens illico ad illud se contulit, q̃d reuulsuris humores male in membrũ aliquod irruentes utilissimũ cognitu erat. neq; enim semper in retrahẽtibus auxilijs permanendũ est, sed aliquod tempus, quod retrahentibus uacet, interponere oportet. ut succũ, qui in affecto mẽbro prius inhæserit, excerni permittamus. in mẽbro enim remanens ipsum bifariã contristabit, & multitudine distendẽs, et qualitate discruciãs. At si humores in particulã prius illatos exire permiseris, ipsam dolore liberabis, faciliusq; reuulsorijs auxi

lijs aliquid proficies, nõ amplius in seipsum mem bro ꝑpter dolorẽ succos irritantẽ secundũ eã quã à principio non recte acceperant, inclinationem.

8 Alium sucum, non qui exeat, ducere. ex euntem uero unà effundere. operari simile, ut dolor dolorem sedat. dissimilia, si sursum uergant elata, inferius soluere, & contraria itidem, ut capitis purgatio, uenæ incisio, quando non temere detrahitur.

Alium quidẽ succum non exeũtem ducere, ex his patet, quę in Aphorismis & in libro De succis tradita sunt. nam si humor infestãs excernat̃, cum moderata est euacuatio, id nihil aliud curãtem ad mittere oportet. quemadmodum si immodica sit, ipsum medicũ aliquid facere necesse est, nõnunq; euacuationis impetũ supprimentẽ, nõnunq; eius tarditatẽ incitantẽ: quod ipse nominauit, exeuntẽ συνεκχυμοῦν, hoc est, unà effundere. consueuit eñ ecchymoses appellare ex uasculis effusiones & in anitiones. operari aũt, idem quod permutare, aut miscere significare didicisti. Ambiguum uero est, utrũ antedictis cõnectendum sit, an deinceps dicto applicandũ. utroq; enim modo non proprie dici uidet̃. atq; ideo nonnulli, ipsum tanq; consequẽs cum illis antedictis cõiunxerunt. deinde ab altero principio posuerunt-simile, ut dolorem dolor sedat-uerum alij sequẽtium principiũ hoc fecerunt-operari simile-Quoniã uero (ut dixi) utroque modo dictum neutro uerisimile est, multi ad ipsum permutandũ se cõuerterunt, quẽadmodũ & alia, quæcunq; uno in nomine obscuritatẽ cõtinent. & nonnulli quidẽ per o primã syllabã, secundam uero per γ & ι scribunt, ὀργίσασθαι, hoc est irasci. alij primã syllabam per ε & ρ secundam per γ & α. ἐργάσασθαι, hoc est, operari simile. Deinde aiũt, deinceps loco exempli additum fuisse illud- ueluti dolorẽ dolor sedat. sanè ita in multis codicibus scriptũ reperitur. Sed rectius in Dioscoridis exemplaribus scriptum nõ est. uidetur eñ ueluti ab aliquo explanationi adiectum fuisse, postea uero inter autoris ipsius uerba ab aliquo scriptore fuisse insertũ. Verum quod per γ & ι scriptũ est, ὀργίσασθαι. i. irasci affectatũ admodum, et ab Hippocratis dictione longe alienũ est, siue de nobis ipsis, siue de his quæ curantur mẽbris, siue de humoribus dicat̃. nã ipsa ueluti ad iram concitari, & ad expulsionẽ stimulari, significari aiunt per hoc uerbũ ὀργίσασθαι, hoc est, irasci. Sed hæc contẽnenda exiliaq; sunt, quemadmodũ & reliqua oñia, quæ incolumi rerum ueritate de uocabulis disputãtur. quod si & ipsę res labefactent̃, huiusmodi à nobis scripturæ fugiendæ sunt: sicut hoc loco, omnibus ferè interpretib. curationes quasdã interdum per similia fieri concedentibus. quod ipse Hippocrates suspicatus aliquando quosdã opinaturos, unico exemplo eorũ deceptionẽ indicauit in Aphorismis scribẽs: quãdoq; in neruorũ distẽtione sine ulcere iuueni carnoso, æstate media frigidæ multæ infusio caloris reuocationẽ facit. calor aũt hæc sanat. frigidũ namq; affectum neruorũ distentio-

A nẽ simili auxilio se curare quispiã putauerit, si frigida ipsum aqua cõnsperserit. id uero haud ita habet. nã retractionẽ caloris efficiens iuuat, quã nisi efficeret, summã noxã inferret. Atqui sicuti hoc auxilium frigidũ esse cum uideatur, calefaciendo nonnunq; frigidũ morbum neruorum distentionem tollit: ita alia contrà calefacientia ex accidenti refrigerant, igneam caliditatẽ digerentia. de his uero mihi in omnibus De arte curatiua libris late disputatũ est, per auxilia affectui aduersantia semper curationem fieri declaranti: sed qui maiori dolore minorem curari arbitrantur, mirifice falluntur. neq; eñ dolor dolorem curat, sed remedium, quod cum dolore affectum doloris autorẽ delet. nã alibi didicisti, nulli symptomati primario, sed

B ipsum creanti affectui, curationẽ semper deberi. Quod siquis neutiquam primo, sed interdũ ex accidenti similia similibus curari per media illa, quę primo cõtraria sunt, dixerit, iste uera dicit. idq; ita esse & ex libro De arte curandi scientifice didicisti, & adhuc ex nostris in Aphorismos cõmentarijs. quod uero aliqui dicunt quempiam coxa adusta, ut in coxendicis morbo contingit, dolore dolorẽ sanauisse, nimirum absurdum est. neq; enim à dolore, sed ab exustione, cui forte dolor adiunctus erat, ægritudo sanata fuit. nam si quispiã con tudisset, aut secuisset, aut quo aliocunq; modo dolorem membro intulisset, nequaquã ipsum sanare potuisset. atqui si dolor sanitatis autor esset, unde libet excitatus coxendicis morbũ tollere debuis-

C set. perinde & dentẽ dolore uexatum siquis euellens hominem dolore liberet, non per dolorem in extrahendo dente concitatum, sed per extractionem, cui dolor coniunctus erat, id assecutus fuit: quoniam si citra dolorem etiam dentem eximere potuisset, pariter ægrotãs à dolore liber euasisset. quemadmodum si & absq; euulsione quis dẽtem premens aut quatiens dolorem irritet, dolorẽ quidem acerbiorem reddiderit, nihil tamen leuamenti attulerit. Vndiq; apparet igitur, quãtum in ipso est, inutilem dolentibus esse dolorem. Etenim per auxilia anodyna uocata, hoc est dolorem sedantia, multa dolentia membra sanantur: in alijs uero plerunq; dolores magni per exterius adhibita illati ex aliquo affectu dolentibus nullũ laxamẽtum

D præbuerũt. unum enim solum est remediũ, quod affectum utcunq; siue citra dolorem, siue cum dolore excindit. dolor uero sua ipsius ratione nõ dolorem sedare, sed contrà omnino irritare idoneus est. hoc igitur exemplum euidenter falsum est. uerum ad alterum quoddam eorum quæ isti dicunt, transeuntes, illius quoq; absurditatem contemplemur. Dicunt igitur uomitum uomitu, & acri clysteri mordaces deiectiões sæpe curari. Est uero & in hoc casu una sanè curatio, affectum excindere, ob quem uel nauseabundi sunt, uel crebro intestinorum morsu stimulati ad exonerandũ uentrem consurgunt. id autẽ, ut didicistis, bifariam fit. uno quidem modo nobis eos humores euacuantibus, qui & nauseam stomacho, et intestinis morsum inferunt: altero autem eos concoquentibus, & in o-

ptimam

ptimam qualitatem mutãtibus, aut contemperantibus. ostensum uero est et in his medicationẽ per contraria fieri. nam prorsus euacuare alienum naturæq; inimicũ humorem eiusdem retentioni cõtrarium est, & qualitatis mutatio per contrariam qualitatẽ fit. cæterum huiusmodi quæstionis agitandæ hic locus non est, cum in omnibus curatiuæ artis uoluminibus semper à contrarijs curationem fieri demonstrauerimus. At quoniam sępius Empiricorũ, Methodicorumq; rationibus adducti quidam hoc medicinæ fundamentũ impugnare atq; euertere conãtur, rationes proxime dictis similes afferẽtes, fortasse melius fuerit, postquam præsentis libri explanationẽ absoluero, libellum aliquem componere, in quo apertissime demonstretur, contraria sola, primo atq; per se contrariorum esse remedia. ex accidenti nanq; caluus medicus caluum ægrotantem similis similem medicari potest, & oblõgi acutiq; capitis medicus oblongi acutiq; capitis ægrotantẽ, & claudus claudum. futuri aũt libri inscriptio talis erit, Quòd recte ab Hippocrate dictum sit, cõtrariorum contraria esse remedia. nunc iterum ad propositæ uocis declarationem reuertamur, in qua per ε & ρ primam syllabam in ueteribus codicibus scriptã esse dicebamus, & hanc uetustissimos explanatores agnouisse dicebamus. hanc uero & Dioscoridis sectatores seruauerunt, quamuis multas ex antiquis scripturis permutarent. Hippocrates igitur ut per commentarium sibijpsi, quemadmodũ & alia multa, compendiose ac breuiter, ita et hoc scripsit, operari simile: cum prædixisset, nonnunquã melius esse his quę euacuãtur, auxiliari, subdidit -efficere simile- hoc est, cõmiscere cum eo qui bene euacuetur humore alium similem. possumus aũt et quod sequitur, dissimilia, in eãdem sententiam interpretari. Etenim dissimiles quoq; humores unà cum his qui congrue euacuantur, exhaurire conuenit. siquis autẽ operari, uel efficere, ita explanare uelit, hoc est, mutare, & alterare, & concoquere, ita quoq; medicinalem sentẽtiam sermo habuerit: si enim succus aliquis merito excernatur, συνεκχυμῶσαι τούτῳ, id est, isti similes reddere, unàq; euacuationis indigentes succos excernere cõuenit, siue ipsi similes, siue dissimiles sint. possumus quoque & sermonem diuidẽtes, finem prioris facere, operari simile: posterioris autem rursum principium hoc statuere, dissimilia si sursum uergãt elata, inferius soluere. ut huiusmodi sententia sit, humores membris in totũ dissimiles sursum uersus petentes deorsum trahere: si uero inferius uergãt, sursum reuellere. nobis ea dissimilia dicta esse intelligẽtibus, quæ à membrorũ natura aliena sunt. eodem modo & alterã scripturã explanabimus, ubi prima dictionis syllaba per ο & ρ scripta est. nam irasci simile, id significare dicemus, ut scilicet unusquisq; nostrum humores perinde fusiles, atque eos qui euacuãtur, efficere debeat. pariter autem & dissimiles similes reddendi sunt. sed forsan (ut nonnulli crediderunt) hoc uerbum irasci per translationem ab animalibus in uenerem cõcitatis dictũ esse poterit. ita enim ipse uti uidetur, cum dixit in Aphorismis, medicari in ualde acutis, si turgeat, eodem die. nam in humoribus ad exitum paratissimis, & ad euacuationem properantibus in proxime dicto & in alijs Aphorismis hac uoce -turgere- uti uidet. Ita igitur & hoc loco aiunt, par est ab eo de humoribus irasci dictum esse, hoc est, ad expulsionẽ habiles ipsos efficere. rursum itaq; ab altero initio ad aliquod utile, quoad eius fieri potest, orationem conuertamus. postquam enim dixit, sursum elata, deorsum soluere, & contraria itidem, elata quidem idem, quòd cõcitata significare putandũ est. ut de primo affectus exortu ipsi sermo sit, iubẽti ad cõtrarios locos statim retrahere, deorsum quidẽ in his quæ superius ortũ habent, sursum uero in his quæ inferius. ut eadem regula utentes opem feramus, et ad differẽtes locos abducamus. Igitur si in pedes & crura fluctionem decumbere senserimus, ex cubiti uenis sanguinẽ mittemus, aut uomitu purgabimus. non, ut quidã putant, nequaq; sursum retrahendum est, licet ad inferiora prouentib. succis magnus aliquis in ipsis morbus futurus sit. Potest aũt intelligi et illud, sursum elata, de humoribus superiora petẽtibus, ut ea uox -elata- magis proprie dicta sit. sententia uero & nunc eadem remanet. humores nãq; sursum elatos, hoc est, sublimes deorsumuersus retrahere, haud recte impetum facientes oportet, et cõtrà decurrentes in oppositum ducendi sunt. ut in capite uitiato, purgatione per aluum, & sectione uenæ cubiti utendum est. utrunq; enim euacuat, retrahitq; deorsum. Verisimile autem fuerit & cõtraria ab ipso in huiusmodi sensum dicta esse: superius elatos & creatos affectus ad inferiora statim ab initio retrahere conuenit, & contraria his deinceps facere, quod est, localiter euacuare, ut in capite. posteriora igitur capitis dolentem recta frontis uena incisa iuuat: quæ locale remedium est.

9 Deficiunt aliqua.

Spiritus autẽ creber phlegmonem in partibus supra septũ significat, magnus uero, & longo temporis interuallo redditus, delirium ostẽdit. ac iam ualde perniciosus est.

10 Medicatorium oscitationum cõtinuarum longus anhelitus est.

Hunc sermonem etiam in secundo De popularibus morbis uolumine declarauimus.

11 In abstinentibus à potu & uix breuis anhelitus.

Quemadmodum in secundo De popularibus morbis plurimi codices uerba ita scripta habent -in abstinentibus à potu & uix longus anhelitus- ita hoc loco, scriptum est -breuis anhelitus- Satis autem à nobis de utraq; lectione in cõmentarijs illius secundi libri actum est.

12 Secundũ rectum & costarũ dolor, & pręcordiorum cõtentiones, & lienis elationes, & ex naribus eruptiones, & aures secũdum rectũ. horũ plurima hæc, et in oculos.

In

In plurimis exemplaribus lectio, ut nũc scripta est, reperitur. raro autẽ & hanc inueneris. Secundum rectum & costarum dolor, & precordiorum tẽtionis, & lienis elationis, & ex naribus eruptionis. quam & ego lectionem & medicinalem & dilucidam approbo. nihilominus tamẽ & quod ab altera lectione significatur, idem est, & antea in secundo De morbis popularibus hunc sermonem enucleauimus: hoc loco quidẽ ex abundãti istud de auribus & de oculis additum est, utpote & his partibus regulæ secundum rectum dicenti subiacentibus. quemadmodum & alia membra dupliciter. interdum enim ex seipsis in alias quasdã partes materias secundum rectam regionem propellunt, interdum uero ab alijs membris patientibus in aures aut oculos humores transmittuntur.

13 Vtrum igitur omnium, aut alia quidẽ ab inferis sursum, qualia quæ iuxta maxillas, aut etiam oculum, aut etiam aurem, alia uero à superis deorsum, non secundum rectum. atqui & in angina rubores, & costarum dolores secundum rectum.

In secundo De morbis popularibus non est adiecta eã pars sermonis, in qua dubitat, utrũ ex inferioribus in superiora abscessu facto semper membri rectitudo utiliter seruetur: ex superioribus autem in inferiora corrumpuntur, ac fiunt quidam non secundum rectam regionem abscessus. Ignotum uero est utrum secundi De popularibus morbis libri sententiæ prius, an istæ scriptæ fuerint: neque enim quod ille secundus, iste uero sextus liber inscriptus sit, ex eo illius sententias prius scriptas fuisse putandum est. in illis enim quę ab ipso, ut diuulgarentur, scripta sunt, rationabiliter huiusmodi ordo apparet: in commentarijs autẽ non itidem. scripta namq; ab Hippocrate in diuersis uel chartis uel tabulis eius filium Thessalum collegisse aiunt, duosq; hos libros secundum uidelicet, atq; sextum integrasse. nonnulli & quartũ addunt. primum uero atq; tertium, ut ederentur, cõpositos esse constat. atq; ideo si quæ in secundo libro continentur, prius, ea quæ in sexto, posterius scripta sunt, Hippocratem par est, cum postea abscessum in inferiora non è regione utiliter factum uidisset, ita præsentem sententiam conscripsisse. sin autem hoc loco dubitans, posterius ea de quibus dubitauit, dijudicans constanter in secundo De morbis popularibus libro sententiã tulit, illis potius credendum est. In his igitur quæ nunc scribit, atqui & anginæ rubores, & costarum dolores secundum rectum: de transmutatione non ex costarũ morbo in anginã, sed ex anginis in costarum uitiũ sermonẽ esse intelligendũ est. Hæc enim à superioribus in inferiora fit, de qua ambigens prędixerat, alia uero à superis in inferiora, non secundũ rectum. hæc itaq; cum sibijpsi subintulisset, postea intulit quæ in sequenti oratione ita se habent.

14 Vel & ea, quæ infra iecur, à superis distributa, ut in testes & uarices.

A Angina laborantibus costarum dolores secundum rectũ fieri præfatus deinceps quærit, in abscessibus ad inferiora corporis depulsis semper situs rectitudo seruet nécne, quemadmodũ in proximo ante hũc sermone in dubiũ reuocauit. Sed ibi dixit, abscessus, qui ad inferiora, nũc dixit, abscessus infra iecur, superiorũ inferiorumq; omniũ corporis partiũ iecur, ut uidetur, terminũ statuẽs. ipsius enim conuexũ transuerso septo adnexum est. quocirca & quæcunq; supra iecur sunt, hæc eadem & supra septum extãt, cor scilicet, pulmo, & hæc ambiens pectus, adhucq; multo magis collum & caput. reliqua omnia in inferioribus corporis esse dicuntur. Eorum etiam, quæ superius sunt, aliqua magis supra sunt, aliqua minus, nobis
B uero est consuetudo in omnibus ita dictis quod minus supra est, infra esse dicere, ut ad superius ipso comparãtibus: quod autem minus infra est, & id inferioribus comparantes superius esse dicimus. Ac propter huiusmodi locutionis incuriam consuetudine longinqua confirmatam, nominis ambiguitas quędam atq; confusio in sermonibus oritur: quam memoria complectentes, cum Hippocratem dicentem audiuerimus, abscessus in inferiorib. corporis partibus obortos meliores esse, considerare debemus secundum quem significationis modum Inferius esse acceperit, simulq; mẽbrorum dignitates definiemus. Ideo namq; ut plurimũ abscessus in superioribus excitati difficiliores sunt, quòd membra illa in maiori discrimine,
C quàm inferiora, uersantur, cũ utraq; eodem affectu uexata sunt. siue enim cerebrum, siue guttur, aut gula, aut pulmo, aut pectus, aut cor inflammata sunt, mortifera ægritudo est. at membris infra iecur inflammatis pauci admodum pereunt, potissimum si recta curatio adhibeatur. quinetiam iecoris ipsius conuexũ concauo longe periculosius est, & nonnulli ipsum inter superiores corporis totius partes, quẽadmodum & os uẽtriculi reponunt. hæc itaq; à nobis obiter dicta sint, & si nõ obiter memoriæ mandanda. Reliquũ uero explanationis in propositum sermonẽ deinceps absoluamus. Quærere nãq; uideť Hippocrates, utrum quæ infra iecur ex superioribus deriuanť, ut in testes & uarices, è regione fieri melius sit, aut, licet
D non è regione fiant, superiorum tamen partiũ uitijs æque auxiliari queant: in nõnullis planẽ neq; an è regiõe facta sint, dignosci potest, ut quòd uarices è regione facto abscessu furorẽ curauerint. neque enim perspicere licet, utrum in dextris cerebri partibus, an in sinistris affectu oborto in furorem acti fuerint, quemadmodum neque si diutius tussientibus sine costarum dolore abscessus in testiculũ fiat. atqui forsan & in his loci rectitudo seruať, & si utraq; pulmonis aut cerebri pars affecta sit, haud certo sciamus. quin & atram bilẽ sanguiflua, quæ dicitur, affectio plerũq; sanare potest, neq; tunc nobis loci passi rectitudinẽ cognoscẽtibus. sanguinis quoq; ex utero copiosum profluuiũ multos curare morbos omnibus in aperto est. sed neq; hic an ex dextri uteri uenis, an ex sini

stri

stri,an ex utroque excretio facta sit,agnoscere possumus.In his itaque affectibus cognitu difficilis est, aut omnino ignota languẽtis mẽbri rectitudo . in quibus uero ipsam dignoscere licet,et in his Hippocrates,ut uidetur,considerandum esse ait,num semper ex abscessibus ad inferiora transmutatis, meliores illi sint,qui secundũ rectitudinẽ fiunt.

15 Consideranda hæc,quò, & unde,& propter quid.

Solisne ultimis, an omnibus antedictis de abscessibus è regione, aut non è regione factis hoc subiunctum sit,in incerto est.quod dicit autẽ huiusmodi est.considerandũ esse, inquit, & locũ, in quẽ abscessus decubuit:hoc enim ex ea uoce, quò, significatur:& membrũ,ex quo,& hoc ea uox-unde-significat.Præterea causam,propter quam abscessus oboritur: hoc rursum duæ illæ dictiones-propter quid-ostendunt.scire namque oportet nunquid à natura concocto morbo , aut uexante humore adhuc crudo ex uno membro in alterum delapso abscessus obortus sit . posset item aliquis & hunc sermonem ab antedictis separans deinceps dicendorum initium facere hunc in modum.

16 Cõsideranda hęc,quò,& unde, & propter quid uenę temporum non firmę, neque uiriditas splendida.

Dicebam & hunc in modum totũ sermonẽ diuidi posse,quemadmodum & alio quodã modo, eo uidelicet,uenæ temporum non firmæ,neque uiriditas splendida,si spiritus in ipsis relinquatur,& alia deinceps.nisi enim uiriditas splendida in oratione interiecta esset,multiformiter diuidi posset: quippe quod cõmentarium , nõ liber sit.superius enim intellexisti de hoc.hoc autem interiecto-uiriditas splendida adhuc etiam magis obscura oratio reddita est.alibi enim etiã superius diximus,ubi hæc uox-uiride-scripta erat,qualis nam per ipsam color significetur non posse manifeste intelligi,quemadmodũ neque si - chloasma - scriptũ sit,ut nonnulli scribere consueuerunt. uidemus enim etiamnum hac tempestate, ut in Co ipsa Hippocratis patria,ita & in tota nostra Asia uiridia quidem appellari olera,et arbores,et stirpes,ueluti χλοερὰ, id est,herbida:& pecudes Græci χλωράζειν dicũt, quod significet,herbis uerno tẽpore uesci. dicunt quidẽ & homines quosdam uirides, non quod herbę similem colorem habeãt,sed potius pallidum.incertum est igitur utrum Hippocrates subpallidũ colorẽ uiridem atque herbaceum dixerit,quod per multis accidere conspicitur,an herbę coloris similem,quod ualde raro accidisse uisum est: igitur cũ uox hæc per se obscura sit, adiecta hac dictione-splendida-maior adhuc obscuritas oritur. Difficile namque est excogitare, quid nam per hæc uerba significare uoluerit-uiriditas splendida-atque idcirco nonnulli interpretes hanc omnem obscuritatẽ euitare cupientes hoc modo scripserunt-neque color splendidus-intelligendumque esse aiunt, ægrotantis natiuum colorem splẽdentem esse:ita quoque & Sabinus opinatus est.

A 17 Venę temporũ nõ subsidẽtes, neque uiriditas splẽdens,si spiritus intus relinquit, aut tussis arida,nõ ferina,in articulos decũbere expectare oportet, secundum distentionum rectitudinem, quę in uentre fiunt.

Iã dixi & sine prima huius sermonis parte istud per se hunc in modum legi posse, si spiritus intus relinquitur,& quę deinceps scripta sunt. spiritum uero nũc intelligemus eum,qui,quam naturaliter cõueniat, maior sit, ut oratio in hunc modum se habeat:si in morbo aliqui subleuati tẽporum uenas habeant nõ subsidẽtes,hoc est,latius distentas, & non genuinus color sit,ac reliqua deinceps enarrata, istis in articulos abscessus expectandus est. quæ sequunt uero huiusmodi sunt,primũ quidẽ hoc-arida tussis,secundũ autẽ illud-nõ ferina.aridã tussim eã,per quã nihil expuit, appellare mos est.istud sane ita in libro accurate composito conscriptum authorem ænigmatica locutione gaudere aperte demonstrat. at sibiipsi commentarium quoddam scribentem nullus iure utique reprehendat.multa enim nobis ipsis per quasdam notas ita designare consueuimus.forsan igit & nunc sibiipsi hæc scripsit Hippocrates de pluribus affectib. sermonem faciens, hoc quidem loco de tussi arida in pulmonum & costarum affectibus . nam & spiritus testatur.sed superius dicta, cũ de his, quæ in facie contingunt, scriberet, de febribus calidis & perurentibus intelligenda sunt. cęterum & illa de pectoris pulmonũque affectibus dicta esse possunt.integra igit oratio talis erit : si diutius unà cũ ante dictis tusses aridę sint,abscessum in articulos expectare conuenit. sed conditionem quandam tussibus obscuram adscribens quæstionem alterã excitauit,quæ nam sint ferinæ tusses . nonnulli sane lumbricos intestinorum,cum ad ostiolum uentriculi repentes ipsum mordeant, aridas tusses excitare aiunt:quod si reuera ita accidere cõpertum foret,nulla prorsus quæstio esset. sed millies absque ulla tussi lumbricos os uentriculi infestantes uidimus:quocirca plures explanatores ad alias interpretationes se conuerterunt, quidam hanc uocẽ-ferinæ-de phthisicis dictam esse uolentes,quoniam ipsorum ungues,ut ferarum,incuruantur.nõnulli de maligno morbo:in iudicatoriis namque abscessibus,ut crudum,ita et perdurabilem esse morbum oportet.concoctus enim citra abscessum solutionem nunciat.perniciosus autem neque ullum iudicatorium abscessum fore promittit. At si diutius & crudus morbus perduret, neque malignus sit,tunc aliquem fore abscessum expectandũ est. Quod autem crudus unà & malignitate carẽs diutius morbus perseuerare debeat,ut abscessum fore sperandum sit,manifestę ipse in libro De præsagiis ita scribens declarauit.Quicunque sanè lotia tenuia & cruda multum temporis fecerint, sin alia perdurationis signa adsint, in istis abscessum ad partes renibus inferiores expectare oportet. Erit itaque tota oratio huiusmodi:si aliquis pectoris,aut pulmonis morbus crudus permaneat, nihilque ma-

lignitatis habeat, abscessus expectãdus est. quod A crudus sit, signum arida tussis. nam si quid expuant, concoctionis indicium est. id autem, quod exspuitur, si liquidum ac tenue sit, mediocris, si crassum, perfectæ cõcoctionis nota erit. uerum de his & in cõmmẽtarijs librorum De ratione uictus in acutis, & in libris De iudicationibus uberius disputatum est, neque minus etiam in libello De quatuor morbi temporibus. sed quod in calce huius partis adiecit dicens, distentionum quæ in uentre, plurimi quidẽ cum antedictis copulant, nonnulli uero & per se solũ propriã habere sentẽtiam asserunt. Igit̃ siquidem cum antedictis cõiungentes legerimus, sermo talis erit: cũ ex antedictis abscessum fore speraueris, uẽtris distentiones præterea conspice. ex his enim cõprehendere poteris, B utrũ in dextrã corporis partẽ, an in sinistrã morbi abscessus futurus sit. huiusmodi namque distentiones secundum ipsarũ rectum situm abscessus fore nunciant. Quod si iterũ istud per se aliquis legat, secundũ earũ, quæ in uentre fiunt, distentionum rectitudinẽ: sententia hæc erit. Quemadmodũ in spirabilibus instrumentis crudo morbo, sed incolumi laborantibus abscessus fieri cernimus, ita & in uentris partibus incidere comperies. erunt autem & ipsi è regione passorum membrorum.

18 Ita uero se habent plurimi, & ualde rubentes, et naturaliter albioris pallidiorisque modi, neque de naribus sanguis erumpit, aut paucus erumpit.

Subintelligendum planè est ipsos in morbis facies rubicũdas habere, ac naturaliter albioris esse pallidiorisque coloris. siquidẽ multi in morbis salubriter longis, cũ futurus abscessus est, facie rubescũt, præcipueque si secundũ aures excitari debeat. quibus uero ita se habentibus facies ualde rubescat, declarauit inquiens, huiusmodi homines albioris esse coloris. nigrioribus enim natura, & si nonnunquam sanguis in facie exuberet, non tamẽ euidenter apparet. at in alba corpora & in ista extrinseca, atque inanima, cum exiguum quippiã alterius coloris inciderit, statim omnibus conspicuũ est. hoc quidẽ ipsi adiectum est. Sed orationis continuitas talis fuerit. Istis ualde rubentẽ faciem habẽtibus cũ salubris ægritudo perdurat, per abscessus iudicationẽ fore sperandũ est: nisi de naribus sanguinis profluuiũ, eũ redundantẽ sanguinẽ euacuatione præuertat, qui in aliquẽ articulũ impetũ facturus erat. At quibuscunque ita habẽtibus ut diximus, aut nihil penitus sanguinis, aut modicum, neque morbi magnitudine dignũ effluxerit, hunc in modum abscessus eueniunt.

19 At siquidem effusis intus relinquitur, paratus est.

Nisi ea coniunctio-quidem-scripta fuisset, perspicua narratio esset. nam cũ dixisset faciem ualde rubicundam habẽtibus nõ effuso de naribus sanguine, aut pauco effuso, abscessus excitari, merito subiũxit, si effuso aliquid relinquit̃, ad abscessum morbus paratus est. At quoniã ea cõiunctio-quidem adiecta est, subintelligere præterea conuenit: sin autem intus aliquid nõ relinquitur, abscessus non erit. non solum autem in commentarijs, quos sibijpsis homines conscribunt, huiusmodi locutiones inuenire licet, sed etiam in libris accurate scriptis, ut coniũctione-quidem-præposita, nihil præterea ipsi respondens subiungatur. Id autem maxime Dioscoridis sectatores animaduertisse nouimus. quippe qui se magis, quàm alios, grammaticæ peritos esse iactant, & ueterem lectionem tuentur, quam omnes explanatores agnoscunt, & omnes codices retinent. aut si coniunctio-quidem-planè superuacua uisa fuisset, ipsam expungere potius, quàm in hanc uocem, Nõ, conuertere maluissent. Hæc enim locutio, & si non effusis intus relinquitur, paratus est, secũ ipsa pugnat. hac uoce-intus relinquatur-ea, quæ non in totum, sed ex parte euacuata sunt, significante: ea uero-& si non effusis-contrarium indicante, sicut & hac, copiose effusum esse. quemadmodum igitur hac posita-intus relinquitur-dicere non conuenit, ita & ea, quæ nihil prorsus effusum esse significat. nisi fortasse de uexante humore, intus relinqui dictum esse, ut nonnulli uoluerunt, accepimus. Isti enim ad morbum orationem referunt, ut in sanguinis parcis effusionibus accidere solet. Itaque-intus relinquitur-hanc sentẽtiam continet, effusoque sanguine, sed non quantum satis est, imperfectæ morborum iudicationes fiũt, in quibus, istud, intus relinquitur, dicere conueniens est.

C

20 Sitis intus relicta, & oris exiccatio, & insuauitas, & inappetentia eadem ratione.

Quando finita febre aliqua symptomata remanent, aliquod intus relinqui morbi reliquiarũ dicitur. Hippocrates igitur eorũ exempli causa meminit, quæ inter remanentia principatum obtinẽt, sitis uidelicet & oris siccitatis, & tristis sensus, & inappetẽtiæ. quare huiusmodi sermo id, quod in antecedẽte comprehẽsum est, enucleat, ubi aiebat, & si quidem effusis intus relinquatur. bifariam enim intus relinqui, intelligimus, uno quidem modo humorem morbi authorem, altero autẽ, morbosum affectum. nunc morbosi affectus intus relicti signa persequitur.

D

21 Febres autem nõ acutę eiusmodi sunt, sed reuersiuæ.

Et hoc unum ex his est, quæ ad futurorum abscessuum præsensionem faciunt. siquidem acutæ febres cito iudicantur, & per excretionem ex toto consumuntur. non acutæ autem, quæ reuersiuæ nominantur, & diuturnæ sunt, & imperfectas solutiones habent, postea rursum exoriuntur, & per secundam in abscessum expulsionem integre soluuntur.

22 Quæ relinquuntur post iudicationem, recidiuam facere consueuerunt.

Hic idem sermo & in secũdo de morbis popularibus libro scriptus est, & post hunc alij ad eum usque, quæcunque tertianæ naturam habent, quos supra declaratos præteribimus.

23 Quęcunq; tertianæ naturam habent, his nox ante accessionem molesta est. A

Quasnam febres tertianæ naturam habentes intelligat, explanatũ fuit, semitertianas uidelicet, & extensas tertianas: in uno enim solo recentiores medici concordant, dum prædicta uocabula enucleant, in exquisitis scilicet tertianis, ꝙ intra duodecim horarum spatium tertianæ exacerbatio circumscribitur. reliquæ autem horæ febre uacant. de methodicorum namq; extraneo semitertianarũ nominis abusu neq; ulla mẽtio facienda est. at si exquisita tertiana minorem, ꝙ duodecim horarum, accessionẽ habet, cuius accessio quindecim horarum spatio continet, ea tertiana simpliciter absq; ulla adiectiõe uocabit, ac si quis accuratius B loqui uelit, tertiana non exquisita. Atqui si ipse Hipp. pronunciauit febres quęcunq; nõ intermittẽtes tertio quoq; die uehementiores euadunt, omnes malæ: quocunq; autem modo intermittãt, nullum instare periculũ signum est: omnes tertio quoq; die exacerbatæ, in integritatẽ autem desinẽtes discrimine uacabunt. Quod si mentẽ Hippocratis sequentes has discrimine uacare dixerimus, semitertianã uero ipse nõ sine discrimine esse cognouit, ex intermittẽtium numero febris ista nõ fuerit. sed febres, quarum integritatis tempus nõ breuius horis uiginti quatuor est, omnes simpliciter tertianæ uocabuntur. quibus uero integritatis interuallum hoc tempore breuius est, exacerbationes uero longiores, istæ protensæ tertianæ dicũtur. C Verum cum quatuor omnia interualla sint, plerũq; ad tria usq; perueniũt, secundũ eũ, qui tertio quoq; die fit, circuitum. duo nãq; dies duæq; noctes inter duas accessiones interponunt in omnibus illis, quæ tertio quoq; die exacerbantur: raro autem febrẽ ultra tria interualla exacerbatã, & ad integritatẽ finientem reperies, quã Agathini sectatores magnam semitertianã appellare consueuerunt, quemadmodum illam mediam, cuius accessionis integritatisq; tempora æqualia sunt. minorẽ uero, cuius accessionis tempus breuius est. sed cui intra quatuor & uiginti horarum spatiũ accessionis tẽpus cõcluditur, hanc minorẽ semitertianã uocant, quare neq; tertianã, neq; protensam tertianã unquam nominãt. nam si exacta D tertiana duodecim horas nõ superat, has aũt superãs illico longa tertiana est, nulla erit tertiana simpliciter, adhuc uero magis neq; extensa tertiana. quibus haud positis neq; exactã tertianã nomina re necesse fuerit. cum nulla ẽm sit exacta, adiectio hæc uana erit: Quonam igitur pacto exquisitã tertianã Hippocrates appellare cõsueuit, cum tertianã simpliciter appellare liceret, siquidẽ ea sola tertiana est, quæ duodecim horis breuiorẽ accessionẽ habet: cõstat igit̃ hãc ab eo exquisitã tertianã esse uocatã, adhucq; magis eã, quæ & alias notas à nobis in cõmẽtarijs De iudicationibus scriptas habeat, simpliciter uero tertianã ultra duodecim horas extẽsam accessionẽ habẽtem. ꝙ si quatuor & uiginti horas excesserit, tertianã longã, aut extẽsam hanc appellabimus. Quæ uero ultra tria interualla exacerbationẽ producet, raro in uocatã integritatẽ desinere inueniet. Verum neq; semitertianã iam istam uocabimus, si neq; repetitiões horridas faciat, neq; altero die accessionem alterã sine repetitione habeat, hãc quidẽ semitertianam appellabimus: sed si qua febris tertio quoque die exacerbetur, neq; per minimum interuallum ita mitescat, ut in eo febricitãs prope synceram integritatem esse uideatur, hanc acutã febrem nominabimus, id ipsum, quod est, de ipsa dicentes, ꝙ uidelicet tertio die exacerbatur. Sola igitur adhuc ex his, quæ tertio die exasperantur, tritæophyes, hoc est tertianæ naturam sapiens nominabit, quę ferme in integritatem remittitur. si quis uero & alias omnes acutas febres, quæcunq; singulis tertijs diebus irritantur, tritæophyes nominare uelit, forsan & ipse non sine ratione in hanc sententiam descendisse uidebitur. non tamen quampiam ex febribus in integritatem desinentibus ab Hippocrate semitertianam uocari cõcedemus. istę namque securæ sunt, semitertiana uero periculosa. inter quas tritæophyes appellatæ mediæ sunt, quas noctem ante accessionem molestam habere dicit. prorsus enim hoc ipsis proprium est, extensis uero tertianis non omnibus. Cæterum ut ne molestia afficiar sæpius de semitertianæ significato scribens, interrogantibusq; respondens, unũ hac de re libellum separatim composui. In libris sanè aphorismorum nullam de febribus, tritæophyes quæ uocantur, tertianæ naturam habentes, mentionem Hippocrates faciens, absolute dixit: Quibuscunq; iudicatio fit, his nox molesta quæ ante accessionem, subsequens autem tolerabilior plerũq;. iudicationem uero aliqui eam intellexerũt, à qua repentina quædam atque insignis mutatio fit, aliqui simpliciter accessionem significari uoluerunt. in omnibus autem fermè tertio quoque die exacerbatis febribus præter exquisitas tertianas nox ante accessionem reuera molesta esse solet. Quod si & in exactis tertianis id nonnũquam eueniat, iudicationem sequenti die futuram portendit, potissimumq; si & reliqua futuræ iudicationis indicia consentiant.

24 Tusses aridæ parum irritãtes in febribus ardentibus, non secundum proportionem siticulosi, neq; linguæ ualde torrefactæ, non ferino, sed spiritu. constat autem. quando enim loquuntur, aut os hiat, tunc tussiunt. quandõ nõ loquuntur, neq; hiãt, non tussiunt. hoc uero in febribus laboriosis maxime euenit.

Et in aphorismis de ijsdem hoc pacto scripsit, Quibuscunq; diutius tusses aridæ parũ irritant in febribus ardentibus, non admodũ siticulosi sunt. id igitur-non admodũ siticulosi sunt-idem significat, quod non secundum proportionẽ siticulosi. in ardentibus namq; febribus sine arida tussi magnopere sitiunt. ꝙ si tussis arida accedat, siti qui-

dem carere non possunt, sed ipsorum sitis acrimonia retunditur, ut aliquantum planè, sed non secũdum febris magnitudinem sitiant. illud autem parum irritantes tusses excitari, non frustra adijcit. nam uehemẽtes si fiant, pectoris pulmonisq; partes calefaciunt, atq; inde febrem sitimq; adaugẽt. & si pusillæ tusses sint, & per longiora interualla excitentur, tantisper membra commouent, dum in ipsa humiditas aliqua delabatur: atq; ita euenit, neq; tusses uehementer agitare, neq; febrem accẽdere, humoreq; particulas irrigare, ad ipsas modica tussi commotas defluente. propter quam laborantes minus siticulosi reddentur. siccis autẽ tussibus ex aliqua etiam morbi malignitate nascentibus, quam deinceps qualis nam sit dicam, eas ab his de quibus nunc loquitur distinguens ait, non ferino, sed spiritu. aliqui uero non simpliciter ipsum omnem malignitatem ferinum uocare arbitrantur: sed alij quidẽ phthisim, quoniã curuescẽtibus unguibus feris, quantũ ad hoc attinet, similes esse uidentur: alij uero pulmonum ulcus therioma proprie uocari contendunt: alij uero, cũ in os uentriculi lumbrici ascenderint, tunc ipsos tusses excitare aiunt, neq; tamẽ ratione hoc, neq; experiẽtia demonstrare possunt. ferinũ igitur satius est malignũ intelligere, siue ex capite humore distillante, siue ex alicuius spirabiliũ uiscerum ulcere, siue ex aliquo in ijsdem orto abscessu, siue ob ea, quæ uocantur empyemata, tussiant: aliæ uero tusses sunt ab his diuersæ, quæ malignæ non sunt, aut ex instrumentorum spirabilium intemperie, aut fauciũ, arteriæue asperitate obortæ, nonnunquã etiam ex alimẽtis potionibusue exasperantibus, aliàs uero & ex ambientis aeris qualitate cõcitatæ. in aphorismis enim ipse scripsit: Si uero aquilonia constitutio fuerit, tusses, fauces, uentres duri, difficultates urinæ, horridi, dolores costarũ, pectorũ. aer namq; admodum frigidus inspiratus interdum faucium asperæq; arteriæ locos exasperat atq; refrigerat, nonnunq̃ & toti pulmoni pectoriq; intemperiem affert, sæpius uero & ambo hæc contingunt, modiceq; ex his arida tussicula uexanť. Quod hæc ita se habeant, signũ est ipsos cũ spiritũ attrahũt, ad tussim ꝓuocari, cũ multus subito aer ipsis loquẽtibus & oscitantibus, & ore spiritum ducentibus intrauerit. sed cum per nares attrahunt, & aerẽ extrinsecũ quispiam in ædibus ipsorum calefecerit, tunc aut omnino parum, aut nequaquam tussiunt. quocirca & ob nares quidã panniculũ ponentes ita inspirant, exacerbari tussim experti, cum aer externus frigidus, multus subito mẽbris prius refrigeratis atq; exasperatis obuius fiat, maxime autem laboriosis febribus id accidere inquit. Quas autẽ laboriosas febres uocet, ignotum est, num eas, quæ ex uehementibus motionibus accenduntur, an eas, quæ sponte lassitudinis sensum inferẽtes exoriuntur. Huiusmodi sanè differentias nullus ferè aut nostræ tempestatis medicus, aut antiquus obseruat, etsi in exẽplum Hippocratis diligentiam habeant. quam imitari eos deceret, qui ueritatem ipsam propter se, non

A gloriæ aut lucri causa consequi student. Ego igitur, quod dictum est, experiẽtia confirmare satius esse animaduerti: laboriosis quidem febribus ab extrinsecis lassitudinib. ortis, huiusmodi tussiculas accidere conspexi, alijs uero nõ omnino. quin & ipsis febribus ab extrinsecis lassitudinibus ortis non simpliciter, sed per gelu, aut uehementem æstum, & maxime in uia puluerulenta laborantibus. quamobrem & ex accidente quodam potius q̃ ex laborioso affectu tussire mihi uidebãtur. nã propterea ꝙ fauciũ loci ob gelu (ut dixi) aut puluerem, aut immodicam ariditatẽ ipsis ab aere circumfuso genitam exasperati sint, ad hæc etiã propter ipsorum instrumentorũ intemperiẽ isti tussi diuexantur. siquidem & propter intemperiẽ tusses existere alibi didicistis.

B 25 Nihil negligere, nihil temere.

Id quidem et ipsum per se dictum nullo alio ex prædictis, aut ex subsequentibus indiget ut intelligatur, aut ipsi fides adhibeať. hoc uero loco ualde apposite post antedicta hæc sentẽtia collocata est. huiusmodi namq; præcepta plerisq; exigua, uilia, nulloq; pretio digna uidentur, atq; propterea ab ipsis contemnuntur, ut neq; ratione, neq; experientia harum rerum naturã contẽplentur. Quemadmodum uero, ꝙ nihil negligere oporteat, prædictus sermo exẽplum est, ita etiam ꝙ nihil temere, nihil inconsiderate affirmãdum sit, ut ego ipse in locutiõe, quæ ante hãc est, & in alijs omnibus feci. neq; id in Hippocratis solum scriptis, sed & C in omnibus antiquorum libris obseruo, ut non temere quæ quisq; ipsorum dixerit, approbem, sed experientia & ratione uerumne, an falsum sit, q̃d scripserunt examino. At, qui se unius aut seruos aut libertinos addixerunt, simulatq; ab eo scriptũ aliquod inuenerũt, incõsiderate ac temere credũt ut in hoc dicto maxime, in laboriosis febribus aridas tusses excitari, neq; in quibus laboriosis id fieret, quæsiuerunt. nunquid ab fatigationibus & extrinsecis laboribus, an & citra hæc eundẽ affectũ habentibus: neq; utrũ simpliciter, an ex accidenti lassitudo ipsis euenerit. Quod uero in his, id etiã in alijs infinitis cõtigisse sciatis, & ipsis qui libros cõscripserunt, & ijs, qui eos explanauerunt, & adhuc multo magis illis medicis, qui quotidie in ciD uitatibus circumcursant, sola irrationabili exercitatione utentes. multa enim isti ut exigua despiciunt, nescientes multis interdum exiguis coniunctis unam ex ipsis summam haud contemnẽdam integrari, temereq; alicuius uiri scriptis assentiũt, cui ipse seipsum unusquisq; seruum tradiderit. sin autem quis id non fecerit, at alio planè modo ei, quod primo cogitationis apprehensu uerisimile uisum fuerit, absq; longioris temporis contemplatione assentiens, & per se, & unà cum alijs rem raro uisam perinde ac si plerunq;, aut assidue cõspiceretur, temere celebrant. Atqui sectarum dissidia hinc maxime orta esse par est, hominibus se sapientes esse putantibus sibiq; nimium tribuentibus, quæ uerisimilia uisa fuerint non sæpius unà cum multis considerata uera esse credentib. Quẽadmo-

admodum uero nunc de significatiuo præcepto exempli loco sermonem fecimus, ita quoque in curatiuis nullum eorum, quæ pusilla esse uideantur, spernendum est, neque temere atque incõsiderate dictis ipsorum facultatibus credendum; ut in libris De arte curandi percepimus.

26 Ex adhibitione contraria adhibere, & quiescere.

Curatiuũ consiliũ atque salubre hoc tibi appellare licet, Hippocratemque illud, quod prius dixerat nihil negligere, & nihil temere, in hoc sermõe ueluti in exemplo declarare. consuetudines igitur, ut uile quoddam theorema nonnulli medicorum despiciunt, nullam ab ipsis indicationem, quæ medelam commutet, fieri arbitrantes: At alij non contemnunt quidem, à prauis uero consuetudinibus quosdam ad contrarias subito traducere conãtes nõ modico errore tenẽtur. quandoquidẽ neque ipsos negligere, neque subito traducere conuenit, sed paulatim, & ipsos quiescere permittendo. bifariã autem uerbũ quiescere intelligere possumus, uno quidem modo, ut ne solum in contrariã consuetudinem paulatim aliquos transferamus, sed antequam uniuersa mutatio facta sit, inter mutandũ quiescamus, ut quando ex ocio ad exercitationes conuertimus, primum quidẽ à breuissimis incipiemus, atque paulatim has adaugebimus, deinde nonnunquã unum, uel etiã duos ociosos dies interponemus. altero modo hæc uox quiescere intelligẽda est, tãquam illi uerbo adhibere cõtraria sit, ut in quos, quæ prius haud inerat, consuetudinem inducere uolumus, ipsam paulatim inducamus. à quib. uero prius usitatam tollere, paulatim rursum et istos quiescere, hoc est desinere iubeamus.

Posteriora capitis dolentem in frõte recta uena incisa iuuit.

Veteres explanatores hoc uerbum -iuuit- in tẽpore præterito scriptũ agnoscũt, dicuntque in aphorismis -iuuat- in præsenti tẽpore scriptum esse, antiquo magistro in eo uolumine communẽ sententiam pronunciãte. hoc autẽ loco eum ad propriæ memoriæ præsidium de uno quodam -iuuit- scripsisse, ut postea, cum in multis hoc remedium expertus esset, ipsum in uniuersum promulgare auderet. constat itẽ remediũ hoc locale esse, & ad cõtraria reuulsiuum. rectam autem in fronte uenam & ante dissectionem euidenter conspicere licet. istam uero unà cum ijs, quæ utrinque adiacent, confluentem esse dissectio ostendit. haud bene igitur quidam hanc uocem -recta- de incisione dictam esse autumant. neque enim propter sectionis figuram, sed propter sanguinis effusionem dolẽtibus utilitas affertur.

27 Exceptiones præcordiorum, ex qualibus & aliæ, & uiscerum inflammationum, qualia possunt, siue ex iecore lienis, & cõtraria, & quæcunque huiusmodi.

Non solum ex qualibus & aliæ scriptum inuenimus, sed etiam ex qualibus qualia alterant, & ex qualibus qualia faciunt. ac primam quidem lectionem ueteres explanatores agnoscũt, & Ruffus, hanc uero, ex qualibus qualia alterant, Sabini, Dioscoridisque sectatores. Lyci autem discipuli, ex qualibus qualia faciunt, legunt. sed antiquæ lectionis sententia commune quoddam edocet; aliæ uero priuatum. de exceptionibus enim solũ, quæ in præcordijs fiunt, non de omnibus, loquũtur. satius est autem, ubi fieri potest, uerumque est, arbitrari Hippocratem commune potius, quàm priuatum documentum tradere. communis itaque sermo talis est: exceptiones autẽ considerare conuenit, & in præcordijs, & in alijs omnibus membris ortas, ex quibus affectibus & locis, in quos affectus & locos fiant, ut in iecore ac liene. ipse enim istorum exempli causa meminit, nobis scientibus ex liene in iecur exceptiões periculosas esse: discrimine autem uacare, potiusque utiles esse, quæcunque morborum transumptiones ab iecore in lienem fiunt. omnia uero, quæ ad abscessus pertinent, & quos natura sola per se, quosque nos aut soli, aut unà cũ ipsa moliri cõsueuimus, & in libro De succis & in secundo De morbis popularibus superius explanauimus. aliæ quoque lectiões sunt, quas in hoc, & in alijs multis locis prætermisi. sed ego ab initio statim me paucas explanationes lectionesque memoraturum esse promisi, ne huiusce libri multa fierent commentaria.

28 Reuellere, si quò nõ oportet, uergat: sin autem quò oportet, his oportet aperire, quemadmodum singula uergunt.

Aliàs & hæc didicisti, ducenda planè esse quò uergunt per conuenientes regiones. auertẽda autem atque reuellenda, quæ non bene uergant. aperire aũt dixit nũc, nõ ut in abscessibus dicere cõsueuimus pro eo, quod est scalpro diuidere, sed in cõmuniori significato accipit, sub quo & recludere cõtinetur, uenas nobis sanguifluas & uenas nasi atque uteri, cũ per hæc itinera euacuamus, recludẽtibus, & fistulas aliquas satis longo tempore usitatas, sed aliqua de causa obstructas. & aliquo per aures cerebri purgamenta eijcere solito, si repẽte euacuatio suppressa sit, ac proinde uertigo oculorumque tenebræ superuenerint, si ad aures materiã per aperientia medicamẽta incitemus, statim hominem subleuatum nouerimus.

29 Latas pustulas nõ admodum pruriginosas, quales Simõ hyeme habebat, qui cũ ad ignem inũgeretur, aut calda lauaretur, iuuabatur, uomitus non iuuabant, puto si quis calida fomenta adhibuisset, utilitatem percepisset.

Vt de tuberculis dicebamus, quæcunque ex calido humore nascunt, celeris uidelicet ea iudicationis esse ac minime lata: ex frigido uero, lata atque diuturna: eadẽ ratione et de pustulis differendum est. neque enim toto genere, sed humoris ipsas generantis qualitate à tuberculis differunt: egerminãt

autem natura corporis altiores sedes repurgante, ut nonnunquam per excretionem, ita & per ad cutaneas partes expulsionẽ. subtiliores quidem dilutioresque succos extenuãs natura dissoluit, crassioribus autem cuti, sed magis pelliculæ epidermis quæ uocatur, utpote densiori inhærescentibus pustulæ exoriuntur. idque plus illis incidit, quicunque densiore ac duriore cute sunt. difficilis est enim per ipsam pinguiorum tenaciorumque succorum transitus. in hunc modum igitur & Simoni hyeme latas pustulas effloruisse narrat, quo tẽpore corpus lauationibus uso atque prope ignem peruncto insigniter calefactum fuit. alio tempore autem succi, id genus pustularũ autores interius latitabant. deinde, inquit, ipsum nullum ex uomitibus fructum percepisse. utrum uero ipse Hippocrates an alius uomitionibus uti consuleret, nõ declarauit, uerũ neque id scire nobis necesse est. tantum illud nouisse satis sit, succos ad cutem uergentes per eam esse euacuandos: nam iterum ad interna corporis reuulsio ipsis ualde lõginqua est, ut per uentrẽ, aut uomitum euacuentur. Sed forsan me dicere putabis nunquam purgatione per uentrem in talibus utendum esse. ego uero non id dico. nam in libris De arte curandi, in quibus corporibus permulta humorum copia est, iis utiles esse purgationes didicisti: priusquam enim ita redundantem materiã aut uenæ scissione, aut purgatione quis eduxerit, si calidis fomentis utẽs ipsam discutere conetur, plus attrahet, quàm per cutem euacuabit. sed cuti inhærentium succorum curatio prorsum per discussoria & calida medicamenta præstatur, ac præcipue si latæ pustulæ fuerint. signũ est enim earũ succum non calidũ, non tenuem, sed admodum crassum ac frigidum esse. iam uero & tuberculorum superius notitiã habuistis: quod uidelicet in acutum gracilescentia, & ueluti turgentia calidorum succorum germina sunt, contrà sese habẽtia, frigidorum. ipsa uero turgere, ex pruritu atque dolore dignoscere licet. moderate enim calida, pruritus solum excitant: sed uehementius calefaciẽtia, statim mordent atque contristant.

30 Quæcunque cõcoqui opus est, occludi conuenit, contraria uero exiccare, atque aperire.

Et de his sæpius nostram sentẽtiam audiuistis, & maxime ubi de maturantib. medicamẽtis locuti sumus, non oportere scilicet eorum facultatem discussoriam esse, sed retentoriam atque inhæsoriã, à Græcis emplasticã appellatam. hæc enim impediunt, retinẽt, atque occludunt insitũ calidũ, ipsum difflari non permittentia, ab hoc uero excrementa cõcoquuntur. cæterũ nolite putare me omnia cruda, nullumque pus habẽtia ita curari dicere. nõnulla enim ex his ab emplasticis istis medicamentis putrefiunt, aut propter humorũ ipsa creãtium prauitatem, aut ob affecti membri imbecillitatẽ ingenitũ calorẽ ita pusillum ægrumque habentis, ut neque humorũ in ipsum delapsorũ concoctionẽ aggrediatur. Porrò in horum curatione scarificationibus altissimis cutẽ rescindimus, & plerunque usque ad profundũ in multis affecti mẽbri partibus dissecamus, medicaminibusque siccantissimis utimur. huiusmodi namque inflammationibus gãgrænа impendet, ab ipsis deuicto iam, ac ferè penitus extincto calore ingenito. In quibus igitur inflammationibus, aut omnino quibus in tumoribus innatum calidum, non ut extinguatur funditusque aboleatur, periculosum subit, atque ideo remedio adhibito uincere humores potest, ad id genus uitia medicamentis emplasticis utimur: quæ per hæc uerba manifeste declarauit, inquiẽs, quæcunque cõcoqui opus est. at quæ ad id deuenerũt, ut mox in gãgrænã casura sint, & quæ iã cõputrescunt, statim neque concoctionẽ postulant. Idcirco alia quidem (ut dixi) euacuationibus per scarificationes & incisiones, medicamentisque ualentissimis curamus: alia uero iam putrescentia recidimus atque perurimus. recte itaque adiecit, contraria uero exiccare ac aperire, hoc est, suppuratione non egentia. opus est enim in suppuratis omes exitus recludere, affectaque membra arefacere. Ex his itaque patet non recte à quibusdã scriptũ esse, quæcunque siccari opus est, iacere oportet, hoc est iacentia quiescere. præter id enim quod exiguum quoddã est, ac manifestũ, ut accurate de ipso Hippocratẽ scribere opus non esset, & oppositio ipsa declarat, quæ non uerbo, iacere, sed uoci, occlusa esse, respondet. occlusis namque & obstructis contraria sunt quæ digerũtur atque siccãtur. Huic sermoni quidã sequentem copulant, & maxime qui post hũc uocẽ hanc, quẽadmodum, scriptã esse uolunt, ut tota oratio ita se habeat: quæcunque concoqui opus est, occludi cõuenit, contraria uero exiccare atque aperire.

31 Quemadmodum oculis rhyade laborantibus, sin aliter uidetur cõducere, in fauces retrahere conuenit.

Atqui quod hæc uerba docent prædicto simile nõ est. siccare enim & aperire aliud est quàm retrahere. quomodo igitur cũ prædixerit, contraria exiccare oportet & aperire, poterit & exẽpli loco de oculis fluxiõe uexatis dicere, retrahere in fauces?

32 Et ubi eructatio confert, & quæcunque alia eiusmodi.

Auxiliorum reuellentiũ hæc una quædam species est, ipso nobis consulente diuturnas oculorũ fluxiones traducere, ad fauces uidelicet, per acria medicamenta retrahentibus: quibus palatũ inungere, utque gargarizent, iubere cõueniet, si nihil ex hoc peius effecturi sumus. nam in quibus suspicamur, ne forte in asperã arteriam & pulmones fluctio diuertat, tunc ab huiusmodi reuulsione cauemus. Queadmodum igitur hoc loco cõsuluit, ita & in aliis te animaduertere iubet, ne quod ex mẽbris, ad quæ materiam retrahis, magni nocumenti discrimen adeat. Aliqui uero de oculis uitio, quod rhyas uocatur, laborantibus ab ipso sermonẽ hũc habitũ esse aiũt, queadmodũ & Lycus uoluit, qui longam orationẽ contexens ab oculis in palatum usque meatum quendam pertinere dicit, illorũ excremen-

crementa per hanc semitã euacuantẽ. hunc meatum autẽ prope maiorẽ angulum sitũ esse, ac morbum eum, rhyada quem nominant, tribus modis suboriri, aut foramine quodãmodo clauso, aut obstructo, aut multo excremento in oculo collecto, adeo ut effundatur, nequeunte meatu ob naturalem angustiam ipsum totũ cõtinere. alio item modo cũ cicatrix in angulo effecta meatũ obcæcauerit. quã & post encanthidũ uocatarũ, id est, caruncula anguli maioris oculorũ adauctę excisionem & aliter exulcerato loco obduci ait. hanc sanabilẽ esse, alias uero incurabiles, nobis ad fauces materiam retrahentibus. illud autẽ, & ubi eructatio cõfert, adiectum est, Hippocrate per notas quasdam sibijpsi conscribente. ꝙ em̃ ubi eructatio cõducit, ibi ructus citare conuenit, satis constat: quibus aũt cõducat, nõ dixit, sed neꝗ in oculis rhyade laborantibus quicꝗ huic simile est, propterea & sine ordine interpositum obscuritatẽ peperit. ad oculos enim rhyade uexatos reuulsiuũ auxiliũ scripsit, hæc autem uerba, & ubi eructatio cõfert, aut de oculis rhyade tentatis dicta esse conuenit, sed nihil ad ipsorũ medicationẽ eructatio cõferre uidetur, aut alterius esse orationis initiũ. propterea & nonnulli coacti sunt ipsa superius dictis separantes alterã locutionẽ hunc in modũ instituere, [Et ubi eructatio confert, & quæcunꝗ alia eiusmodi trãsitus aperiri oportet.] uerũ neꝗ item hæc, quæ subijciuntur, (ut nares, & alia, quibus opus est) & reliqua, isti locutioni respondere, ac propria esse uidentur. itaꝗ quicunꝗ Hippocratẽ istud solũ per se sibijpsi notasse aiũt, ubi eructatio confert, ipsum iubere putant, ut interdum ructus mouendos esse consulamus. hosꝗ illis, quorum uenter inflatus est, conuenire affirmant, atꝗ de illis potissimũ, in quibus flatuosus spiritus per inferna exhalare nõ potest. quinetiã & os uentriculi infirmũ per eructationes, tanꝗ per propriam exercitationẽ corroborari aiũt, eructationesꝗ citare cõsulunt nõ per medicamina solũ, sed etiam ipsum assidue ructare studẽtẽ, cũ qualibet exiguũ spiritũ in ore uentriculi sentiat. At Sabinus ex uasculo angusti oris bibẽtem ructus mouere iubet. Alij uero flatuosi spiritus expulsiones undecunꝗ sane & utcũꝗ fiant, eructationẽ ipsum appellasse cõtendunt. secundũ quorũ sententiam tussis, sternutatio, singultus, crepitus, atꝗ per omne corpus spiritus difflationes eructationes uocabuntur. nõnulli autẽ & omnem excretionẽ non spiritus modo, uerum etiam aliquorum humidorum eructationem appellatam esse dicunt, poetæ uerba in testimonium recitantes, ubi inquit, eructante mari foras: hancꝗ uitiosam explanandi uiam aperiũt. nam si à poetis raro & quodam poetico modo dicta, ut proprie accepta quis interpretetur, etiã omnia dilucide narrata peruertere poterit.

33 Transitus aperiri, ut nares, & alia, quibus opus est, & ut cõuenit, & qualia, & ubi, & quando, & quantum oportet, ut sudores, & alia planè omnia.

Id per se quidem memoratu dignum est. conducit enim omnes superuacuorum excretorios meatus aperiri. & cum superioribus uerbis coniungi potest duplicem sic utilitatem præbẽs, propriam quidem in oculis rhyade morbo uexatis, commu nem uero omnium, in quibus retrahere, aut deriuare cõuenit. nam si reuulsione quidem opus sit, ipsam autẽ facere uereamur, deriuare sanguinem, ac totum corpus inanire conuenit. quæ deinceps scripta sunt, plerunꝗ iam ab ipso in omni euacuatione commoda esse didicimus. Decet enim, cum euacuatio requiritur, non simpliciter ad ipsam accedere, sed prius definientem, qua ratione faciẽda sit, & quæ debeat esse euacuanda materia, per quã regionem, quo tempore, & qua mensura. nunc uero etiam reminiscentiæ causa de singulis breuiter agamus. istud quidem, ut cõuenit, tale quoddam significat, Transitus recludendi sunt, nõ simpliciter quidẽ, ac utcunꝗ, sed ut conuenit. id uero modum significat, quo euacuationes facimus, ut in his quæ in uentre sunt, per clisterem, per glandulam, per subducens medicamẽtũ, & in horum singulis per quædam certa. nam & clysteres, & glandulæ & subducentia uocata medicamenta multiformiter componunt. ea igitur particula (ut conuenit) tale quiddam significat. hæc uero- qualia- euacuandorũ qualitatẽ innuit, hoc est, nũquid aquosa et tenuia euacuare melius sit, an pituitosum succũ, an biliosum, an melancholicũ, & horũ num aliquẽ, an & simul oẽs. ea uox, ubi partem corporis, per quam euacuare oporteat, indicat. si namque per inferiora faciendam esse euacuationem cognoscamus, nihilominus per quã ex inferioribus partibus facienda sit, definire opus est. propterea & quidam loco huius uocis- ubi- qua, scripserunt, per quam partem significãtes, utrum per uesicam, an aluũ, an uterũ. itẽ per superiora utrũ per nares, aut os. Est quædã etiam per omne corpus euacuatio, & per sudores, & per latentẽ uocatam transpirationẽ. ea uox, quando, euidẽter tempus, quo sit euacuandum, declarat: utrũ scilicet ab initio ante morbi concoctionem, quando, ut ipse inquit, materia turget, & natura animalia regens ad humorum excretionem festinat, an post uexãtiũ humorum concoctionem. nam & hoc ipse, quẽadmodum & prius dictum, in aphorismis docuit. illud uero, & quantũ conuenit, in calce sermonis dictũ, materiæ euacuandæ quantitatem ostendit quam sibi proponere, contemplariꝗ medicũ decet. deinde loco exẽpli illud ponitur, ut sudores. quamuis enim ægrotantibus conducere sudor uideatur, attamen & ipse modo eget. immodicus enim uires debilitat. cum in sudoribus uero excessus multitudinis noxius sit, multo sanè magis in his, quæ euomuntur, aut deijciuntur, aut per sanguifluas uenas aũt uterum euacuantur.

34 In ingẽtibus malis facies si sit optima, signum optimũ, in paruis aũt contraria bonæ significationi significans malum.

Et istorum uerborũ secundam partem ex istis

libris explanatoribus alius aliter ſcribit, at ſi quis ipſis articulum- huic- addiderit, omnis quæſtio tolletur, hunc in modum- in paruis autem contraria ſignificans τῇ εὐσημέῃ, hoc eſt bonæ ſignificationi malum- ut & integra oratio talis ſit, In ingentibus malis, ſiue affectibus, ſiue ſymptomatis, ſi ſit facies optima, hoc eſt naturali ſimilis, bonum eſt ſignum: in paruis uero, rurſum & hic affectibus, aut ſymptomatis intellige, ſi facies fuerit ſignificans contraria prædictæ bonæ ſignificationi, malum aliquod ſignificabit. nonnulli quidem palàm tanquam ab initio lectio articulum- huic- haberet, ita explanauerunt. non edocentes, uetera exemplaria eum articulum bonæ ſignificationi adiectum non habere, fortaſſe primo libri ſcriptore decepto. Alij nō ſolum aliter ſcripſerunt, ſed etiam abſurdam explanationē cōmenti ſunt. Ego uero, ut ab initio dixi, cauens ne longius cōmentaria producerē, multa minus recte dicta ſilentio præterire decreui. Satis namq; congruens explanationis propoſitū mihi eſſe uidet, ſi & uera quis in ipſa, & ad ueteris mētem edoceat. quēadmodū & nunc facienti à loquacitate diſcedere licet. nam ſi in magnis affectibus pro eorū magnitudinē facies collapſa non ſit, optimum igitur eſt, in paruis autem è contrario malum quoddam ſignificat: licet igitur & his, ſicui placeant, uti. ego uero ad ueterem lectionē, & ab omnibus alijs explanarorib. conceſſam me recipiam.

35 Apud magnum ubi mulier poſt heroi arquato ſuperueniente.

Siue ſuperioris locutionis finis eſt, hæc particula- Apud magnum- ubi, aut loci alicuius index, illis quærendum relinquam, qui medicinalia prętereuntes ut grammatici quàm medici interpretari maluerunt. ſatis eſt enim de his uocibus apud magnū- illud tantū dixiſſe, q̃d ueteres interpretes dixerunt, aut theatrū, aut odion, id eſt locum in quo poemata recitabantur, aut gymnaſium heroū, aut domus aliqua: aut quodlibet aliud huiuſmodi, ab hac uoce magnum ſignificari. tranſgreſſum autem deinceps ad artis opera illa conſiderare utile eſt, ꝙ enim poſt heroi, aut poſt Menelai (quidam enim ita ſcribunt) ægrotus ille iaceret, nihil quicquam utilitatis habet, quemadmodum neq; quod deinceps dictum eſt (arquato ſuperueniente) & ſi quàm maxime ipſi Hippocrati ad reminiſcentiam utile foret, fortaſſe quidem prædictorum. forte uero & ipſum per ſe, affectus enim aut coloris arquati mulieri ſuperuenientis memoriam reuocat. Et hoc loco apud ueteres explanatores, & in uetuſtis codicibus uerba hæc deleta ſunt. ſecundum alios quoſdam etiam interpretes, his uocibus- arquato ſuperueniente- hæc adiecta eſt- permanſit- quemadmodū & apud quoſdā alios cum negatione- non permanſit. nonnulli uero & hanc uocem- ipſi apponūt. ſed iſtud quidem in locutione differentiam, non in ſententia facit. at priora ſententiam in contrarium mutant. nam cum arquatum affectum, aut colorē altera lectio

A permanere ſignificet, altera non permanere affirmat. per ſe igit̃ præſens ſermo ſcriptus neq; ſi permanet, dicat, neq; ſi non permanet, quicquam utilitatis nobis afferre poteſt, quomodo ægrotaret, aut quomodo affecta eſſet, ignorantibus. at ſi ſupra ſcriptis adnectatur, prorſum ſuperuacuus eſt. ſatis eſt enim ſolum hoc dictum eſſe arquato ſuperueniente- exemplo eorum, quæ circa faciem apparent, poſito. Nam quum alia parua eſſe uiderentur, ſolum contrarium ſignificauit. quoniam ualde à naturali ſtatu mutatus eſt. quod enim infertur, hoc me teſtari docebit, ad quod alias præſentis ſermonis explanationes dimittentem tranſire iam tempus eſt. fortaſſis enim & ea, quæ nunc dicta ſunt, pręter noſtrum propoſitū longiora fuerunt, cum prætermittere decreuerim quæcunq; le-

B gentibus ipſa adoleſcentibus nihil ad artē profutura ſunt. neq; enim ſophiſticam facultatē, quam prorſus odio perſequor, eos docere conſtituo, ſed artis opera in præſagiendo atq; curādo, in quibus etiam me ſemper exercui.

36 Apud Temenæ neptim iſte nigro uiridiq; colore ſuffuſus.

Si ad ea, quæ de facie dicta ſunt, & hoc quis referet, aliquod utile percipiet, ac ſi loco exempli dictum ſit. par eſt enim & hunc, cum alia eſſent exigua, corpore à naturali ſtatu lōge permutato, propter id ſolum aut mortuum eſſe, aut in mortis diſcrimine uerſatū. quòd ſi μελάγχλωρος ſcriptum

C ſit, pro eo, quod eſt μελάγχρους, hoc eſt, nigræ cutis, ut in quibuſdam codicibus reperimus, adhuc etiam magis ſolus iſte color magnam quandam noxam ſignificare uidebitur, quamuis alia in ægrotante exigua forent.

37 In Perintho ſeminis ſpeciem referens, tale quòd iudicatorium, & abdominum talia, quoniam mictus ſeruant. quoniam neque flatu multo, neq; ſtercore multo tenaci deiecto euacuabatur. neq; enim magna erant præcordia. braſsicam ſeptimo die comedit adhuc ægre ſpirans. partes circa abdomen purgatæ ſunt, recte ſpirās effectus

D eſt, uenter ipſi expulit.

Non præſentis ſermonis initium, ſed prioris finē has uoces- in Perintho- Sabini ſectatores eſſe cenſent. hunc enim ſermonē cōmunem, illum priuatum eſſe dicunt. conſueuiſſe autem Hippocratem priuatis ſermonibus aut locorum, aut ægrotantium nomina adijcere: atqui præſens ſermo ꝙ in parte ſit, ex his conſtat, quæ ipſe Hippocrates ſubdens ait, quòd neq; multo flatu, neq; ſtercore multo tenaci deiecto euacuabatur. multa uero in uoluminibus De morbis popularibus in quibuſdam particulatim uiſa ſcripta ſunt, uniuerſalibus autem præceptis aut perpetuo, aut plerunq; ueris ſubiecta ſunt. ſic igitur & nunc gonoides, hoc eſt, ſeminis ſpeciem referens, ſiue lotium, ſiue ſtercus eiectum, in Perintho iudicatorium apparuit. utrū

paucis, an multis, an uni istud acciderit, non est ex ipsius Hippocratis uerbis definitũ. sed uerisimilius est, istud ea tempestate, qua hæc Hippocrates scribebat, in multos crassans apparuisse. quando enim aliquod in uno quopiam fieri scribit, aut locum ciuitatis, in quo hominem iacẽtem uidit, aut ætatem, aut nomen apponit. ciuitatum autem nomine proprio meminisse in illis narrationibus solitus est, in quibus multos eadem passos conspicatus est. hoc uero, quantum ad artis opera pertinet, non multum refert. & hoc in Perintho cum quibus uelit, quispiam cõiungito. at feminis speciem referens lotium, uel etiam stercus fuerit sanè iudicatorium, quãdo humor à Praxagora uitreus nominatus euacuatus est. Sed hoc, & abdominũ talia, ad antedictum sanè referri debet, talia enim ad alterum referri dicũtur. nihil autem de abdominibus prædictum est. fortassis igitur cum primum exemplar ex Hippocratis commentarijs describeretur, aliquod huiusmodi scriptum omissum fuit, aut ipse sibijpsi hoc, quod ad primũ ægrotum referatur, in memoriam reuocauit, de quo id solum prædixerat. Apud Temenæ neptim, iste nigri coloris erat. uerum nonnulli propter hanc ambiguitatem sic sanè duplicem lectionem explanabant, quòd iudicatorium & abdominum, perinde, ac si ita scriptum esset, feminis speciem referens urina, ꝙ iudicatoria est, & ab affectib. abdominis extrahi oportet. iterumq; ab alio initio, talia ꝙ mictus sanat, ut intelligamus talia, quæ in abdomine fiũt. atq; huius rei testimoniũ deinceps scripsit, ꝙ neq; multo flatu, neq; stercore multo tenaci deiecto euacuabatur, hoc est, nullo alio effecto, quod abdominis tumorem dissoluere posset, per sola feminis similia lotia morbus iudicatus est. forsan enim tale quoddã abdomẽ erat, quale in Præsagiorũ lib. ipse per hęc uerba narrauit: ex precordijs dolores & tumores, si recentes sint, & absq; inflãmatione, soluit rugitus in præcordijs ortus: & maxime quidem cũ stercore & lotio ac flatu egressus: Sin minus, etiã ipse sanè transgressus iuuat. Iuuat & in inferiores partes descendens. neq; enim phlegmonem aut aliquod aliud ipsa etiam contumacius in iecore, aut intestinis, aut uentriculo conflatum seminis simile lotium solum redditum discutere potuisset. propterea igitur ipse intulit, neque enim magna erant præcordia, quoniam si magna fuissent, non utiq; per urinæ semini similis excretionem dissolui atq; attenuari potuissent. ceterũ quoniam quod subdit, cum ita prædictis nõ admodũ concordare uidetur, idcirco nõnulli ab alio initio ipsum legebant, hanc uocẽ ὁ cũ spiritu crasso scribentes, & articulũ masculinũ genitiui casus faciẽtes, tanq; eiusmodi oratio esset. cuius enim hominis magna erant præcordia, brassicã septimo die comedit adhuc ægre spirãs. postq; uero abdomen purgatum est, recte spirans fuit, hoc est, bene spirans, & naturaliter spiritũ ducens. nõ scripsit tamẽ utrum ducens aluum brassica subsidio fuit, an digestionis ratione. Sed quidã ut ipso purgato hanc uocem, recte spirans, explanauerunt, orthopnoicon uocatum difficilis spirationis modum ab ipsa significari dicẽtes. in obscuris eñ sermonib. quicquid libuerit quisq; dicere potest, nullã insignem utilitatẽ nobis ex illis percipientibus, in quibus neq; certam Hippocratis mentẽ, sed explanatorũ perdiscere licet.

38 De sanguine ichoroide, quòd in pauidis talis, aut in uigilantibus, & siue malus, siue bonus.

Non simpliciter tenuẽ & aqueũ sanguinẽ ab ipso ichoroidea uocari suspicandũ est, sed eũ qui uenenosa aliqua & maligna facultate præditus sit. in secũdo nãq; De morbis popularibus ipse scripsit, & sub cute ichores creabantur, inclusi aũt calescebant, & pruritũ excitabant. deinde pustulę ut ambustis, exurgebant, & sub cute uri se putabant. cõstat igiť, ut ex ichoribus haud exigua symptomata oriri dicat. Plato etiã in Timęo per hãc uocem ichores tale quiddã significat hęc inquiens. Ichor aũt sanguinis quidẽ serum, mite: nigræ uero bilis, sed acutæ, immite. Ichoroides itaq; sanguis uocatur, in seipso prauã ac tenuẽ humiditatẽ continẽs, non aqueam & morsu carentẽ, sed mordacem & erodentem. Dicente aũt Platone, Ichor uero sanguinis quidem serum mite: nigræ uero bilis, sed acutæ, immite, nobis declaratum est, quemadmodum in lacte serosa quædam humiditas est, ueluti colamentum, & circumfluitans crassiorem eius partem: eodẽ sanè modo in omnibus succis & humoribus serosum quendã ac tenuem liquorem reperiri. different autem inter se secundum eorũ scilicet humorum naturas, quorum serum esse diceť. & erit acerbissimum atræ bilis serum, minus acerbum flauæ, minus item, quàm hoc, pituitæ, sed omnium mitissimum est sanguinis serum & ichor. nihil enim in præsentia referet hoc, aut illo modo dicere. uerum quoniam bifariam sanguinẽ appellamus, interdũ eum à nuper dictis humoribus distinguentes, interdum à superãte omnes in uasculis succos sanguinẽ uocantes, ichoroides sanguis nunc in secunda significatione accipiendus est, quemadmodum & omnes medici in uenæ sectione dicere assolent, interdum serosum, interdum melancholicum, aut pituitosum, aut biliosum, nõnunquam & naturalem sanguinem effluxisse dicentes. omnino quidem pauidos, hoc est, cũ terrore perturbatos, præterea etiam uigiles ichoroides sanguis efficiet. ꝙ si uitiosi alicuius succi nõ modo sanguinis serum in sanguinarijs uasculis contineatur, & deliria, et phrenitidas, et furores pariet. sed hoc loco sanguinei seri meminisse uidetur quoddam sibijpsi memoriæ subsidium scribens. timiditatem quidem pituitæ serum facere par est, non tamen uigiliam, aut perturbationem, aut animi motum cũ terrore. torpor ipsi & frigus inest solum, non mordacitas atq; malignitas. nisi forte & ipsa planè uitiata acida aut salsa euaserit. Sed illud profecto quęsitu dignum est, quod ipse inquit, & siue malus, siue bonus. nam si quis absolute malum esse ichoroidea sanguinẽ asserat, recte dicere uidebitur

bitur. omnis enim sanguis ita dictus naturali comparatur. At si quispiam aliorum succorum ichoribus sanguineũ cõparans, non prauũ eum, sed bonum esse dicat, iste quoq; uerũ dicere haud iniuria putabitur. plerunq; autem & nostræ tẽpestatis homines, & antiqui minus malum bonum nominare, aut optimum, aut laudabile, aut aliquod huiusmodi cõsueuerũt, & præsertim cũ magnus quidam excessus fuerit ualde praui ab eo, q̃d modice à naturali conditione discesserit. Quare & ichoroides sanguis quærẽte Hippocrate malusne an bonus sit, possumus nos ita ferre sententiam: optimo quidem sanguini cõparatus, malus est, alijs uero omnibus, quibus alterius cuiusdam uitiosi succi ichor admistus fuerit, longe melior & optabilior, atq; idcirco bonus est.

B

39 Quibus lienis est decliuis, pedes, & manus, & genua calida, nasus & aures frigidæ semper, num propter hoc, quòd tenuis sanguis? num & natura talem isti habent.

Quòd decliuis, lienis deorsum uergẽs dicitur, & ex ipsa uoce discere licet. utrũ aũt ob ipsius tumores in partibus inferioribus excitatos, an cum in ipsas inferiores corporis partes uitiosos in se cõtẽtos humores depellit, idcirco decliuem lienem appellauit, hoc non item ex uoce hac percipi potest. possumus quidẽ, quantum ad rerũ naturã pertinet, secundum utrunq; dictum modum, decliuẽ lienem ab ipso uocatum esse intelligere. pedes eñ inquit, & manus, & genua calida, nasus autem, & aures frigidæ. genua quidẽ & pedes in decliui liene calida apparere rationabile est, queadmodum & nares & aures frigidas: manus autem in decliui morbo calidas esse nulla ratio demonstrat. potius enim quispiã ipsas inter superiores partes collocauerit, sin minus, at saltem neque inter inferiores. Quod igitur aures & nasus frigidi sint, inferiores uero partes calidæ, causam speculans Hippo. inquit. utrum propterea quòd tenuem habent sanguinem: an cum lienes decliues generant? aliqui uero non lienibus opponi istud aiunt, num & natura talẽ isti habent? sed illi, quod scriptũ est, totumq; sermonẽ ita constituunt, num & natura talem isti habent, ut empyematis? considerandum igit̃ deinceps exquisitius de ipso erit, uocẽ ut empyematis istis prædictis ita scribentes copulãt: sed qui hoc deinceps scriptorũ initiũ esse uolunt, hãc uocẽ-ut-auferunt, ac talem orationẽ faciunt. empyematis terminus, quibus suppuraturis uentres perturbantur, suppuraturorũ indicium uẽtris perturbationem statuentes. nõ de omnibus aũt suppurantibus, sed de his solis, quæ per intestinorum excretionem erumpunt, signum hoc scribit Hippocrates. Quod uero sine præfinitiõe, de quib. intelligat, narrationẽ fecerit, nihil mirum, si eius, q̃d à principio dictũ est, meminerimus, ipsum uidelicet sibijpsi hæc, ut materiam quandã ad libros cõficiendos perscribere. solum enim ad eorum, quæ significare sibijpsi uult, reminiscentiã suffecisset in scriptura propositũ, istud scilicet uẽtres perturbatur, ipso dicente, uẽntres in huiusmodi empyematis perturbari, quæ cum eruptura sunt, ichor quidam tenuis ex pure prius exudat, à quo intestina demorsa conturbationẽ uentri inferunt; hoc est, morsus, & assiduas excernẽdi cupiditates. aliqui uero & hanc lectionem agnoscunt.

40 Empyematis umbilicus terminus, quibus suppuraturis uenter turbatur.

Volens breuibus docere, quod in Præsagiorũ libro clare dictũ fuit, Minime uero quæ infra umbilicum, in suppurationem uertuntur: at quibus erupturum est empyema, uẽtres prius cõturbantur. uerum & aliter multis modis scribunt, ac diuidunt non hæc solum uerba, sed etiam alia plurima huiusce libri explanatores, ut quis ad artis opera festinans multũ retardet, ac nonnulli id facere uidentur, q̃d Timon coniectura ductus dixit, quid uis, pauca caro, ossa multa. quidam aũt & sequentem sermonem, cuius initiũ est, lienis durus, nõ superius cum præsenti coniungunt, ut de lienis differentijs oratio ipsi habita sit. transcuntes igitur ad ipsum differentias istas uideamus, aliquid enim utilitatis habent.

41 Lienis durus non superius, inferius teres, latus, crassus, longus, tenuis.

Tumorum lienis præter naturam differentias in his uerbis scripsit sibi fortasse designans, quoniam decliuis lienis paulo ante meminerat. prima igitur differentia huiusmodi lienis est, cum durus fuerit, sed non superius, manifestum est quòd in ima parte durus est. secunda uero ex his, quas in propositis uerbis recensuit, differẽtia iterum ipsarum decliuium lienum propria est. istorum enim decliuium lienum commune cum sit, superiores partes non duras habere, sed imas, aliquis teres est, aliquis latus, aliquis in longitudinem excreuit, aut cum tumore præter naturam, aut sine eo solum longitudinis incrementum habens. priorẽ quidem differentiam innuit dicens-crassus, longus-secundam uero quod dixit-longus tenuis-Nam cum uox hęc-longus-bis ab Hippocrate, ut quis conijcere potest, scripta foret, alteram exemplaris scriptores ademerunt, talemq; sermonem, qualem nuper ante scripsi, reddiderunt. rationi autem consentaneum est ipsum primæ differentiæ meminisse, ubi inquit-lienis durus non superius-hoc est, ab ima parte durus, quemadmodum & decliuis est. deinde rursum ipsius quatuor differentias enumerabit, unam, per quam teres est, secundam, per quam latus. quibus ambabus commune est in longitudinem protensum non esse lienem. duas reliquas differentias ponit, unam quidẽ longi & crassi lienis, alteram longi & tenuis. cum bis enim ut dixi, hæc uox-longus-scripta esset, par est eum qui ex ueteribus codicibus descripsit, hanc ut superuacuam omisisse. uetus quidem lectio talis est, in qua uocem hanc-longus-ab Hippocrate bis positam, semel à libri scriptore fuisse descriptam ego contendo. forsan autẽ, & si ab ipso Hippocrate

pocrate semel inter has uoces- crassus & tenuis- A scripta esset, à communi sensu intelligi potest & cum prædicta & cum sequenti coniungi. nam & multa id genus alia apud ueteres reperiuntur. Verum explanatores ego demiratus sum, hæc uerba multis modis alium aliter describentes. si quis enim prorsum à ueteri lectiõe discedere audeat, aliqua uerisimili de causa id facere debet, sicut ego nunc rationabile esse dixi, cum dictio hæc-longus-bis scripta foret, alterã esse omissam. Quod huiusmodi autem lectionem omnes ueteres explanatores agnoscãt, & Zeuxis locupletissimus testis est. ipse namq; Glauciam utpote male præsentia uerba interpretatum nihil, quantum ad lectionem pertinet, reprehendit, quamuis & ista locutio ipsi ambigua uideatur. sed quòd dictis negationes addiderit, uitio uertit, & proposita uerba enucleare nequeuntem omnibus prædictis negationes adiecisse inquit, perinde ac si ita scripsisset Hippocrates: inferius teres, non latus, non crassus, non longus, non tenuis. Glaucias namq; lienem omĩa hęc uitia suscipere non posse arbitrabatur, quæ unà consistere minime ualerent. tanquam in uno homine omnia hæc intelligenda esse necesse foret, & non ipsorum deinceps differentias memoriæ causa Hippocrates persecutus esset. sed ut antea difficilis spirationis & febrium, ita & nunc tumorum præter naturam in decliuibus lienibus differentias conscripsit. quòd si affirmatiue dictis negationes addere licet, hoc modo aliquis omnia placita deprauabit, nullamq; ueterum sententiam stabilem conseruabit.

42 Minus capitis grauedine laborãtibus

Nihil aliud intelligere possumus, quàm quòd uitia lieni accidere dicta minus capitis grauedine laborãtibus eueniunt. huius uero causam & Ruffus & Sabinus dicũt, quia sanguis per grauedinẽ repurgatur. propterea enim putant nihil in lienem descẽdere. At satius fuerit, ad cõmunẽ rationem, non ad priuatam hæc uerba redigere. perrarum enim est in omni corpore duo aliqua membra æqualiter esse debilia. nam in plurimis unum planè eiusmodi esse deprehenditur, in quod, seu plenitudo, seu uitiosi humores in corpore contracti sunt, omnia superuacua feruntur: unum autem si hæc præoccupauerit, reliqua membra in sanitate permanent. non solum itaq; capitis grauedine affectis, sed etiam aliquam spirabilium partium aut secundum renes, & iecur, & uentriculum infirmam naturaliter habentibus, eam magis, quàm lienem uitijs obnoxiam esse reperies. hoc uero commune cum sit, & uniuersale, propriũ eorum, quæ nunc dicuntur, aliquis adijciat. in quibus pituitosa humiditas, aut tenuis & aquosa colligitur, quales profecto & illi sunt, qui capitis grauedine uexantur, istis haud ita sæpe præter naturam tumores qui ex crassis melancholicisq; humoribus constant, in liene procreari.

43 Circa ægrotantẽ administratio, & de morbo interrogationes, quæ narrat, qualia ut accipiẽdi sermones, quę ad ęgrotantem, quę ad astantes, quę ad externos.

Propriũ dicendorũ nomen inuenit œconomiam, id est, administrationẽ inquiens. neq; enim ut in alijs ferè omnib. libris, aut affectuum notitias, aut curationes, aut futurorũ pręsensiones scripsit, ita & in præsentia fecit. sed quo quis modo medicinalibus quæ didicit, præceptis uteretur. in proposito sermone declarat, nõ ipsa singula, sed communia tantũ capita describens, atq; inter hæc primo de interrogationibus, quibus medicus scilicet ægrotãtem interrogat, mentionẽ facit. secũdo de laborãtis sermonib. multa enim laborantes dicere cõsueuerũt: quæ dicẽtis mẽtẽ patefacere possunt: B ut, nisi prius ipsum nouerimus, ex his, quæ narrauerit, qualenam sit ipsius ingeniũ percipientes, ita nos ipsi accõmodare sciamus. nam si prudentẽ hominem hunc præterea non timidũ esse cognoueris, uera ipsi dicere conaberis, nihil eorum, quæ in morbo futura sunt, subtrahens, neq; dissimulans: at si stultum atq; timidũ, omnia ea, quibus ipse meliori animo futurus sit, dicito, neq; tamẽ magnopere mẽtiaris: ꝙ si interdũ ob extremã laborãtis formidinẽ ipsi certã salutẽ polliceri coactus fueris, egressus saltẽ eius curã habẽtibus uera dicito. Ipsis quoq; laborantibus, & si uehemẽter timidis non, ut aperte mentientes faciũt, salutẽ polliceri tentato, nisi illud addideris in primis, sanitatẽ quidẽ affuturam omnia ipso recte agente, & medicorum C præceptis obtẽperante. ita enim neq; ille animũ despondebit, & tu plerunq; uera retuleris. nam plurimi ex periculosis morbis ægrotos haud medicis morem gerentes necant. quandoquidẽ perpauci admodum alioqui prorsus mortiferi sunt, si neq; medicus erret, neq; ægrotus, neq; ministri, neq; aliud quicq; extrinsecũ fortuito noxiũ incidat. quicunq; enim in periculosis morbis plus, ꝙ deceat, ægrotantes hilares & bonæ spei plenos reddunt, in multa ipsos mala cõijciunt, in tristitiã sequentibus diebus, cũ aut in peius morbus cecidisse uidetur, aut ultra medicorũ promissionẽ ꝑducit. quin etiam plures homines cõfisi, perinde ac sine periculo ægrotent, medicis nõ obtẽperant. itaq; laborantis ingeniũ prius, cum recte ualebat, expertos D scire melius est. At si nunc primũ ipsi occurrimus, de eius locutiõe qualisnã sit percipiemus. eorũ uero, quæ prouidemus, aliquid ad morbũ utile inuenire licet. nã si natura modestus audacter respondet, prudẽs itẽ natura in loquẽdo amẽs deprehenditur, hinc eius mentẽ læsam esse, nobis indicabit. quẽadmodũ etiã si sobrius & cogitabundus, aut peruigil, & natura loquax, in locutionib. atq; respõsionib. tardus torpẽsq; appareat. itẽ ex ipsa uoce aliquid de morbo cõiectura deprehẽdi potest. quidam enim uix uocẽ edunt, aliqui raucam & acutã ipso morbi tẽpore, nonnulli balbi ac blæsi sunt, hæc singula quid significent, alibi didicisti. Ex his planè medicus aliquid ad ægroti notitiã pertinens elicere poterit, qualis uidelicet sit eius mens atq; mores, & ipsius morbi quæ species sit. Rursum

sum uero ipse & ægroto & astantibus qualis in arte medica sit ex ipsis interrogationibus demõstrabit. nam quispiã in acuto morbo nasum acuminatũ, oculos cauos, temporaq; subsidentia intuitus interrogat, num euacuatio aliqua ipsi acciderit, aut uigilia & mœror, nũ ciborũ abstinentia, & lassitudo magna. sin aũt faciem minime contabuisse inspexerit, sciscitabitur, num aliqua ex usitatis excretionibus suppressa sit, num pręter morẽ ociose, & in nimia satietate uixerit. poterit item & de frigore, æstu, nimio uini potu, & id genus alijs omnibus apposite percunctari, ut in hoc ipso primũ ab astantibus laudet̃. etenim si præterita & ægrotãti astantibusq; præscita medicus interrogando uestiget, statim ipsum admirantur. quemadmodũ contra damnare solent, quando aliqua his, quæ facta sunt, contraria perquisiuit. uerũ etiã si eorũ aliqua quæ ægrotis acciderũt, priusq; ab ipsis audiuit, in media locutione in interrogando ac respõdendo ipse forte dixerit, magnã sui admiratione cõcitat. hæc sane omnia à nobis alibi tradita sunt. et hoc loco, ut dictũ est, hęc sola primaq; capita recensente Hippocrate, nos quoq; secundũ primã diuisionẽ ipsa narrauimus. ꝙ si omnia singulatim dicere uellim, & in Prognostica explanationẽ, & De iudicationibus cõmentaria huc trãsferre coactus fuero. Sed præterea ad œconomiam usumq; conducũt, quædam ab Herodoto scripta in libro: quem ipse Medicum inscripsit, à nobis uero, & ubi de præsagiendo sermonẽ fecimus, dicta sunt. Igitur rursum ab initio orationis nostræ capita repetentes, ad aliquod eorũ, quæ primo scripta sunt, transeamus. Quemadmodum in uita omĩa oportuna possidere, uestes dico, uasa, seruos, ad iugũ idonea animalia, & alias pecudes, ædes item, frumentum, legumina, tragemata, uinũ, oleũ, aliaq; id genus omĩa: ab eorũ conuenienti usu ꝙ œconomiam uocant longe differt. sic & in medicina artẽ discere, & ijs, quæ quis didicit apposite uti, haud idem est. ut ipse in tempore interrogare & dicere sciat, in tempore aliquid ab ægrotante, aut eius familiarib. audire, ipsosq; edocere, ut ad seruitia utilissimi sint, & exterius incidentium rationem habeant. quæ à medicis & ægroti domesticis negliguntur. inter quæ maxime utilia sunt, quæ ad decubitus pertinent, uel ad ędes malas, uel ad cubicula, in quibus ægroti iacent, propter odorem tetrum, aut aerem calidum, seu frigidum ualde, aut situ & putredine uitiatum. pręterea molestiæ ac uexationibus, quę à uicinis, aut his qui in publicis uijs uersantur, exhibentur, medicum prospicere cõuenit, ac de his omnibus cũ familiaribus amicisq; ægrotantis disserere. hæc est enim atq; huiusmodi circa laborantes uocata œconomia, id est, administratio.

44 Quoniã in calidiore firmiore in dextris, & nigri, iccirco & exterius uenæ, & lõge biliosiores.

Hoc quoq; loco id quod maxime totum sermonẽ continuat, omissum esse nihil mirum esto. neq; enim liber iste cõpositio est ut diuulgetur, edita,

A sed apparatus quidã, uel adnotationes, quales nobis ipsis conficere solemus. nam si ita uolumen inchoasset, ut in Aphorismis scripsit, quæ deinceps sunt, addidisset toto sermone huiuscemodi instituto: fœtus masculi quidem in dextris uteri partib. consistentes magis inueniuntur, fœminæ in altero eius sinu, sinistro uidelicet. Decens enim est in calidiore uteri parte calidiorem fœtum coalescere. calidior est autem masculus, ut ipsius uenarum magnitudo & color indicat. nigriores enim plerunq; uiri mulieribus sunt. Ita namq; si exactũ opus scripsisset Hippocrates: quale est De fracturis, De articulis, De præsagijs, atq; id genus alia, locutione usus fuisset. quoniã uero, ut dixi, hæc sibi ipsi adnotauit, iccirco orationis caput omissum B est, ipso non significante de masculis in utero hęc dicta esse. marem sane in dextra uteri parte concipi & alij ueteres uiri testati sunt. Parmenides enim ita inquit, in dextris quidẽ pueros, sinistris uero puellas. at Empedocles sic: in calidiore enim pars terrę ad masculũ pertinens fuit, & nigri iccirco & uiriliores uiri, & hirsuti magis. At opinionẽ de maris temperatura ut calidiore ueram esse, exquisite in cõmentarijs De temperamẽtis explicauimus. nunc uero, ut sæpius repetiuimus, Hippocratica placita, nisi obiter, ratione cõfirmare non decreuimus, sed eius tantũ uerba interpretari. Verum & hanc lectionem nõnulli recentiores explanatores immutare ausi sunt, hanc dictionẽ -firmiore- in hanc -firmius- conuertentes. istis namq; non C consentaneũ esse uidetur dextrã partem uteri, ut calidiorem, ita & firmiorem dici. Similiter enim quantũ ad firmitudinẽ pertinet, sese habere uidet̃. atq; ideo scribendum esse aiunt, quoniã in calidioribus firmius in dextris, & nigri. hoc significantibus uerbis, in calidiore uuluæ sinu conceptũ esse firmius, quod idem significat, ac ualẽtius & robustius, quãdoquidem & calidius est natura: de ueritate aũt huiusce placiti, in præsentia (ut dixi) non est tempus differendi. cęterum quoniã nõnulli aduersus dicentes omnes dextras partes sinistris, ob iecoris situm, calidiores esse ac ualẽtiores, contra dicentes inquiunt, at à sinistris cor ponitur, neq; dexter oculus plus ꝙ sinister cernere, neq; dextra auris audire, aut dextrũ crus ambulare cognoscit, sed in dextra manu solum id uerisimile esse uidet̃: iccirco pauca in istos dicentur. maxima namq; de D monstratio, ꝙ plurimi mares in dextra parte concipiantur, illud est, quod ex animaliũ dissectione cõspicitur, duos quidem sinus habente utero per ceruicẽ ambobus cõmunem copulatos, mares sane plerũq; in dextro, fœminæ uero in sinistro concipi deprehẽduntur. Quare satius erat huiusce rei sensui apparentis causam explorare, et non ueritatem subuertere causæ ignoratiõe conari. Sed uos & causam in libro De dissecãdi artis didicistis, ad dextram uteri partem, per renes sanguinẽ repurgatum, ad sinistram uero, immundũ atq; serosum descendere intuiti, cor etiã in medio pectore, non in sinistris collocatum esse uidistis: in hac aũt parte quidã ipsum reponi haud iniuria crediderunt,

quoniã pulsus hoc in loco percipitur sinistro cordis uentriculo sese in ipso commouente.

45 Concretum est, cõstitutum est citius, ubi motum est, desinit, & tardius augetur, & pluri tempore.

Crebrius dixi hoc in libro mille esse lectionum modos, propter obscuritatem alijs aliter ipsas cõcinnantibus, ut cuiq; explanatio uerisimilis fore uisa fuerit. Sed ego ueteres lectiones præpono, & si minime uerisimiles esse uideantur, maioremq; legentibus ambiguitatem prębeat. ob id enim ipsum quispiã eas ita dictatas fuisse credat. Quapropter, licet explanatio sit dubia, nihilominus inter uetustissimos explanatores de his cõuenit: sin ipsas autem mutare ausi essent, in clariorem locutionem permutassent, ut ipsa interpretatio uerisimilior foret. propositis igitur uerbis ita nunc in antiquis codicibus scriptis, & uetustis explanatorib. huiusmodi lectionem agnoscentibus, plurimi recentiorum hanc uocem desinit, exemerunt. aliqui uero ei uoci motum est eam tardius addiderunt, ut locutio eiusmodi sit, concretum est, constitutum est citius, motum tardius augetur. item alij has uoces, & propter hoc, sermoni præposuerunt, ut talis sermo fiat, et propter hoc concretum est, constitutum est. sentẽtia quidem in omnibus his lectionibus haud ita multum diuersa est. Volunt enim interpretes marem, quàm fœminam citius concrescere, atq; constitui, eo quòd calidior sit, atque ob hoc idem ipsum citius moueri aiunt. quinetiam inter omẽs ferè medicos marem q̃ fœminam, non solum figurari, sed etiã moueri citius cõstat. de his aũt & in libro De natura pueri aperte narratum est, queadmodum & apud Dioclem in uoluminibus De mulierum morbis. Rufus autem solum Apolloniatẽ Diogenem in contrariã abire sententiã inquit in secundo De natura uolumine. Sed liber ille in manus nostras non uenit. Quinetiã & ipsæ uterum gerẽtes, mares & citius moueri incipere, & pluribus, ualidioribusq; motibus agitari apparere testãtur. dicitur autem in propositis uerbis, quòd citius cõcretus est, & cõstitutus est, hoc est, compactus & firmus factus est. postea uero mas, quàm fœmina, tardius crescit: incremẽtum autem, utrum id quod in utero solum fit, an quod à partu dicat, in obscuro est. sed illud uerum est, quòd & à partu fœmina cũ uelocius adolescit, tum prius incrementum in ipsa finitur. q͛ celerius augescat, corporis mollitudo in causa est. eiusmodi namq; corpora in tres distãtias, longum scilicet, profundum, ac latum exporrecta facile incrementũ suscipiunt. Verum quòd incrementum in ipsis prius, quàm in maribus desinat, ac finẽ habeat, non amplius ob corporis mollitudinem, sed propter imbecillitatẽ id accidit: facultas est enim in animantibus naturalis, quæ ipsorum incrementi effectrix est. propter quam fortiorem quidem plus augescũt, sed citius crescere ob eius imbecillitatem desinunt. Siquidem igitur ipse Hippocrates hanc uocem desinit scripsisset, tale quiddam significare uideretur: quale & in secundo De morbis uulgaribus, ubi ait, secundum aurem sinistram tumor, postero autem die, & secundum dextram, minor uero iste, & insuper tepescebat. Hi desiuerunt ac euanuerunt, & non suppurauerunt: nam à celeri motu transmutationeq; desinens ac refrigeratum ita nominauit.

46 Qm̃ solidus factus est, & biliosior, & sãguinosior, iste calidior est locus animali.

Propter hoc inquit marem solidiorem biliosiorem, & sanguinis pleniorem creatũ esse, quoniam locus in quo gignitur, eiusmodi est. dicit autẽ dextrum uteri sinum. Hæc quoq; uerba alius aliter scribit. omnes tamen eandem sententiam seruant. Quapropter & accurate nimis, quæ nã sit uera Hippocratis lectio, inquirere superuacuũ est. melius est enim non hoc speculari, sed an id quod dicitur, uerum sit. ueritas autem, ut diximus, per dissectiones exploratur, maribus plerunq; in dextra uteri parte conceptis. causa quoq;, quòd hæc pars calidior sit, tradita est, & ipsa per dissectionem cognita.

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS librum sermo tertius.



VTIS raritas, uentris densitas: cutis colligatio, carniũ incremẽtũ: uẽtris torpor, omniũ confusio: uasculorũ inmunditia, cerebri consumptio, ideo, & caluities, instrumentorum attritio.

Nonnulli hanc à medicis dignoscendorũ enumerationem esse putãt, sed potius quædam res inter se iunctæ coniugatim dictæ esse uidentur. prima autem coniugatio dicta est, ubi inquit: cutis raritas, uẽtris densitas. nõnulli enim propterea uentrem densum, hoc est, adstrictũ habent, quoniam per cutem euacuantur multa. sicut cõtra alteri per superficiem ægre difflabiles multam urinam faciũt, uentreq; exonerant. Item altera deinceps cõiugatio scripta est: cutis colligatio, carniũ incremẽtum. unde innuit, cutis coitionẽ adstrictionẽq; immodici carniũ incrementi plerunq; causam esse. Tertia huic proxima cõiugatio per hęc uerba scripta est, uentris torpor, omniũ cõfusio. torporẽ aũt intelligemus in concoquendis cibis uentriculi infirmitatẽ omniũ planè corporis affectuũ causam esse. Sed quod deinceps dictum est, Vasculorum immunditia: potest quidẽ & cũ modo dicta coniugatione cõiungi. quod enim in uentriculo male

concoctum est, plerunq; uasorũ immunditiæ causa fit. potest uero etiam q cum uentris torpore nõ coniungatur, & de uenarũ deprauata cõcoctione intelligi: ut quemadmodum uentriculi non recte cedens concoctio multa in omni animali cõfundit, sic & in uenis nõ ad bonũ finem producta primũ in ipsis immunditiẽ cõtrahat, hoc est, uitiosorum succorum copiam, deinde magnã noxam afferat. Quare quod est inter hanc clausulam, uẽtris torpor, & hanc, uasculorũ immunditia, cõmune ambabus est, quod ipse appellauit omniũ cõfusionẽ. quod deinceps aũt dictum est, cerebri cõsumptio ideo & caluities, mihi quidẽ istud significare uidetur, cum cerebrũ se ipso lõge minus euadit, (istud uero ipsum naturaliter siccius habẽtibus euenit) tunc ab ossibus superiacentibus recedit, quæ ab artis dissectoriæ professorib. Græco nomine bregmata uocantur, Latini sinciput dicunt. Hæc duo sunt utrunq; rectis quatuor lineis circũscriptum, unam quidem per suturam in longum porrectam utriq; ossi cõmunem, posterius lambdalis suturæ, prius coronariæ uocatæ, lateribus: utrobiq; autẽ squamosis cõmissuris. uerũ ab alijs caluariæ partibus potissimũ quidem sæpius cerebrum non recedit. quod si & quandoque recesserit, at saltem ob carnes ossibus subiectas haud prorsus cutis humiditas exarescit. quocirca neq; crines defluũt. quãdoquidem in cõmẽtarijs De temperaturis habuistis, neq; ex præhumida cute, neq; ex ualde arida pilos enasci. capitis sanè cutis pueris mulieribus & eunuchis humida est, sed caluis imodice arida. cerebrum quidẽ in iuuenibus, molle cum sit atq; humidum, caluariam tangere, omnemq; interiorem inanitatem cõplere, in senibus uero siccescẽs subsidensq; ab ea distare sæpius in animalium dissectionibus cõspexistis. At nunc Hippocratis decretorũ ostensiones afferre, nisi obiter, nõ est propositũ, sed obscura uerba illustrare, simul per capita interdum causas adijcere alibi demonstratis placitis cõcordes. consumptionẽ aũt cerebri, hoc est, perfectum interitũ, ut ipsum in totum absũptũ sit, neq; cogitari posse in uiuo animali fieri omib. in confesso est. Quamobrem hoc superest intelligendum, cõsumptionẽ cerebri, cõminutionẽ esse quã ex siccitate in caluescentibus fieri diximus. ut sincipitis ossa alijs fistulosiora et molliora ac super incumbentia ob cerebri defectũ exaruerint, cum ad ipsa usq; nõ pertineat, neq; ea attingere possit. subsidet eñ in suãq; ipsius basim depressus cadit. consequenter igit̃ ossibus istis resiccatis, & ipsis obtenta cutis inarescit, atq; ipsi sensui ualde sicca in caluis apparet, ut rationali demonstratione nõ egeat. quãdo igitur ualde cerebrũ exaruit, ut quibusdam in extrema senecta cõtingit, tũc & neruorum exortus inarescere necesse est. Quare neque perinde, ut prius, uidere licet, neq; audire, neq; aliud quicq; per sensus & uoluntarios motus ualenter perficere. sed omnia istarũ actionum instrumẽta, per quæ fiebant prius, exoluta, infirma, atq; debilia reddunt̃. quod par est ipsum instrumentorũ attritionem appellasse, per trãslationẽ à uestibus attritis & uasis appellationẽ accipientẽ. & hęc eñ post diuturnos usus se ipsis aridiora euasisse cernuntur, quando ipsa attrita esse dicimus. Quidam sanè hæc scripta coniugatim intelligere nequaq; uolentes, & singula prædictorũ accipiẽtes, hisce uerbis Hippocratẽ cõsulere aiunt, ut ipsorũ facultates consideremus, ut statim, cutis raritas. prima enim hęc scripta est. cognoscere enim quid ualeat, conuenire aiunt, ut ipsam, cum usus postulat, faciamus, quumq; opus nõ fuerit, ammoueamus. scriptum est igit̃, inquiunt, & in lib. De alimento, raritas corporis ad difflationẽ. quibus plus adimit̃, salubriores, quibus uero minus, morbosiores. Sed his repugnat q̃d inter hæc scriptũ est, uentris densitas, inter uidelicet cutis raritas, & cutis colligatio, siquidẽ erat rerũ medico scitu utiliũ enumeratio, quinetiã & q̃d post hæc ita scriptũ est- uentris torpor, omniũ confusio- ipsum omnia ea scribere indicat, quæ in unum coire apta sunt, & nõ simpliciter qui sint in corpore affectus geniti, quos cognoscere opus sit. istud enim omniũ cõfusio, non est affectus ullius, sed malorum ex affectu prauo nascentium indicatorium.

2 Detractio cursibus, luctationib. quiete, multis ambulationib. uelocibus. carne ouilla, maza cocta, plerunq;, panis paucus.

Euacuationis nomen de solis liquidis dicitur, Detractionis, de solidis quidẽ magis, interdũ uero & de liquidis, nempe modo dicta liquidorum solidorũq; minutioni cõmunia sunt. cum sine purgatione, aut sanguinis euacuatione ipsam facere in sanis scilicet uoluerimus. ægrotum enim nullus cursibus & luctatiõibus curauerit. nam his alijsq; similibus exercitationũ genus cõmune est, ad discorũ, telorũq; iactus amplificatũ, item ad saltus, halteras, armatorũ certamina, & ad oñia uitæ munia, præsertim quæcũq; in agri cultura exercent arantes, metentes, ac fodientes. oẽs igitur exercitationes & carniũ, & adipis, & succorũ abundantiam minuũt. unũ aũt corpus omnibus istis uti nõ potest, sed secundũ habitus, & ætates, & uires, & consuetudinẽ singulis idoneã exercitationẽ inuenire cõuenit, ut in lib. De tuẽda sanitate didicistis. nunc enim ex Hipp. uoluminũ explanatione medicinæ præcepta nõ discitis, cũ hæc prius ordinate in proprijs libris habueritis: in quibus omnibus & ipsius placita cũ demõstratione cognouistis, et placitis cõsentanea singulatim omnia habuistis. cæterũ uos dictorũ ab ipso seriem assequi studentes hęc me uobis cõmentaria cõficere & si nolentem rogatũ uoluistis. obscuri nãq; sermones scientificã explanationẽ nõ admittũt. nunc itaq; statim hac uoce deinceps scripta- quiete- aperte cognoscere non licet, quid per ipsam Hippocrates significare uoluerit, sed queadmodũ in alijs obscuris locutiõibus, ita & in ista per cõiecturas agere opus est: cũ hoc isti, illud alij uerisimilius uideat̃, quemadmodũ & uisum est, & alius aliter, quietem interpretatur. potest eñ & de cessationibus, quę exercitationibus interponuntur, dicta esse, sicut in

A Aphoriſmis dixit, cum inceperit laſſari, quietem agere ſtatim laſſitudinem tollit. poteſt etiam & de ceſſationibus per integros interiectos dies futuris intelligi. poteſt autem & integram quietem aliquibus corporibus conſulere. nam ſi ipſe ita dixit, Motus roborat, ociū tabefacit, poſſet ſanè & otioſa uita corpus attenuare. ita enim quibuſdam ab exercitationib. ad ociū traductis euenire conſpeximus. ſed certas cōditiones ſtatuere opus eſt, quinam ſint iſtis extenuandi cauſa indigentes, neque enim abundantiū humorum euacuatione opus. nunquam enim id præſtare ocium poteſt. Iure itaq; nonnulli de carnium detractione ſermonem ipſi nunc eſſe aiunt, nōn de humorum inanitiōe, ut in plenitudine, & aquoſis habitibus fit. po-

B teſt quidem de ambobus ipſo ſermonē faciēte, omnium auxiliorum enumeratio eſſe, & quę utriq; detractioni cōmunia ſunt, & quę alteri ipſarū propria. poteſt autem & poſt exercitationes quietem ſcripſiſſe, de ſingulorū dierū exercitatiōibus quieteq; ipſis ſuccedente ſermonem faciens, ne exercitati cibaria (ut moris eſt) illico aſſumant, in corpore adhuc ab exercitatione calorē ſeruantes. ſed poſtquā exacte refrigerati ſunt. nam & hoc in libris ſalubribus, & ab alijs. & ab Eraſiſtrato, rectè dictum didiciſtis. Quare & ex hoc conſtat, multū coniecturæ in dictorū ob breuitatē obſcurorū explanatiōibus ineſſe. præterea cum uerba, ut lubet, ſcribere licet, longe ſanè obſcurior ueteris ſententia redditur. nunc quidem in propoſito ſermone aliqui ſcribunt - quiete multa - neque uetuſtis co-

C dicibus, neque illis qui primum uolumen hoc interpretati ſunt, huiuſmodi lectionem agnoſcentibus. ſi quis uero hanc nos explanare cogat, quietem poſt exercitationes multā agi, ipſum pręcipere dicemus. uerum hæc omittenda eſt: & ab omnibus conceſſam lectionē declarantes, ut ambulationibus multis ac celeribus quis utatur ipſum conſulere affirmabimus. tardę enim, quemadmodum & tardæ exercitationes, corpora pinguiora efficiunt. Atqui demiror, cur de illis loquens omiſit hanc particulam, uelocibus: ſiquidē ueloces curſus, exercitationesq; ſimiles & carnium molem detrahunt, & ſuccorum exuberantiam inaniunt, fereq; ab omnibus hoc & exercitatoribus & medicis conceditur. Hippocrates igitur deinceps detractione egentibus aptam alimoniam deſcripſit, ab uno exēplo (ut ſolitus eſt) eius, quod cōmuni-

D ter omnibus conuenit, ſibijpſi cōmentariū faciēs. iſtis autem in uniuerſum alimenta multum nutrientia non danda ſunt, qualis eſt ſuilla caro, ſed parum nutrientia, qualis eſt ouilla caro, quæ ſanè pecudis eſt. & quæ Græce maza dicitur, inter modice alentia reponitur. quo circa ipſius quidem plurimum, panis uero exiguum accipi iubet.

3 Detractionis ſignū eandē horā diei ſeruare. repente enim trahitur.

Præſentia uerba cum ante ſcriptis, ubi detractio ut facienda eſſet, edocebat, cōiungi clarum eſt. ut igitur cognoſcamus, num eius modum recte coniectura aſſecuti fuimus, huiuſce rei ſignum nunc tradit. Sed iſte ſermo propter eam quam ſępe diximus, cauſam nobis obſcurus redditus eſt, quòd uidelicet non, ut emitteretur, hunc librū ſcripſit, ſed ut formulam quandam & apparatum ſibijpſi moliretur. ad editionem enim ſcribens utiq; omninò declaraſſet, quam diei horam eam dicat, in qua detractionis ſignum obſeruare oporteat. cum igitur ipſe non ſcripſerit, quid aliud quiſquam probabilius intelligere poſſit, ꝙ quòd eadē diei hora eum ducētes ad exercendū, qui detractionis indigeat, obſeruemus, ut iuſſit, nunquid de repente ſubtrahatur, hoc eſt, moles quidem corporis cōcidat, cadat autem & debilitetur facultas: nam procul dubio hæc uox ἀρύεσθαι trahi ſignificat. poteſt autem & ab illo ad hæc transferri, propter rerū naturam, de quibus ſermo eſt, quibus, ut ſæpius dixi, in obſcuris narrationibus quæ prius ipſi nouimus, adaptamus: At quidam loco huius uocis ἀρύεται, hoc eſt trahitur, hanc ſcribunt ἐρέπεται, hoc eſt cadit, rei declinationem ex hac uoce magis lucidam fore ſperantes, ſed antiqua lectio hanc uocem ἀρύεται, hoc eſt, trahitur habet.

4 Remittito labores aut defluet.

Et hoc loco nonnulli ſcribunt, ſubtrahito ex laboribus, aut defluet. orationis aūt uis hæc eſt; omnis euacuatio niſi paulatim fiat, uires proſternit, & corporis habitum ſubito ualde digerit. propterea igitur quidā ſcripſerunt, remittito labores, aut defluet, copioſam euacuationē per hoc uerbū fluxurū eſſe ſignificare uolentes. Alij uero ſcribunt, ἣ ἀρύεται. i. quatenus conſumitur, literā η addentes, & circūflectentes atq; cum iota ſcribentes, ut ſignificetur, ita ex laboribus ſubtrahere, ut homo conſumitur. hoc uerbū aūt ἀρύεσθαι de corporis cōſumptione, uiriumq; caſu ab ipſo dictū fuiſſe aiūt: ut eiuſmodi oratio ſit, minuere labores conuenit, cum uires cadunt, & corpus digeritur. quinetiam & qui ὀφάψεται, hoc eſt, labetur, ſcribunt, ad uirium caſum orationem referunt.

5 Similiter enim totum concidit.

Hanc clauſulam poſt ſuperiorē in antiquis exemplaribus omnibus inuenio: quam ita ſe habere ueteres etiā explanatores aſſerunt, necnō & quidam ex recentioribus Sabini ſectatores. nullam tamen eius interpretationē attulerūt. totū ēm prædictum ſermonē cum adſcripſiſſent, deinde ſingula eius uerba interpretati, huiuſce partis explanationem omiſerūt, quēadmodū neq; Zeuxis ex antiquis interpretibus unus & ipſe. Quidam ſanè aiūt ab Hippoc. dictū fuiſſe, ſimiliter enim totū concidit, tale quoddā innuere uolēte: ut repletio nocet, ideoq; ipſam detrahere oportet, ſic & præter modū euacuatio ęque, ac repletio noxia eſt. ob ipſam ēm corpus detrimentoſe tabeſcit. ſicut ex plenitudine mole nimia turget. ſed quidam hāc interpretationem ut incredibilē uituperātes, aut nullo pacto hanc ſermonis partē ſcripſerūt, aut in hæc uerba trāſmutarūt; ſubito ēm ualde fluet: Hippocratem nobis præcipere uolentes, ut diligēter corporis detractionē obſeruemus. repente ēm ipſis magna digeſtio ac defluxio in exercitationibus acci-

dit, cũ deinceps plurib. diebus aliquis ipsos ualde exercuerit, tenuiterq; cibos exhibuerit.

6 Cum uero iam contabuerint, prębere suillas assas oportet.

Per antedicta immodicã detractionem cauere nos iubet. Sed qm̃ interdũ inuitũ in eam incidere cõtingit, uult & ad ea medicũ paratũ esse debere, siquando repente magna detractio facta sit. tũcq; suillas carnes tostas exhiberi cõsulit. suillas quidẽ carnes, q̃ multũ nutriãt, tostas uero, q̃ solidam & exiguã molem astrictã, non humidã laxamq; carnem creent. At quidam loco huius uerbi- præbere- offerre suillas assas, scribunt, eandẽ quidẽ sententiã seruãtes, sed ut magis proprio uerbo- offerre- loco istius- præbere- utentes.

7 Cum replentur autem, signum rursus floridum corpus est.

Et id ipsum breuibus descripsit omnis refectionis cõmune signum. Floridum enim corpus euadit, & in exercitationibus, et illis alioqui, qui ex optimo sanguine instaurati sunt.

8 In exercitationibus signum, sudor stillatim ut ex aquæ ductibus exit, aut depresſio ex elatione.

Et hoc loco sermoni deest casus, aut detractionis uox, aut id genus aliquid. Quocirca ipsum nõ nulli addere, tanq; à principio ita scriptũ nõ dubitantes, interpretati sunt, talem sermonẽ facientes, in exercitationibus signũ, sudor, ut ex aquæ ductibus effluẽs. Deinceps aũt signũ aliud esse, depressionẽ ex elatione. oportet enim & hic subintelligere, subitam ac magnã, ipso superius dicente. Repente enim trahitur. Hæc autem corpore immodice digesto euenire palàm est.

9 Mulier quam primo in Cranone curaui. lienis magnus natura, febris ardens, ualde rubra, spiritus, decimo die sudor multus superius, uerum etiam inferius, decimo quarto die.

Nihil notatu dignum ex his uerbis discere nobis licet. Admiratus aũt fuerim, si & ipse Hippocrates omissa urinæ mentione ita scripsit. quoniã si eam adiecisset, aliquid plus ad reminiscentiã lucratus fuisset, ac nobis etiam eadem ratione profuisset. Et hoc quoq; sermonis initio scriptũ obscurũ est- quam primo curaui- nam quæstione dignum est utrum sua ipsius causa, ut nominũ & locorũ, in quibus ægroti iacebãt, meminisse cõsueuit, ita & nunc adscripserit, quã primo curaui, quo nominis mulieris memor sit. aut nunc ex recidiua hominẽ ęgrotasse significat. Ita & spiritus, qui decimo die accidisse script⁹ est, obscuritatẽ parit, nũ quãlibet simpliciter anhelitus difficultatẽ, an solum incitatam, & ualde crebram ægre spirãdi speciem significet. Sed quidam & in uentre multũ spiritum collectum esse per hæc uerba significari putant. Hæc quidem, quãtum ad uerba pertinet, obscura sunt, Alia uero, quantũ ad sententiam, non minus difficultatis cõtinent. Vtrum enim ex solo affecto liene mulieri acciderit & ardenti febre, & anhelitus angustia, seu uentris inflatione laborare, & colore ualde rubro esse, an & alius quispiam febrilis affectus ipsam uexauerit, ob quem in hęc mala inciderit, incertum est. Sed potissimum (ut dixi) est nos lotia, qualia usq; ad iudicationẽ fuerint, & cur decimo die sudores apparuerint, ignorare. Ipse nãq; quibus diebus accessiones uehementiores sint, ascribere solitus est. Vt ipsum sciamus ex multa in singulis experientia peritiam acquisiuisse ex qua in uniuersum sententiam hanc de omnibus morbis protulit, Quorũ accessiões imparibus diebus fiunt, eorum & iudicationes imparibus diebus absolui. Quod omnium uero in proposito sermone absurdissimum est, utiq; dicam, mortuáne an sanata sit mulier, prætermissum esse. Iccirco & eam uocem- minus- quæ inter hunc & sequentem sermonem scripta est, quidam sanè huic adijciunt, alij sequenti præponunt. Profecto si scriptum fuisset, decimoquarto die mulieri bonam iudicationem factam esse, rationabile utiq; foret huic sermõi eam uocem- minus- nõ adijcere. cum dixisset enim decimo die sudores mulieri multos emanasse maiori ex parte superius, ac postea deinceps subijciens, uerum & inferius decimo quarto: quomodo profecto, si omnino liberata est mulier hanc particulam- minus- adscribere potuit? Igitur uerisimile magis est, bona iudicatione facta, per omne corpus effusos esse sudores. Rursum si quis mortua muliere perniciosos fuisse sudores crediderit, iure propositi sermonis calci hanc uoculam- minus- adiecerit. ut oratio talis sit, sudauit quidem, & decimo die superius magis, uerum etiam inferius. sudauit autem & decimoquarto, inferius minus. Ad sequentem igitur sermonem iam descendamus. in ipso enim fortasse aliquid clarius inueniemus, unde quo loco eam particulam- minus- reponere debeamus, in propositíne sermonis calce, an in sequentis initio percipere ualeamus.

10 Minus ijs, qui ex capite grauedine laborant, & raucitate, cũ febre correpti sunt, utputo, recidiue fiunt.

Subintelligere oportet, finita febre. qui enim aliter ipsis recidiuis minus accidere putabimus, nisi prius febris desierit? Quod si hanc uocem- minus ab his uerbis abstraxerimus, ut quibusdam eam superiori sermoni subiungentibus uisum est, huic cõtraria orationis sentẽtia erit. His uidelicet, qui ex capite grauedine laborãt & raucitate, cũ febre correpti sunt, recidiuas fieri nobis intelligentibus. Igit q̃d in omnib. facimus, non orationis uerisimilitudine, sed ijs quæ euidẽter in ægrotis cernuntur, quæsita dijudicãtes, si & nunc faciemus, hanc particulã- minus- uerbis istis rectè fuisse prępositã inueniemus. Febris nãq; post grauedines & raucitates ueniens, ipsas firmius & certius concoquit. ut non iterum facile reuertantur, etiam si aliquid erroris cõmissum sit, alijs ex febre sine tali causa, ob commissos errores in morbũ recidentibus

tibus. Sed cur in sermone hoc additum est, ijs qui A ex capite grauedine laborāt? neq; em̄ ab alio mēbro grauedines oriunt̄. An sermo iste ita dictus esse potest, ut in his uerbis etiam dictū fuit- uertebræ aūt, quę in dorso- Potest quoq; has particulas ex capite- addidisse, quoniam raucitate laborantium in ipsis uerbis meminerat. nā & alia ratione raucitates fiunt. potest quoq;, ex capite, adiectum esse, ipso sibijpsi reminiscētiæ causa breuiter scribente, quò à paruis grauedinibus, quæ ab externa aliqua causa pueniūt, ipsas distingueret, ut indicaret, de illis ab ipso sermonem fieri, qui ob naturalem capitis imbecillitatē eo uitio facile caperentur. hos enim quispiam iure ex capite grauedinosos appellet, non à frigore, aut æstu, aut aliqua simpliciter externa causa. Illud aūt uerbū- puto- in qui B busdam codicibus additum est, significans ipsum de quibus rebus loquebatur, ambigere. sed rationi cōsentaneum est, & sine illo uerbo- puto- scribi posse, cum uerū sit id quod dicitur. in sequentibus autem uerbis, ea quæ recte dixerat, ratione corroborat: ad ipsa igitur iam transeamus.

11 Om̄e suppurās nō reuertit̄. ipsamet em̄ concoctio, & iudicatio, simul & abscessus.

Haud obscura oratio est memoria tenentib. ea, quę sæpius iam de concoctione dixit. Nunc uerò & eorum (ut dixi) superiorum uerborū causa meminit. ut integra oratio talis sit, & grauedinosis, & raucis, ob distillationes ex capite, cum superaddita febre frigida iuxta atq; humida fluctio cōcocta fuerit, & concocta fuerit expulsa, firmam morbi C iudicationem fuisse, neq; amplius hominem denuo ægrotaturum spera.

12 Aliquibus cū uenere utuntur, inflatur uenter, ut Damagorę: aliquibus uero in eo strepitus, Arcesilao intumuit.

Hæc quoq; uerba alius aliter scribit. Et quidam ipsis hæc addunt, cum incipiunt dictionē- aliquibus- ab initio positam adimētes, & narrationē talem faciētes, quum incipiunt uenere uti, inflatur uenter. Voluntq; isti, incipientibus uenerea, hoc est, primum aggredientibus opus illud, ea quæ in sermone deinceps traduntur, accidere. tametsi lectionem hanc neq; liber aliquis antiquus, neq; explanator agnoscit. Nihilominus Sabini sectatores D de coire incipientibus ipsi sermonem esse aiunt. quamuis Hippocrates nomine proprio hominis unius Damagoræ meminerit. Id autē facere consueuit, cum paucis res quam narrat, acciderit. Atqui pręterquā quòd de his quicquam Hippocrates scriberet, experiētia oportuit quid appareret, addiscere. neq; enim primum uenere uti incipientibus uentrem inflari, aut strepitum in uentre personare contingit. Sed quibusdam potius raro, iam inclināte ætate, & affectu flatuoso uocato, præcordiali, & melancholico uexatis, cum uenere utuntur, inflari magis uentrem cōtingit. ijsdem quoq; ipsis, ut assidue coitū appetant, euenit. Quod igitur plerunq; iam antea dixi, siue scripturas uarias, quas in his uerbis fecerunt, omittam, siue omnes recenseā, utrunq; multi reprehendent, ex suis ipsorum cupiditatibus, non ex rerum natura modum in orationibus dijudicantes. Quinetiam si aliqua ex dictis & scriptis dixero, aliqua prætermisero, sic etiam nonnulli qui accusent, inuenient̄, quòd aliqua dixerim prætermittēda, præsertim cum nugatoria sint, aliqua dicenda subticuerim, quæ dictis peiora non essent. In congressibus utiq; quotidianis quamcunq; explanationem qui intersunt ab illis ipsis percūctati audire uelint, eorū uoluntatibus sese aptare & assentiri respōdentes conantur. At in libro id facere non licet. propterea mihi constitutum est, in plurimis quidem Hippocratis sermonibus, aut nequaq; ueterem lectionem permutantium, aut prorsum absurde interpretātium meminisse. Aut non omnino à ueritate abhorrentia proferre. Atq; horum meminisse oportet eos qui commentaria legunt. Eadem enim in singulis clausulis repetere graue est. Quod igitur dicebā, Sabini sectatores, quòd primum uenerem expertis in propositis uerbis dicta eueniant, ut uerum credentes ipsius causam afferre conantur. At alij contrà, quàm hi uerborum lectionem hanc faciunt: sunt quibus, cum uenere utuntur, inflatur uēter. Sabini quidem discipuli non præter rationem coire incipientibus id accidere asserunt, primum quidem quoniam magna innouatio ac permutatio in corpore fit (scribunt enim sic ipsi) ob quam immutationem, flatum comitialem morbum, renum affectus, aliaq; longa uitia procreantur. postea uero quoniam & Democritus inquit, homo ex homine in coitibus gignitur. quinetiam quoniam inquiunt, multum pruritum ac morsum ob seminis salsuginem atque acrimoniam patiuntur. quumq; fœminarum (ut aiunt) & marium communis ratio sit, in fœminis euidentem causam esse dicunt. utero namq; intestinum subijcitur, uesica superiacet. par est itaq; ipsam distētam, & in uenerem cōcitatam utriusq; excretionem retinere. flatu igitur incluso assidue inflari. atq; lotio retento abdomen intumescere. Hæc sane à Sabini sequacibus haud uerisimiles causas eorum, quæ nō fiunt, assignantibus referūtur. neq; enim hæc adolescentulis coire incipientibus, sed atra bile uexatis & flatuosis nominatis eueniūt. qui quidē post declinantem ætatem huiusmodi uitijs afficiūtur. prorsus enim flatu repleri ab ingeniti caloris debilitate prouenit. eo namq; recte ualente horum nihil exoritur. Nam Aristoteles in libro suo De propositis & causam quærit, ob quam melancholicis libidinosis esse contingat. dicitq; in ipsorū pręcordijs haud paucum spiritum flatuosum excitari, atque ideo eiusmodi uitia spirituosa præcordialiaq; nominari. Diocles etiam & Plistonicus alijq; multi medici sic ipsa uocari dicunt. Verum haud malum fuerit & quædā uerba ab Aristotele scriptore tulisse. Hæc ita se habent. cur melancholici libidinosi sunt: an quòd spiritu abundāt, semen enim spiritus excretio est. cum iste igitur copiosus sit, necesse est ipsius purgandi sæpius incessat cupiditas, subleuantur enim. Quapropter etiam pro hac

uoce -ſtrepitus- maluit ſcribere- timor- ut Hippocrati de melancholicis ſermo ſit, quorũ maxime proprius timor eſt. aliud enim alij formidoloſum uidetur, unum quiddam ſaltem ipſis ſingulis omnino, quando planè modice contriſtantur. Si uero immodice, & duo, & plura, & permulta, quibuſdam etiam ipſorum omnia. Erit itaque ſecundum Ruffum lectio huiuſmodi. Quibuſdam cum uenere utuntur, inflatur uenter, ut Damagoræ, unde his timor. Verum ſecundum ueteres interpretes, ut ab initio, ſcriptum eſt, illorum enim ſcripturam ſemper adijcio, & ſi ab illis primis deſcriptoribus corrupta fuiſſe uideatur. ſatius eſt enim ut iam ſæpius repetiui, lectionẽ, ut inuenta eſt, enarrantes, ita deinde ipſos aliquid ulterius excogitantes addere, idq; ipſum iudicare. Sed & Sabini diſcipulorũ explanatio tradita eſt. Capito aũt ita ſcripſit. Aliquibus nonnunq;, cum uenere utuntur, inflatur uenter, ut Damagoræ, aliquibus uero in his ſtrepitus. Dioſcorides uero ſic, Aliquibus quidem, cum uenere utuntur, inflatur uenter, ut Damagoræ, aliquibus in his ſtrepitus. iſte enim eam particulã- uero abſtulit. Quin & in nomine hoc- ſtrepitus- explanando, inter ipſos explanatores non conuenit. nonnulli quidẽ murmur ſignificari dicunt, quidã ructum, alij flatus per ſedem exhalãtes. Itẽ alij quodlibet iſtorũ ſimpliciter, qualiſcũq; in inteſtinis motus ſit aurib. perceptilis. ſunt enim & alij quidam præter murmura, in inteſtinis motus ac ſtrepitus, nonnulli quidem ſonis perſimiles, aliqui uero ſibilis, aut alicui huiuſmodi. At Arceſilao, inquit, non modo uenter inflabatur, ſed etiam intumebat, hoc eſt, œdema, id eſt tumorem habebat. dixi autem alias ſæpius œdema ab ipſo uocari omnem præter naturam tumorem ſiue phlegmones, ſiue eryſipelatis, ſiue ſcirrhi naturam ſapiat, cum recentiores medici ſolum laxum tumorem œdema uocent. Cæterum qualem nam Arceſilao tumorem excitatum eſſe dicat, queſtio haud parua eſt. mihi ſanè œdema proprie à iunioribus acceptum dixiſſe uidetur. non tamẽ incredibile eſt aut eryſipelas, aut phlegmonem, aut ſcirrhum, aut eiuſmodi aliquid coitus tempore, uel paulo poſt exortũ fuiſſe, ruſumq; haud ita multo poſt id reſediſſe: ab interpretibus autem tota hæc ſpeculatio ſilentio præterita eſt. Huius quidem Arceſilai & alio huius libri loco mentionem fecit Hippocrates, ubi ait, in acceſſib. quibus ſtrepunt, ut Arceſilaus. Manifeſtum eſt igitur huiuſmodi hominibus uentrẽ flatu eſſe repletũ, huncq; præ contentione in coeundo facta excerni cõtingere. At Dioſcorides ita hæc uerba ſcripſit, Arceſilao autem male olebat flatuoſum. pro eo quod eſt malum odorẽ exhalabat flatuoſum. ita eñ ſcriptum eſſe uoluit. At reliqui omnes hanc uocem, flatuoſum, ſequentis ſermonis initium eſſe uoluerunt, ut deinceps ſcriptum eſt.

13 Flatuoſum in furfuroſis ſimul cauſa eſt. etenim flatuoſi ſunt.

Quos furfuroſos dicat, inuentu difficile eſt, mo-
A do quis non ut Herodoti & Cteſiæ tanquã hiſtoriam ueterum medicorũ libros euoluat, ſed quo ad artis opera magis proficiat. Multi autem interpretes id negligunt, & maxime quicunq; ſophiſticam doctrinæ ſpeciem admirati ad eam explanationem deueniunt, quæ ad manũ eſt, quamq; uerba ipſa præ ſe ferunt, neq; præterea in ægrotantibus dictorum ueritatis periculum faciunt. Igitur ita quoq; nũc eos furfuroſos dictos eſſe intelligẽtes, quibus aſſidue in capite furfures creanẽ, iſtius rei cauſam referre conantur dicẽtes, ab excrementis caput ſubeuntib. furfures prouenire, excremẽtaq; in ſublime à calido ſpiritu ferri, ob idq; iſtos flatuoſos eſſe. At ipſorum improbus ſermo eſt,
B primo quidem quoniam euidentis rei teſtimonio caret. mille enim minime flatuoſos nouimus, quibus in capite perennis furfurum prouentus eſt. ſecundo, & ſi res ipſa teſtimoniũ ipſis fauens præberet, omnibus calida excrementa contrahentibus cõmunis hæc ratio eſſet. & tertio ad hæc q; ipſius capitis plerunq; ob propriam eius tẽperiem ſymptoma eſt, furfures creare, & ſi humores naturaliter affecti ſint. Iure igitur quidam ueterem lectionem commutantes ſcripſerunt, flatuoſum cauſa ſimul eſt alatis. medicis autem conſuetudinem eſſe eos alatos nominare, qui ſcapulas eminentes auiũ alarũ inſtar retrorſumq; productas habẽt, uos nõ latet. iſtis igitur, inquiũt, flatuoſum ſimul eſſe cauſam, ut in affectum incidant, quemadmodum inci-
C dunt, hoc eſt, in ſcreatum ſanguinis. ipſos enim flatuoſos eſſe. Quod quidem ad frangẽdum aliquid in pulmone, adiuuans cauſa ſit flatuoſum, neminẽ præterit. an uero & anguſti pectoris homines flatuoſi ſint, id experientia nobis curioſe inueſtigandum eſt, Mihi quidem ferè omnes eiuſmodi uiſi ſunt, & forſan ob uitalis caloris penuriam, quẽ ex corde emanare didiciſtis. Igitur alati exiguum cor habentes ſecundum quoq; huius proportionẽ & calorem ab ipſo in omne corpus emanantẽ imbecillum habent. ob huius namq; ab ipſa origine infirmitatem cor (ut didiciſtis) exiguum creatũ eſt. Quidam autem, non- alatis- ſed febriculoſis ſcribunt, locutionem huiuſmodi faciẽtes- flatuoſum ſimul cauſa eſt febriculoſis, & enim flatuoſi ſunt.
D Verum neq; ipſi recte ſentiunt, oẽs febriculoſos flatuoſos eſſe arbitrantes. Dioſcor. ſanè, ut paulo ſuperius dicebã, in calce proximæ clauſulæ hanc uocẽ- flatuoſum- collocãs ita propoſita uerba ſcripſit- ſimul cauſa alati- ut tota ipſa continuata locutio ita ſe habeat- Arceſilao aũt male olebat flatuoſum. poſtea deinceps ab alio initio - ſimul cauſa alati- etenim ſunt flatuoſi. Abunde igitur de flatuoſis iam dictũ eſto: ne oratione in præſentia & ſemper multa me ſcribere negem, re autẽ nimis uerboſus eſſe deprehendar.

14 Frigidũ ualde uenas frangit, & tuſsim citat, ut nix, cryſtallus: & cõtorquet, ut pherea, & gongronæ: ſimul cauſa duritiæ.

Et in libro De liquidorũ uſu, & in Aphoriſmis fuſius diſputatũ eſt, qualis nam frigidi facultas ſit. nunc

nunc quoq; aliqua ipsius opera per quādam uelu ti designationē relata sunt ad eius cōmunem uim explorandam utilia futura. Quantū enim in ipso est, omnia quæ attingit, frigidū cogit, densat, strin git, colligat. Quocirca & sensum latētes corporū meatus & sensibiles exitus obturat. sic igitur & in Aphorismis scripsit, In istis uero frigido uti, cum sanguis erupturus est, nō in ipsa, sed circa ipsa, unde effluit, & quæcunq; proprie frigidi facultatis, quādo nullo medio operat̃, deinceps opera enumerauit. item cum dixit, frigida ut nix, crystallus, pectori inimica, tussiū excitatoria, sanguifluarum uenarum prouocatoria, & distillationū inductoria. illud quidem-pectori inimica-secundū ipsius frigidi facultatem dixit. Illud autem-tussium exci tatoria, sanguifluarū uenarum prouocatoria-per alia media. Quoniam enim in se ipsa compinguntur atq; constringuntur uasculorū sanguinem cōtinentium corpora, propterea nonnunquam ipsorum tunicas frangi cōtingit, ut quod à multo con tento in laxis receptaculis fit, id à nō multo disten tis eueniat. Ideo igitur in propositis uerbis nō absolute frigidum uenas frangere, sed ualde frigidū, dixit. eiusdem sententiæ uerba & in Aphorismis scripsit dicens, frigida ut nix, crystallus, per exempla quæ nā sint ualde frigida, interpretatus. Item cum in Aphorismis dixerit, ulceribus frigidum mordax, cutem obdurat, nūc dixit, frigidum contorquendi uim habet, quod idem est, ac copulandi. sic igitur & in neruosis mēbris tumores creat, & in neruis ganglia quæ uocantur, & alias quasdam tentiones, alias oblongiores, alias rotundiores. mihiq; uidetur oblōgiores uocasse pherea, ro tundiores autem gongronas, pherea quidem eas uocans, quæ Phereorū similitudinē habent. ita enim quidam Iones satyros appellarunt, quos pingunt finguntq; oblongos apud aures excessus habentes. Gongronas uero rotundiores cum duritia excessus. quales in quibusdā arboribus appen dices sunt, quas gongros uocant. ut etiam Theophrastus in primo De stirpibus ad uerbum ita scripsit, Nonnulla uero habent & uocatos à quibusdam gongros, aut ipsis proportione respōdentia, ut olea. Dicunt & aliqui nunc etiam in Thessalia se quosdam audiuisse tales duritias, quum in collo creatæ sunt, gongronas appellantes. Verū quē quam pherea dicentem neq; ipse usquam gentiū audiui, neq; aliquē qui audiuerit, noui. quamuis nonnulli explanatores Hippocratem dicāt pherea uocare, quæ Pheris peloponnesi ciuitate abūdant. Alij per ε psilon primam syllabam scribentes unà cum ph scilicet, pherea, dicunt ipsum appellare, quæ Pheris Thessaliæ urbe plerunq; oriuntur. At quòd ipse lōgiores excessus pherea nominet, illud etiam, quod in septimo De uulgaribus morbis ad uerbum ita scriptum est, In uulgus crassabantur tusses, maxime uero in pueros, quæ secūdum aures, qualia satyris: testimonium dictis nostris præbere uidetur. Sed quod in calce propositi sermonis scribitur-simul causa & duritiæ-id significat, dictorum uitiorum à frigore creationes

A adiuuans causa est & corporis, in quo affectus oriuntur, duritia: id est, cum homo duro naturaliter corpore sit. Eadem enim ratione & frigidum, & dura cutis, positorum affectuum originis causæ sunt. Nam quoniam (ut ipse inquit) frigidum cutem obdurat, ideo huiusmodi affectus creat, succis sub cute cōtractis per ipsam transire nequeuntibus. Quibus igitur natura cutis dura est, istis & ipsa simul causa fuerit, ut ne crassi lētiq; humores digerantur: sub ipsa uero congesti duros uocatos & scirrhosos tumores efficiant. Quod etiam uenarum disruptio ob frigidi uim natura duriorib. euē tura sit, nemini dubium est. Nam si à sanguine in uenis incluso ruptura uasculorū fit, in illis plus fiet, quæcunque præ duritia ægre uixq; dilatantur.

B quæ enim latius extendi apta sunt, etsi quod in ipsis continetur, multum sit, id tamen non rupta includunt & cohibēt. Item & tusses in natura durioribus corporibus excitātur. siquidem dictum est, ea facilius quàm mollia exasperari. quum quidam uero in hoc sermone prò hac uoce βηχῶδες, id est, tusses excitans, φυσῶδες, id est, flatuosum scripserunt, aliquid & de hoc dicere conuenit. Quotidie namq; refrigerata corpora flatuoso spiritu repleri cernuntur. uerum antiqua lectio non φυσῶδες, id est, flatuosum, sed βυχῶδες, id est, tussiculosum (ut uerbum uerbo reddam) agnoscit. Atque in Aphorismis, (ut ante retuli) frigidissimarum rerū, loco exempli mentionem faciens, ipsis non addidit-flatuosum. Frigida enim inquit, ut nix, crystal lus, pectori inimica, tussium excitatoria, sangui-

C fluarum uenarum prouocatoria, & distillationes commouentia. ac propositis in uerbis, & in narrato aphorismo, non simpliciter quæ à frigido, sed quæ à ualde frigido fiant, edocet: hoc loco dicēs, frigidum ualde uenas rumpit. In Aphorismis, ut nix, crystallus. Quod autem aliquam caliditatem participare debeant, quæ inflantur, sicut & quæ sæpius didicistis.

* Deficiunt aliqua. *

15 Post mictum concretio pueris magis. Num quoniam calidiores?

Quòd de calculosis pueris sermo sit, omnes libri explanatores asseruerunt. sed cur-post mictū-adiecerit, cum simpliciter scribere liceret-concretio pueris-haud perinde cōtemplati sunt. sicut ne

D que illud etiam, cur dubitatiuam coniunctionem adiecit, non simpliciter dicens-concretio pueris, quoniam calidiores. iste enim loquendi modus, nū calidiores? pro certo affirmare non audētis indicatiuus est. Atqui in Aphorismis absolute protulit, augescentes plurimum habent insitum calidum. Nomen quidem-concretionis-in solo septimo De morbis uulgaribus libro inueni, eius libri scriptore dicente, & cōcretio apparebat in aqua, qua manus lotę sunt. Sed quare-post mictum-aut quare-num-adiecit, deinceps considerabimus. ac primum de dubitatione, etsi secunda scripta sit, uideamus. Aut igitur adhuc dubitans hæc scripsit, temporis autem spatio aliqua demōstratione cō-

perta de crescentium temperatura affirmauit, aut quod & melius est, & à nobis in commẽtarijs De temperamentis, & in Aphorismis disputatũ, non absolute puer adulto calidior est, sed insito calore calidior. calidũ aũt non ingenitũ eo absolute calidius esse monstratum est, quo adulti plus abundant. quocirca par erat ab eo potius calido in uesica lapidem concrescere. propterea igitur haud iniuria dubitat. ueritas autem est, calculos pueris in uesica ob urinę crassitudinem procreari. porrò urinas crassissimas à pueris reddi, & ab omibus ante nos medicis concessum est, sed cur tales reddãtur, ipsum quidem per se speculatione dignũ est, ad rem autem propositam nihil facit. crassas enim urinas excerni, & euidenter apparet, & rerum testimonio declaratum est. huiusmodi namq; crassitudo multa collecta & in unum coiẽs, cum semel aliquando non apto tempore excreta intus diutius remanserit, coagmentandi cõcrescendiq; initium capit. eo uero principio facto, facile (quod iam superest) quicquid iterũ crassi in uesicam delabitur, priori adglutinatur, maiorq; inde tophosus calculus redditur, quemadmodum extra & in calidis aquis sponte nascẽtibus, & in uasis ubi calefit aqua quotidie, lapis coalescere cernitur. Igitur urinarum crassitudo creandorum calculorum prima potissimaq; causa est, caliditas uero etiã mediocris ad huiusmodi materiam spissandam satis est. Nempe & in sponte calidis aquis, & si mediocribus tepidiores sint, tophi concrescentes apparent. Hac itaq; ratione Hippocrates eam uocem-num-adiecisse mihi uidetur, quoniam & tanta caliditas, quam ingenitã pueri habent, ad coagmentandũ aliquid facit. uerum non ipsa præcipue, sed materiæ, ex qua fit lapis, qualitas ipsius cõpactionis causa existit. Cæterum cur -post mictum- adiecit, & non absolute dixit, concretio pueris? quoniam de calculis in uesica, & non in renibus, nunc sermonem facit. fit autem lapillorũ in uesica concretio post mictum, in renibus, ante mictum. At pueris in uesica, iam declinanti uero ætate hominibus in renibus lapillos prouenire, nos haud pręterit. Ergo (quod dudum dicebam) rem ita se habere, quod sensibus apparet, manifestat. quænam uero causa sit, per ocium quærere licet. quare explanationi iam finis factus est. causam ut in superioribus, ita & modo ex abundanti afferemus: si prius illos reprehẽderimus, qui propterea in pueris calculos gigni asserunt, quòd itinera ob uasculorum exiguitatem angusta sunt. oporteret enim, si id ita esset, in renib. potius calculos pueris creari. angusti enim per illos transitus sunt. uesicæ autem ceruix lata adeo in pueris est, ut cuiusq; materiæ crassitudo per eam facile transmitti possit. An forte neq; in illis qui iam progressa ętate sunt, meatuum per renes angustia gignendis lapillis in causa est, sed et actionum infirmitas, & crassorum succorum cruditas: quandoquidem in pueris omnes naturales actiones ualidæ cum sint, humorũ crassitudo funditur atq; dissoluitur: in declinantis aũt ætatis hominibus cogitur atq; inspissatur. quine-

A tiam in exterioribus quæcunq; natura crassa per aliqua angusta transfundere uolumus, quasdam eorum partes calore eliquatas facile peruadere, quasdam non fusas, neque eliquatas transire non posse cernimus. huius materiæ exẽpla sunto pix, resina, seuum, cera & mel. In pueris itaq; cum multus sit insitus calor & actiões firmæ, materiæ crassitudo attenuata in renes fertur, atq; ideo facile in uesicam percolatur, haud parum & actionum ui ad egressus celeritatem cõducente. utpote autem uesica frigida, quippe quæ & neruosa sit, & pauci sanguinis, & amplissima interius concauitate inanis, crassitudo in ipsam transmissa ibi iterum cogitur & conspissatur, ut prædiximus, initium huius conspissationis accipiens, quãdo in uesica diutius

B commoratur. Quinetiam hanc crassam materiam in pueris tenaciorem esse, quoniam magis ab insito calido elaborata est, rationi congruit. nam quęcunq; à calore in concoquendo mutantur, temporis processu lentorem quendam acquirũt, etsi ab initio nullum habuerint. Quocirca plane magis in unum coeunt, densantur atq; coagmentantur: nam inter æque crassa quod tenacius est, ad unionem, spissitatem, & concretionem aptius habetur. Quamobrem cum causæ quædam ad præsentem sermonẽ haud necessariæ traditæ sint, de urinæ præterea puerorum crassitudine causam adijciam. est autem cum ipsorum edacitas, tum quòd à cibo ludentes prosilientesq; mouentur. lactentibus uero & materia ipsa occasionẽ præbet. lac enim

C natura crassum est, & ad calculos creãdos aptissimũ. porrò & in adultis caseo frequẽtius uescẽtib. lapillos in renib. crebro suboriri cognouimus.

16 Figuræ subleuantes, ut sarmenta manu implectens & cõtorquens, præ doloribus procumbens, paxillum in summo defixum corripiens inhæsit, & subleuatus est.

Id quod dicitur, admodum patet. sed ipsius causam inuenire difficile est, quãdo & Hippocrates, cum tamen posset, non scripserit, aut repente ipsi dolorem coortum esse dicens, aut paulatim incrementum cœpisse, atque in sarmẽtorum plexu occupato initium habuisse, aut post ipsum illico, aut alio quopiã diei noctisue tempore. Sed nec quæ

D esset particula dolens, dictum est. manum autem fuisse existimant, eo quòd ipse paxillo apprehenso dolore leuatus est. Quod si ipse sarmenta intorquẽs fatigatus esset, haud incredibile foret ex huiusmodi figura ipsius dolorem fuisse mitigatum. manus enim figura dolorẽ sedans in libro De fracturis, et in libro De officio medici uulnerarij qualisnã sit, descriptum fuit. siquæ uero in uersanda manu tortura musculi in homine facta esset, aut & flatuosus spiritus inter duos musculos exitum nõ habẽs inclusus foret, par erat in figura decenti positum, ob quam spiritum inaniri cõtingebat, dolentem hominem subleuari.

17 Quem ex oritypia circa pontem uidi ego iactantẽ crura, altera tibia minime extenuaba

tenuabatur, femoribus autem ualde. Urina, ac genitura non retinebantur.

Oritypos Græci nominant quodlibet ex montibus in ciuitatem deferentes, ut ligna, & lapides, & id genus alia. scribente autem Hippocrate non simpliciter sic, oritypon uidi iactantem crura, sed orationi præpositione-ex-addente & scribente, quem ex oritypia, apparet quodammodo, ab ipsa in mōtanis negocijs actione, ut à principio, dorsi circa lumbos hominis medullam, à qua nerui crura mouentes egerminat, offensam accepisse. Illud autem circa pontem, scriptū esse satis ipsi fuit, solum quo ægrotantis reminiscat, ut nulla arte indigeat. uerum forsan superuacuū fuerit quærere, qua de causa homo ille ex cruribus laborauit. quemadmodū & illud, quid per ea uerba significetur, crura iactantē. utrum ægrotās crura bene mobilia do luerit. hoc enim à quibusdam fide omni carens dictum est. aut quod uerisimilius fuerit, impotentia crura cum essent, ipsorum in ambulando motionem talem fecerit, qualem ipsa extrorsum debiliter iactantes faciunt. Sed neq; quòd tibia utraq;, aut altera minime attenuabat, femora autem ualde, audientibus ullam utilitatem afferūt, sicut neque Hippocrati ad memoriam faciūt. Haud raro namq;, sed crebro hæc fieri, & ab omnibus medicis aperte cognosci uidētur. Quid nam igitur sit, cur ita scripsit, ego declarare tentabo, si totum sermonem prius alijs uerbis clarioribus, ac breuioribus detractis superuacuis pronunciauero. Quidā resolutis cruribus secūdum femora emaciabatur magis quàm secūdum tibias. urina quidem, ac genitura ipsi non suppressæ sunt. Hoc igitur nobis utile cognitu est. sed forsan quispiam interrogauerit, quid sibi uult illud, quod in libro De articulis, scriptū est? Quoniā multo pluribus crura & manus debilitantur. & corpora torpescunt, & urina supprimit ipsis, quibus uertebrarum præter naturam inuersio neq; introrsum, neq; extrorsum excesserit, sed concussi fuerint fortiter secundū rectitudinē dorsi. Ex his uerbis nōnulli persuasi ob neruorum resolutionē ex medullæ dorsi affectu hæc symptomata contingere asseruerūt. neq; animaduertunt, uertebris ex naturali sede cōmotis, & affectus communicati ratione phlegmonas primo, postea & præduros tumores excitantibus circa uesicam, & rectum intestinum quod uocāt, naturales horum instrumētorum actiones deprauari. unde quæ prius ab ipsis excernebant, supprimuntur. neruis quidem solis læsis, nullo prædictorum instrumentorum per consensum affecto, nō actiones naturales, sed uolūtarias uitiari cōtingit. Quocirca & ipsis inuoluntarie urina decurrit, & stercus, cum eorum neruorum, qui ad musculos in finibus uesicæ atq; intestini recti positos protēduntur, & à quibus utriusq; instrumenti osculum clauditur, atq; constringitur, resolutio perfecta fuerit. sed monticolæ illi urinæ exitum obstructum non fuisse proposita uerba declarant. utrum autem inuito ipso, an uolente excerneretur, non item adiecit. porrò si liber iste accurate cōpositus ad editionem foret, ex eo quòd adscriptum nō esset, cōstaret quoq; nō fieri. prorsus enim ipsum indicasset, sed eo modo scriptus non est, uerum (ut sæpius dictum fuit) per quasdam adnotationes reminiscendi causa. nam de deiectionibus quoque nihil scripsit, cum tamen et has necesse sit, aut nequaquam suppressas esse, sed perinde atq; urinam inuolūtarie effluere, aut uoluntate iubente excerni. At ipsum par est, ad eorum quæ uiderat, reminiscentiā eo quod de urinis dixit, fuisse contentum, alui scilicet excrementorum euacuatione ita, ut urinæ, se se habēte. nam si contrariū quid circa alterutram ipsarum factum esset, omnino significasset. eisdem autem eadem cōsequentibus utriusq; meminisse necesse non fuit. uerum neq; genitura, inquit, suppressa est. naturalis em̄ est et ipsius euacuatio, quē admodū & urinæ, & stercoris. sed quare uenereo congressu uti uolentes, ad hanc deueniunt, nolentes autem, non, longiore oratione & in libro De dubijs motibus disputatum est.

18 Quæcunq; alatæ naturæ costarum, propter impotentiam occasionis, & in distillationibus malignis, etsi excretio sit, etsi non sit, malum.

Quosnam medici alatos uocent, superius dictū est. didicistis etiā ex tertio De morbis uulgaribus eiusmodi homines ad phthisin esse expositos. occasionem autem Hippocrates dicere cōsueuit & omnes ferè antiqui omnem rei materiam, ex qua initium motus ad sequentes actiones prodit, siue argentum, siue aliqua alia supellex, siue potentia quædam sit, siue locus, siue fides, siue actio, siue causa, siue quicquid aliud simpliciter. Sed quidā putant ipsum locos prius affectos aliorum occasiones appellare. idq; ex eo sermone demonstrari aiunt, occasiones unde incepit laborare, considerandæ. Unum uero & hoc significatum, (ut supra dixi) est, cum sint in uniuersum multa talia singularia. oratores quidem, quemadmodū et historici, & philosophi, occasiones, hominum actiones dixerunt, utpote & qui de illis disputent. ab Hippocrate aūt nomen translatum est, quemadmodum & alia multa naturaliū actionum, atq; affectuum. in quibus omnibus commune est hoc, unde incepit fieri. nunc enim in proposita clausula Hippocrates dixit-unde incepit laborare-posset autē similiter dici & hoc, unde incepit nauigare, bellum gerere, pacē agere, pugnare, inter se amare, odisse, tyrannidē exercere, & omnia id genus alia. Nunc itaq; primum initium, quo quis alatus euadat, ab Hippocrate dictum est. occasionē uero quispiam non ab re dixerit. quænam igitur hæc est? ingenitæ caliditatis, quę ex corde habet originem, imbecillitas. didicisti enim quemadmodū cerebro magno caput unà augetur, paruo existēte, minuitur: eadem ratione & eum corde augeri pectus & minui. uerū cor ipsum exiguum ob uitalis potentiæ infirmitatem creari, cuius potētiæ essentiam ingenitum calorem esse dicimus. Quando igitur debi

lis

lis ipsa à natura fuerit, hoc est, ab initio, à prima creatione, & cor & pectus parua creata esse necesse est. At quòd tria sint animal gubernãtia principia, demonstrationes didicisti in uolumine De Hippocratis Platonisq; decretis. Eos uero qui occasiones dici putãt prius affectos locos, multum & in explanandis propositis uerbis delirare inuenies, et in eo quòd nos non dictionem aliquam unam, sed integram orationem preterea subaudire debere iubent, tanquã et hoc modo narratio se haberet, Quæcũq; alatæ naturæ costarum, ob impotentiã occasionis in distillationibus malignis, maxime phthisi capiuntur, & si excretio sit, & si non sit, malum. cum multa ab horum uerborum explanatoribus dicta sint, satis esto, quod uerissimũ mihi, & artem medicam discẽtibus utilissimum esse uisum fuerit, solum quàm fieri potest breuissimis designasse. Distillatiões igitur à capite in pulmonem descendentes tunc malignas esse putandum est, si defluentia subtilia, & corrodentibus uiribus prædita sint. Hæc sanè neque in pulmone morari tandiu cõuenit, quoad concocta crassescãt, quemadmodum alias fluctiones ex tenui quidem materia, sed non corrosiua, & ægre maturescente constantes: neq; rursum statim expelli. intus enim morantia non facile concoquũtur, uiscusq; ipsum lacerare deprehenduntur. si excernãtur autem, tusses uiolentas cõmouent, ob quas caput repletur, ipsumq; rursus in pulmonem materias depellit, atque ob tussis uehementiam, ne aliquod in ipso receptaculũ frãgatur, metus est. Qualis planè tussis illis accidere solet, qui humores tenues et aqueæ substantiæ difficulter ex pulmonibus reijciunt. ascendunt enim isti à spiritu per tussim emisso sublati. quòd si tenues & aquei sint, disperguntur, & contra spiritus motum prius delabũtur, quàm totam asperam arteriam egressi sint. Verum est igitur noxam sequi, siue in pulmone liquores isti remaneant, siue euacuentur.

19 Rigores incipiũt mulieribus quidem magis à lumbis, & per dorsum, & tũc in caput, uerum & uiris posterius magis, quàm à priori parte. Horrent exteriora, magis, q̃ interiora corporis, ut cubitorum, femorũ. Sed etiam cutis rara. id uero pilus indicat. à quibus autem alijs rigẽt fortasse ulceribus, incipit ex uasculis.

Reliqua huius sermonis uerba & in Aphorismis, & in secundo De popularibus morbis declarauimus, sed quod in calce adiectum est, haud parum negocij libri huius interpretibus facessit. siquidem alius aliter ea uerba scribit, omẽs innuentes sermonem uerisimiliter interpretari nõ posse, si antiqua lectio seruetur: Ea quidẽ eiusmodi est, ex qua nonnulli eam partem mutauerunt-fortasse ulceribus-scribentes-ut ulceribus- Vt id ipsum aliorum sit exemplum. neq; enim ab ulceribus solum, sed etiam abscessibus suppurantibus rigent. quinetiã nonnulli ambusti & execti ex ustione & incisione riguerunt. Vidimus præterea nõnullos ob acre pharmacum ulceri superpositum riguisse. uerum omnes id genus rigores externam causam euidentem habent. Alij uero sunt in tertianis & quartanis febribus, & plerunq; unà cum iudicationibus citra manifestam causam exorientes, de quibus dictum fuisse aiunt, Rigores incipiũt mulieribus quidem magis, & reliqua deinceps posita. Quapropter illud ipsum primo quispiam miratus fuerit, quomodo in Aphorismis, ubi maxime suam ipsius sententiam explicat, & de rigore sermonem scripsit, in uniuersum illum protulit sine ea, quã in propositis uerbis edocet, distinctione. uidetur namq;, si ea quis consideret, Hippocrates opinari, non omnes rigores uno tãtum modo fieri, cum dicat, à quibus autẽ alijs rigent fortasse ulceribus, incipit ex uasculis. Vltra id, quòd hoc ipsum, ex uasculis incipere rigorem dixisse, nullam cõtra antedicta distinctionem habet. licet itaq; dicere ex uasculis rigores omnes ortum habere, id est, ex malis succis intra uascula contentis. sed primo quidem lumbi et dorsi partes horrent, deinde & reliqua. propterea nõnulli ueterem scripturam permutãtes, ita lectionem instituerunt. A quibus autem alijs rigẽt, ut ulceribus, incipit ex uasculis. ut huiusmodi oratio sit: quicunq; sine loco passo rigores fiunt, à lumbis & dorso initium sumunt, alij uero ab affectis particulis exoriuntur, quę planè & ipsius rigoris causæ sunt. Aliqui uice huius dictionis-uasculis-cõtrarijs scripserunt. ut in quibus affectus locus rigoris autor est, ad se ipsum, ut aiunt, eo quo rigẽt, tempore ab omni corpore sanguinem attrahens, tũc rigor ex passis sedibus prouenire cõspiciet, ipso superioribus inferiora, sinistris dextra contraria dicente. Iam igitur animaduertentibus palàm est, ex his quæ isti in scriptura transmutant, in maxime contrarias sententias orationem trahi. nonnullis ab affectis membris, alijs ab istorũ contrarijs rigores oriri asserentibus: contraria uero sunt, ut ipsi dicunt, quæ longissime distant. de causa quidem, ut sæpius dictum est, licet uolenti, ut lubet, dicere, sed de ijs quæ euidẽter apparent; nõ licet: ita enim omẽs artes, hominumq; uita funditus euerterẽtur. uerum, ut in Aphorismis prodidit, omẽs rigores ex lumbis & dorso initium capere dignoscuntur: atq; istud in præsentia calci propositi sermonis adiectum libri autor (ut aiunt) Thessalus Hippocratis filius, si in patris commentarijs repertum descripsit, & libro interseruit, male fecit. nam à patre longo tempore diju dicata, & per aphorismos in communem enũciationem redacta firmiora ipsum putare oportuit, quàm illa, quæ dum quærerentur antea, nondum cognoscebãtur. quòd si ipse ex se id adscripsit, longe maius peccatum commisit, patris communem enunciationem inuertens atque deprauans. At si quispiã alius Thessalo posterior librum hunc scripsit, male & ipse fecit. ut enim sępe iterauimus, experientia rerum euidenter apparẽtium iudex est, non ratio, quam sibi unusquisq; uerisimiliter commentus fuerit. Nam cum aliquid fieri fama sit, ratio

tio inuestigat, atque id ita esse contendit: cum quid autem plane fieri conspicitur, nugatoria & super uacua ratio est, quæ ipsum fieri causam afferẽs dicat. cæterũ & alia quædã ab interpretib. in hęc uerba dicta sunt. sed ego iã sæpius omniũ meminisse recusaui, & maxime cum ea quę uerisimillima esse uidebantur, ad examen redacta falsa fuisse deprehensa sunt.

20 Caput ex ortu, & occasione, & pluribus rationibus, & paulatim cognitis colligentem, & perdiscentem, si similia inter se sint: & si non similia inter se sint, ex dissimilitudinibus similitudo fiat una. sic utique sit uia, sic & recte se habentium approbatio, & non recte redargutio.

Non quæ nunc dixit, præcipere, sed ea in ægrotantib. exequi difficile est, prorsum sane artis summa in ipsis est. nam siquis accurate laborantis naturã à primo ortu cognouerit, & ex qua nũc causa laboret, & per multas rationes ad minimam usque cognitas euidentes similitudines, & quæ dissimilitudines esse uideantur speculans, alia quoque in propositis uerbis enarrata bene inueniat, iste sanè optime curare poterit. omnia itaque contemplemur singillatim ea, quę per alia uolumina uberius pertractauimus, in memoriã reuocantes, & ipsis, siquid deficiat, adijcientes. Igitur cuiusque eorũ qui curentur, naturam à primo ortu scire deberi præcepimus, sæpiusque, ut optime quispiam id faciat, ostendimus. ostensum est autem haud secius quę de primario affectis locis, & per uitij communicationem læsis scire & exquisite dignoscere in ęgrotis oporteat. quemadmodũ & de causis, quas anteincipientes uocant, & quas antegressas, et quas contentiuas. ostẽsum est præterea & in hoc libro, cum tradita est circa ægrotãtem œconomia, quæ utiliter quispiam ex ęgroti sermonibus ad artis opera colligere possit. Quinetiam quòd ex singularibus in ipsa consideratis speculantem dissimilitudines ad unam amplam communemque similitudinem redigere oportet. plurima uero eorum quæ in his libris scripta sunt, usu uenire solẽt. At quod deinceps scriptũ est, Rursum dissimilitudines his ab uniuersis, cõmunibus, & similibus in differentias partitionem significat. ostẽsum autem est hoc à nobis in omnibus partibus artis, in libro De differẽtia symptomatum, de communis symptomatis diuisione, ita quoque & in libris De pulsuũ differẽtia, de pulsus in uniuersum distinctione actum est. uerum & inter has differẽtias rursum similitudo est. iterumque singulæ differẽtiæ, ut edocuimus, in alias magis particulares differentias distinguntur. item & istæ quasdam habent similitudines. idcirco igitur cum dixerit, Rursum dissimilitudines his subiunxit, & si similia inter se, ut intelligamus deficere hæc uerba-secundum aliquid. uult enim nos cognoscere dissimilitudines, quæ quidẽ sunt differentiæ, quadantenus iterum similes inter se esse: ut ex dissimilitudinib. una similitudo fiat. etenim ipsa per se unaquæque differẽtia communem similitudinem habet, omnesque cõmunis alia complectitur. recte igitur dixit, hæc enim uia recta, in omni scilicet artis cõstitutione, ut didicisti. appellauerunt autem hanc uiam posteriores Hippocrate non uiam, sed methodum, ex qua recte inuẽtorum & factorum in artibus approbatio est, nõ recte autem se habentium, redargutio.

21 Sanguinis de naribus profusio, aut his qui subuirides nigrique sunt, aut rubri & uirides, aut subuirides.

Nõ est huic sermoni additũ, utrũ magis in morbis fiat sanguinis è narib. profusio dictis hominibus, an magis quàm alios, istos iuuet: sed neque quos intelligat subuirides & nigros, clarum est. nã, ut sæpius iã repetitum est, in stirpibus herbaceũ, id est uiridẽ, ab herba, eiusque colore Græci plerunque dicere cõsueuerunt. abutẽtes autẽ omne uigens & boni habitus ita nominant, interdũ uero & pallidos uirides appellant. atque nunc ita explanatorib. quibusdã uidetur Hippocrates uirides & nigros accepisse, tanquam si pallidos & nigros dixisset. hos ipsos uero nonnulli sanguinis profluuio magis obnoxios esse contendunt, quod pallida bilis cum sanguine permista sit, quæ uasculũ possit acrimonia sua recludere. Alij istos magis iuuari, quoniã prauis humoribus euacuationẽ requirentibus affluant. pariter & de rubris uiridibusque uocatis dissentiũt. Aliqui ad sanguinis effusionẽ aptiores ipsos dictos esse asserẽtes, alij ea re iuuari magis. sed utrisque commune quidem est bile pallida abundare: non cõmune autem, magis melãcholicum succum ipsi admistum esse in uiridibus & nigris uocatis, magis sanguinem uero in rubris & uiridib. Nonnulli sanè scribunt ἐρυθροχλόους per hanc literam ρ rubrũ habentes colorem significari uolentes. At tertio dictos subuirides & hoc loco intelligunt subpallidos. sed cum uox indicet modicum ipsos habere pallorẽ, cui permistum illum esse uelint, silentio transeunt. nam si nigredini, hos primos ab ipso dictos esse aiunt: si rubori, secundos. forsan igitur cum albedini mistus est pallor, istos subuirides uocat. uerum albi coloris homo haud ita multũ sanguinis è naribus profluuio obnoxius est, neque magis quàm prædicti ab eo subleuatur.

22 Parum remittentem crassum facere oportet aridæ.

Hæc quidem uetus lectio est. Sabini autem discipuli non legunt-parũ-sed-brachiũ- dicuntque retractionis causa in sanguinis de naribus eruptione uenę brachij sectionẽ prodesse, non solum propriam scripturam interpretantes, sed etiam uerisimiliter nos intelligere præcipiẽtes, brachiũ remittẽtem, de uenæ in cubito solutione dictũ esse. ego uero huiusmodi uenæ sectionem sanguinis de naribus immodicę profusioni prodesse satis noui. retrahit enim ipsam, & ne fiat impedimento est. attamen Hippocratis sermonem id exponere non uideo. sed hęc uerba, parum remittentẽ, in eum sensum (ut plurimi interpretes acceperũt) dixisse uidetur

detur, ut scilicet sanguinis fluxui parũ cedẽtes, sic deinde et ad ipsum crassiorem efficiẽdum transeamus. at quia nõ simpliciter dixit, sanguinem crassum facere non cum humiditate, sed cum siccitate, aliqui crassum facere arido, in ablatiuo casu scribentes, subintelligi oportere aiunt, medicamẽto. Id enim ex his quæ subnectuntur, declarari. His uero qui putant consilium esse, de his qui sanguinis è naribus profluuio continenter laborant, nõ in morbis, sed quum nõ decumbunt, de uictus ratione sermo esse uidetur, iubente ipso ex crassum reddentibus cum siccitate boni succi sanguinem facere. Halicam autem & amylum huiusmodi esse aiunt, & lac, & recentem caseum, & suillas carnes, & agnorum maxime lactentium, & hœdorũ præterea. Alij de fluxu sanguinis in morbo uexatis sermonem dictum esse uolentes consulere ipsum aiũt, ut sanguis sine cibis crassus fiat. id enim significat ea uox -aride- quoniã malos succos uult concoquere: ad concoctionẽ autẽ bene facit inedia. concoquentium etiã medicamentorum usus est idoneus, quando ipsa adstringentia sunt. nam hæc sanguinẽ crassum faciunt, sicut & concoctio. Deinceps uero ab ipso huiusmodi medicamẽtorum exemplum positum est. Quidam autẽ nõ scribũt -aride- uoce in e desinẽte, sed in o -arido- Hippocratem iubere dicentes, per nares exeuntem in profluuio sanguinem arido medicamento crassum reddere.

23 Alijs uero minus crassitudinem.

Alios aiunt ipsum dicere, eos scilicet, qui sine prauis succis sanguinem assidue profundunt, quibus neq; pallida, neq; atra bilis cum sanguine mista est. Aliqui & hic scribunt, nõ -crassitudinem- sed -crassum- facere, narrationẽ magis dilucidam reddere uolentes. sententiã quidem eandem planè seruant, siquidẽ & isti ipsum iubere uolunt, alijs non ob copiã mali sanguinis eius profluuio laboratib. minus crassum facere. hoc uidelicet, crassum facere, iterum bifariã accepto, nonnullis quidem ratione uictus, alijs uero per medicamẽta naribus adhibita. quibusdam præterea utroq; modo sanguinẽ crassum reddere præcipientibus. sed nullam firmam cognitionẽ ex his uarijs lectionibus haberi, iam sæpius à me dictum est.

24 Arido autem oportet albo, ut galla, alumen.

Hæc est sanè antiqua lectio, quã difficulter explanabilẽ nonnulli permutarunt, hi breuiorẽ illi longiorem faciẽtes, longam quidẽ hoc pacto scribentes, arido autem oportet albo ex naribus, ut galla, alumen. ipsius uero sententiam hanc esse uolunt, immoderate sanguinem è naribus profundẽtes, ultra prædicta adhuc & localibus remedijs curandi sunt. localium uero auxiliorum exemplum dictum esse aiunt aridum medicamentum album naribus iniectum. sed galla cum alba non sit, nonnulli ipsi adiecerunt & alumẽ, scribẽtes -ut galla alumen- Istud uero, hac aut istac, ademerunt non iniuria, tanq; exile quoddam atq; indignum Hippocrate, si modo significari hoc aiunt, per utram narem sanguis eruperit, in illam aridum medicamen esse inijciendũ. At seruata ueteri lectione obscura locutio redditur. nam quæ ex naribus alba euacuare iubeat, aut purgare, aut cõcoquere, aut sponte descẽdentia cõtemplari, omnino inuentu dubium ancepsq; est. ipso Hippocrate huic uoci albo -nihil planè adijciente. Iure itaq; in hoc ipso primũ interpretes discordes fuerunt, alius aliud subintelligendũ esse existimantes. & quoniã omnibus his, istud, ut galla, aduersatur, conueniens enĩ erat dicere, ut galla, in ablatiuo casũ, non in nominatiuo. hoc igitur cõmuniter omnibus repugnat, neq; euitare quis potest narrationis incõgruum, neq; emendare, licet scripturã mutet. sed nonnulli dicunt etiamnum ipsi de sanguinis è naribus fluxu totum sermonem esse, consulereq; in huiusmodi, astringẽti medicamine uti, in narem sanguine manantẽ id immittentes, usq; dum sedato sanguine alba exiuerint. multa alia quoq; perperã dicũt in uerba (ut mihi quidẽ uidentur) corrupta, & ab aliquo forsan interposita. cæterum mirari licet, ut in alijs multis, ita & hoc loco eos, qui ualde audacter Hippocratis uerba in quicquid ipsis uisum fuerit, transmutant. cum omnes enim interpretes in sermone Hippocratis scriptũ esse sciant ex naribus alba, ipsi mutãtes scribũt, ex naribus albo. multoties autẽ dixi in obscuris locutionibus ueri similiter uerba mutare fas esse. sed prius id ipsum dicentem tunc lectionem mutare decet.

25 Cum uenere uti incipiunt, aut hircire, sanguinis profluuio laborant.

Sanguinem de naribus facile profundunt non solum ægroti, uerum etiam sani, qui eam ætatẽ agunt, in qua illud ipsis euenit, quod hircire uocãt. isti iam & uenere uti planè possunt. ac prius quidem, cum essent pueri sanguine copioso abundabant, uerũ ratione incrementi haud ita ualde copioso. sanguis autem ipsis calidior est, propterea sanguinis profluuio tentantur. At uos meminisse puto, ex alijs membris sanguinis profluuia cũ loci appellatione semper dici: ex naribus uero, non nunquam & sine particulæ appellatione sanguinis profluuium simpliciter nominari.

26 In accessibus autem quidam perstrepunt, ut Arcesilaus, aliqui accessuri horrentes, rugosi. alijs uero post inflatur uenter, quàm accesserint, ut Damagoræ.

Sæpius repetiui, si ualde male à multis interpretibus dicta redarguam, ægre omnes ferre cõmentariorum longitudinem. si uero non reprehensa dimittam mediocria tantum memorans, eos qui haud tardo ingenio sunt ab illis excitatos & reliqua dijudicare posse. & nũc igitur ita faciã. Hanc quidem uocẽ accessibus, omes ferè de coitu cum muliere intelligũt, queadmodum & eam uocem, perstrepunt, de emittendis flatibus. Atq; de hoc etiã paulo ante dictum est. sed quod deinceps scriptũ est, accessuri autem horrentes, rugosi, quiddã tale significat, aliqui uenerea aggredientes, cũ incalescunt

calescunt,horrore tentant:qua ratione iam sępius didicistis omnes mali succi plenos,cum uehementius calefiunt,horrore uexari. At nōnulli pro hac uoce-horrentes-rigent-scribunt. quod mihi perrarum esse uidetur,& maximæ succorũ prauitatis indiciũ.quare neq; ullum initio coitus rigore affici cognouimus.uerũ & hāc uocē-rugosi-aliqui in hanc uocē κακώδεις, id est,male olentes cōuertũt. alij uero interpretantur ob male habitum corpus κακώδεις,id est,male afflictos dici.alij ꝙ tetrũ odorem spirent. ꝙ quibusdā aũt uenter infletur, supra positũ est. sed Dioscorides hanc clausulam, ut & alias multas, in quod ipsi libitum fuit, cōmutauit, ut tota oratio huiusmodi sit, in accessibus sunt ut perstrepentes,quemadmodũ Arcesilaus, ut fœtidos ipsius crepitus esse intelligamus. Capito quidem & ipse in ualde multa sermonē hunc conuertens talem fecit:in accessibus aliqui perstrepunt, ut Arcesilaus,aliqui accessuri rigent rugosi.

27 Mutationes cauendæ.

Et in alijs quibusdā, & in aphorismis id cautius dixit,his uerbis pręposítis multũ,& repente-neq; enim nobis aeris mutatiōes,neq; à nobis ipsis paulatim factæ periculosæ sunt.sed tantum magnæ ac repentinæ, sanitatis amittendæ periculũ inferunt. Quocirca & ab his cauendum est. Euitabimus autem ambientis cœli mutationes, domi nos plurimum continentes, & cōtrariorum usum adhibentes, in humidis quidem mutationibus corpus siccantes,in siccis humectantes:eadem quoq; ratione & calefacientes,& refrigerantes,cum huius utriusq; occasio fuerit.sed in uictus ratione mutationes cauere in nobis ipsis est. neq; ab exercitationibus subito ad ocium, neq; ab ocio ad exercitationes transeuntibus, sed neq; à lauandi insuetudine ad lauationes, neq; à lauationibus ad oppositum, neq; ex aquæ potu ad uinũ bibendũ, neq; ex uini usu ad aquæ potum, & in alijs omnibus similiter. Hic sermo planè uerus est iuxta et ab Hippocrate sæpius repetitus. cęterum ignoro, quidnam aliqui sentientes dicant subintelligendum esse huic sermoni, mutationes cauendæ, hanc uocē-ætatum. in aphorismis enim ipse inquiens-multũ & repente euacuare,aut replere, aut calefacere,aut refrigerare,aut aliter utcũq; corpus mouere periculosum est,& omne multum naturæ inimicum, ætatum nullam mentionem fecit.neq; enim in ipsis paulatim labentibus nimium naturæ inueniri potest. neq; aliqua curiosiore obseruatione indigent, pręter cōmunia tuendæ sanitatis præcepta. quemadmodum neq; cum anni tempora paulatim mutationem suam faciunt. uerum hæc interdum uidemus magnas repente in contrariũ mutationes pati:at ætatem nullam repente elapsam nouimus, ut puer die postero in uirum euaserit, non paulatim per pubertatis & iuuentæ annos transitu facto.

28 Cibi paucitas, lassitudinē non faciens, nec sitim accendens.

Cum in uniuersum mutationes esse cauendas dixerit, unum quiddam ad naturalem statũ tuendum A conferens deinceps scripsit,ut memoriæ proprię consuleret.In utraq; enim mutatione cum circumdantis aeris,tum nostrorum studiorũ, & uniuersæ uictus rationis, cibi paucitatem, & sitis, & lassitudinis priuationē in omnibus, quæ agimus, nobis esse proposita iubet. Sed explanatores cibi paucitate & sitim & lassitudinē tolli dixerunt. uerũ id si ita in uniuersum proferatur,falsum est.nam pituitosos succos,aut multũ optimum sanguinem habentibus cibi paucitas lassitudinem tollit,& sitim extinguit,sed biliosis,aut inopia sanguinis laborantibus neq; lassitudinem sedat, neq; sitim extinguit: ut ipse in libro de uictus acutorũ ratione edocuit.adhuc uero peius illi senserũt,qui ita scribunt,inedia lassitudinē tollens,sitim extinguens.
B At isti planè in extrema inscitia uersantur,ea,quæ neq; uulgus hominum latere solent ignorantes. Alij præterea fini sermonis hanc uocem-esurienti-adijciunt: aiuntq; cibi paucitatem esurienti lassitudinem & sitim eximere. esurientem uero eum dictum esse uolunt, qui indigere cibo se sentiat. Atqui melius esset dicere,famem sentienti paucitatem cibi haud in tempore adhiberi, non sentienti autem cōducere.signum est enim ipsius corpus multitudine redundare.

29 Omnis extenuatio laxat cutem, deinde distenditur.refectio è cōtrario, cutis corrugatio concidentis,extensio refectæ cibo. rugosum,læue,utriusq; signũ subbiliosum,
C subrubrum. sic & detractas esse mammas, graciles autē sursum tractas, & circumtentas,etsi quispiā nō arbitretur propter hoc, sed carne creata id fieri.

Demiror explanatores obscura uerba,quę nullus homo intelligat,solos se intelligere profitētes, quæcunq; uero nobis omnibus perspicua sunt, solos ipsos non intelligere.Propositum igitur sermonem minime ambiguũ multiformiter distrahunt, alius aliter ipsius particulas scribens, atq; cōmutans,& omnibus euidenter apparentia declarans, quæ maxime omnium ipsos euitare oportebat.est enim Hippocrati sermo de his,quæ in corpore nostro conspiciuntur per tenuationes, & enutritiones.
D Sed nonnulli,neq; quid sit tenuatio, nosse uidentur, tantum abest, ut omnia in istis euidenter apparentia,aut ipsorum causas percipiant, sed tamen fieri tenuationem per euacuationem prædicant.Aliqui siue euacuationē, siue tenuationē dixeris,nihil referre opinantur. Verum hoc dignoscere non est magnæ cuiusdam scientiæ.Igiť multi haud modica sanguinis copia redundant,gracilissimi tamen sunt.sicut alij è contrario crassi, sed paucum habent sanguinem.Atq; ego cuidam mulierculæ iam octo menses purgationis menstruæ suppressione laborāti, extenuatissima cum esset, haud exiguo detracto sanguine, breuissimo tempore proprium habitum restitui,sicut et alias non paucas eodem modo ad sanitatē reduxi.sed quod illi mulieri accidit (neq; enim erat ignobilis) fuit

ualde celebre, ipsi quidē rescissa uena, & medicis ex eo remedio futuram utilitatē firmiter polliceri uerentibus. quinetiam nonnulli mihi aduersari audebant, non solum propter mulieris maciem, sed etiam propter inappetētiam ex uenæ sectione secuturā esse noxam affirmantes. profecto hæc melius est longiori sermone persequi, & utrius Prodici Hippocrates mentionē fecerit diligenter inuenire conari. Verū, ut supra iam dixi sæpius, recentiores medici ad magis sophisticam doctrinæ speciem deflexerunt, ægrotis eueniētia diligenter obseruare, & ipsorū affectus, causasq;, ex quibus curationis inuentio acquiritur, indagare negligētes. & ipsa uero per experientiā in muliere, quam memoraui, confirmata est: siquidē primo die sanguinis sesquilibrā detraxi, rursum postero die libram unam, tertio uero non multo plus semilibra, erant enim unciæ octo. Sophista quidē hæc legens quæret, quis ex Græcis unq; libras, aut quis uncias nominauit? Medicus uero & quæ alia signa præter cohibitos menses, uenæ sectionem indicent, scire auebit. illa igitur & ego recensebo, sophistis, ut ualeant, nuncians, quoniam scilicet ipsius uenæ eminebant sanguinis plenæ, colore liuidæ, rescisso autem uasculo, liquidę pici & colore & crassitudine similis sanguis emanabat. ob id ipsum sanè multo magis uisus fuit largiter esse euacuandus. Hęc quidem à nobis obiter rectè mederi cupiētibus dicta sunto. Rursum uero ad propositum me recipiens, non rectè dicam explanatores affirmasse, attenuationem corporis simpliciter ob inanitionem fieri. diffinitiones enim dixisse oportuit, quod scilicet attenuatio totius molis detractio quædam est, & collapsus, & subsidentia, uel utcunq; ipsum nominare uelint: crassitudo uero è contrario in tumorem sublatio est. nōnunq; igitur debilitata carnosi generis facultate, & uitioso sanguine in arterijs uenisq; incluso attenuatio fit, plerunq; uero ex cōtrarijs crassitudo. in uasculis quidem paucus sanguis remanserit in carniū nutricationē distributus, illæ uero bene adultæ sint, & per eas totius moles corporis increuerit. Nouerunt autem id quoq; mangones, cutem scilicet carnosis particulis circumponi, & naturas quasdam corporum agnoscunt, quæ in molem excrescere prætenta cute non ualeant. nam ipsam summis digitis sursum trahētes, quousq; à subiecta carne discedat, considerant, & eousq; singula emaciata corpora se reficere posse sperant, quousq; cutis protracta fuerit. laxa enim cutis in extenuatis, extēta in crassioribus effectis apparet. porrò extenuatiōes multis de causis proueniunt, siquidem alimenti penuria, exercitationes plures, & uigilia, & cogitationes, & dolores, & morbi colliquatiui & discussorij, præterea euacuatio multa per aluum, per uomitū, per sudores, per sanguinis profluuium extenuationum causæ sunt. instaurationis autē unus modus est, omnium uidelicet quibus sani egemus, cōueniens modus. ista uero sunt, ut ipse in sequentibus dicturus est, labores, cibus, potus, somnus, uenus. Itaq; cū multi modi extenuandi corporis sint, omnibus cōmune est primum quidem cutem laxari, postea uero perdurante macie distendi. At si illi succedens instauratio facta fuerit, cōtrarium accidet. distendetur enim cutis. causas uero istorum iam quidem sępius audiuistis, uerumtamen & in præsentia summatim perstringētur. Quapropter cum memoria complectamini, quæ sæpius in utribus & uesicis conspexistis: repleto enim interiore cauo circumtenditur corium, euacuato relaxatur: eodem modo & in animalibus bene saginatis distenta cutis, in macie confectis laxa conspicitur. nam sicut liquor in utrem infusus eius tergora contendit, ita carnes multę procreatæ cutem nostram circum se ipsas obtēdunt. atq; id euidenter intueri licet, pingues scilicet omnes adeo tensam cutem habētes, ut eam quis apprehendens nec minimum à subiectis carnibus auellere possit, macros autem adeo laxam, ut longissime quis ipsam protrahens acu traijcere sine ullius subiectæ partis uulnere queat. Hactenus quidem omnes ferè sermonē rectè intellexerunt, sed in eo conturbati sunt, quod sequitur hæc uerba -omnis extenuatio laxat cutem- cōtrarium enim ab ipsa fieri negant. Quocirca nonnulli de refectione uerba illa, postea circumtenditur, dicta esse existimāt. neq; animaduertūt, quod subsequitur ipsis aduersari. ubi ait, instauratio ecōtrario. erit enim si quis ipsorum explanationis intellectum sequatur, talis sermonis sententia: omnis extenuatio laxat cutem, circumtenditur cōtrà instauratis. instauratio uero cōtrarium facere apta est. Sed primū quidē ipsum dicere par erat, instaurationem non contraria, sed contrariū facere. nam cum unum de extenuatione dictū sit, & refectionem uni contrariam dixisse ratio postulat. Igitur si extenuatio cutem laxat, eam distendere instaurationē decet. postea uero deinceps hoc dixisse manifeste uidetur, cum explicatior, apertior, ac breuior sit talis oratio -omnis extenuatio laxat cutē, instauratio circumtendit- Quid igitur est, quod ab ea parte significatur, quæ dicit, postea circumtenditur? Nihil aliud sanè, nisi id, quod ab omnibus intelligitur. quòd primo scilicet in extenuationibus cutis relaxatur, extenditur postea extenuatione manente, & non in instaurationem transmutata. At in instauratione contrarium euenit, ab initio quidem cutis obtenditur, tempore autem succedente laxior euadit. Hęc profectò, si adeo curiose, ut Hippocrates, sensus apparētia obseruassent, ita fieri uidissent. primum igitur uobis in memoriam ea reuocans, quæ sensu conspexistis, postea & apparentium causas explicabo. Illorum itaq; reminiscamini, qui in morbis contabuerunt, præsertim in tabe, quæ combusta uocatur. in quibus meministis cutem æque ac aridum corium fuisse distentam. sed quid mirum in illis longiori tempore tabefactis cutem distētam apparere? quandoquidem & nōnunq; primis diebus id euenire soleat. Dicit ergo Hippocrates ipse in Præsagijs de his, quæ morbi initio eueniunt, sermonem faciens, inter alia faciei signa & hoc enumerans, cutis circa frontem dura & contenta. Quod autem ob inanitionem

tionem id fiat, docens ipse deinceps scripsit: interrogare oportet, num uigilauerit homo, an uentris deiectiones ualde sint liquidæ, an fames aliqua ipsum uexet. Cęterum id ab omnibus medicis Hippocrate posterioribus tanquam uno ore loquentibus conceditur, ob immodicam euacuationem nonnunquam sensilem, nonnunquam sensus latentem, solere eiusmodi faciem euadere, qualem his uerbis pinxit Hippocrates. nasus acutus, oculi caui, tempora collapsa, aures frigidæ & contractæ, & auriũ pinnæ inuersæ, & cutis circa frontẽ dura & distenta. Quocirca sensu nos aperte docente nimiã euacuationem contra quàm moderatam, in cute affectum parere, ipsorum ratio ueri similis quidẽ, non tamen uera cõprehenditur: cum dicunt, manentibus affectum producentibus causis ipsum ad contratium transmutari non cõtingit. euidenter enim transmutari in immoderatis euacuationibus cernitur: siue ipsæ longiori tempore sensibiliter perdurare noscantur, siue per uias sensibus occultas, per eliquationẽ scilicet aut digestionem ægrotantium efficiantur. Antequam igitur ad ipsam cutis substantiã exhaustio peruenerit, perinde atque in euacuatis utribus, & saccis, & uesicis cutis laxior redditur. inanitione autẽ perdurante talis efficit, quales aridæ uesicæ atque coria, quæ præ duritia extendi non possunt. talis uero & in utribus et in uesicis cutis effecta uidetur, cum exiccata admodum fuerit. At usque dum humida sit & mollis, in interno cauo aliquid suscipit iterumque dimittit: suscipiens quidem, cum satis expleta fuerit, distenditur, cum inanitur autẽ, relaxatur. Recte igitur Hipp. dixit. omnis extenuatio laxat cutem, postea circumtenditur. sic enim & fieri uidemus, & iam causa dicta est. ac bene illud quoque adiecit, instaurationẽ contraria facere: nam ab initio extendit cutis, interiecto deinde temporis interuallo efficit laxior. cum enim subiectis ipsi carnibus durior natura sit, atque aridior, post illas & in extenuationibus obdurescit, & in instaurationibus remollescit. quando igitur ipsam durã & iam exiccatã instauratio exceperit, primũ carnes adaugens ipsam iure protendit: procedente uero tempore & ipsa cutis nutrimentum suscipiẽs, humidior & mollior fit, proinde & iterũ laxior reddit, quemadmodum arida coria & pelles aqua madefactæ & oleo ac seuo delibutæ. Hęc itaque uere iuxta atque aperte ab Hippocrate enarrata male interpretati sunt, ob earũ, de quibus est pręsens sermo, rerũ ignorationem. Sed quæ sequunt haud æque nota, & fortasse deprauata manifeste esse arbitrantur: quamuis in ipsis explanandis haud minus, quàm in prædictis dissentiant, & antiquas lectiones permutent. uerũ ut dilucidior oratio sit, singulas sermonis particulas separatim explicabo. cutis corrugatio concidentis, extensio refecti. in extenuationibus quidem laxari cutem, priusque ipsa in propria substantia aliquid perpessa sit, in refectionibus autẽ extendi, & exiccatã temporis interuallo in contraria permutari supra comprehensum est. sed in hac parte ipsius concidentis corrugationem fieri inquit, refectæ uero extensionem. rugosum quidem corpus & cutem Gręci nominant, quæ in rugas & plicas contracta sunt, ut uidemus in senibus. & ipsorum affectum corrugationem. corrugatio uero aliqua & in iuuenilibus corporibus apparet, cum uenæ occultæ sunt & extenuatæ, & maxime cũ dissipato in ipsis abundante sanguine medicamen austeræ astringentisque naturæ quispiã superdederit. Hunc autẽ & in cute cadente affectũ creari dicit, id est, cum ea, quæ intra ipsam cutẽ habent, pauciora effecta sunt, tũc decidit in seipsam residẽs. sed cõtrariũ eius affectũ, cũ in longũ latũque excreuerit, extẽsionẽ homines uocant: licet nonnunquam eueniat, ut tantũmodo secundum longũ aut latũ extendat ac resideat. Verũ in præsentia de extensione & cõtractione secũdum utramque cutis dimensionẽ factus sermo intelligendus est. Quod siquis hãc propositã clausulã recte intellexerit, non admodũ hac egebit. Horrens, læue, utriusque signũ, subbiliosum, subrubrũ. nõnulli legunt. rugosum, læue, utriusque signũ. Sed quoniã in ante posita clausula de corrugatione scripsit, rationi magis cõsentiens esse uidebit, ut nunc horrens. dictũ sit, ut Hippocrates speciẽ in corrugatis factã horrẽtibus similẽ esse demõstret. similitudo autẽ in cutis inæqualitate ac ueluti asperitate cõsistit, nonnullis eius particulis depressioribus, nonnullis extentioribus apparentibus. Quando enim per exigua ualde interualla in tota cute id factum fuerit, id symptoma horror nominatur. tuque illud mente cõcipito, exactæ maris tranquillitati læuis corporis statũ assimilari, & proxime inceptæ eius inæqualitati horrorẽ. Ita sanẽ & poeta inquit, qualiter autẽ zephyris confundebat mare ad horrorẽ concitantibus. Læuitas igitur instauratis corporibus inest, sed ueluti horrens cõtrà sese habẽtibus, utrũque uero ipsorũ utriusque signũ est. At nõ utrũque amborũ, neque ambo simul utriusque. eodem quoque modo & subbiliosum & subrubrũ utrũque utriusque signũ est, subbiliosum extenuati, subrubrũ instaurati. emaciatis enim corpus biliosius reddit, propter causas maciẽ inferẽtes, de quibus antea nos loquentes audiuistis. sanguinosius aũt cibo refectis atque instauratis. nam neque bene enutriri sine optimo sanguine corpus ualeret. adiecta uero sermonis calci hac particula sic. aliqui eam sequẽtis initium faciunt, nonnulli huius finẽ. utroque enim modo explanationem facere possumus. quocirca de hoc quidẽ laboriose disceptare non conuenit. sed ad sequentia ueniamus, subiecti sermonis initium ab hac particula Sic facientes, quoniam plurimis explanatoribus idem ipsum facere uisum est: sic detractas esse mammas, graciles uero sursum tractas & circumtentas, & si nõ propter id quispiam arbitretur, sed carne creata id fit. Hęc sanẽ est antiqua lectio. ipsam uero quidam commutarunt, alij breuiorem, alij longiorem facientes, quemadmodum & Sabinus ita scribens: sic detractos esse longos graciles, alios uero sursum tractos. ut graciles quidem & laxari, & longos apparere, sed bene nutritos sursum tractos esse significet. At Ruffus & ueterem lectionem & antiquiorum interpretum expla-

explanationem aliquid Sabinianæ contrarium edocentem retinuit. uult enim bene nutritos ad inferius, emaciatos sursum uersus attractos esse. Huiusce autem rei sensus ipse testis locupletissimus esse uidetur, dicente Hippocrate, Quamuis aliquis non utique arbitretur. nam cum prædixerit, extenuatis laxari, bene nutritis circumtendi cutem, priori detractas esse mammas, secundo sursum uersus retractas accidere inuenies. & propterea aiunt, Quamuis aliquis non utique arbitretur. id sanè tanquam ualidissimam rationem acceperunt ueteres interpretes empirici Glaucias, & Tarentinus Heraclides. per eam enim se demonstrare opinantur, Hippocratem in eorum sententiam descendere, ut uerisimilibus dogmaticorum argumentationibus nequaquam, sed soli per experientiam cognito & euidenti fides sit adhibenda. quamuis & ipsum euidens sine conditione prolatum utroque modo falsum sit, siue detractos esse & laxari tales in extenuationibus, siue in superiora esse retractos dixerimus. ergo id ipsis primum accurate exploratum esse oportuit, cum empiricis, qui rerum sensui apparentium obseruatores ac memores sunt: tum dogmaticis, quoniam eorum, quæ sunt, non eorum, quæ non sunt, ipsos causas reddere opus est. Quid nam igitur sit sensui apparens, ego explicabo, cum in permultis mulieribus obseruauerim, & à non paucis audiuerim non obstetricibus modo, uerum etiam ab alijs nihil eiusmodi scientibus. Hæ namque magis uere sensui patentia enarrant, quàm qui placiti sui amore decepti in his caligant & allucinantur. Quod itaque accidit eiusmodi est: mammæ lactis plenæ secundum omne interuallum augescunt, in altum enim ac latum extuberant, longioresque cernuntur. At si absque lacte in tenuitate & crassitudine tantum, ut & alia membra, permutantur, eodem, quo & illa, modo afficiuntur. primo quidem cum extenuantur, relaxatæ, cum uero crassescunt, magis extentæ. sed processu temporis contrarium statum suscipiunt, breuiores quidem arefacta cute euadentes, longiores autem in refectionibus, ut antea dictum est humectata. ita planè & in uetulis primo laxantur, postea contrahuntur. Ego quidem mammis euidenter contingentia recensui, & causas ipsis adieci. explanator autem nullus id fecit, sed prout quisque uoluerit scribens, propriam deinde scripturam declarat. Haud ab re autem & cōtrarias explanationes, & scripturas sermonis mutilas & incertas attulerūt. ut quicquid dicat aliquis, partim uerum, partim falsum dicturus sit: mammis utique, cum lactis plenæ sunt, grandioribus effectis, cum uacuæ, minoribus: sine lacte uero, cum macrescunt, ab initio laxatis, deinde cōtractis: dum crassescūt autem, ab initio retractis, postea paulatim relaxatis: Quum & iuxta hoc sit renutriendi distinctio, eo quòd aliqui reficiantur, priusquam ad tantam tenuitatem perueniant, in qua præ ariditate cutis distendatur: aliqui post ariditatem enutriunt ac recreantur.

30 Iugula manifesta, uenæ conspicuæ.

Id genus sermones claram præ se ferunt scriptoris sententiam, & si uerbis, in quibus hæc apparere uelint, expressum non sit. multi quidem natura macri, & iugula detecta habent, & uenas extantes plenasque sanguinis. sicut econtrario alij neque iugula, neque uenas habent extantes. Quemadmodum autem naturalis huiusmodi corporum differentia conspicitur, eodem modo & in his, qui præter naturam aut emaciantur, aut crassescunt, & abundant, aut egent humoribus. constat enim in extenuato corpore repletas uenas sanguinis plerunque corrupti intra ipsas inclusi copiam ostendere. sicuti de muliere, cui menses retenti erant, paulo ante dicebam. Cæterum miror Capitonem solum huius sermonis uerba ita scribentem -magna repletio patens est, uenæ perspicuæ- nam si ita scriptus inuentus esset, quid necesse fuisset omnes interpretes eum in clariorem transmutasse: siquidem eorum, de quibus ambigunt, scripturas facilioris notitię causa transmutant. Quinetiam codicem nullum ita se habere inueni, cum multos tamen ob id ipsum euoluerim, antiquas scilicet lectiões ab his, in quibus omnes consentiunt, aut dissentiunt, distinguere cupiens. Cum omnes igitur explanatores, & omnes codices eandem lectionem habeant, haud rectè Capito ipsam permutare ausus est. sed forsan & ego male ipsius ab initio mentionem feci, cum omnes huiusmodi in lectionibus mutandis ineptias me in explanando omissurum esse prædixerim. In sequentibus igitur id me à longitudine abstinens.

31 Prodicus febrientes interficiebat cursibus, luctationibus, fotibus calidis. malum febriculosum inimicum fami, circuitib. multis, cursibus, frictione, labore labore, ipsis.

Et hæc uerba alius aliter scribit, nonnulli quidem uerba hæc permutantes -circuitibus, luctationibus- nonnulli uero ab initio -luctationibus- ponentes, aliqui eam uocem eximentes, aliqui ab initio -fami- adijcientes. circuitus sanè uocat lentas deambulationes in longius tempus productas, ut in libro De ratione uictus in acutis ipse inquit, tardum multum circuitum deambulasse. & Plato Prodici meminit ut in multis, deambulationibus utentis. Quem autem nunc Prodicum memoret utrum Leontium, an Selybrianum, quærere superuacuum est. in alio enim sermone hæc omnino percurrimus. Nūc uero historicas quæstiones tractare tempus non est, quando nonnullorum explanationibus non paucis prętermissis, satis habemus, si nostram octo uoluminibus absoluerimus. sed cur Prodicum accuset, ipse declarauit inquiens, febriculosum inimicum esse circuitibus, & fami. constat autem, quod & reliquis enumeratis, nam & luctationibus, & calefactioni, & frictioni, febriculosum aduersarium est. ita enim ea uox inimicum intelligenda est. quoniam & amicum per translationem dicere cōsueuerunt proprium ac domesticum. inter utranque autem dictionem hæc -malum- posita ab aliquibus in calce prioris sermonis scripta est, ab aliquibus initio secundi, ut una fiat oratio huiusmodi, Malum febriculosum inimicum circuitibus. Quod autem febricitātibus deambulatio, & cursus, & fotus calidus

lidus & luctatio, undiq; calorē in corpore augentes officiant, neminē eorum, qui in artis operibus uersati sunt, præterit. Prodicus uero non rationalē modo auxiliorū inuentionē, sed etiā empiricā obseruationē ignorare uidet. negat enim ratio laboři laborē mederi, hoc est, noxæ noxā & malo malum. nam contraria non similia infestanti uitio adhibere auxilia cōuenit. at ille similia adhibere uidet, siquidē & ambulationibus, & luctatione, & frictione, & fotu calido, & fame utitur: per fotum autē calidū omnis ab extrinseco nos inuadens caliditas, siue ab igne, siue in balneis fiat, intelligenda est. Quinetiam fames prædictis aduersatur. ubi enim fames est, laborare non cōuenit. non solum autē clausulæ initio, sed & ab initio usq; in finem quicquid libuerit scribunt. cæterum ego ueteres scripturas, & si difficilius explanentur, semper eligo. Sed uocē eam, quæ ultima in propositis uerbis scripta est -ipsis- aliqui sequentis sermonis initium faciunt, nōnulli prorsus abijciunt. siquidem nihil plus, quàm antedicta edocere uidetur.

32 Venarum rubor, liuor, uiriditas, laterum dolores, laxi.

Dixi uocē -ipsis- in calce proximi sermonis positam isti posse preponi, ut sermo talis reddatur, ipsis, quos predixi. erant aūt febricitantes non recte à Prodico ad motiones bene ualentibus conuenientes deducti. hæc, quæ nunc dicit, habere contingit, non omnia scilicet singulos homines. neq; enim potest rubor unà cum liuore & uiriditate cōsistere. siquidem unumquodq; istorū duo reliqua tollit, & affectus dissimiles sequit̄. nam uires mediocres & optimum sanguinem habentibus, cum exercentur, aut per fotus calefiunt, rubicundum corpus euadit. sed imbecilliores, aut uitiosis humoribus repleti liuidi fiunt ac uirides. nōnulli uerbis his hanc uocem -tumores- præponunt, & clausulam talem faciunt -tumores, uenarum rubor, liuor, uiriditas. sed quod in extremis uerbis dixit -laterum dolores, laxi- nonnulli uerisimiliter ita mutarunt, laparæ, id est, uentris dolores, hos importune exercitatis suboriri uolentes. uerumtamen omnes interpretes hanc lectionē agnoscunt -laterum dolores laxi- & intelligunt laxos, id est, sine phlegmone & tensione dolores.

33 Siti carentem os claudere, tacere, uentum cum potu frigidum inducere.

Hoc scripsit Hippocrates ex ijs unū, quæ totam febrientium curandorum rationē in mentē reuocare queant, & id ipsum Prodici in curādis febriētibus inscitiam demonstrare ualens. neq; enim ea, ex quibus sitiant, ut calefacti, sed ex quibus sitis extinguat̄, facienda sunt. hæc sunt uero, prima quidem motibus opposita laborātis corporis quies, secunda, omnia reliqua ex quibus febrilē affectū comitantia magis mitescant, & non exasperētur. Inter quæ unū est, ipsum à siti defendere. per quæ autē quispiā sitim prohibeat, adiecit - clausum os habere, ac tacere, auramq; frigidam cum potu introducere - id est, uentū unà cum potu frigidū attrahere. Quod si cum potu, patet etiā sine ipso per solam inspirationē. quare & aeris inspiratu attrahendi ratio habenda est, ut ne calidior sit, q̄ cōueniat. idq; magis æstatis tempore. uerū & hoc loco Capito atq; Dioscorides audacius ueterem lectionem permutantes hunc in modū uerba scripserunt -uentū inter bibendū frigidū non introducere- Sed Dioscorides quidē, ut cōsueuit, secundam lectionē addidit -ex quibus uentū frigidū introducere- At Capito neq; posteriorē lectionē in omnibus codicibus repertā, & à cūctis explanatoribus cōcessam approbauit. sed ei hāc syllabā -non- adijciens, loco horū -frigidū introducere- scripsit -frigidum non introducere- perinde ac si nunq; frigidum aerem febricitans inspirare debeat.

34 Occasiones, unde cœperūt ægrotare, considerandæ, siue capitis dolor, siue auris, siue lateris, signum dentes, & in quibus inguinum phlegmonæ.

Hanc clausulā & in secūdo De morbis uulgaribus uolumine in primo cōment. explanauimus.

35 Nascentia ulcera et tubercula febres iudicantia. quibus hæc non accidunt, iudicationis carentiæ. quibus aliquid intus relinquitur, certissimæ & uelocissimę recidiuæ.

Et hæc oratio priori contigua in secundo De morbis uulgaribus scripta cōuenienti declaratione illustrata est per primum in eum librum à me editum commentarium.

36 Rotunda sputa delirium significant, ut in pleno.

Sputorum rotundorum ueluti materialis causa crassitudo est atq; tenacitas humorū in fibris pulmonis collectorum. causa ueluti effectrix est loci caliditas. & in quibusdam febre uacantibus id fieri uidimus. qui per ualde longum temporis interuallum nihil mali pati uidebantur. attamen isti omnes postea phthisi cōtabuerūt. Quod si sputa hæc nonnunq; in febre unà cum alijs signis deliriū significantibus adsint, aliquid & ipsa ad futurū delirium præsagiendum facient. aliter uero minime. ne igitur hoc solo indicio ad predicendū insaniam cōfidito. porrò insaniæ propriam notam frequenter audiuistis. Diximus autem & id in nostris libri Prędictionum cōmentarijs, q̄ caliditas illis adiuncta, ad excitandam insaniā aliquid facere potest. caput scilicet exhalationibus replens. sed ipsa per se nequaq; idoneum insaniæ, & præsertim phreniticæ signum est. preterea & in febrium summo impetu, quoniam caput repletum est, multi delirant. in proposito autem sermone in quibusdam codicibus, calci additum est, ut in pleno. & in alio, ut plen soli. & quicunq; interpretes lectionem hanc probauerunt, ut etiam Sabinus, loci cuiusdam nomen plen esse dixerunt: sed cuius ciuitatis locus iste esset sermoni non addiderunt.

37 Sanguifluis uenis laborātes neq; morbo laterali, neq; pulmonario, neq; phage-

dæna, necꝙ inflammatiunculis, quæ dothienes uocantur, necꝙ ijs, quæ terebinthi, fortasse uero necꝙ lepris, fortasse necꝙ alijs.

Deficit hoc uerbum capiuntur, & ideo subintelligendū est. cur uero his malis non capiantur, clarum est. uitiosis enim succis per sanguifluas uenas depulsis quidam sane mali habitus in toto corpore accidunt, & pallores, & hydropes, sed nullus eiusmodi morbus. Quòd phagedænas autē uocet corrodentia ulcera, quæ quidem & phagedænica ueteres medici nominarunt, à nobis dictum est & in tertio super libro De humoribus cōmentario. siquidem & in illo ijsdem uerbis hæc oratio scripta est. Porrò nonnulli phagedænas multorū ciborum esus esse uoluerunt: quos & ipsos à uitiatis humoribus immodicos edendi appetitus excitantibus prouenire & à nobis conceditur. non tamen huius malorum succorum copiæ, sed melancholicæ potius sanguifluas uenas medelam esse statuimus. cæterum huiusmodi succorum frigidus acor talem ciborum appetētiam excitans interdum & in nonnullis sanguifluas uenas habentibus inuentus est. Sed terebinthorum nomē nigras quasdam pustulas in cruribus maxime orientes significat, à figuræ, coloris, magnitudinisꝙ similitudine, quā cum terebinthorum fructu habet, deriuatum. Sed quod in extremis uerbis scriptum est, fortasse autem necꝙ alijs, quidam legunt, fortasse autem necꝙ alphis. quandoquidem & alphi ex quodam prauo humore cuti impacti oriundi sunt.

38 Medela quidem multis importune adhibita talibus non tarde capti sunt. & perniciose sic.

Importune sanguifluis uenis medentur qui necꝙ uenam secundum circuitus scindunt, necꝙ aluum ducentibus utuntur, necꝙ per exercitationes euacuant. præterea & illi errāt, qui unam ex ijs saltem non relinquunt, sed omnes unà destruunt.

39 Et quicunꝙ alij abscessus, ut fistulæ, aliorum medela sunt.

Sæpius ipsum non eorū solum, quæ in aliquam partem corporis seponuntur, sed etiam eorū, quæ expellunt, abscessus nominare inuenimus. in quibus igiť ex his affectibus & fistulæ insunt, per eas humores superuacui expurgantur. quemadmodū igitur sanguifluis uenis, ita & his non simpliciter, necꝙ, ut libet, curatio adhibenda est.

40 Decubitus quidem in quibus facta tollit, hæc ante facta prohibet.

Cum uetus scriptura ita se habeat, multi explanatores in clariorem mutauerunt, loco harum uocum facta, & antefactà, numeri pluralis, neutri generis, reponentes facta, & antefacta singularis numeri generis fœminei (quæ uoces apud Græcos diuersæ sunt) ut ad aposcepsin, id est, decubitū sermo referatur. omnes autē decubitum pro abscessu dictum esse intellexerunt, fortasse primo libri scriptore aberrante. Sed uerba sensu non discrepantia in omnibus scripturis inueniuntur. uult enim

A Hippocrates dicere, abscessus in quibus morbis facti eos discutere queūt, si præuertant ijsdem, ne fiant, impedimento sunt. mihi autē & in hunc sensum oratio accipi posse uidetur. si hoc modo uerba scripta essent: consideratio quidem est omnia, quæ in aliquibus orta liberant, eadem si anteuertant, fieri prohibere. nam cum antiqui Græci hæc duo elementa. η & ε. eodem charactere notarent, qui nunc solum alterū elementū tantum. η. scilicet significat, multi errores à librorū scriptoribus cōmissi sunt, non secundum autorum mentem literarū permutationem facientibus. quocirca & accurate huiuscemodi scripturæ cōsiderandæ sunt, in quibus elementū. η. in. ε. transmutātes, aut econtrario scribentes lectionē castigare queunt. idem
B & in elemento. ο. & ω. faciendū est. cuius utriusꝙ figuræ unico iam pridem charactere signabantur.

41 Alterius loci excipientes aut dolore, aut grauitate, aut alio quopiam liberāt. aut alijs communicationes.

Hæc eadem clausula in libello De succis ad calcem scripta est, quemadmodum & ante ipsam positæ, quarum prima est illa, à sanguifluis uenis tentati. eo igitur loco ipsas accuratius enodauimus. uerum & nunc per capita explanabimus. sententia namꝙ propositorum uerborū hæc est, ex alijs locis in alios susceptiones morborum fiunt, prout succi eos facientes migrant, aut ob mēbri, in quod uagantes delabūtur, dolorē aliquem, aut ob suam
C ipsorum grauitatem, aut etiam ob aliquam aliam causam, ut medicamentum acre irritans, & frictionem, aut aliquam caliditatē ab extrinseco incidentem, quinetiam ob naturæ membrorum coniunctionem migrationes humorum fiunt. testiculus igitur tumefactus in tussientibus documentū est affinitatis cum pectore, mammis, genitura, uoce. quidā uero ea uerba-alijs cōmunicationes-ita scribentes-diuersę cōmunicationes-sequentis clausulæ initium faciunt, dicētes Hippocratem ad aliam cōmunicationis speciem transiuisse, eam scilicet, quæ secundum humorū cognationem fit. Ipse igitur (inquiunt) dicit, ob inclinationē non præterea sanguis exit, sed propter humoris cognationē talia expuunt. ita uero & Ruffus scripsit distinxitꝙ
D uerba, ueluti propositū quoddam declarandum hæc uerba esse putans-diuersæ cōmunicationes-quæ sequuntur autē, ueluti propositi dubij explanationem. dicit enim cognationem sanguini cum pure intercedere, quibus non amplius sanguis expuitur, ipso scilicet ad contraria uergente. istis purulenta sputa fieri sanguini cognata. atꝙ orationē hunc in modum scribit- sed propter humoris cognationem saniem expuunt. Cæterum Sabini discipuli ueterem lectionem retinentes, proprium dictorum initium illud faciunt, propter inclinationem, ad quod iam transitum faciemus.

42 Propter inclinationem non amplius sanguis exit, sed secundum humoris cognationem talia expuunt.

Olim exactius hæc uerba interpretati sumus in ter-

in tertio libri De humoribus commentario, ſed in præſentia quoq; ipſa breuius explanabo. cum ſanguis per aliquã partem exire ſolitus, ut per ſedem, aut nares, aut uterum, aut per circuitum ex uẽtre, aut fiſtula, aut ex qua libet alia parte in alia membra impetum fecerit, non amplius per priorem locum euacuatur. hoc autem eſt priuatũ exemplum de ſanguine in pectus & pulmonem declinante. Ex hoc enim loco ab alijs alius ſecundum humorum cognationẽ expuitur, ſpumans quidem, cum pituitoſus eſt, pallidus, cum bilioſus, niger, cũ melancholicus, ſicut & ruber, cum ſanguis eò defluens purus fuerit. iure igitur quidam τ. literam pręponentes non ῥοπὴν, id eſt, inclinationem, ſed, τροπὴν, id eſt, conuerſionem ſcribunt, propter ſanguinis conuerſionem, putantes eius conuerſioni propinquum expui. mutatur enim nonnunq; ad bilioſum, nonnunquam ad melancholicum.

43 Nõnunquam aliquibus ſanguinem detrahi conuenit opportune in his. in alijs uero, ut in his, non conuenit.

Expedit, inquit, horum aliquibus ſanguinem detrahi, quibus ſcilicet is copioſus eſt, & nondum inſigniter ad alterius humoris naturam cõuerſus. non detrahendus eſt autem, in quibus iam mutatus eſt, propoſito à uiribus ſumpto antecedente. & ſi nõnunq; in ſermonibus omittatur, in quibus ſolas ab affectibus indicationes recenſemus.

44 Impedimentum in cruenta ſpuentibus tempus anni, morbus lateralis, bilis.

Et hanc quidem clauſulam deinceps poſt ante ſcriptas in fine libri De humoribus alius aliter & ſcribit & explanat. cum omnes igitur & ſcripturæ & declarationes uериſimiles non ſint, alijs tolerabilior mihi uiſa eſt ſcriptura quidem modo in propoſitis uerbis expreſſa. explanatio uero hęc: cruẽta ſputa reijcientibus ſectio uenæ impeditur, propter anni tempus aduerſarium, aut affectum lateralem, aut humorem bilioſum abundantẽ. Quod propter anni tempus, clarum eſt. nam ualde calidis temporibus, qualia ſunt ante canem, à uenæ ſolutione cauemus. necnon ſi ualde bilioſus homo

A ſit. uerum quod de laterali morbo dictum eſt, ſolum refragari uidet. neq; enim ſecandæ uenæ affectus iſte repugnat, ſed uiribus eget nõ prohibentibus, & anni tempore & ætate. itaq; quod dicitur, tale quiddam eſſe uidetur. ſanguineũ ſputum reijcientibus omnino, quantũ ad hoc pertinet, ſecanda uena eſt, niſi propter lateralẽ morbũ talia reijciant. iſtis namq; haud prorſus, ut ſanguinẽ ſpuentibus, uenã aperies, ſed proprijs lateralis morbi regulis & conditionibus medicaberis, per quas ita affectis uel ſanguinem detrahemus, uel nõ. Id uero mihi ulterius animaduertere cõtigit, cum librũ De humoribus explanarem. inter explanandum enim quendã ægrotũ intuitus ſum, qui me, ut ſanguineo ſputo uexatus accerſiuit, ſed cruẽta ob
B lateris affectũ expuebat. Sputũ igitur ego cõſpiciẽs ipſum interrogaui, nũ aliquẽ dolorẽ in latere ſentiret: ipſe uero exiguũ ſe dolorẽ percipere faſſus eſt. talis aũt erat eius habitus atq; uires, ut ſi ſanguinẽ expuiſſet, quoniã morbi magnitudo urgeret, ad ſecãdæ uenæ auxiliũ accedere auſus eſſem. Sed cum morbus lateralis mitis admodum foret, neceſſe non fuit. ideo neq; id genus remedij adhibuimus, atq; euidẽter hominem hunc, lateris morbo laborare cognouimus, & alijs huic morbo cõgruentibus remedijs citra uenæ ſectionem ſubleuatus eſt. mitiſſimi enim illi ſunt, in quibus cruenta ſputa eijciũtur. porrò quidam interpretes uocem illam-impedimentũ-fini anteſcriptę clauſulæ adijcientes, hanc modo propoſitam ita legunt, in cru
C enta ſpuentibus tempore, morbo laterali, bile. & aiunt, tempus de his dictũ eſſe, quæ opportune & decẽter fiant. ipſum enim uelle ſignificare, in lateris morbis cum ſanguinea ſputa ab initio reddũt, etenim ſic plerunq; cõtingit, poſt hæc in bilioſam naturam mutationẽ in tempore fieri. nam cõuenientem eſſe ordinem dicunt, morbo laterali recte ad iudicationẽ tendente, poſt cruenta, bilioſa expui. alia præterea quædã ab huiuſce loci explanatoribus haud ſanè memoratu digna narrata ſunt. Verũ ego malo, ut iam nouiſtis, in obſcuris ſermonibus tẽpus nõ cõſumere, cũ alia multa in arte habeamus, in quib. utiliter nos exercere poſſimus.

GALENI IN SEXTVM DE MORBIS VVLGARIBVS HIPPOCRATIS LIBRVM EXplanationum Tomus quartus.



VIBVS ſecundum aurem iudicationis tẽpore genita nõ ſuppurauerint, his inanitis reuerſio fit ſecundũ rationẽ reuerſionũ. reuerſione facta iterũ tollũtur, & permanent. quemadmodũ febrium reuerſiones in ſimilem circuitum. In iſtis ſpes eſt in articulos abſcedere.

Secundũ aures præter naturã tumores in ægrotantibus exortos eparmata nominare cõſueuit, interdum locutione integra utẽs, interdum mutila,

D quemadmodũ & nunc. eſſet enim integer ſermo, ſi ita dixiſſet, ſecundũ aures eparmata exorta ęgrotãtibus. quẽadmodũ ſanè & in primo De morbis uulgaribus ſtatim ab initio primæ conſtitutionis ſcripſit: Eparmata uero ſecundũ aures multis in alterã partẽ uergentia. & ex utraq; aure plurimis, ſine magna febre munia ſua obeuntibus. ſcimus autẽ ipſum, ſicut hoc loco eparmata dixit, ita & œdemata plerunq; ea nominare. declarauimus enim omnes præter naturã tumores ita ab Hippocrate nominari, non, ut à poſterioribus, laxos & dolore carẽtes, qui in totũ & ſine ulla inflãmatione conſiſtunt. meminimus autem & omnes inflammationes, & ſi tumore præter naturam careant, ab hoc

eodē phlegmonas appellari. sed ipso posteriores nomen phlegmones tumoribus pręter naturā attribuunt, quādo cum inflāmatione, & resistentia, & pulsatorio dolore constiterint. inquit igit̄ cū in morbo aliquo iudicationis tēpore tumores secundum aurē exorti, priusq̨ suppurent, inaniantur, id est, retrahant̄ & euanescāt, expectare oportet ita affectis recidiuā fore. olim uero ipsius consuetudinem sæpius didicistis, hanc uocē, inaniri, seu euacuari, ad omnia, quæ utcunq̨ cōtrahuntur, applicantis. quandoquidē ista magis uacua redduntur. accidere itaq̨ illis dicit morbi reuersionē, quibus parotides nō suppurauerint. atq̨ interdū ipsas (neque enim semper) denuo reuerti, augescere, ac iudicari secundū reuersionū rationem. quod idē est, ac si dixisset, perinde ut in ipsis, & secundū eosdē dierum circuitus. spes esse autem & ipsis in articulis aliquos esse orturos abscessus. nā sæpius in longis morbis id euenire dictū est. uerum hūc sermonem etiam in tertio cōmentario in librum De humoribus ad finem declarauimus. sed cum prædixerit -secundū aurem- atq̨ subintulerit, hoc -inanitis- idcirco uidetur mihi Dioscorides præpositione -ex- adiecta scripsisse -ex hoc inanitis. et inquit, oportere subintelligi tēpore, aut loco huius -post hæc- ex hoc dictum esse. at sicui ueteres scripturas immutare liceat, ipsi licebat eam uocem. Hoc, in istam, Hæc- uertenti à molestijs liberari.

2 Vrina crassa alba, qualis Archigenis in laboriosis quartanis, interdum exit, & liberat abscessu. si uero ultra hoc & sanguis de naribus profluet satis & copiose.

Siquidem cum articulo scriptum esset, ut Græci scribunt -huic Archigenis- subintelligemus aut seruo, aut amico, aut familiari. uel si pro fœminino articulo accipiamus, aut serue, aut uxori, aut quomodolibet familiari. Sed diuersas lectiones afferre negamus, cum eadē sententia seruatur. Et nunc iterum id pro dicendis in posterū memoriæ mandetur. q̨ laboriosas autem febres nominet non illas in totum, quas multa motio antegressa est, sed omnes eas, in quibus aliquis laboris, seu lassitudinis sensus existit. Porrò ipse in aphorismis scripsit: lassitudines spontinæ nunciant morbos. Et nunc sanè arbitrandum potius est ipsi de ita laboriosis morbis esse sermonem, ex multitudine crassorum uitiosorumq̨ succorum multoties excitatis. quapropter ipsis per urinam euacuatis morbus finit̄. securior aūt morbi solutio est, si euacuatio die iudicatorio cœpta sit. sed quicūq̨ neq̨ per urinam, neq̨ per sanguinis effusionem iudicati sunt, istorum morbus in abscessum desinere consueuit.

3 Cui intestinum à dextra parte, articulorum morbo laborauit, erat quietior. postquam uero id curatum fuit, erat dolentior.

Duplex & hoc loco lectio est sententiā permutans, antiquior sanè cum litera -n- in prima syllaba huius nominis, enteron, id est, intestinum. postea altera lectio detracto -n- addita fuit, ut sit -eteron- hoc est, alterum. uolentibus illis, qui ita scribunt, de tumoribus secundū aurem excitatis hāc uocem -alterum- dictam esse. quemadmodum rursum scribentes -intestinum- de dolentibus ex intestino, aut distentione intestini laborantibus dictū esse affirmant. intestinum uero singulari numero prolatum nonnulli colon, quod uocatur, esse arbitratur. alij uero cæcū. quod sanè etiam facile, cum omni uinculo solutū sit, descēdit in scrotum. nempe solum hoc intestinum solutum esse, cum reliqua omnia lactibus alligentur, atq̨ inhæreant, uerissime dicunt. An uero propter ipsum in scrotum delapsum articulorū morbo laborans subleuatus sit, deinde rursum ipso ad sanitatem reuerso in eadem mala inciderit, ariolari cōuenit. uerisimilius igitur est de intestini coli dolore affecto sermonē in pręsentia fieri. par enim fuit ipsum articulorum dolore leuatum esse una quidem, quam ipse dixit, ratione: doloribus unà non eodem loco existentibus uehementior alterum obscurat. secunda ratio est, q̨ humorū in artus currentiū ad colon intestinum impetus conuersus est. nōnulli autem interpretes hunc articulari morbo uexatum coxendicis dolore tentatum fuisse aiunt. atq̨ ideo delapso cæco intestino mitius egisse non amplius coxendice oppressa atq̨ grauata. iuxta Græcorum morem ischiadicū, id est, coxendicis uitio affectū, arthreticum, id est, articulorū dolore uexatū nominare uolentes. Hactenus quidē omnes hæ sermonis particulæ & in calce libri de humoribus scriptæ sunt. iam itaq̨ ad eas, quæ in hoc solo proposito uolumine inueniuntur, transitum faciam.

4 Agesii filia uirgo quidem cum esset, crebro erat spiritu. mulier uero facta diu à partu dolens non ualde longiori tempore onus graue sustinuit. protinus quidē in pectore quiddā cōcrepuisse uisum fuit. postero aūt die asthmate, hoc est, suspirio laborauit, & dextra coxendix indoluit. Hæc cum doleret, tunc & suspirio uexabatur: dolore sedato, tunc & suspiriū sedabatur. spumātia excreabat, Incipiēs aūt florida, cōsistens uero uomitui bilioso tenui simile erat. dolores autem præcipue, cum manu laboraret.

Ipsum plerunq̨ spiritum respirationem uocantem audiuimus. quare et fœminam crebro spiritu, quæ crebro anhelaret, dictam esse putandum est. sed quibuscunq̨ admodum increbuerit hæc difficilis anhelitus species, asthma & orthopnæa, id est recta spiratio affectus iste nominatur: quando uidelicet sine febre constiterit, aut crassis & lentis humoribus spiritus itinera obsidentibus, aut aliquo crudo tuberculo in pulmonib. excitato. hæc cum & antea ægre spiraret, à partu dolorem passa est. porrò si nihil de anhelitus difficultate locutus ipsam dolentem euasisse dixisset, uerisimile esset ipsum uelle, in toto corpore mulierē hanc lassitudinis sensu affectam esse. cum uero ipsam crebro esse

esse spiritu dixisset, iure quispiam, dolorem in pe- A ctore excitatū esse ipsum dixisse opinet. q cū modicus esset, & aliud quoddā eiusmodi symptoma accidit, cum uidelicet graue quoddam manibus tolleret, protinus quidem in pectore quendā stre pitū sensit disrupto, ut par erat, tuberculo. Sed postero die liquore in tuberculo antea incluso ad arteriam usq; asperā dissipato, & anhelitus frequentiam increuisse accidit. neq; amplius simpliciter crebrū esse anhelitum, sed in illum iam affectum euasisse quod asthma, siue suspiriū appellatur. paulatim uero humore hoc excreato mulier ista perfecte ab anhelitus difficultate libera fuit. hactenus nihil in dubiū uertitur, sed omnia iusta de causa facta sunt. cęterum propter quid affectus pectoris & coxendicis unà exacerbabantur & mitescebant, haud iniuria quispiam quęsiuerit, cum nulla pectori cum coxēdice, sed cum genitalibus membris affinitas intercedat. fortasse igitur imbecilliorem coxendicem habens dolore affecta est, nonnullis superuacuis humoribus eodem tempore in ipsam delapsis. neq; enim in membris naturalem societatem habentibus hic uitij consensus factus fuisse apparet, nonnunq; imbecillioribus mēbris uexantiū humorū copiam suscipere prius festinātibus. sputi aūt reiecti qualitas humoris infestātis naturā indicabat. spumās enim sputū, pituitosum succū significat, floridū uero, sanguinem abundare: quemadmodū, pallidū pallidā ac flauam uocatam bilē: eodem modo & nigrū, nigrā. Multoties uero supradictū est, cum simpliciter Hippocrates C bilem dicit, pallidā & flauā uocatam bilem significare. In alijs aūt bilis generibus colorē adscribit. Etenim æruginosa bilis uomit, & subrubra, & atra, & obscura. At q̄d in extrema clausula scriptū est, ipsam, cum manuū opera uteretur, magis dolere, ad uitij consensum ostendendū adiectum fuit. olim uero & in alio sermone audiuistis, cū pectoris partes superiores circa primū & secundū costarum interstitiū patiant, rationabiliter manus in cōsensum affectus adducit, neruis ab his ipsis interstitijs ad eas peruenientibus. Verisimile quoq; est & à dextra pectoris parte, quando graue illud onus sublatū fuit, aliquid ruptum fuisse, & idcirco è regione dextrā coxendicem affectā esse. Quod si, cum mulier onus tolleret, neruis passis pectus D manus noxam participauit, uerisimile est in ea maxime parte ipsum fuisse affectum, unde nerui ad manus pertinentes expullulant.

5 Hanc abstineri ab allio, sue, oue, boue: in agendis uero à clamore, excandescentia.

Diuersæ & in hac parte lectiones fuerūt, nōnullis primā dictionem in datiuo casu scribentibus-huic-atq; ita legentibus-huic abstineri allio, sue, oue, boue-nonnullis dimissa uoce-hanc-à uerbo-abstineri-incipiētibus. omnes uero subintelligendum esse censent, uisum fuit nobis ipsam medicātibus, uel cōsuluimus ipsi unūquodq; istorū cōducere. atq; ideo de uaria lectione laborandū nō est, sed cuiq; quod placet, scribere permittēdū, dūmodo eadē sentētia retineat. posthabita igitur de uerbis curiositate, ad res, quæ pręcipiunt, trāseamus. hæc sane prędictæ mulieri, & alijs scilicet perinde affectis expediūt, ab allij, et suillarū, bubularū, ouillarūq; carniū esu abstinere, harū quidē, ut ualidarū & ægre coctiliū, allij uero ut acris & corrodentis. à clamore autem, utpote qui non solum prius rupta uasa amplius dilacerare, sed etiā nihil dum mali in instrumentis spirabilibus passa disrūpere possit, tensionem quandā, caliditatē & inflāmationē in ipsis efficiēs. manifestū est etiā hæc ab Hippoc. exemplorū instar dicta esse. consulit aūt ab omnibus difficulter coctilibus, ab omnibus acribus. ab omnibus prauum humorem creantibus, ab omnibus præterea uiolentā quandam tensionē instrumentis anhelitus inferentibus abstinere. B

6 Cui in capite depascebatur tumor, primo alumen combustum utile fuit. habuit alium priorem abscessum, forte quoniā os abscessurū erat: sexagesimo die abscesit. supra aūt in summo ad uerticem uulnus erat.

Nōnulla ex ita scriptis forsan ipsi scriptori ad reminiscentiā faciebant. sed nobis in hæc incidentibus haud satis euidens ex ipsis fructus percipitur. narrat enim cuiusdā in capite exedēs ulcus primo à cōbusto alumine ad melius fuisse redactū & illi eidē alia in parte abscessum fuisse. ubi & os postea seiunctum fuit. adscripta est etiam capitis affecta pars. sed rem adeo raram, & nullum præceptum scripsit, nuda ea quæ euenerunt persequens.

7 Intestina crassa habent cani similia, maiora autem ex medianis membranis suspensa sunt. hæ uero ex neruis à dorso sub uentrem.

In aperto est hæc ipsum sibijpsi reminiscentiæ causa scripsisse, quæ ad dissecandorum corporum præcepta pertinent. homo enim similem cani habet intestinorum crassorum naturam, sed ipsa maiora esse dicit, & ex mesocolis, id est medianis mēbranis dependere. ueluti si ex mesenterijs dixisset. cōmunius enim hoc nomē mesenterium, pressius autem mesocolon. tale uero aliud de ieiuno intestino aut alijs gracilibus nomen non reperit. nā de medio ieiunū, aut id genus aliud nemo unquam dixit. continui quidem lactes sunt tenuium atq; crassorum intestinorum. nihilo minus distinctiones quædam propriæ apparent: ac præcipue per uenas in ipsis positas separātur. una siquidem propria uena in graciliū intestinorum lactes deriuatur. Item in crassorū lactes, quæ cola nominant, altera propria delabitur, simul cum utraq; uena arteria quoq; discurrente. Vinculū aūt lactium, quo uidelicet suspendūtur, perinde est, atq; mesocoli. continuū enim totum, ut dixi, ad unā quandā lumborum uertebrā post septū transuersum positam peruenit. hæc autem sub uētriculo est. hoc autem uinculū totum neruo simillimū est, quāuis eiusdē cum ligamento materiæ sit. Quæcunq; enim ex ossibus orta exāguia corpora, similia neruis sunt, copu

copulatiuos neruos ea multi medici nominant, à neruis uoluntario motui seruientibus ipsa ex opposito distinguentes. quamobrem & in hac quoque parte neruorum appellatione ob similitudinem uocata sunt.

8 Laborantibus gratiæ, ut munde parare poculenta, aut esculenta. quæ uidet, molliter, quęcunq; tangit, alię non ualde lędunt. aut noxa non inemendabili, ut frigida, ubi hac opus est.

Quæ medicum laborantibus grata concedere, aut quæ non cōcedere oporteat, hoc in uolumine perfecte nobis cōtemplantibus abunde erit, quēadmodum de alijs omnibus facere consueuimus. nam cum semel aliquid exacte edocuimus, nunq; iterum in alijs locis uniuersum repetimus, sed per capita duntaxat perstringimus. Dictum sanè in aphorismis est ad hanc rem aliquid, ipso ita scribente, paulo deterior potus & cibus, sed gratior melioribus quidem, ingratioribus autē est præferendus. Sit igit̃ medicus magis primo intuitu laborātibus aliquid oblectamenti causa gratificans, non tamen re uera id faciēs. omnia enim libentius atq; suauius assumpta, & si paulo deteriore natura sint melius concoquimus. longè uero utilissimum ægrotis est, assumptos cibos & potus recte confici, & in alimoniā corporis uerti. At in proposita oratione alterius generis atq; rei mentionē facit, per quam medicus nequaq; morbū exasperans, ægrotis oblectationē uoluptatemq; affert. ut cū immature lauari, & bibere, & fructibus quibusdā uesci, aut frigidam potare permiserit. interdum enim cuiusq; dictorū tempus idoneum atq; utile postero die fuerit, ægroti uero medicos diem unū præuertere cogunt. nonnulli præterea ægrotantibus ista plerunq; facile concedunt, ut plus lucri faciant, eorum cupiditatibus morem gerentes. uerū hęc profecto non secundum artis documenta patrantur. quod in aphorismis aūt dictum fuit, & quæcunq; hac in parte recenset, utiliter laborantibus medici præstantissimi largiuntur. istorum autē, quæ nunc deinceps ab ipso scribuntur, usus est, ut ægrotantes medicis magis obsequentes reddant. nā quos libenter aspiciunt, illis magis obtemperant. quapropter mater & pater filio cibos fastidienti suaserunt ut se ipsum ad eos assumēdos impelleret, cū nullus alius id persuadere potuisset. ita quoq; filius patri suasit & matri, & frater fratri, & amicus amico. At illis, quos non libenter uident homines, etsi utilia consulant, obedire tamen recusant. ad hanc igitur ægroti obedientiā comparandā Hippocrates dicebat, & prædictiones nobis esse utiles, atq; omnino ægroto admirationi esse medicū. Ita sanè & apud nos Pergami à deo sanatos ei obsequentes cernimus, illis plerunq; per quindecim integros dies ut à potu penitus abstineant imperanti, qui profecto nulli medico id iubenti obtemperassent. nam ad ægrotum omnibus iussis obedientem reddendum magnam uim habet, si pro certo sibi persuaserit magnam inde utilitatē prouen-

A turam. in his ponuntur ea, quæ in propositis uerbis enumerātur. de quibus iam singula proponentes loqui aggrediamur, ut munde parare poculenta, aut esculenta. Multos multoties medicus ægrotanti potus & cibos offert, coram ipso eos præparans. iubet autem eos munde parari, & in quibusdam codicibus uice huius particulæ, καθαρῶς, id est, munde, καθαρίως, legitur quod idem significat. id uero fit, primo, si uascula, in quibus potus cibiq; feruntur, nihil sordis habuerint. secundo si nihil aliud eorum, per quæ laboranti necessaria ministrantur. Sæpius enim uasa cibos & potus continentia mundissima sunt, illud uero, quo frigidā æger aut calidam habet, conspurcatum aspicies. quemadmodum & aliorum uasculorum ad mini-
B sterium pertinentium quodpiam nonnunquam immundum cernitur. Ad hæc & ipse medicus in primis & maxime manus quampurissimas habeto & faciem & pilos in barba & capite, deinceps & alias corporis partes, quemadmodum & uestem nitidā. quæ intuetur (inquit) ægrotans. Hæc ipsa inquam, & ægrotantis curam habentes, & reliqua omnia, quæ in ædibus, ubi ægrotat, sunt, ita habento, ut istorum nihil ipse iniucunde & tristi animo conspiciat. Quinetiam & ex ministris illos plane adesse, quibus maxime delectatur, & ex uisitatibus eos, qui gratissimi sint, apud ipsum commorari decet. alios uero aut nunquam eius cubiculum ingredi, aut non diu ante oculos eius uersari. Hæc quidem curiose explorans medicus ip-
C se conficiet atq; disponet. nonnulla uero & absq; indagatione sponte dignoscuntur. sæpius enim inspectante ægrotum atque curante medico seruus aliquis ingressus certum quendam hominem uenisse nunciauit, qui ipsum uisere ac salutare cupiat. tum protinus hoc audito ægrotans nonnunquam lætari uisus est, nonnunquam uero magnopere contristari, tanquam ab homine ipsum nō uere amante, sed fingente, molestiam passurus sit. atqui tunc medicum oportet, cum quis ingressus est, quem laborans nō libenter aspiciat, paulo post aliqua uerisimili ratione quietem ęgroto cōferre dicere, & hac de causa omnes, ut ab eo recedant, præcipere. constat enim ꝙ tunc unà cū non amicis amici egressi haud ita multo post denuo
D introire poterūt. huiusmodi sanè spectacula ægroti mentē modo exhilarant, modo contristant, non secundum uisoriū sensum proprie, sed interius in animo. cæterum quædam uisilia ratione uisionis ipsius iucunda sunt: quemadmodū & olfactilia & gustatilia & audibilia & tactilia proprio quodq; sensui uoluptatē afferunt. attamen nō est in omnibus istis æqualis oblectatio. siquidem alij alios & colores, & figuras, & flores, et stirpes, & germina, & picturas contemplantur aliqua ut tristia, aliqua ut iucunda contemplantur. oportet itaq; medicū ab ægrotantiū familiaribus percūctatū, quibusnā ipsi delectent, hæc iubere in cubicula, ubi iacent, inferri. Quæcunq; aūt mollia tanguntur, secundū ipsam solam nudamq; tactoriā sensionē iucunda sunt. quēadmodū rursum flores, stirpes, & uarie-

gata, aliaq; omnia supradicta solam oblectant uisionem. adijciemus igitur quæcunq; eiusdẽ generis cum ante dictis sunt, dimissa uero tanquam manifesta fuerunt. duorum enim sensuũ uisus scilicet ac tactus solũ meminit: At tu olfactũ adijce, gustatum & auditũ, & secundũ auditũ, quemadmodũ & in uiso, diuidito, nõnulla quidẽ ipsum sensum solũ delectãtia, ut suaues uoces: aliqua animũ conturbantia, ut cum tristia nunciant. econtrario alia quædam oblectant & exhilarãt. id sanè & uulgus omne haud præterit, nihil eorũ, quæ tristi animo æger auditurus sit, ipsi renunciare debere. queadmodum cõtra omnia ipsum uehementer oblectatura renunciari cõuenit. quin & aliqua falsò adijcienda sunt. in sequenti sanè particula nõnulla eorum, quæ & hic omissa fuisse uidebantur resumẽs addit, aliæ proscriptio hæc est aliarum, quæ dicendæ sunt, gratiarũ. nam cum prædixerit, laborantibus gratiæ, deinde inquiens, munde parare poculenta aut esculenta, ac deinceps de omnibus, quæ uidentur, postea de tactui iucundis sermone habito, præter dictas, alias se dicturũ gratias pollicet. quas paulopost auditurus es. porrò quidam hanc proscriptionẽ, aliæ, de exemplaribus penitus exemerunt. aliqui uero nõ in fœminino genere cum diphthongo, ę, scribũt, sed dempta litera e in neutro uocato genere. Alia non ualde lædunt, aut noxa non inemendabili. ut frigida, ubi hac opus est. non ualde lędentia interdũ uehementer ipsa cupientibus exhibẽda sunt. quandoquidẽ nisi acceperint, medicum sunt osuri, & auersaturi, & nullum eius præceptũ obseruaturi. igitur necesse interdũ est quædã illis exoptata cõcedere, nisi magnũ sint detrimentum illatura. prædicito aũt, ab his ægrotum læsum iri, teq; ipsi gratificandi causa ea concedere: sed in posterũ te uicissim ab eo petere, ut in reliquis obedientẽ sese exhibeat. noui enim quosdam ex ea medici liberalitate obsequentissimos euasisse. hoc sanè modo & ego multoties frigidã aquam in illis morbis exhibui, in quibus die uno post eius usus requirebatur. id solũ ægrotanti gratificatus, ut optimũ scilicet propinandi tẽpus præuerterim. similiter uero & de balneis, uino, atq; id genus omnibus me statuisse memini. uerũ si morbus nec die uno post, neq; prorsus unquã ullo istorum egeat, ægroto nequaq; cõcedendũ. exiguam enim noxam futura posthac languentis obedientia emendare poterit. noxa uero adeo magna, ut extremũ periculum inferat, aut morbũ in lõgum tempus producat, non itidẽ deleri & in pristinum redigi poterit. scribitur etiam proposita clausula per alia uerba, uno quidem modo sic- sed & ualde nocere, ut frigidã, cũ opus est- uoce hac, βλάπτειν id est, nocere ν habente in fine, & hanc quidem lectionem ueteres explanatores agnoscũt. alteram quoq; in alijs exemplaribus detracta. ν. litera ita se habentem inuenies- quæ non ualde nocent, aut non facile emendabili noxa- ut frigida, ubi hac opus est. uult autem proposita oratio- aut non facile emendabili noxa- ea significare, quæ non cito remedijs cedere queant, ut impressa iam læsio re-

A moueatur. cæterum hac de re, quæcunque prius dixi, reminiscentibus, nullam aliam præterea nouam explanationem poscere conuenit.

9 Introitus, sermones, figura, uestis ægrotanti, tonsura, ungues, odores.

Ex istis omnia reliqua proculdubio ad medicũ referuntur, sed inter ea uox hæc posita- ęgrotanti- dubitationem quãdam excitat. Vnde quidam ea penitus detracta sese nequaquam eam inuenisse scriptam simularunt. sed uetustissimi interpretes hanc quoq; lectionem agnoscunt. uerum singula dicta particulatim prius contemplati, fortassis aliquod uerisimile ad ipsam interpretandam nacti erimus. ac primo introitus medicorum ad ægro-

B tantem, quoscunq; ipsis gratos faciunt. siquidem nonnulli ægrotantes à sæpius uisentibus affici se molestia opinantur, alij contra crebro se inuisi ualde lætantur. quidam autẽ medici sunt, qui eò usq; insaniant, ut etiam in dormientium conclaue strepentes pedibus, aut uociferantes introitum faciant, ob quę expergefacti ęgroti & illis irascuntur, & ualde se læsos esse conqueruntur. hæc igitur omnia prouidere solertem medicum decet, ut neq; nõ in tempore accedat, neq; cum multo strepitu, & elata uoce, aut incessu, aut aspectu, aut aliquo prorsum huiusmodi indecoro. sermones, inter pręcipua sunt, & isti cum ægrotantibus à medicis recte aut nõ recte habiti. quidam enim sermones summe fatui sunt, tales sanè, qualẽ Zeuxis à Bac-

C chio scriptum esse testatur. Callianacta enim fuisse Herophileum in cõmentarijs de Herophilo & eius sequacibus. iste ægrotanti cuidam atq; dicenti, moriar, hoc carmen respondens succinuisse fertur, Pulchra stirpe micans nisi te Latona creasset. Alteri quoq;, moriar, dicẽti respondisse. Et Patroclus obit, te qui præstãtior ipso. cæterum quidam huiusce tempestatis medici, & si moderatiores Callianacte sint, aspere tamẽ & ipsi erga laborantes se gerunt, adeo ut odio ipsis sint. sicut aliqui è contrario seruiliter adulantes ob idipsum cõtemptui fuere. quemadmodum aũt ægroto medicum odiosum uideri non conuenit, ita neq; cõtemnendum. sed humanus, moderatus, iucundusq; cũ sit, grauitatem etiam seruare debet. nisi enim medicũ

D æger ut deum quendam admiretur, nunquã illius præceptis obtemperauerit. Antiquissimũ igitur fuerit, neq; adeo medicum se submittere atq; adulari, ut sui contemptum pariat. neq; rursum perinde, atq; Callianactem, se rusticũ atq; asperum exhibere. id fiet autem, si & aspectu, & locutione, & omni corporis habitu medici grauitatẽ retineat, ægrotantemq; his, quæ ipse præcipiat, morem gerere edoceat. sermones uero multiformes sunt, tibiq; exẽpli causa aliquẽ proponere me nõ piguerit. poterit sanè medicus à procemio uerisimili exorsus ea deinceps ægrotanti recensere, quę in hãc rem ab Hippocrate tradita sunt. primo quidem in aphorismis ita dicente, Oportet autẽ nõ modo se ipsum exhibere ea, quæ oportet, facientẽ, sed etiã ægrotantem & exterius assistẽtes. & in primo De

morbis popularibus. Ars per tria, morbus, ægrotus, medicus. Aduersari morbo ægrotũ unà cum medico oportet. cũq; tres sint, medicus, morbus, & ægrotus, si medicũ solum cum morbo pugnantem ægrotus deserat, uel etiam ad morbum transfugiens medico repugnet, medicum à morbo superari continget. at si morbo relicto ægrotus medico subsidium contra illum ferat, duobus hominibus contra unum morbum pugnantibus futuræ uictoriæ maxima spes est. sicut è contrario desperandum penitus sit, si æger à morbo stans medico aduersetur. solus enim ipse relictus à duobus hostibus expugnari poterit. id exemplum tibi satis esto, à simili multos id genus alios excogitare potenti, qui à medicis cum ægrotis haberi solẽt. non solum autem sermonum à medicis cum ægrotis habendorum talem esse sententiam conuenit, sed etiam uocis magnitudinem, & tonum, & omnem actionem sentẽtiæ respondere sermonum. Quòd siquis cum erudito uiro colloquatur, ne solœcismis barbarisq; utatur, caueto. nam & ex hoc medici ægrotis spernẽdi uidentur. figura. Et figuram corporis totius in introeundo atq; sedendo medicus neq; humilem præ se ferat, ut cõtemptum mereatur, neq; fastu quodam atq; superbia turgentẽ. quidam enim extenti ac patentes introeunt ac sedent, nõnulli adstricti & compressi, alij uero proni atq; abiecti. itaq; omnes excessus deuitãdi sunt, et inter eos mediocrem esse tentandum est. Quod si nonnunquam (raro tamen id euenit) æger humilitatem & abiectionẽ quandam amare tibi uideatur, à mediocritate ad humilius te descendere, humilioremq; teipsum effingere satius fuerit. At si è contrario sese habeat, & tu cõtraria paulum à mediocri & naturali conditione ad alterutrum latus declinans facito. uestis & ipsa eadem ratione mediocris esto, neq; ualde sumptuosa, ut arrogãtiam indicet, neq; sordida & nimium uilis. nisi si æger ipse immoderatius aut pretiosa uestimenta amet, aut sordidis oblectetur. tunc enim à mediocritate ad illud quod ægroto magis placeat, descendito, quatenus languenti quadrare coniectura assecutus fueris. Hanc appellationem ægrotãti reliquis interiectam obscuritatem offundere suprà dixi. at si initio sermonis aut in fine posita foret, nihil planè dubitationis attulisset. omnia hæc scilicet, ut ægrotanti iucundiora sunt, à medico esse facienda, introitus, sermones, figuram totius corporis, uestem, tonsuram capillorum, unguium decentem modũ, odorem. etenim in introitu alius ad alium ægrotantem, ut paulo ante posuimus, modus est. In sermonibus similiter. nonnulli enim medicis fabellas narrantibus delectantur, nonnulli eos fastidiunt. aliqui grauibus & serijs sermonibus gaudent, aliqui facetis & lepidis. & de figuris, siue actionibus corporis, & uestimẽtis quonam pacto iucundiora ægrotanti conijcere oporteat, supra comprehensum est. tonsura capillorum. tonsura naturaliter quidem optima fuerit, si capitis sanitatem conseruet. alijs enim alia tonsuræ species conuenit. ægrotis uero nõ omnibus idem tonsuræ genus placet. hoc igitur te quoq; considerare oportet eius quem medicaris, rationẽ habentẽ, quemadmodum Antonino Commodi patre imperante omnes eius familiares faciebant ad cutem usq; detonsi. Lucius uero eos mimos appellabat, & iccirco rursum qui cum ipso uersabantur, comam nutriuerũt. Vngues. quantas medicis ungues esse oporteat, ipse in libro De officio medici uulnerarij edocuit, illud addens ipsarum decentem modum aspectantibus esse iucundum. De unguibus autẽ scabie, aut aliquo alio id genus uitio affectis, quemadmodum & de pilorum capitis affectibus alopecia scilicet & ophiasi, neq; sermo faciendus est. hæc enim ut iam præter naturam medicum pati, sicut & morbum articularem uehementiorem, & aliquod eiusmodi aliud turpissimum est. odor. porrò totius corporis odor & oris præcipue, non nullis quidẽ natura putidus est, sicut alijs quibusdam suauis. nõnunquam per incuriam teter odor fit, cum medici nihil errare se putant, si cepas, aut allium redolentes ægrotos inuisant. Quinto sanè conterraneo nostro Romæ medenti id contigit. à prandio diuitem quendam ac præpotentem hominem uini odorem uehemẽter spirans uisitauit, æger itaq; cum capitis dolore magnam febrim habens, atq; ideo uini odorem exhalantem ægre ferens, Quintum ut lõgius aliquanto recederet, orauit, quoniam uinum immoderatius redolens ipsum contristaret. Et hæc quidem ægrotus humaniter admodum dicere uidebatur. at Quintus ipsi stolide respondẽs, odorem ut æquo animo ferret, præcepit. nam & se quoq; ægrotum ex febri male olentem sustinere dicebat. multũ autem interesse febrim nequis an uinũ redoleret. Alter fuit medicus in nostra Asia, cui axillæ adeo tetrũ odorem expirabant, ut uir nullus elegãtior eius accessum ægrotans ferre posset. oportebat igitur eum prius suo ipsius symptomati mederi, atq; ita ad alios curandos sese accingere. nam & si, ut hircis, ingenitus putor insit, ad mediocritatem tamẽ quandam redigi potest. rursum hæc mediocritas quotidianis inspersionibus uirosum odorem temperantibus obtundi poterit. Alius igitur quidam os naturaliter putidum habens, eius putorem & purgatione & medicamentorum ad id facientium potu mitigabat, atque quotidie aut amomi, aut folij malabathri, aut aliorum id genus odoratorum in ipsum pauxillum quiddam conijciens, ita ex ædibus proficiscebatur.

10 Aqua elixa, hoc quidem ut aerem admittat, hoc uero, ne plenum sit, & operculum habeat.

In quibus affectibus, aut cuius utilitatis causa aquam elixare aut quamcunq;, aut uitiosam tantum conueniat, in uerbis istis declaratum non est. quamobrem neq; ullum ex ipsis iuuamentũ percipimus. uidetur nanq; Hippocrates, sicut alia multa in his libris quærendi magis causa, quàm in uulgus edendi, adnotauit: ita hunc quoq; sermonem conscripsisse, nobis quidem imperfectum, sibi ue

ro ipsi ad reminiscentiam integrum. at si nobis ipsis hunc nodum explicandũ proposuerimus fortassis inueniemus, qualem aquã prius elixare conueniat, atq; ita deinde refrigeratam bibere, (siquidem ipsam frigidam bibere uolumus) & contra rursum quam calidã aquam bibere uolẽtes haud perinde elixabimus, sed huic operculum facientes uasi, in quo calefacta est, magnitudine respondens, illi uero nullum tegmen imponentes, sed calentem aquam in nudo detectoq; uase sub diuo expositam dimittentes, quæremus deinceps qui affectus calidas, quiue frigidas aquas postulent, nos quidem utile aliquid inueniemus, nihil tamẽ ad inuẽtionem ex propositis uerbis proficiemus. quandoquidem initium nullum clarum habeant. quocirca & nonnulli & ipsa cum supra positis copulant, ut Artemidorus uoluit cognomento Capito. sed plurimi ipsa ab alijs separantes sola considerant. Igitur si cum antepositis cõiungantur, huiusmodi eorum sensus erit, laborantibus gratię-ut munde parare aut poculenta, aut esculenta-& cætera quę deinceps dixit Hippocrates, deinde post ultima uerba-Aqua uero & ipsis interdum frigida propinãda, cum aut offensam prorsus nullam, aut perexiguam ex eius potu fore metuamus-deinde sibijpsi ad reminiscentiam, ut aiunt, deinceps modum ipsius præparandæ tradidit, fortasse nequaquam uolẽs fontanam aquam prius quàm incaluerit, exhiberi, fortasse uero & aliquam distinctionem nactus quibus calefacta prius & mox refrigerata, aut quibus omissa calefactiõe potui danda sit, aut forsan optimam aquam non elixam, uitiosam uero elixam prębere uoluit. fortassis etiam decoctæ aquæ duplicem refrigerationem prodit, unam quidem quã circunplectens aer efficit. Porrò in Alexandria totaq; Aegypto ipsos aquam in testaceis quibusdam uasis hoc modo refrigerare conspexi. occidente sole aquam prius calefactam in uascula fundebant, deinde sublime totum hoc uas in fenestris uẽto aduersis, ut ibi per totam noctem refrigesceret, suspendebant. postea ante solis ortũ uas humi depositum frigida aqua circunfundentes, frigida etiam folia toti circundabant nonnunquam uitium aut lactucæ, nonnunquam uero & aliarum id genus herbarum, ut ea quã sub nocturno aere acquisiuerat, diutius permaneret frigiditas. multo uero magis ad huiusmodi apparatum, cum optimæ aquę ipsis facultas non esset, homines deuenere. Dico autem optimam aquam & omni uitio carentem, quæ neq; limi quicquam habet, neq; male olet, & gustantibus nullam qualitatem præ se fert. quædam enim alienas qualitates permistas habent salis, aut nitri, aut sulfuris, & bituminis, & aluminis aliorumq; id genus. in quibus omnibus melius fuerit, quemadmodum legumina multa præelixãtes idonea esui pręparamus, & olera, & fructus, & animalium partes, eadem ratione & aquam prius elixatione ad meliorem naturam permutantes ita propinare. præterea & ob alium sanè usum aquam præcalefactam refrigeramus, etsi neq; sapore, neq; odore malo deprauata

sit, atq; oculis mundissimam sese offerat, quando in uentriculo ipsam diutius commorari, aut percellere, aut inflare, aut degrauare uentriculũ perceperimus. sunt enim profecto & id genus multę, quarum pręcipue ab optimis aquis discretionem Hippocrates mihi scripsisse uisus est. ubi inquit: Aqua cito incalescens, ac cito refrigescens, leuissima. neq; in lutosis, aut male olentibus, aut quippiam medicamentosum gustatui imprimẽtibus huiusmodi signũ usui esse potest, quod omnibus notum apertumq; est, sed in illis quæ omnibus hisce qualitatibus careant. alterum uero ex aeris corrupti mistione aquæ uitium inest, aut aliud quodpiam ipsi aquæ ingenitum ab ignota causa proueniens. in his quidem supradicta nota optimum dijudicandi instrumentum est. neq; enim id genus aquæ cito calefiunt, aut refrigerantur. alterũ quoq; indiciũ huic simile ab oleribus, aut leguminibus, aut fructibus, aut carnibus, aut radicibus in ipsa aqua incoctis accipitur. siquidem in optima aqua celerrime, in uitiosa tardissime elixantur. uocatq; huiusmodi uitiatas aquas ueteres quidam indomitas siue crudas, perinde ac ipsa legumina, quæ difficulter uixq; elixantur. ob has itaq; utilitates non nunq; præcalfactam aquam refrigeramus. Quin & ipsam calidam bibituri, cum aut lutulenta, aut limosa, aut fœtens est, hunc in modum præparamus. nam præcalfacta cum refrixit, tunc euidenter putorem, quem ex putredine plerunq; contraxerat, abijcit: omnisq; pars terrea facile subsidet, quæ cum tota aqua prius quàm incaluisset, minutatim permista, unaq; cum ipsa epota haud contemnendã cladem infert, & maxime quibus renes, aut uesica progignendis calculis obnoxij sunt. ac sub diuo quidem non aquam modo calentem, sed etiam alia quędã exponere istius separationis causa medici mihi excogitasse uidentur. nam quęcunque ex diuersæ naturæ materijs constant per minutas particulas mistione cõflata, hęc post calefactionem refrigescentia facile dissoluuntur. sed statim ab elixatione antequã refrigeretur, adhuc motione agitatur, atq; ideo omnes eius particulæ per mistæ sunt. sed ea refrigerata, graues ac terreæ fundum petunt, leues superfluitant. Itaq; si cum prædictis, in quibus scripsit Hippocrates, laborantibus gratias, de aquarum coctura sermo copulet, & ipsius utilitas euidens est, atq; id quod dicitur, quale nam sit, exquisite fortasse inuenerimus. sin aũt à prædictorum continuitate modo proposita uerba diuellentes separatim contemplemur, plenus dubitationũ sermo erit. prius igitur ipsum, ut superioribus annexum explanabimus, dicentes, aquæ in ipso præparationem, frigidam potaturis innoxiã significari. quam & ego sępius facio, cum ægrotanti alicui frigidam aquam prębiturus sum, neq; mihi fontis aqua bona scatentis facultas est. Romæ nanq;, sicut & multa alia in ea urbe eximia sunt, ita & fontium elegantia ac multitudo est admirabilis, nullo fœtidam aquam, aut medicatam, aut turbidam, aut asperam crudamq; effundente, sicut neq; Pergami in patria nostra. in multis autẽ

aliis urbibus haud paucæ deprauatæ aquæ reperiuntur. illæ sane quæ ex tiburtinis montibus per lapideas fistulas in Romanã ciuitatẽ deriuant, aliis quidẽ uitiis carentes, crudiusculæ tamen sunt, ut neq; celeriter calefiant, ut urbani fontes, neq; refrigerent. neq; celeriter in ipsis, ut in fontanis aquis, quæcunq; inieceris, elixantur legumina, & olera, & carnes. his autẽ aliæ aliis in locis multo crudiores sunt, & ab ipsis indigenis duræ grauesq; nominantur, quòd uentriculum infestent, & à potu onus quoddam plures percipiant. nam ferè & alias multas causas quicquid efficientes ab effectu denominare consueuerunt. sic igitur & huic contrariam aquam optimã laudantes, leuem & mollem appellant. cæterum omnia hæc enarrata cognitu quidem utilia sunt, sed nihil ipsorũ proposita uerba docẽt, neq; sine ostensione, neq; cum ostensione, neq; breuiter et obscurius, neq; dilucide ac prolixius. satius igitur mea quidẽ sententia fuerit omnes huiusmodi sermones integros præterire. Quãobrem si Hippocrates, quo pacto aquã potui frigidam præparare oporteat, tradere proposuit, huiusmodi erit uerborum sensus: si aquam prædicti usus causa elixemus, aut nihil uasculis, in quibus elixatur, superimponemus, sed elixatam aquam in aere ambiẽte libere uersari permittemus, aut è contrario aliquo operculo uasculum integentes aerem excludemus. rursum uero hæc ipsa, aut inter elixandum, aut ab elixatione inter refrigerandum fieri debere intelligere possumus. sed in refrigeratione intelligi credibilius est. in elixatione uero incredibile. neque enim docere possumus, cuinam usui inter elixandum aer ambiens futurus sit, aut elixatas aquas attingens, aut easdem ne attingat, exclusus. sed in refrigerando post cocturam, ubi alicuius putei, in quem uasculũ demittamus, nobis facultas est, aliquo tegmine uasculum claudere, atq; undiq; diligenter obstruere necesse est. ubi uero puteo caremus, detectũ uas, ut frigidum aerem admittat, relinquere cõuenit. cæterum non nulli explanatores uerba hæc à superioribus disiũcta legenda esse censentes, Hippocrati de contaminatis aquis sermonem esse aiunt. deq; illis maxime, quæcunq; ob aliquam terream admistam materiam huiusmodi sunt. mensuram autem temporis cocturę eam esse oportere, ut eousq; scilicet elixentur, donec puræ fiant atq; aerem extrinsecum si admittant, perspicuæ. ob huius enim admistionem, non ex se, optimas aquas splendidas apparere asseuerant, de rerum natura sermonem aggredientes, cuius ipsi nullã rationẽ assignare possunt. splendida namq; pura aqua cõspicitur, nõ aliqua splendida luce extrinsecus in ipsam incidente, sed ab occurrente lumine permutata. quemadmodũ & aer neq; ipse ex propria natura lucens: alioqui & noctu omnino splenderet: uerum summos eius fines solari radio feriẽte totus, cum sit sibiipsi continuus, alterascit & cõmutatur. in aqua uero, aut aere inania esse spatia cum Epicuri & Asclepiadæ de elementis opinione concordat, Aristotelis autem Stoicorumq; placitis aduersatur, qui nullum in mundo locum esse uacuum, sed omnia corporum plena esse sibi persuaserunt. neq; enim in pumice cauitates terreis corporibus interiectæ ipsis penitus uacuæ uidebantur, sed intra ipsas aerem contineri testantur. in aqua quidem haud esse talem meatuum fabricam, qualis in pumice lapide conspicitur, sed quoquo uersus ipsam sibi esse continuam. rectius igitur, ut ego sentio, est putare dictum esse ut aerem suscipiat, de uase non operculato. nam quod deinceps scriptum est, dictam explanationem non admittit, ita se habens-non plenum autem esse, & operculum habere-propositis sane uerbis opponitur, quæ sunt hæc-aqua elixata hæc quidẽ ut suscipiat aerem-nam secundæ particulæ subsequenti, quæ uas contectum esse uult, uerba hæc aduersantia operculum uasi prorsus interdicũt. id significauit Hippocrates scribens-hęc quidẽ ut aerem suscipiat-uas enim operculatum aerem excludet, detectũ uero facile suscipiet. At in aquis à frigido aere refrigeratis id fieri nos dicere satis liquet, quemadmodum Alexandriæ facere consueuerunt. ubi uero aquis salientibus coctã aquam subiiciunt, tum uas aliqua ex parte inane esse melius fuerit, quo aer inter operculum & aquam in uase positam cõtentus ipse prius refrigeratus sic, deinde attactu uicinam aquam refrigeret. ut enim aqua facilius, quàm omnia terrena corpora calet atq; frigescit, quippe cum illa tenuitate partiũ superet: pari ratione & aer, quàm aqua. admirandumq; mihi planè fuerit, nisi quispiam huiusce rei quotidie euenientis experimentum sentiat. uasorum namq; uinariorum quod reclusum apertumq; fuerit, ut uinum facile acescat, in causa est, sicut è contrario bene operculatum minus id patitur. Adhuc uero minus plena uasa. nam quæ aliquantulum uacua sunt, quoniam aerem inclusum habent, per illum medium celerius ab ambiente extrinsecus permutantur. sed plena, ita ut uinum operculum attingat, per illud quidem imbecilliter admodum atq; obscure eousq; uitiantur, quousq; sanè tegumenti densitas peruenit. inuenies itaq; picata aut gypsata dolia diutius uina syncera conseruare, sed quæ solo corio, sicut & quæ subere obstruũtur, breuiori tempore durant. quocirca obstructa prius subere aut corio dolia gypso deinde ac pice oblinunt. Hac ergo ratione cum aquam frigidissimam reddere uoluerimus, niuem habentes, prius feruefactæ aquæ ipsam exterius circumponemus. sed niue carentes in puteo, aut aqua saliente ipsam prius calefactam, ut facilius permutetur, refrigerabimus. nam quodq; prius calefactum à uicinis in se totum alterationem promptius admittit. ob prędictam uero causam ab aere frigido aquam tangi artificiose molimur. igitur si coctæ aquæ refrigerandę causa hæc ab Hippocrate dicta fuere, uerisimilem explanationem nacti sumus. at si uitiosæ aquæ corrigendæ, considerare deinceps debemus à coctura iterũ exorsi, quæ totam æquabiliter aquam fundens, eam ad partium separationem idoneam reddit. permanente enim adhuc in ipsa ob calefactionem motu, aliqua

crassiora corpora in ea fluitantia sublimius efferri necesse est: motu uero in totum desinente, terreæ particulæ ingenito pondere descendentes, in fundo cõtinentis uasis residebũt, aqua uero super has fluitabit. Hanc paulatim in alterũ uas trãsfundentes, citra noxã deinde uti poterimus. Verum Zeuxis nescio quomodo initium secundæ sermonis particulæ ita explanauit: Vult, inquit, Hippocrates aquam non innatare uentriculo. acutum scilicet tonum secundæ syllabæ huius nominis ἐμπλεον superimponẽs, non ut alij, primę, per ipsũ uolẽs nõ uas plenũ intelligi, ut illis uisum fuit, sed uentriculo innatãs, quod idem sonat, quod super fluitans. cæterum quoniã amãs erga amatum caligat cæcutitq́ʒ, iccirco nostri ipsorum amor plerunque nos in nostris solis rebus cæcos reddit, quamuis aliena perspicacissime contemplemur.

11 Quoniam ex sanguinis profluuijs aqua subcutanea laborant.

Horum uerborum eadem atq́ʒ istorum uis est, quoniam sanguine profuso dissoluuntur. utrunq́ʒ enim refrigerato corpore prouenit.

12 Si qualia purgari conuenit, purgantur, & bene tolerant.

Nonnulli sine coniunctione-&-hæc uerba scribũt, quemadmodum & in libro Aphorismorum. plurimi uero coniunctionem &-interponunt. uolentes quidem hoc uerbum-confert-nos subintelligere, quod expresse in uerbis in Aphorismis scriptis habetur. ea uero ita scribuntur-si qualia cõuenit purgari, purgentur, confert, & facile tolerant-Hoc uero loco cõiunctionem-et-additam indicare aiunt, q̃ præter id q̃ ipsis confert per purgationem facta inanitio, facile quoq́ʒ eam tolerant, siue nobis purgatoriam medicinam exhibẽtibus, siue & natura ipsa ex corpore infestos humores depellente euacuatio fiat. nam purgationes appellare cõsueuit Hippocrates, non solũ à medicamentis, sed etiam à natura factas. Thucydides aũt & euacuationes in morbis impetu naturæ per symptoma ratione morbi euenientes, purgationes & expurgationes appellauit, ita dicens: & expurgationes bilis omnes, quæcunq́ʒ à medicis nominatæ sunt, acciderunt. hæc uero ab ipso in pestilentiæ narratiõe secũdo historiarũ uolumine dicta sunt.

13 In Æno legumina edentes asidue fœminæ, mares cruribus imbecilli euadebãt, & permanebãt. uerumetiam eruum comedentes, genuum dolorem contrahebant.

Euidenter uigilãs calidior exterius, interius aũt frigidior, dormiens è contrario.

Initio sermonis posita hæc uox euidẽter idem significat quod manifeste & dilucide. sequẽtia uero uerba huic uoci-uigilãs-adnexa perspicua sũt, opinante Hippocrate extrinsecas uigilãtis partes calidiores, internas autẽ frigidiores, dormienti uero cõtraria euenire. Id nempe ex eo apparet, quòd dormientes cum pluribus stragulis uestibus, tum & capitis egent tegumento, si frigidus, ut hyberno tempore, quo circunfunduntur aer sit. atqui interdiu uigilantes hæc non requirunt. Quinetiam maior inspiratio plus caloris in penetralibus corporis collectum esse testatur. perinde & concoctiones in dormientibus efficacius, quàm in uigilantibus fieri, non solum in uentriculo comestorum ciborum, uerumetiam humorum in iecore & uenis, corporis abditas sedes in dormientibus calidiores effici signum est, cum à nobis concessum & supra ostensum sit, ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum præcipuum esse opificem. Ita sanè & in libris Aphorismorum memoriæ prodidit de ætatibus, temporibus, exercitationibusq́ʒ, ubi ait: uentres hyeme & uere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. his igitur temporibus & plura alimenta danda sunt, siquidẽ insitus calor multus. pluri igitur indigent esca, indicio sunt ætates & athletæ. In hisce quidem uerbis breuiter de ętatibus locutus est. in altero aphorismo latius, atq́ʒ ideo clarius ita inquiens: crescentia corpora plurimum habẽt insiti calidi, plurimũ igitur requirunt alimentum. sin minus, corpus digeritur. senibus uero exiguus calor inest, iccirco igitur paucis fomentis egent. secundũ ætates quidem haud intro forasq́ʒ ingenito calore migrãte, sed temporis progressu tabescente senilis ętas omnium frigidissima efficitur. At hyeme calore in penitiora se condente, uentriculus quidem & reliqua uiscera calidiora, subcutaneæ uero partes frigidiores redduntur, quemadmodum terræ profunditas hyeme calida apparet, propter quod & fontes calidiores sunt, & aliqui in profundũ usq́ʒ fodientes, quum procul à terræ superficie recesserint, euidentem caliditatem percipiunt.

14 Calido natura refrigeratio, potus aqua, quiescere.

Quod his uerbis præcipitur, clarum est. omnibus enim his qui calidiores q̃ deceat, sunt, summam uictus rationis ad refrigerationem redigere expedit. itaq́ʒ frigidioris temperaturæ cibaria ipsis danda sunt, & aquosa potio, aut ipsa aqua potui præbẽda est, parumq́ʒ exercendum corpus est. soli namq́ʒ ad necessarias actiones motus sufficient. nihilq́ʒ dubij est, ab ira & curis uehementioribus eiusmodi hominem abstinere debere. quinetiam quotidie lauationibus aquarum dulcium uti, non semel tantum, uerumetiam sæpius, si uelit, expediet, necnõ & ciborum quos comedunt, uis refrigeratoria esto, & ęstate præcipue. Verum ante omnia illud in his sermonibus meminisse opus est, calidas naturas appellare eas Hippocratem consueuisse, quæ non ingenito calore, sed acri & mordaci abundant, quem aduentitium & non secundum naturam esse arbitratur.

15 Somnus in frigore uestibus cõtecto.

Plurimi huiusce libri interpretes hanc particulam orationis separatim explanant. mihi uero ipsam cum supradicta coniungere satius esse uidetur, atq́ʒ unam integram orationem hoc pacto instituere-calido natura refrigeratio, potus aqua,

quiescere, somnus in frigore uestibus contecto, hanc grecam uocem ἐν ψύχει per literam υ scribentibus nobis ac proferentibus, quod idem est, ac si cum articulo quis ita diceret ἐν τῷ ψύχει. eos enim qui immoderatius calida tẽperatura sunt, melius est in frigido loco dormientes aerem planè frigidum per inspirationem attrahere. & maxime quoniam per somnum calor in interiora corporis mergitur. cęterum si ut in somno calido exteriorem superficiem deserente interna corporis magis calẽt, sic & ab ambiente aere cutaneis partibus frigefactis corporis penitiora incalescant, haud perfecte homo aeris inspiratu refrigerabitur. præstabit igitur stragulis calefactorijs iniectis ad cutim caliditatem reuocare, frigidum uero aerem per inspiratum admittere, ut undecunq; ad temperaturæ mediocritatem calidum corpus redigatur. optimum itaq; (ut dixi) fuerit cũ supradictis hæc uerba coniungere. At multi huiusce libri explanatores ipsa à superioribus disiungentes, non calidis modo naturis, sed etiã omnibus hominibus in uniuersum conferre existimãt in aere frigidiore somnũ capere, ut contracta in profundum caliditas refrigeretur, operimentis uero circumtegi, ne omnis caliditas immoderatius intrò refugiat, calore eo qui ob refrigeratas ab externo aere cutaneas partes repellitur, illi qui per somnum intus colligitur, accedente. Id uero in multis naturis uerum est, non tamen in omnibus. quemadmodũ enim eos quibus calidior supra modum natura est, refrigerare expedit, ita frigidiore temperatura præditos calefacere. Verum nõnulli proposita uerba nõ solum à supra scriptis disiunxerunt, sed etiam hæc ipsa separatim legentes diuiserunt, somnus ἐμψύχει. id est refrigerat, primã syllabam huius uerbi ἐμψύχει per μ literam scribentes, ut unum uerbum sit ἐμψύχει similiter dictũ atq; hoc καταψύχει, quæ ambo-refrigerat-significant. & non duæ orationis particulæ, prior quidẽ præpositio, secunda uero nomen. sed isti necessario sequentẽ sermonẽ fini propositi adiungentes ita sanè legunt, iniecto somnus firmus, rectorum nictatio leuis-asserẽtes hanc uocem-iniecto-pro hac iacenti-esse positã. id uero præterq; q; hæc uox-iacenti-uiolenter in hãc-iniecto-mutata est, et alioqui est ignobile atq; inutile, istis nos intelligere uolentibus somniculosum corporis habitum iacentibus firmum & stabilem somnum, stantibus uero nictationem tantum conciliare.

16 Somnus stabilis, rectorum nictatio.

Quæ plurimi interpretes in his uerbis explanãdis tradiderint silentio pręterire melius est. quę uero inter illos magis ueritati adhærere existimati dixerunt, huiusmodi sunt. uigiliam refrigerare corpus asserunt, huiusq; indicium pallorem uigilantibus accidentem statuunt. cum igitur (dicũt) calidam temperaturam refrigerare uolumus, præter superius ab Hippocrate dicta, illud etiam adijciendum est, ut prius cogitationibus aliquibus & negocijs afflicti uigilent. aut si hoc facere nequeant, ne cubantes dormiãt, arcendi sunt. coguntur enim duorũ alterum facere, aut sedere, aut stare.

A sedentiũ quidem somnum hedræon à sede, id est firmum uocatum esse, inquiũt. respondere autem horum somnum stantium nictationi. atq; ideo ipse inquit-somnus hedręos-hoc est firmus, rectorum nictatio. perinde ac si tota oratio hunc in modum prolata esset, calidæ naturæ à plurimi somni usu arcendæ sunt. ipsis enim & uigilare, & aliquid facere magis conducit. Hi quidem maxime & à sedendo arcendi sunt. sin minus, id concedendum sanè fuerit, quod stantium nictationi simile est, ne cubent autem prohibendum. sed nonnulli stabilem somnum, hoc est, profundum dictum esse putant. eorum scilicet qui ita se habeãt, ut stantes iam conniueant: sed cuius utilitatis causa hęc scripserint nõ addentes, imperfectum sermonem red-

B diderunt. Verumtamen hæc ab ipso dicta sunt nobis cõsulente, ut eos quos firmiter, hoc est, profunde dormire uolumus, tantisper uigilãtes custodiamus, dum conniuentes consistere non possint. nã si ad hoc peruenerint, in altũ postea soporem uertuntur. nam multos ego, quòd citius cubitũ irent, male dormientes diutius uigilare cogens, ut postea suauissime dormirent, effeci. sicut quosdam de amisso ciborũ appetitu conquerentes, ad multum diem inedia macerans esurientes reddidi. antequam enim somnum aut cibum natura desideret, ad hos accedẽtes in modo narrata symptomata incidunt. non oportet autem naturæ intempestiue uim inferre, sed ei egenti in tempore subuenire. ego me herculę, quæ aliquis in propositis uer-

C bis explanandis uerisimiliter posse dicere mihi uideatur, exposui: putantes uero somnũ semper refrigerare, præcipuum quoddam in arte ignorare opinor. semper enim somnus humectat, sicut uigilia semper exiccat, hocq; nos ipse edocuit. nõ semper autem calefacere aut refrigerare aptus est. uerum cum in febre carentibus pituitosos, aut crudos, aut frigidos utcunq; succos in corpore offendens cõfecerit & coxerit, ex his optimum sanguinem procreans hominem insiti caloris incremento calefacit. cum uero ex huiusmodi humorũ putredine iam febricitantes occupauerit, eos refrigerat febrilem extinguens caliditatem, propriam uero & ingenitam augens. At si cum febre, aut sine febre succi biliosi redundauerint, ipsos separare,

D dein excernere ualens ad mediocritatem salubris temperantiæ corpus redigit. Hæc si præstare nequeat, eandem seruat temperiem. Quod si ex uisceris phlegmone quis febricitans accessionis initio somno corripiatur, intempestiuus iste somnus phlegmonẽ augens unà cum ipsa & febrẽ magis accendet. quocirca & calore alieno corpus calidius efficiet. contingit quidem & uno modo interdũ calidius iuxta atq; frigidius simul à somno corpus euadere. quandoquidem caloris in corpore humano duplex genus est, unum familiare & congenitum, alterum alienum & præter naturã. quando itaq; horum unum somnus auxerit, & roborauerit, alterum cõminuerit, & extinxerit, quomodo quispiam rationabiliter corpus uno tempore calidius simul atq; frigidius se ipso à somno effe-

ctum esse negauerit? cæterum & hæc ab initio plerique Hippocratis uoluminũ explanatores ignorant. id autem ita se habere, quod dico, ex Lyci sermonibus percipies, quibus Hippocratem reprehendit in Aphorismis ita dicentem, crescentes plurimo ingenito calido abundant. At quòd eorum ignoratione, quæ recte Hippocrates de calorum discrimine prodidit, ipsum calumnijs uexare Lycus ausus fuerit, per unum integrum librum à me ostensum est: cuius hæc est inscriptio, Quod nihil in eo aphorismo erratum sit, cuius initiũ est, crescentes plurimo abundant insito calido, igitur plurimo egent alimento.

17 Imbecilli uictus frigidi, robusti uero calidi.

Victus imbecillos aut eos, qui ex imbecillis exercitationibus cibis ac potibus constant, aut imbecillum animal reddẽtes appellauit. frigidi uero siue ob suam ipsorum temperaturam, siue ob affectum quem in nobis creant, ita nominentur, nihil inter se different. imbecillæ igitur exercitationes illæ dici possunt, quæ ex debilibus corporis motionibus constant. sicut contrà robustæ, quę ex uehemẽtibus. cibi quidem imbecilli sunt, quicunq; neq; odorem ualidum spirant, neq; gustatui uehementem ullam qualitatem acoris, dulcedinis, salsuginis, amaritiei, astrictionis, acrimonię ue reprę sentant, sed mediocri dulcedine, aut mediocri adstrictione gustatum afficiunt, ac pariter modice calefaciunt. robusti uero sunt istis contrarij. Itaq; si omnes & exercitationes & cibi debiles corpori adhibeantur, uehementer refrigerabitur. quemadmodum si robusti, magnifice incalescet. Quòd si aliqua imbecilla, aliqua robusta adhibeas, secundum mistionis portionem, aut propius ad alterutrum extremorũ accedet, aut longius remouebit.

18 Aquarum arte carentium quæ ab æthere excreta est, aut cum tonitru, temporaria. procellosa uero mala.

Ea quibus secundũ medicæ artis præcepta non solum in ægris, uerumetiam in recte ualentibus corporibus utimur, materiæ artis iure nominantur: & à medicis quibusdam libri compositi sunt, quibus inscriptio hæc præposita est De materia. porrò interdum sponte natis corporibus ad curationem & salubrem uictus rationẽ utimur, interdum & nos aliquid ad præparandam materiam facimus, aliqua elixantes, aliqua comburentes, aliqua lauantes, aut prius condientes, aut prius madefacientes, aut refrigerantes, aut aliquod eiusmodi aliud efficiẽtes. sic itaq; & in pręparandis aquis artificiosum aliquod molimur. quemadmodum ipse paulo ante dicebat, aqua elixa hęc quidem ut suscipiat aerem. Etenim ipsa elixatio prius fit, & postea refrigeratio, aut per nos ambientẽ aerem, aut uento aliquo, aut in domibus frigidum aerem includentibus. sunt enim domus quędam frigidis speluncis persimiles. interdum & per humida refrigeratio acquiritur, ut per niuem circundatam, aut si sub aqua saliente ponatur, aut in puteo, idq;

A bifariam, nonnunquam quidem in ipsam putei aquam nobis uasculũ demittentibus, in quo aqua calefacta continetur, nonnunquam uasculum super aquam suspendentibus, sicut etiam per testas raras interdum turbulẽtas aquas percolamus: ut Alexandriæ & in Aegypto percolatur per quædam non naturaliter testacea uasa, sed artificiose, ut rara sint, præparata. quemadmodum & per linteolum huiusmodi uase carentes excolare solent. hæc sanè omnia artificiose parantur: sicut etiam quæcunq; circa fontanarum aquarum ductus machinamus, illos non ex quocunq; lapide fabricantes, interiusq; illinentes interdum: haud enim exiguum discrimen in ipso illitu est, siue picem, siue gypsum illeueris, siue citra illitum laterem torrefa

B ctum, aut lapidem improba aliqua aut bona, aut nulla prorsus euidenti qualitate affectum imposueris. Quinetiam puteos sæpius in diuersa terra defodimus, & aquam per canales & fistulas ab aliquo fonte meliorem aut deteriorem ipsam reddere ualentes, aut etiam nulla ratione permutantes deriuamus. nempe omnia hæc ad aquam præparandam artificiose præstantur. At cum ex terra eius loci in quo degimus, aquam sumimus, aut ex lacu, aut ex præterlabẽte flumine haurimus, aut pluuiatilem, quę uocatur, colligimus, prorsus nihil artis huic adhibemus. propter hoc igit̃ inquit Hippocrates, aquarũ arte carentiũ, ipsas artificio præparatis opponens, quas arte carẽtibus comparantes, artificiosas appellamus. quemadmodũ autem

C paulo ante non de omnibus aquis artificiose paratis locutus est, sicut si librum, ut in publicum ederetur, cõscripsisset: sed unius tantũ præparandi rationis mentionem habuit, utpote sibijpsi cõmentariolum reminiscentiæ causa cõficiens. ita & hoc loco non de omnibus aquis arte carentibus, hoc est, sponte naturę talibus procreatis, sed de una sola specie, quam (ut dixi) pluuiatilem uocamus, sermonem fecit: ipsius uero duas prodidit differentias, alteram quidem quam & aperte uituperat malam esse dicens, procellosam scilicet: alterã uero deinceps nõ cõstat an reprehensione solum carere dicat, an & aliquid aliud innuere uelit. procellosam autẽ putauit incõmodam: si quidem ab aere excretam, aut cum tonitru, græco uocabulo ap

D pellat horæam, latine dixeris temporariam. cõtingit autem temporariam aquam, ut congruo tempore prouenientem, ipsum laudantem appellare. contingit autem & eam quæ æstate media per imbres effunditur, temporariam nominare: quando quidem hãc anni partem Græci potissimum tempus appellant. Verumtamen & autumno, & hyemi, et ueri temporis appellationem accõmodant, sed per excellentiam interdum eam anni partem tempus nominãt, in qua fructus temporarios uocatos maturescere accidit. id igitur quantũ ad uerba Hippocratis attinet, obscurum est, nisi si nos ipsi aliquid ex ijs quæ uidimus, aut ex naturali rerũ indicatione adijciamus. ac præterea cur procellosam aquam repudiat, æthereram uero & cum tonitru effusam nõ repudiat? incertum quoq; est utrũ

ipsam nos ad potum, an ad medicinales usus præparare iusserit. nam oculorum medicamētis componendis huiusmodi aquam adhibemus, & ex ipsa aqueum uocatum medicamentum cōficimus. porrò temporariam intelligere satius fuerit, non uernam, ut nonnulli stulte accipiunt. nullus enim per excellentiā tempus anni uer nuncupauit, sed quemadmodū & alias anni partes, absolute tempus. neq; tunc temporis effusus imber aliqua eximia uirtute præditus esse cognoscitur. sed multo antiquius fuerit putare ipsum temporariā aquam dicere, quam eo sanè tempore pluerit, quod anni tempus Græci nominant. huic enim sententiæ & illud sanè fauere uidebitur, quod ab ipso dictum est, & aqua ab æthere excreta. nam ueteres Greci, cœlum nos ambiens exquisite purum, ęthera, nebulosum uero, aut nubibus opacatum aerem uocare consueuerunt. hac eadem igitur ratione & locum supra nubes æthera nominant. idq; clare & Poeta significauit, inquiens,

Constitit at leuiter scandens tunc abiete in alta.
Aethera quæ ex Ida surgens ultra aera adibat.

contrà uero cum dixit,

Ast Iuno anterius se proijcit aera in altum,

profundū ad coercendū hunc nostrū aerem per ea uerba insinuare uidetur. atq; iterum cum dixit.

Aer densus erat naues complexus, & ipsa
Nubibus obscuris circundata luna latebat.

Itaq; cum æstate aqua eius temporis calore attenuata in halitus inuisibiles dissipata fuerit, atq; iccirco clàm nobis in aerem supra terram subuolauerit, ac deinde propter aliquam ad frigidum mutationem, ac uentis inter se reflantibus, densatoq; aere prætenuatos halitus iterum crassescere, & in aquam sensibilē euadere contigerit, tunc imbrem illum temporarium esse dicemus, extenuata aqua ac prius ab aeris calore elaborata. atq; ideo meliorem ipsam esse nimbosis, utpote neq; cōfectis, neque ulla mutatione elaboratis, quales in nōnullis fontibus aquæ scaturiūt à ueteribus indomitæ crudæq; nominatæ. Verum cur tonitrualem (ut ita dicam) aquam potius, quàm nimbosam approbet, deinceps uideamus. Id profecto mihi ea ratione fecisse uidetur, quòd tonitrua duorum modorum altero fieri nouerit, aut ob ignem interceptū, qui erumpens circunplexam nubem ueluti dilaceret, quo etiam tempore fulmina decidunt: aut inter se allisis attritisq; nubibus. neutrū in nimbosa aqua inest, siquidem in huiusmodi statu aer cōspissatus est una continua atraq; nube ipsum totū occupante. Quapropter haud immerito in hoc aeris terrā ambientis statu nequaquam tonat. tonitrua namque diuulsis nubibus, ac secundum propriam circircunscriptionē seiunctis atq; uagantibus accidunt, quum inter ipsas concursum conflictumq; insignem fieri euenerit. unius autem cōtinuæ perpetuæq; nubis conflictus fieri non potest. Quamobrem neq; fulmina in hac cœli constitutione cadunt, cum quia calidus aer intra nubes non iucluditur, tum ꝙ neq; ipsę inter se magno impetu concurrunt. nam quando inter se concursantes nubes igneum illud quod interuenerat, intra se ipsas cōpellentes & cōstringentes exquisite densauerint, tunc utiq; fulmen nonnunquā sursum uersus, aut in obliquum, nonnunquam uero & in terram extruditur. hanc solam fulminis expulsionem cōspicimus, aliæ uero mortalibus ignotæ sunt. porrò à me breuibus ad proposita uerba explananda, ut tonitrua fiant, dictum est, curq; tonitrualē aquam (ut ipsius uerbo utar) quàm ex nimbo prouenientem meliorem esse asseruit. summe uero mūda ac tenuis est temporaria aqua elaborata. Inter hanc autem & nimbalem tonitrualis est, quæ quantum à temporaria uincitur, tantum nimbalem superat. Igitur in promtu iam est istis omnia uituperantibus dicere, haud medici munus esse, tam longam de rerum natura orationem habere. cæterum (ut his respondeam) si nullam rationem afferens simpliciter asseuerassem temporariam aquam nimbali esse meliorem, inter has uero tonitrualē mediocrem, aliquam sanè eorum quæ dixissem, ostensionem me adijcere præcepissent, neq; se dictis meis tanquam legibus credere iustum esse, neq; ipsis ut tyrannicis præceptis parere necessum fore dixissent. quocirca si illiteratorū iuxta flagitiosorumq; hominum latratus euitari non potest, præstat autem ob res meliores ab istis male audire, profecto rectissime tonitrui causas naturales rimati sumus. quod enim ostēsione caret, omnibus hominibus incredibile esse uidetur. neq; admodum recte dictum apparet, ꝙ à medico uidelicet sermo de natura faciendus non sit. quiq; ita sentiunt, nobis ut sibi ita loquentibus tanquam tyrānis edicta proponentibus obtemperemus, imperare uidentur. Verum præstabat sanè non tyrannico more imperare, sed potius nos docere, aut sermoni absq; ostēsione magis quàm cum ostensione prolato fidem esse habendam, aut in referenda causa à nobis aliquid nōn uere fuisse traditum. at isti horum neutrū faciunt: imò utrunq; uituperāt, si nullā rationē ostensoriam retulerimus, dicta nostra ut ostensione carentia cauillantes: si rationem aliquam adiecerimus, non esse medici ut physici munus de ueritate aliquid disputare iactantes.

19 Aqua edax, uigilia edax.

Ab his quę & uigilia & aqua efficere aptę sunt, ipsis appellationem imposuit utranq; uoracem nominās, quòd nos scilicet uoraces reddat. quandoquidem & hac etiam tempestate in nostra Asia Græci omnes edaces homines, qui multa comesse ualent, usitato uocabulo appellitant. Didicistis autem cibi appetitiones ab aquę potu ea planè ratione excitari, qua & gelidam bibentes, aut frigidum cibarium astringensúe assumētes appetētiores euadunt. alibi namq; ostensum est, quæq; uentriculi tergorum sanguinē in arctum constringentia appetentias augere ac procreare. cōtra uero calefacientia fundentiaq; sanguinem delere finireq; appetentias. Hac itaq; ratione aqua uorax existit. alia uero ratiōe uigilia, quòd scilicet corpus digerat atq; dissoluat. De hac etenim olim, sicut & de somno notitiam habuistis. concoquit planè somnus

nus, utpote calido tunc interiora petente. dissipat A uigilia insito calido, dum exterius emicat, secum haud exiguas corporeæ substantiæ particulas educente. igitur propterea aqua & uigilia edaces dictę sunt. At tu ne perperã accipito, neúe idem esse existimato, multa comesse, & multa concoquere atq; conficere. siquidem uinum aquæ pręstat, non solum ad cõcoctionem, quæ in uentriculo fit, adiuuandam, sed etiam ad cõcocta distribuenda, ad sanguinem creandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad recte ualentium corpora difflanda. nemini uero dubium est, de his in præsentia sermonem ab Hippocrate fuisse habitum, cum inter omnes constet, plurimis ægrotis uinum officere. imò uero et uigilia bifariã adhibita duplicẽ quoq; à cibis finem consequitur. nam si quippiam noctu B agẽtes, ut in celebritatibus illis, quas pernoctationes uocant, totã noctẽ insomnẽ traducãt, corpus quidem inane redditur, sed nullũ insigne uirium detrimentum inde consequitur. At si cubantes aliquod noctis tempus somno capti quiescamus, reliquum autẽ uigilemus, uires profecto debilitantur. neq; enim melius appetimus, neq; concoquimus, neq; concoctionem sequentia munera inuiolata perfectaq; obimus, languidiores omnino, quàm qui bene dormierint, euadentes.

20 Percalidã naturã calido tẽpore, in frigore cubile crassã reddit, in calido attenuat

Dictionem hanc ἔνθερμοι, id est, percalidã, clausulæ huius initio præpositam à nominatiuo, percalida, deflexã esse constat. sed uocem hanc- ἐνθερμῷ, C id est in calido- in fine positam quispiam ita posset accipere, ac si ex præpositiõe- in- & casu ablatiuo- calido esset composita. quemadmodũ sanè & omnes ferè interpretes acceperunt, nonnulli quidem clausulam hãc in duas partiti, perinde ac si utraq; propria explanatione indigeret, alij uero totam ut unam interpretati. Porrò Dioscorides & ipsam in clariorẽ permutauit, ut in obscuris locutiõibus facere consueuit. separatim quidẽ scripsit- per calidam naturã calido tempore- his uerbis adijciens hanc uocẽ- extenuat- nobis significare uolens per calidam naturam, hoc est, multo calore feruẽtem calido tempore, id est æstiuo extenuari dilabentẽ D atq; euanescentẽ per eam quæ ab omnibus medicis recentioribus iam trita, & usitata uoce ratione perceptilis difflatio nominatur. quam etiam altera appellatione quidam sensui ignotam perspirationem nominant. quę nobis omnibus per totum uitæ curriculum inest. uerũ secundum ætates, anni tẽpora, studiaq;, ac (ut breuibus expediam) secundum omnẽ quam degimus, uitæ rationẽ euariat. sed in omnibus his differẽtijs illud cõmune inest, calidioribus quidem temporibus, regionibus, ætatibus, naturis & uictus rationib. de corpore haud exiguam substantiæ nostræ portionẽ effluere, contra in frigidioribus spissescente cute plurimũ retineri, exiguum dissipari. Hac igitur ratione percalidam naturam tempore calido extenuari uerum est, duplicato scilicet effluxu, quem ex proprio calore insitum habentes nouum præterea exterius ab calido tempore accedentem acquirũt. Verum neq; in alio ullo exemplari hanc lectionem inueni, neq; ullus explanator ipsam agnouit. Sed Dioscorides ipse in libri frõte inscripsit, sese in duobus solis exemplaribus ita conscripta uerba nactum esse- Percalidam naturam calido tempore in frigore cubile crassam reddit, in calido extenuat- uerũtamen nos non in duobus, sed in omnibus quæcunq; legimus, ita se habere hanc clausulam comperimus, cum de industria omnia, & quæ in publicis bibliothecis reposita sunt, & quę apud amicos inueni, exemplaria inspexerim. Sed iam ad explananda uerba conuertamur, omnibus ijs quæ praue ab interpretibus dicta sunt, prætermissis. Mihi sanè prior clausulæ pars ita perficienda esse uidetur- Percalidam naturam calido tempore in frigore cubile crassam reddit- has uoces- calido tempore- in ablatiuis casibus nobis legentibus, perinde ac si in calido tempore dictum esset. Illud uero- in frigore- idem est, ac si dictum esset, in aere frigido, ex duabus orationis partibus dictione composita præpositione scilicet- in- & nomine- frigore- Erit enim integra sententia huiusmodi: utile est percalidæ naturæ calido tẽpore in frigido cubiculo somnum capere. Ita namq; crassescet. Nempe haud iniuria in ualde calidis naturis hæc nos facere præcepit Hippocrates. quandoquidẽ calida natura cum sponte ob effluxum immodicũ ad extenuandum idonea sit, si tempore calido accedente euacuatio duplicata sit, quinetiam tertia quædam alia inanitio in calido loco & calido strato cubante homine adiuncta fuerit, tum corpus triplici digestione exhaustum dissipari emaciariq; continget. Quod si in duabus necessarijs inanitionibus à natura atque tempore prouenientibus, quas effugere non licet, tertia saltem in contrarium abducatur, non dissipare, sed coercere difflationes potens, ad extremam euacuationẽ homo non perueniet: quinimò pinguescet magis quàm extenuabitur. frigido enim cubili nõ modo lectos frigidos, sed & singula quæ ex linteis crassioribus & attritis, atq; id genus alijs indumentis constant, significante alterum quoddam maximum auxiliũ excessus ratione temporis & naturalis temperamẽti prouenientis adiungitur, ut scilicet per frigidam inspirationẽ corpus refrigeretur. id quidem iam & antea à nobis dictũ fuit, sed nunc istud de lecto adiectũ est, ut undiq; corpus refrigescat, ac difflationis excessus ad salubrem cõmoderationẽ redigatur. Altera quidẽ locutionis pars prior scilicet ita sanè ab aliquo potissimum explanari posse mihi uidetur. reliqua pars, ubi ait- in calido attenuat- dilucida sanè foret, si ei uoci calido- aere- adscriptũ esset, integra clausula per hęc uerba manifeste explicata, calidiori naturæ calido tẽpore cubile in aere frigido si accidat, crassam reddit. In calido aũt aere cubile extenuat. per nominatiuos quidẽ casus ita maxime aperte explanata oratio fuerit. Quod si p ablatiuos loqui uoluerimus, narratio sanè huiusmodi fuerit. Calidiori naturæ, tẽpore calido, & cubili in

aere frigido craſſeſcere accidit, hoc eodẽ uero cubili in aere frigido poſito extenuari continget.

21 Exercitatio ſalubris, non ſaturitas cibi, promptitudo ad labores.

Neq; repleri uſq; ad ſaturitatẽ, impigrumq; eſſe ad exercitatiões ſalubris uictus caput eſſe opinat̃.

22 Inter uigilandum ſiti ſuperficiali ſomnus medela eſt, ſiti uero ex ſomno uigilia quibuſdam.

Superficialẽ ſitim intelligere oportet ualde exiguã, quæ neq; à toto corpore, neq; ex magno uentriculi partiũ affectu excitata eſt. Sed (ut dixit Eraſiſtratus) areſcentibus aut incalentibus locis illis, per quos ab ore in uentriculum humor delabitur. huic itaq; ſiti ſomnus remedio eſt corporis penitioribus madefactis, utpote per ſomnum ſanguine ad interiora delapſo. contra uero à ſomno expergefactis cum ſuperficialis ſitis adeſt, uigilantibus facile ſedatur. huiuſmodi nanq; ſitis oritur incaleſcentibus nonnunq; particulis, quarum dicebam Eraſiſtratum meminiſſe. caleſcunt autẽ, dum in ſtomacho cibi concoquuntur. Nam huiuſmodi concoctione ab inſito calido perinde atq; fit elixatio, confecta, quemadmodum in illa calidus quidam halitus effertur, ita nõnunq; & in uentriculo & maxime uinum meracius epotis contingit. uerum ſi uigilantibus ipſis ſtomachus emundatus nullos præterea uapores ſuggerat, & calefactarũ partium caliditas euanuerit, à ſiti liberantur. porrò nõnulli à ſomno ob comeſtorum epotorumq; calorem uentriculo excalfacto ſiticuloſi fiunt. qui calor ſine externo ſubſidio non permanet. quocirca nonnullis frigidam potare ſolitis hoc tempore ante lauationẽ ac cibi aſſumptionem gelidę aquæ potus nõnunq; uſui fuit. propterea igitur in ſecunda ſitis differentia adiecit hanc particulã- quibuſdam- neq; enim omnibus (ut oſtenſum eſt) à ſomno excitatis idem affectus oboritur. hanc lectionem autem & ueteres explanatores agnoſcunt, & in caſtigatiſſimis exemplaribus inuenitur.

23 Quibus plurimũ calidũ ineſt, uocaliſsimi ſunt. frigidus enim aer plurimus: ex duobus aũt magnis magna & quę oriunt̃, ſunt.

Modo prædixi, huiuſce orationis lectionem antiquã non ita inueniri: ſed hoc modo, Quibuſdam plurimum calidum. ſicq; illi interpretes legũt, qui de ſuperiorum uerborum fine hanc particulã- quibuſdam- detraxerunt. Igitur de propoſitæ ſententiæ ueritate iam diſſeramus. Quibuſcũq; enim plurimum calidum ineſt, in corde ſcilicet, hoc namq; ueluti focum lareſq; ingeniti caloris eſſe declarauimus, & aerem qui inſpiratu adducitur, plurimũ eſſe neceſſe eſt. nã & hoc in libro De uſu reſpirandi explicatum eſt. Quod ſi plus caloris huiuſmodi naturis ineſt, inſpiratur aer, atq; iterum expiratur. propter hoc ſi uocem magnam fieri dicemus, ita abſolute citra ullam conditionem ſententiam proferẽtes, apertiſſime fallemur. nam in cõmentarijs De uoce oſtẽſum eſt, uocem ingentem fieri, quin

A multus aer celeriter expiretur, nequaquam poſſe. id uero fit, ſi aſpera arteria & guttur latius pateãt. Si pectus uero totum amplum ſit, nõ ſolum ingentem uocem homines edere, ſed etiã diutiſſime uociferari poſſe ibidem declarauimus. ut præcones, quum pedem uocatum canunt, efficere ſolent. Igitur quoniam et cor ſtatim ab initio, cum formatur in utero, amplificatur increſcitq; illis, in quibus inſitus calor plurimus ineſt: ad cordis uero portionem & pectus plerunq; magnum efficitur, & hoc iterum pulmonum magnitudo conſequitur, necnon & iſtis aſperæ arteriæ magnitudo reſpondet, & huic plerũq; gutturis, haud ab re ſępiſſime percalidæ naturæ homines uocaliores eſſe contingit. etenim ſi ſemper & omnino ad portionem magni

B tudinis cordis pectus auctum eſſet, & nunquam ei praua figuratio accideret, percalidos homines non plerunq;, ſed ſemper magnam uocem edere dixiſſem: uerumtamen neq;, ut pulmonum magnitudo pectori ſemper reſpondere inuenitur, ita & ipſorum magnitudini in ipſis contenta tria uaſorum genera reſpondent. conſpicitur uero & in animalium diſſectionibus proportio hęc non exquiſite ſeruata. ſed in huiuſmodi ſanè partibus aliquod pauxillum excellere, aliquod è contrario deficere inuenitur. Id uero in corde ratione pectoris inſigne accidit. Quod & in cauſa eſt maxime, ut inter æque calidos homines nonnunquã in uocis magnitudine multũ interſit. Hippocrates quidem ſoli aeris multitudini magnitudinem uocis

C attribuit. uerum hęc inter cauſas magnam uocem efficientes neq; ſola, neq; dignitate prima eſt. magnæ enim uocis materia eſt, ut in cõmentarijs De uoce diſputauimus.

24 Ventriculo calidi, frigidi carne, & graciles. Iſti uenoſi & iracundiores.

Quòd geminũ in animalium corpore calidum agnouit Hippocrates, alterum quidem, quod ipſe ingenitũ uocat, eſſentiã in ſanguine ſanguineiſq; uiſceribus repoſitam habens, alterum uero acre, mordax & igneũ, ſub quo genere & febris eſt, in multis pridem ipſius uoluminibus declaratũ fuit. Quinetiam ego de hoc in quodam meo cõmentariolo accuratiſſime diſſerui. eius libelli inſcriptio

D hęc eſt, nullum errorem eſſe cõmiſſum in eo aphoriſmo, cuius initium eſt, creſcentes plurimum habent innatũ calidum. In eo ſanè Hippocratis partes tueor, Lyci aduerſus aphoriſmum criminationes diluens, ipſumq; ob optimorum documentorum ignorationem Hippocrati infenſum eſſe demonſtrans. Verũ huiuſce caloris differentiã neq; Lycus, neq; alius quiſpiam aut Eraſiſtrati, aut Herophili ſectator, aut empiricus internouit. quapropter & multa Hippocratis ſcripta praue admodũ interpretati ſunt. At Hippocraticos uiros ſaltem non decebat Hippocratis decreta improbare, ea perinde interpretantes, ac ſi unus genere calor in animalibus exiſteret. Sed cum Hippocratem, aut alterum quempiam audiuerint aliquos uentriculo calidos nominantes, ut nomen illud acceptum

esset, cōsiderare præstabat, utrum qui uocem eam protulit aut scripsit, naturale calidum in uentriculo copiosum esse assereret: aut alterū intelligeret, quod sæpius acquisitum, interdum non naturale, nonnunquā & à natura alienum uocatur. quo calido incalentes mordax calidumq; difflare, atq; iccirco simul atq; cutis densata fuerit, febre uexari contingit. Quemadmodum illi qui altero calido uberrime affluunt, suppressa difflatione pleniores quidē fiunt, sed in febrim non incidunt ea de causa. Illud etiam constat in uentriculo ciborum concoctiones ab hoc insito calido exuberante optimas fieri. ut ipse in Aphorismis ita loquens edocuit, uentres hyeme & uere calidissimi natura, & somni longissimi. his itaq; temporibus cibaria plura exhibenda. etenim insitum calidum multū. pluri igitur alimento eget. argumento sunt ætates & athletæ. Itaq; sicut absoluta ciborum confectio huiusmodi uentriculorum indicium est, ita frigidiorum quidem in acidum conuersio, calidiorum autem in nidorosam qualitatem mutatio. Quamobrem cibos recte concoquentibus & sanguis optimus inest, & mediocris caro progignitur. uel & interdum quàm deceat, copiosior, cum ociosiorem uitam degunt, & frequenti lauatione utuntur. sed minus bona caro est, neq; corporis habitui congruens. postquam uero multa copia congesta fuerit, totum corpus in morbos præcipitat. At uero ob uentriculi intemperiem male concoquētibus, & cibos in fumidam nidorosamq; qualitatem corrumpentibus uitiosus in uenis sanguis contrahit, prauaq; in toto corpore fit nutricatio. de his igitur propositum sermonem intelligere debes. In iecore nanq; et corde multus ab initio insitus calor inest, in carnes uero è sanguine profunditur. atque ideo in huiusmodi corporum naturis, quales & nunc descripsit Hippocrates, carnes frigidas esse necesse est, utpote sanguine non copioso, sed pauco, & ipso quidem uitioso irrigatas. utrunq; enim uentriculo ignea caliditate intemperato laborantibus euenit, ut cibaria corrupta descēdant, & proinde paucum ex his alimentum corpori impartiatur, idq; ipsum non recte concoctum improbum sit. non coctis enim corruptisq; in uentriculo cibis optimus in iecore uenisq; sanguis creari non potest. Quod si paucus quidem, sed non malus in uenis sanguis foret, carnes utiq; hunc attraherent ipsas minus nutrientē, & uenas inanes relinquentem, ut contractæ essent, uixq; apparerent. quando uero non paucus modo, sed etiam prauus est, tunc neq; ipsum, quamuis egeant, carnes attrahunt. perinde ac neq; nos ipsi cibos nidore, aut altera quapiam improba qualitate infectos, & si ualde escam appetamus, admittimus. etenim appetitus ipse huiusmodi cibo degustato extinguit. Eadem igitur ratione carnes exiguum, quod uidelicet ad nutriendum pernecessariū est, de uenis exhauriunt. sed breui tempore post in uenis plus sanguinis deprauati contrahitur. quapropter in uenæ sectionibus nunquam ab huiuscemodi hominibus rubrum sanguinem profluere conspicies. Sed

A alio colore (ut quis eum nominare uelit) affectus inuenitur. quàm primum uero & male olet. quod si iampridem homo purgatus non fuerit, ater etiā qui rescissa uena profunditur, sanguis apparet, alias aliam in crassitudine & tenuitate temperaturam habens, nonnunquā serosus & tenuior, nonnunquam uero crassior, quemadmodum sanè interdum & ualde crassus, & niger liquidæ pici persimilis conspicitur. Hæc igitur omnia nunc per capita enumerata in alijs quibusdam ex antedictis cōmentarijs, & præcipue in curatiua methodo absolute disputata sunt. in præsentia uero ab explanatoribus prætermissa breuibus à me perstricta fuere. solent enim ubi nihil refert, esse loquaces, in rebus autem utilissimis deficere. Ego itaq;, cum præ
B sens oratio perutilis sit, ipsam repetens per capita rursum explicabo, & cum interpretatione propositorum uerborum coniungam. Ventriculo calidos ipsum dicere putandum est, non quemadmodum pueros & athletas, insito abūdare calido testatus est. neq;, ut hyeme uentres calore naturali maxime calere dixit. sed ut mordacē improbūq; calorem haud exiguum in intemperato uentriculo possidentes. Hos autem carnibus frigidos merito nominauit, utpote bonæ iuxta & copiosæ alimoniæ penuria tabescentes, quam ex sanguine secundum naturam sese habente in temperatis corporibus hauriunt. ex sanguinis autem penuria fit, ut carnes refrigerentur, acquisititium sanè calorē à sanguine, non proprium, non insitum, ut iecur,
C & cor possidentes. isti uero carnibus deficiētibus graciles necessario redduntur. ipsarum enim subtractiones & incrementa tenue & crassum totum corpus efficiunt. Dicit autem hos ipsos uenosos esse: perinde atq; si & ita dixisset, istis cōspicuæ uenæ sunt, hoc est, eminentes. quippe quæ sanguinis plenæ, & carnium ipsas contegentium paucitate nudæ appareant. quinetiā ipsos iracundiores esse dixit, non absolute iracundos, neq; per excellentiam iracundissimos. quod planè ipsis accideret, si calor in corde permultus redundaret. sed calor in uentriculo os eius cōtristans iracundiores efficit. siquidem alibi declaratū est, hanc particulam in consensum sui affectus & animā adducere. tar-
D diores enim ad intelligendum atq; agendum homines reddit, quo tempore ipsa frigidior euaserit. contra promptiores atq; irascentes, cum magis incaluerit haud naturali calore scilicet, sed aduentitio & à natura alieno. de quo sermo iste totus à nobis confectus est. Propter quod eos qui se Hippocraticos nominant, & præcipua Hippocraticæ artis decreta, quibus & experimento euidentia astipulantur, ignorant, accusare æquum est. quòd aliter atq; nos diximus, interpretati sunt. existimant enim in calidioribus uentriculis insitum calorem in profundum refugere, & extrinsecas partes deserere, atq; ideo frigidas hominum carnes euadere. Verum huiusmodi caloris motiones secundum tempora, & regiones, & prorsum secundum cœli status, præterea secundum uigilias & somnos, necnon & secundū animæ affectus, ut mœ-

rores

rores, & timores, & secundum corporis uoluptates, & animi lætitias euariant. Verum neque corporis naturalis fabrica, neque ætas talem ingenitæ caliditatis mutationem efficit. Sed quemadmodũ & in libris De tuenda sanitate monstrauimus, prauæ corporis cõstitutiones sunt, nonnullæ quidẽ cum totius animalis intemperie, aliquæ uero cum partium quarundam inæquali statu. qualis & ista, quæ in propositis uerbis habet̃ de uentriculi uitiosam constitutionem habentibus, & non optimã. quales natiuo calore multo affluẽtes, & iccirco ad bonam carnem procreandam maxime conducentes corporis habitum pleniorem efficiunt, non extenuant, non emaciant, ut intemperatæ.

25 Terra siccitatibus squallẽte uolucrium genus bene habet.

Aues enim utpote aridiore quàm nos, temperatura constantes, siccis temporibus rectius ualent. nos uero non præterit & aridioribus ipsas cibis uesci, & pauco potu esse contentas: non perinde ut sues, qui aqua assidue prolui, & immodico assidue potu repleri cupiunt.

26 Hircus, uter exterius testis apparuerit. si dexter, mas. sinister uero fœmina.

Quum puerilis ætas in adolescentiam transit, quemadmodũ ipsis semen, & pili in locis genitalibus erumpere incipiunt, perinde & testes subito increscunt. quemadmodum & puellis uirginibus mammæ extuberãt unà, & menses ferri incipiunt, tunc igitur & uocis mutatio in maribus fit præcipue. nam cum prius ipsis acuta uox esset, cum perfecte impuberes euaserint, grauior redditur. tempore aũt medio ueluti raucam ipsi uocem edunt. quamobrem ergo prædicta ætate omnia ista eueniant, præsens oratio quærere non postulat. sed omnia hæc apparere experientia demonstrat. sicut & illud, si dexter prius testis intumuerit, hosce adolescẽtes in perfectam ætatem atque uirilem cum euaserint, filios mares potius quàm fœminas genituros. quòd si sinister, è contrario. idem & de utero sensit. in Aphorismis enim ita scripsit, Fœtus mares in dextris, fœminæ uero in sinistris magis. quæ igitur à me hac de re in Aphorismorũ explanatione dicta sunt, ad hunc locũ accõmodes. cum una sit communis in maribus atque fœminis causa, ob quam sinistræ partes fœminarum, dextræ marium opifices sint. uerũ & de hoc in libro De usu partium tractatum est.

27 Oculi ut ualent, ita & corpus. & color in deterius, aut melius labitur.

Cõstat autem ita oportere intelligi, ut oculi ualidi sunt. quod nonnulli & adscripserunt. sentẽtia igitur uerborũ, ut quispiam iudicio meo plurimorum falsam interpretationem omittens rectissime explanare potest, hæc potissimum fuerit, Hippocratem docere arbitror, quonam modo quis ab oculis totius corporis affectum percipiat. quandoquidem isti maxime firmissimam nobis notitiam exhibent. porrò in illis, quibus anima deficit, aut

A aliter uires collabuntur, neque manum quis intuitus, neque crus aspiciens, aut faciei reliquas partes omissis oculis aliquid explorati habere poterit, quod ipsi uires imbecillas esse, aut ualidas patefaciat. quod si oculos inspexerit, compertũ habebit. clarissime nanque in ipsis robur infirmitasque elucescit, nonnullorum quidem acute cernentium palpebris patentibus, nonnullis autem neque perfecte ipsas aperire ualentibus. Quinetiam ipsorũ color & moles aliquid de uiribus nunciãt. uiribus enim infirmis oculi caui, squallidi, & decolores apparent: robustis autem, florido colore uigent, pleniori mole constant, & splendido humore affluunt. hæc planè fieri euidenter cõspicimus, etiam si causa ob quam fiant, nos lateat. uerum & causa patet,
B qualisnam oculorum sit natura, scientibus. quod alibi, & in sermonibus de uisione declarauimus, animabilem scilicet spiritũ luminosum è cerebro in oculos plurimum proficisci. iste igitur cum aut imbecillus, aut paucus in oculis fuerit, modo enumerata symptomata eueniunt, & color melior fit, aut deterior. id autem certum est, siue de oculis etiamnũ, siue de totius corporis colore sermonẽ faciat, utrunque enim uerum est. oculis quidem ut secundum firmitatem atque imbecillitatem, ita & secundum bonum fœdumque colorem uariantibus, hos quoque totius corporis affectu comitante. nam si bene colorati oculi sunt, et gyon, hoc est, corpus totũ salubriter se habere significant. aliquo autem turpi colore inquinati, illico & totũ offensum esse
C indicant. celerius uero in oculis, quàm in aliis partibus colorum mutatio, ob eorum munditiam nitoremque conspicitur. At non solum id significare hæc uerba possunt, sed etiam in toto corpore coloris mutationem signis in oculo apparentibus accidere & subsequi. ab oculis igitur hoc modo ad totum corpus cognitio deriuari potest. per se autem uerba hæc omissa parte de oculis explanari possunt, si quis ipsa cum sequentibus coniungat. deinceps igit̃ ab alio principio sic ipsa interpretabor.

28 Et color in peius aut melius uergit. æquum est autem, ut se habet alimentum, ita & extrinsecum sequi.

Colorem alimento, id est, sanguine proportione respondentẽ in peius, aut deterius uergere, in-
D quit. sanguinem autem nunc appellat omnem in uasculis inclusum succum, in quo & pituita, & bilis utraque, & tenues serosique liquores continentur. hæc enim miscella & melior & deterior redditur. in ea uero contentus humor, qui proprie sanguis dicitur, & à cuius exuberãtia tota collectio nominatur, prauus dici nequaquam potest, perinde ut neque alium habere colorem, quàm rubrum.

29 Signa mortifera per cutẽ, nares, calidus uapor. prius nares frigidũ spiritũ reddunt.

Siue in casibus accusatiuis scriptum sit-calidum uaporem-siue in rectis- calidus uapor-utroque modo aliquid subintelligit̃. uerba enim hanc sententiam habere debent, inter signa mortifera & hæc sunt, calidum uaporem per cutem exhalare, cum


prius

prius per anhelitum frigidus spiritus redditus sit. A At si in rectis casibus eandem sententiam explicare uelis, ita sanè dixeris, maxime signa mortifera per cutem calidus uapor exhalans post frigidum spiritum prius anhelitu egressum. cæterũ id ipsum quidem, frigidam scilicet spirationem, pessimum nuncium esse, in libro De præsensionibus dictum est hisce ipsis uerbis, frigidum autem per nares atque os expiratum, iam ualde perniciosum est. nũc autẽ quoddam symptoma ita se habentibus, quod tamen non semper fit, addidit: calidus enim uapor multus de cute emanat. sed neq; omnibus, ut dixi, neq; omni tempore. Atqui istos explanatores, de quibus non opus est garrientes, hæc edocere præstabat. illis enim solis id euenire comperies, quorum mortem calidissima febris antecessit. quę corpus ipsum cordis cremauit, atq; ideo postremo ipsum refrigerauit. uitali ergo ui, moriente iam corde, euanescẽte, in alijs quidem sudores syncopam inferentes proueniunt, multorum scilicet humorum pleno corpore. illis autem qui ex præferuida febre antea exaruerunt, pro sudoribus calidus uapor tangenti tibi exhalare uidebitur. neq; tamen & iste quoq; morbi tempore, sed cum diu iam progresso morbo cutis, exhausta halituosa substantia, refrigeratur: quæ ob ardentiorem febrem attenuatis succis morbo uigente contracta fuerat. neq; enim eo sanè tempore quo iam cor emoritur, excitari potest nedum calidus uapor, sed neq; frigidus aut tepidus. omne igitur cor prope mortem frigida intemperie affectum est. Sed non in quolibet C mortifero morbo huiusmodi semper est: uerũ in ardentissimis febribus plerunq; calidissimum, ut dictũ est. Igitur cum frigida intemperie cor ægrotat, calidum uaporem exhalare nunquã reperies, quando iam uicinus morti constitutus æger frigidum reddere spiritum inceperit. neq; ita se habentibus humores prætenuati sunt. neq; ardenti iam febre isti laborant, neq; succos biliosos contrahũt, qui temperie calida corpore tenui sunt. siquidem frigidæ temperaturæ pituitosos, crudos, crassos & prorsum frigidos succos, non biliosos, calidos, tenuesq; procreant.

30 Vitalia uero contraria.

Hoc illis manifeste repugnat, qui dictum fuisse putãt mortiferum esse signum, per nares calidum uaporem. nam tanquam respõdens uerbis illis supradictis, signa mortifera, nunc subiunxit uitalia uero contraria. Atqui secundum eorum explanationem his uerbis, mortifera signa, coniuncta non B sunt hæc ita scripta per nares calidum uaporem. Quanq; ista uerba, per nares calidus uapor sibi adiectum non habent, sitne mortale signum, an non sit. neq; enim mortiferum est, nisi quod ab Hippocrate dictum est, præcesserit. prius autem nares frigidum spiritum reddũt. nam si citra hoc uapor calidissimus per cutem emanet, potest id quidẽ succorum calidiore febre attenuatorum symptoma esse, non mortis prorsus indicium. Quinimo interdum & extenuati humores utiliter difflanť: quos quum pinguiores sunt, per sensiles excreationes natura à corpore propellit, sudores citans, aut lotij deiectionumúe multitudinem, aut uomitũ mouens. Erunt igitur omnia uitalia prędictis mortiferis signis contraria, neq; frigidũ expirare, neq; per cutem calidum uaporem exhalare. Haud ab re autem & Zeuxis sectatores prius separatim mortifera signa interpretati, omnia hæc uerba sustulerunt, quæ ita se habent, uitalia autem contraria ad sanitatem.

GALENI IN QVINTVM TOMVM SEXTI DE MORBIS POPVLARIBVS HIPPOcratis libri explanationes.



ORBORVM naturæ medicatrices.

Crebro superius dictũ est, huiusmodi lectiões, per quas quod dicitur, non permutať, sed eadem prorsus sententia D pmanet, dijudicare mihi non esse propositum, Quippe qui longitudinem commentariorũ uitare instituerim: uerũ & nunc idipsum reminiscentiæ causa dictũ uolui. quando quidem & in sequentibus nihil præterea de huiuscemodi lectionibus afferam. uerborũ igitur sententia, si quis simpliciter, quod dicitur, intelligat, perspicua est, suam ipsius mentem Hippocrate declarante, se uidelicet non esse ex illorũ cœtu, qui naturam arte carere arbitrãtur, sed eam esse artificem, animalibusq; consulere. Verũ hoc loco per id nomen, naturæ, uim quandam intelligere cõuenit in his ipsis corporibus, quæ ab ea regunť, inhabitantem: cuius essentia quæ nam sit, in præsentia quærere, sicuti & de nostra anima, aut eius principatu, minime necesse est. nihil enim istorũ præsens oratio postulat. sed illud solum, recte scilicet Hippocratẽ opinatũ fuisse, naturam esse morborum medicatricem. forsan enim quispiam hac oratione artem medicam tolli suspicabitur. quocirca non simpliciter uerba hæc accipienda sunt. Morborũ naturæ medicatrices. altior enim sensus accuratiore indigens explicatione, huiuscemodi in uerbis delitescit, neq; dum usquã superius hanc rem explanauimus, amicis autem nostrũ institutum cognoscentibus, quibus gratificãtes ad huiusce libri interpretationẽ accessimus, & nunc in memoriam reuocabimus, quodq; decretũ ostensione indigẽs cum alicubi semel exquisite tractaui, me altero in libro iterum non scribere, loquacitatẽ uidelicet superuacuã accidere cognoscentẽ, si ijsdẽ de rebus quispiam eadem repetat: quemadmodũ nonnulli iuniores medici fecerũt, non bis modo, aut ter, sed quater, uel etiam pluries in multis cõmentarijs & libris eadem de ijsdem conscribentes. At ego aliquid cũ semel rationibus declaraui, postea reliquis in libris eo utor, solius tantum conclusionis

nis mentionem faciens. ut à me hoc in uolumine A ostēsum est. Et nunc igitur semel de natura sermonem faciam, & quare ipsam morborum esse curatricem Hippocrates asserat, & quòd ab hoc decreto nequaꝗ artem medicam euerti tolliꝗ contingat. tu uero, qui hęc nostra commentaria euoluis, iam mihi orationem exordienti animum aduerte. Morbos ab alimento congruenti qualitate & copia in tempore exhibito, ab humido fomēto, à cataplasmatis, à clysteribus, à uenæ sectione, & à quibusꝗ id genus alijs propulsari siquis dicat, non utiꝗ mentietur, sicut neꝗ ille, qui à medicis morbos curari asseueret, nec qui artem medicam laborantium sanatricem esse testetur. quemadmodum uero hæc prædicans ut mendax reprehendi non poterit, eadem sanè ratione neꝗ ille, qui naturam B seruandi animalis causa omnia administrare existimet. hoc uero & illud cōsequitur, eam primam languoribus mederi, & maxime, cum euidenter hominem sanat sudorem copiosum profundens, aut per lotium, aut per deiectiones, aut per uomitus infestos humores eijciens. Quod nam igit̃ dignitate primarium est, quod secundas, quod tertias habeat inter hæc omnia, quæ sanitatem facere diximus, contemplari cōuenit. eo etiam magis, ꝙ & alia quædam, per quæ morbi curantur, accedunt: quorum omnium secūdum dignitatem ordinem internosse præstiterit. nobis enim melius dici uidetur & naturam morbos medicari, recte uero & artem medicam, & medicum, uere quoꝗ & eius ministrum, & uenæ scissuram, & per ipsam factū sanC guinis profluuium. fortassis autem quispiam putauerit & coquum aliquid conferre, & textorem, & ædificatorem, & ferrarium fabrum, & alios quosdam artifices, quorum hominibus sanitatis causa aliquid pręparantium opificijs subseruientibus utimur. Verum istorum quædam auxiliorum materiæ, non auxilia sunt, nonnulla uero instrumēta auxiliantibus idonea. sed tunc auxilia fiunt, quando in tempore, atꝗ ut decet, ea medici applicāt. nam uinum ægrotis propinatum si iuuerit, eius propinatio auxilium est: at si importune oblatum, delirium, aut phrenitida cōcitet, tunc morbifera, non salubris causa, neꝗ auxilium fuerit. Quis igitur est creandi auxilij autor? occasionis scilicet inuentor. quo nomine autem hunc Gręci appellant? nonne D & hoc omnibus patet, medicum scilicet istum appellari? quapropter medicus uino potior est ad naturalem facticiamꝗ sanitatem. Etenim uinū in tempore exhibitum, & temperanter epotum, recte ualentibus prodest, languores autē, cum opus est, assumptum discutit. Cæterum medicus non ꝙ animal sit, aut pedestris, aut bipes, aut rationalis, aut ciuilis, eo cuiusꝗ materię tempus idoneum ac modum nouit, sed quoniam artē salubria atꝗ insalubria distinguentem addidicit. nam si per illa hęc nosset, omnes planè homines eandem callerent scientiā. quare dignitate prior medicis ars est, per quam medici fiunt. nam eius ui illi utētes morbos pellunt. Sed qua ratione materia atꝗ instrumenta ad medicum eiusꝗ artem, eadem ipse rursum atꝗ

ars ad eius, qui curatur, naturam sese habent. illa namꝗ est omnia congruentia in animalium corporibus faciens, & alens quidem, cum alimēto opus est, sibi autem sanguinē præparans, per quem alimenti egenas particulas nutriat. atꝗ iterum ut sanguis ipse creari possit, cibum in uentriculo pręparans atꝗ conficiens. ꝙ si deuorata cibaria neꝗ recte concocta sint, neꝗ digesta, neꝗ in sanguinē uersa, neꝗ alendarū partium uim inuenerint, statim me hercule neꝗ corporis nostri alimētū fuisse dicentur. Quemadmodū uero ad nutriendas partes refectionis egentes ipsa nutriens facultas longe princeps causa est: eodem sanè pacto & uentriculi uis ad cibos concoquendos, & iecoris uenarumꝗ facultas ad concoctum in sanguinem conuertendum sese habent. uerum enimuero cuncta me naturæ opera minutatim nunc recensere necesse non est. nam memoria repetere satis fuerit, in cōmentarijs De naturalibus uiribus omnes naturę cōmunes facultates fuisse explicatas numero quatuor, quibus animal regens omnia molitur ac perficit. primam quidem propriorū attractricem, secundam uero horum ipsorum cōmutatricem & concoctricem, tertiam utiliū retentricem, & quartam alienorum expultricē. his itaꝗ potestatibus non modo sanum animal tuetur, sed etiam ęgroto sanitatem restituit. Ex his uero abunde constat, quantum sanitatis effectrices causas natura dignitate antecellat. omnia enim reliqua materiam ipsi parant & suggerunt. quemadmodū in alijs quoꝗ artem quandam ministrantem uidemus. textricis namꝗ radios, textoria, & pectines lignarius faber molitur, huic uero ligna materiæ excisor, securim item & dolabram ferrarius artifex, ferrario autem ipsi ferrum metallorum effossor cōparat, rarumꝗ est artem effectiuam inuenire nulla alia egentem, quę aut instrumenta fabricetur, aut materiam operi idoneam reddat. ita sanè & medico multæ artes aptas materias præparant. perinde ut ipse rursum naturæ cum quibusdā ministris suppeditat. quam enim proportionē architectus erga cęmentarios, lignariosꝗ fabros, & alios, quibus imperat, artifices: eandem & medicus erga ministros suos gerit. isti uero sunt herbarij, unguētarij, coqui, cataplasmata adhibentes, humore conspergentes, clysteria immittentes, scarificantes, uenam scindentes, cucurbitulas affigētes. At si nos etiam hæc discentes interdum & facimus, perinde facimus, atꝗ gubernator remigandi peritus, & facile summū malum conscendere ualens, & omnia alia nautarum munera cognoscens & exequens. Etenim multi imperatores sæpe & arcu uti, & iaculari, & pugnare gladio hastaꝗ sciūt, & faciunt, & reges pariter, sed non ut rex, ut imperator erat Alexander Macedo, aut eius pater Philippus: sed per alias artes imperatoriæ atꝗ regiæ inseruientes, hęc militaria munera obibant. Itaꝗ & nos ut medici cuiusꝗ auxilij qualitatem, quantitatem, occasionē, & utendi modum cognoscimus: ut ministri uero uenam rescindimus, & cucurbitulas admouemus, & reliqua manibus operamur. dignitate igit̃ ars medica

medicis præstat, medicus arti seruienti, illa ministris, ministri artibus sibi instrumenta materiasq; parantibus, illæ artificibus per ipsas agentibus, artifices uero præparatis materijs atq; instrumētis. conuerso igitur ordine firmioris notitiæ atq; memoriæ causa enumerandis artibus accidit ad seruandam efficiendamq; sanitatem nobilitate ultimos esse, qui nobis clysteres, ferramenta ad secandas uenas, specilla, forfices, cauteres, & reliqua medicæ artis instrumenta fabricantur, cum his & eos qui materias præparant, quos radicum excisores, & herbarios uocant, necnon & qui ex metallis effossa, aliaq; id genus præbent. supra hos uero ipsorum artes, supra quas & ministros medicorū, his quoq; superiorem ipsorū artem, ea superiores medicos esse, medicis artem medicatiuā, quæ rursum naturæ ministra est. Atqui inter ipsius naturę facultates nonnullæ quidem primariæ sunt, per quas scilicet animal in uita seruat̄, summā nobilitatē ad optimam corporis uitam possidētes. optimā autē uitā nomino, quę in sanitate uidelicet agitur. praua enim in morbis uita est: alteræ sunt uero istarum ministræ facultates, deinde illarum iterū aliæ. Itaq; posteaq; hoc in sermone artes omēs ac potestates sanitati uitęq; necessarias nunquam alibi eas persecutus, recensere constitui, neq; regētium nos potestatū dignitates adijcere me piguerit. Primæ igitur sunt salubrem animali moderationem in quali & quanto conseruantes. cum enī corporis nostri substātia nec magnitudinem nec qualitatē eādem retineat, sed magnitudo per sensus latentem exhalationem dilabatur, qualitas uero temperatura semper uariante permutetur, non ab aere solum ambiente, sed etiā ab intestina causa, quemadmodum in libris De tuēda sanitate explicauimus, ad magnitudinem instaurandam altrix potestas in nobis inest. ad qualitatem corrigēdam & respiratio et per totum corpus difflatio cōparatæ sunt. sed cum nutriendæ partes idonea ac propria materia egerēt, alia quædam in nobis uis inest, quam haud alienum fuerit breuis ac dilucidæ doctrinæ causa sanguificam nominare. cui rursum inseruiens alia uis est in uētriculo, cōcoctrix scilicet: omnibus autē dictis uiribus communes aliæ quatuor sunt, quas paulo ante memoraui, & clarioris doctrinæ causa proprijs nominibus appellaui. attractoriam scilicet, retētricem, commutatoriam, & expultricē. hæc igitur uos meminisse admoneo, illud scientes, me hoc loco solum hunc sermonē habuisse, naturā omniū artiū ad medendum primariā atq; potissimam esse declarantem.

2 Amplificat natura sibijpsi itinera non cogitatione, partim quidem ut conniuere, partim uero & lingua subministrat, & id genus alia quæq; inerudita natura & indocta, quæ opus sunt, efficit.

Itinera naturæ appellauit perinde, ac si & uias, aut impetus ad agendū dixisset, non, ut nos prius mente uolentes, & prius eligētes facimus, ita & ipsa faciente. conniuere igitur (sic autem dicitur, A cum quis clausas palpebras cito iterum aperit) statim ortis animalib. & à nullo edoctis illico inest. certū est autē huiusmodi actionē maximā oculis utilitatē afferre. fatigarentur enim palpebræ, si toto uigiliæ tempore paterent, multaq; exterius in oculos ipsorū tunicas uiolātia inciderēt. præterea longe isto admirabilius est naturæ opus, quod nō uulgares modo, sed etiam plures medici etsi quotidie fiat, negligēter tamē prætereūt. nam si bimo puero panem ostendens, eum hoc ipso nomine simul demōstrans panem uoces, idq; bis terq; feceris, puer et demōstrati corporis hanc uocē panis signū esse intellexit, ipsamq; imitatus pronūciat, cum à nullo, ut linguam mouere oporteat, ipse didicerit. Idem uero, quod in hoc, & in alijs omni- B bus motibus, quos appellāt uolūtarios, ab omnibus fit animalibus. igitur si uoluerint aliquod ex extremis mēbris inflectere, id statim efficient, etsi membrum illud, à quo inflectitur membrum, nō cognoscant. Eadē ratione extendere uolentia per alterū musculū extēdent. sed neq; quis musculus iste sit, neq; quo pacto agere possit, mouēti animali notū est. quo enim modo ea comprehēdere potest, quæ multis etiā medicis incognita sunt? quid dico multis? cū nōnullos musculos quidam dissectoriæ artis uel peritissimi ante nos ignorauerint, ut eum, qui intra dearticulationem abditus poplitem incuruat, nihilominus tamen omēs homines ipsius genu articulum, simulatq; uoluerint, inflectunt. quin nō in solis hominibus, sed etiā in alijs C cunctis animantibus huiusmodi actionis species reperitur. usq; adeo naturæ uis ad ea, quæ animalibus conducunt, rectius pręstāda, qualibet arte potētior est. Quocirca & Hippocrates de palpebrarū motu, quo scilicet ipsas alteri etiam negocio incumbentes agitamus, mentionem fecit dicens, ut conniuere: motū uero in loquendo linguę, per ea uerba cōmemorauit, lingua uero & subministrat. nobis enim quamq; uocē proferre uolentibus lingua ad ipsam explicandam prompte obsequitur. pueri igitur uoces prolatu difficiles nūc primum audientes, ut strax & sphinx, statim ipsas nos imitati eloquūtur. neq; quos linguæ musculos mouere oporteat, neq; quomodo ipsam extendere, aut flectere, aut circumuoluere, aut superius palato, D aut prioribus dentibus, aut alij cuipiam oris particulæ admouere stabilireq; conueniat agnoscentes. cū dixit autem, & alia quæq;, uoluntarias motiones in memoriā reuocat: in quibus (ut dixi) animalia cuncta non solum musculorum motus, sed etiam ipsos musculos ignorantia, simulatq; membrum inflectere, aut extendere uoluerint, confestim id faciūt. sicut etiā, si in obliquum abducere, & conuertere, aut circumuoluere, siue utcunque aliter mouere statuerint. idcirco & istis adiecit, inerudita natura, non edocta cōgruentia facit. Quicunq; igitur aliquā quamcunq; disciplinam didicerunt, hi in illa eruditi esse dicuntur. Verum naturæ hoc adest, ut maximarū rerū erudita sit, citra magistri ullius usum: qualē fuisse Themistoclem Thucydides memoriæ prodidit, ita inquiens: pro

pria namq; intelligentia neq; prius ad ipsos quicquam, neq; posterius edoctus, & eorũ quæ de im prouiso incidebant, celerrimo cõsilio iudex optimus, et eorum, quę longe posterius uẽtura essent, perspicacissimus coniectator.

3 Lachrimæ, narium humiditas, sternutamenta, auris sordes, oris saliuæ, reiectio, spiritus introitus, exitus, oscitatio, tussis, singultus, non eiusdem omnino modi.

Cum ea, quæ mihi optime ad hæc uerba explananda quispiam dicere posse uidetur, prius recensuero, deinde ad huius libri interpretes transibo, qui omnes uerba hæc à superioribus disiunxerũt, omniaq; ipsa singulatim tanq; ad presensionem facientia interpretati sunt. Veruntamen nobis uidetur Hippocrates propositum suum ab initio, & in præsentia per totum hunc sermonem cõfirmare. ipse uero naturam salutis hominum causa omnia facientem demonstrare cõstituerat. atq; ab operibus eius exorsus, quæcunq; in corporibus recte ualentium animalium facit, ipsisq; superiori narratione enumeratis, deinceps quæcunq; in morbosis affectibus, aut sanorum languentiumq; corporum communibus ad animalis salutem natura moliatur, præsenti sermone declarauit. quorum unumquodq; ego particulatim explicãs nonnulla quidem (ut dixi) morbosorum affectuum propria, nõnulla ægrotantium sanorumq; cõmunia esse monstrabo. atq; in ægrotantibus quidem nõnunquam fiunt lachrymæ morbosi oculorum affectus modum sequentes, ut quãdo ipsi phlegmone tentantur, nonnunquam uero natura superuacuum humorem expellente, aut deficientẽ in glãdulosis ipsorum carnibus procreãte. Nempe hoc modo narium humiditas excrementis in cerebro collectis per ipsas effluentibus accidit. sternutamenta uero & ipsa naturæ opus sunt, ab affectib. autem morbosis proueniunt. At morbosos affectus uoco, non solum, cum aliqui iã ægrotant, sed etiam cũ quispiã istorũ affectuum exoriri incipit. qualis enim in oculis est proprie uocata perturbatio, quæ phlegmones quoddã initiũ est, tales multi morbosi affectus cõsistere incipientes dissoluũtur, natura uapores & succos eorũ opifices excernente. uerũ de his omĩbus in libris De symptomatũ causis disputatũ est. nam ipsorũ quædã semper à natura fiũt, quæ morbosos affectus aut iã nascẽtes, aut futuros impediũt, sicut alia iã factos & absolutos tollũt. idq; est, quod explanatores fefellit, nũc scilicet ab Hipp. de naturę operibus sermonẽ nõ credentes fieri: sed tribus commẽtarijs, in quibus De symptomatũ causis disputo, totus iste sermo diligẽter à me cõfectus est, omĩa id genus symptomata, de quibus præsens habet oratio, à natura effectrice manare ostẽdente. auriũ nãq; sordes ab illa cerebri recremẽta purgãte colligit. tussim quoq;, ut spiritus itinera emundarent, fieri ostensum est. queadmodũ & singultus, & oscitatio, & pandiculatio purgamentorũ expellendorũ causa proueniũt. At nõnulla in propositis uerbis dicta

A neq; symptomata omnino sunt, ut respiratio, & per totũ corpus difflatio. ab ipso uero de respiratione explicatũ est, ubi ait, spiritus introitus, exitus. de difflatiõe autẽ, posterius, ubi iterũ scripsit, alimẽti & flatus. at saliuæ in ore generatio inter ea, quæ ꝓuide à natura fiunt, connumeratur, quemadmodum et sputi ex pectore atq; pulmone reiectio. de hoc uero & in præsenti parte per hæc uerba dictum est, oris saliuæ, reiectio. & oportet quidem, oris saliuæ, per se proferre, hanc uocem autem reiectio - separatim addita hac dictione, sputi fortasse quidem statim ab initio à primo libri scriptore uitiato exemplari, fortasse & ipso Hippocrate prætermittente, utpote qui sibijpsi quandã ueluti designationẽ, & non librũ in uulgus edẽ
B dum conscriberet. Extrema autem illa uerba - nõ eiusdem omnino modi - id sibi uolunt, omnia scilicet enumerata non eodẽ inter se modo habere. ut enĩ ostendimus, nõnulla in solis recte ualẽtibus, quædam in solis languẽtibus, quemadmodũ rursum alia in utrisq; eueniunt. itẽ ex his aliqua solius naturæ opera sunt. Explanatoribus autem uariè hæc uerba scribentibus paulo post uarias eorum lectiones recitabo. nunc uero prius quod ex toto sermone adhuc restat, in quo naturæ opera recenset, explicabo.

4 Lotij deiectio, & flatus, & huius alterius alimoniæ, & spiritus, & fœminis, & in alio corpore sudores, scalptus, pandicula-
C tiones, & quæcunq; huiusmodi sunt.

Scribunt sanè & hæc uerba alij aliter. uerum ego & lectionem hoc tempore à plurimis probatam, & toti uerborum sententiæ congruentẽ, atq; in uetustis castigatisq; exemplaribus repertã delegi. eius uero sententia talis est, queadmodum in superius positis symptomatis naturæ sine disciplina edoctæ opera ad animalis salutem facta narrauit, eodem modo & in præsenti urinam, deiectionem, duplicem flatum cõmemorauit, item & alimentum, & difflationem, & quæ in solis fœminei generis animalibus insunt, postea deinceps & sudores, & scalptus, & pãdiculationes. Etenim urinæ secretio, si, quomodo fiat, reminisceris, mirabilem tibi in regendis animalibus prouidentiam in
D dicabit, & renum fabricæ causa, & urinariorum meatuum originis, quam ex renum uẽtriculis habent, & operculorum, quæ meatuũ osculis in uesicam sese inferentibus imposita sunt, & musculi, qui astrictorio in sede posito proportione respondens uesicæ collo circumdatus est, & aliorũ, quæ minora quidem sunt, & minus admiranda, tantũ uero ad rem conficiendam opis afferentia, ut nisi hunc in modum omnia instructa essent, praue sanè, aut nullo etiam pacto urina secerni, & euacuari posset. haud aliter & quæ ad deiectionẽ attinẽt, hoc est, quę ad excrementorum cibi aridorum expulsionem à natura condendis nutritionis instrumẽtis parata sunt, ipsius de animalibus prouidentiam ac sapientiam demonstrant, quæ omnia in libris De usu particularum comprehensa reperies.

nunc

nũc uero capita ſolum perſtrinxiſſe ſatis ſit. Nempe quidam utramq; uocem initio huius ſermonis ſcriptam ipſam per ſe ſolã legẽtes, lotij, deiectio, ipſum hoc loco & ſtercoris mentionem facere tradunt. quidam rurſus utramq; uocem copulantes deiectionẽ urinæ hoc eſt euacuationẽ, per ea uerba ſignificari dicũt, perinde atq; ſi & urinæ excretionem dixiſſet. igitur iſti ſermonis initio ſcripſerũt-ſtercoris et urinę deiectio-acſi ita ſcripſiſſent-ſtercoris & urinæ euacuatio-Verum quemadmodum cibi recrementa mirabile artificium in ſecernẽdo præſe ferunt: itidem quoq; in utriuſq; flatus ſecretione, tam eius, qui per inteſtinum rectum, quàm eius, qui per gulã expellitur, quem ructum uocant, naturæ prouidentia conſpicitur, ad extrudendum utrumq; flatum inſtrumentis, in quibus colligitur, inſurgentibus. flatus enim hos excerni deprehẽdes, & ſi dormiãt hi, qui iſtis repleti ſunt, & ſi in ſomnũ propenſius labantur, etſi catalepſi, ueterno, ſopore, denſo & profundo ſomno correpti ſint, æque inueneris etiam naturæ artem, ſi ea cuncta didiceris, quę in adminiſtrando alimento atq; ſpiritu machinatur. & longe adhuc magis demiraberis, ſi omnia noueris, quæ in fœminis concipiẽdi fœtus cauſa molita eſt. iſtis ſimilia ſunt & quæ in toto corpore ad ſudores excernendos, ad ſcalptus, ad pandiculationes pertinent. uocant autem ſcalptum, frictionẽ motumq; per ungues effectum, quod in pruriẽtibus particulis animalia naturaliter faciunt. idq; in ipſis omnibus reperitur. uidiſtis igitur & dudum, cum uiuentem capram grauidam diſſecarẽ, fœtus ex ipſa ligata extractus ut humi depoſitus quatuor pedibus ambulare inceperit, à nullo edoctus ambulandi cauſa mẽbra hæc eſſe corpori ſubiecta, & paulo poſterius ſuperuacuum humorẽ, quo eius cutis exterius circumfuſa erat, excuſſerit, atq; iterum uno ex pedibus paulo poſt coſtas ſibi ſcalpſerit, ex quo uos omnes pręſentes exclamauiſtis, primum quidem ꝙ ipſe ſymptomatis medelam abſq; doctore inuenerit, ſecundo ꝙ per hoc membrum ſolum id fieri poſſit, tertio ꝙ per hunc modum. At pandiculatio tale quidẽ in omnibus (ut puto) muſculis ſymptoma eſt, quale in oſcitatione ſolis inferioris maxillæ muſculis accidit. in libris autem De ſymptomatum cauſis, ſi memoriter modo tenetis, euacuandorum in muſculis halituoſorum excrementorum cauſa id à natura fieri demonſtrauimus. infantes autem & reliqua animalia id ſine doctrina facere cernuntur. Hæc itaq; omnia, & quæcunq; cũ ipſis dicebamus, quemadmodum & excutere humorem paulo ante de hœdo per diſſectionem extracto narrauimus, admirabilem quandam naturæ erga animalia prouidentiã indicant, per quam & ſecunda ualetudine fruentia conſeruantur, & ægrotantia morbo liberantur.

3 Hominis anima ſemper producitur uſque ad mortem. ſin autẽ igne excanduerit, ſimul cũ morbo & anima corpus depaſcit.

Diuinatione potius opus eſt, quàm aliqua methodo, per quam intelligere quiſpiã poſſit, quidnam ſignificare uolens Hippocrates ſcripſit hoc uerbum-producitur- poteſt eñ ſignificare & generatur, ſicut Aſclepiades poſterius exiſtimauit. poteſt uero ſignificare & augetur - poteſt etiã, ut quidam intellexerunt, idem ſonare, quòd- conſeruatur-alimento & anhelitu nobis utentibus. Quicunq; enim animam ſpiritum eſſe cenſent, ipſam & ex ſanguinis halitu, & ex aere intra corpus inſpiratione per aſperam arteriã adducto conſeruari teſtãtur: illud uero & in aperto eſt, nihil eorum, quæ dixi, nos poſſe tanꝗ uerum ſit, cõtendentes, enunciare, niſi prius animæ ſubſtantiam exquiſite compertã habeamus. profecto ſi ut in libro de ſeptimanis autor ille manifeſte de animæ ſubſtantia diſſeruit, ſic & in alio quopiam indubitãter legitimo Hippocratis libro dictum inueniretur, aliquid plane haberẽ, quod de hoc uerbo- producitur-dici poſſet. quoniam uero nuſquam in legitimis uoluminibus Hippocrates clare explicauit, quidnam hoc uerbum-producitur- ſibi uelit, præter ꝙ quòd iſtud ignoro, neq; animæ ſubſtantiam me firmiter ſcire mihi perſuadeo. Nẽpe cerebrũ ſenſus uoluntariæq; motionis principatũ habere, omnibusq; alijs particulis diſtribuere in libris de Hippocratis Platoniſq; decretis oſtendimus. illud præterea perſuaſum habeo ſpiritũ in eius cauis poſitum primarium eſſe animę inſtrumẽtum. quem etiam ut animæ potius ſubſtantiam eſſe dicerem, mihi erat animus. ſiue autem tota cerebri natura ex quatuor elemẽtorum temperatione ad eam ſubſtantiam uel proprietatẽ redacta ſit, per quam ſenſus motuſq; uolũtarij in animali primus opifex habeatur & memoriæ ſcilicet & intelligẽtiæ: ſiue quædam alia uis incorporea à noſtro conditore cerebro indita fuerit, & moriẽtibus animalibus recedat, nullam hac de re firmam rationem habeo. quin & eos, qui de hoc quicquam affirmarũt, audacia magis ꝙ ſapientia nobis antecedere exiſtimamus. cęterum medicis quoq; ſuperuacuã de animæ ſubſtantia notitiam eſſe arbitror. ſatis eſt enim artem medicã cum ratione tractantibus, illud noſſe, quoad ſcilicet ipſius cerebri, ac ſpiritus in eius ſinibus contenti naturalis tẽperies inuiolata ſeruať, uiuere poſſe animal: ſi uero in ſinibus contentus ſpiritus aut prorſum corruptus ſit, aut à naturali temperatura longiſſime diſceſſerit, mortem neceſſario ſequi. Hæc agnoſcens medicus ipſorum bonæ temperaturæ ac perpetuitati ſemper cõſulet, regulas à nobis in commentarijs De tuenda ſanitate & De morborum curatione traditas perſequens. quas omnes Hippocratem primum docuiſſe memorauimus. quamobrẽ neq; legitimã hanc eius eſſe particulam cenſeo, ſed ab aliquo, ut pleraſq; alias, fuiſſe interpoſitam. forſan uero & eius filium Theſſalum patris ſcripta collegiſſe, ut aiunt, in chartis, & corijs, & tabellis ea nactum, & huius generis quaſdam particulas interieciſſe accidit. nonnulli ſanè, qui commentaria in propoſitum librum ediderunt, pro melior fit, uocem producitť, dictũ eſſe aſſerunt. ipſam uero procedente

cedente ætate scientiæ ac sapientiæ præceptis eruditam meliorem euadere arbitrantur. Atq; neq; ad medicum pertinens sermo est, neq; his, quæ sequuntur, consentaneus. nam de ipsius substantia hoc uerbum-producitur-dictum esse, ex eo constat, quod ipse subiecit-si uero igne excanduerit una cum morbo & anima, corpus depascitur-atqui uerbum hoc-excanduerit-indicare uidetur, ex Hipp. sententia animæ substantiam calorē esse naturalē, quem naturalium operum multis in locis autorē esse testatur. Magnū uero hoc loco negociū agitaē, de quo & inter philosophos dissensio est. nonnulli quidem unam esse animæ naturæq; substantiam arbitrantur, aliqui in spiritu, aliqui in corporis proprietate eas consistere statuentes: quidam uero non unam, sed propriam ac separatā utriusq; substantiam esse, nec paruo quodā interuallo, sed toto genere inter se differre confirmant. siquidem naturæ corruptibilem, animæ uero immortalem esse substantiā arbitrantur. Aristoteles sanè atq; Plato una appellatione utranq; potestatem comprehendunt, nō eam modo, qua ratiocinamur, atq; meminimus, animam uocantes, sed etiā eam, quæ in stirpibus est, qua & aluntur, & crescunt, & seruantur, quoad temporis longinquitate consumptæ exarescant. Stoicorum autem mos est, naturam uocare, qua stirpes reguntur, animam uero, qua animalia, utriusq; uero substantiam ingenitum spiritum statuunt, differreq; inter se qualitate arbitrantur. nam sicciorem animæ spiritum, humidiorem autem esse naturæ, utrunq; autem, ut permaneat, non alimēto solum, sed etiam aere indigere. Et quicunq; huiusce decreti principem Hippocratem fuisse opinantur, ut in libro De septimanis dictum est, hoc uerbū, producitur, dictū esse aiunt de appositione, quæ in ipsis fit ex utraq; substantia, alimēti scilicet atq; aeris, ut euidenter apparet, & utriusq; utilitatem cognoscimus. alibi namq; respirationē ingenitæ caliditatis moderationem seruare: ciborum uero assumptionē, corporeæ substātiæ quod dilapsum est, resarcire declaratū est. atq; si corporis quædā forma anima est, iure sanè progigni usq; ad mortē diceretur. At si naturæ ipsius, quam Aristoteles altricem, appetitricem Plato nominat, altera quædam substantia sit, uerum sanè, quod dictum est, fuerit, sed de rationali anima uere id dici non poterit. Nempe quod insitū calidum, cui maxime corporea opera Hippocrates tribuit, igneum factum nō solum priora munera obire nō possit, sed neq; corpus nostrum alere, quod ipsius erat primariū officium, immo contra perdat, atq; ut ignis, liquefaciat, nobis ratione contemplantibus, & corporis eliquationes à perurentibus febribus factas euidenter cernentibus apertum est. uerum cum in toto hoc habito sermōe tertia anima prætermissa sit, siue facultas, siue utcūq; eam nominare uelis, quam Plato iracundiam appellauit, & de ipsa aliquid dicere satius fuerit, ut nihil præterea in sermone de anima dicendū relinquaē. Caliditas sanè quædā naturalis, per quā sanguis creaē, in iecore

A continetur, caliditas etiam altera in corde maior inest ad irā excitandam nobis data. nam & ipsius quidam usus est, ut in libris de Hippocratis Platonisq; decretis explicauimus. Et hæc quidem caliditas anhelitu eget, altera difflatione. ita enim medicis uocare mos est duplicem in toto corpore arteriarum actionē fuliginosum excrementum per compressionem expellentium, aerē uero circumeuntem per distentionem attrahentium.

6 Morbi simul nutriti in senecta relinquunt & per concoctionem, & solutionē, & rarefactionem.

Non de omnibus connutritis morbis Hippocratis sermo est. ita uero eos appellant, qui longinquo tempore hominū corpora infestant. Id enim B accidere non cernitur, neq; ipsum latet clare in aphorismis dicentem, senes, quàm iuuenes plerūq; rarius ægrotāt, quicunq; uero ipsis diuturni morbi eueniunt, sæpius commoriuntur. Igitur cum in hoc sermōe, sæpius, addiderit, neq; in uniuersum protulerit, quousq; scilicet diuturnos morbos sæpius cōmori asserens, aperte indicat se nonnullos ante senum mortem dissolui, cognoscere. quinam igitur sint isti, quēadmodum etiam quinam ante mortem non abeuntes, in aphorismis ipse patefecit sic scribens, Raucitates, & grauedines in ualde senioribus non concoquuntur. igitur cum hic frigidiorum meminerit, constat & ipsum cōcedere, quosdam ex calidis in seniori ętate posse dissolui, siquidem contraria cōtrariorum medicamina C sunt. rari autem hi sunt, ut calidæ cephaleæ, & eterocranię uocati dolores capitis, & renū calidi affectus, & articulares dolores, quicunq; ex ualde calida causa oriuntur. iste quidem ex senectæ proueniens temperatura solutionis modus inter concoctiones reponiē, cōcoctione scilicet omnē ad mediocre temperamentum adductionem significante, ut in maturescentibus fructibus conspicitur. alios autem duos adhuc rariores concoctione modos adijcit, & per rarefactionem, & ambigue dictum, siue per dissolutionem, siue per solutionem intelligere oporteat. fit iste autem, ipsa corporea substantia, quæ omnibus tam animatis, quàm anima carentibus communis est, dilabente. aliquid D enim omnino ex ipsis defluit, sed plurimū ex mollioribus, minus ex minus mollibus. ita sanè & quidam à natura alieni tumores paulatim longiori tempore, dilabente materia dissoluuntur: idq; recta uictus ratione utētibus euenit. nam qui largiore cibo uescuntur, humorem affectis partibus influentem digesto æqualem habentes, affectus seruāt. tertium uero solutionis modum narrauit corporis raritatem, à medicis quidem consulto effectam, à senili autem ętate raro, cū labefactatis uiribus, extenuato corporis habitu, & male nutrita cute ampliores meatus euaserint. nos itaq; sic uerba explanamus, cum semper ipsius sermones his, quæ in ægrotis cernuntur, consentaneos esse demōstrare conemur. plurimi autem explanatores omnia potius alia, q̄ id faciūt. qui & hoc loco tanquam

quàm de omnib. morbis sermōe habito causas afferre nitunť. magis etiam absurda illi dicūt, qui in senecta huiusmodi affectiōes sedari aiunt, animæ quidē, iracundiā, auaritiā, superstitionē, corporis autem, amatorias perturbationes.

7 Medicatio contrarium cogitans nō consentire affectui.

Sermo iste eamdem uim habet, quam ille, contraria contrariorum medicamenta, de quo sępius iam disputauimus.

8 Frigidum & auxiliatur, & tollit quæcunque à calido.

Et hoc sibijpsi ad reminiscentiā scripsit, q̃d proxime sententiæ cōmunioris pars est. Etenim frigidum frigidis affectibus opitulať, calidos aūt morbos tollit. nam ab uno tanq̃ exēplo ad omnia contraria traducere sermonem oportet.

9 Excandescētia attrahit & cor & pulmonem in seipsa, & in caput & calida & humidum. gaudium autem relaxat cor.

Obscure admodum hæc locutio perplexa est. quocirca & eius plures lectiōes, lectionibusq̃ cōsentaneas explanationes fecerūt. uerius aūt quispiam dixerit, non lectionibus explanationes, sed prius cogitatis explanationibus eos deinde lectiones affinxisse & accōmodasse. statim igitur hæc uox-attrahit-in hoc sermōe quicquid tandē significat, cor atq̃ pulmonē ob iracundiā attrahi ipsum dicere interpretabimur. sed cū hæc uerba adiecta sint-in seipsa, & in caput-alter huiusmodi sensus innuitur, cor & pulmo attrahūt & in seipsos, & in caput calida & humidū. Atqui ista uox calida penè intelligi nō potest: potius em̄ calidum q̃ calida dixisse oportuit. satius igitur fortasse fuerit omissa singulorū in hoc sermone uerborū serie utpote cōfusa, ipsius ecphrasim potius facere, aut paraphrasim, siue ut lubet, quis nominet. id uero fieri nequit, nisi unum saltē nomen interpretemur, quod est attrahere. duorū enim alterū in excandescētijs dicendum est, aut pulmonē & cor ad caput attrahi, aut cor et pulmonē ex inferioribus locis calorē humorēq̃ ad se ipsos attrahere. uerisimile namq̃, ex iecoris regionibus, unde sanguinis distributio fit, & caliditatē & humorē hauriri. porrò in excandescentia cor atq̃ insimul per totum animal discurrentes arteriæ maiorē uehementiorēq̃ pulsatum efficere cernuntur. æquum est aūt & cordis dilatationem implentia tunc plura adduci. in caput uero plus humoris calorisq̃ efferri oculos totamq̃ faciem occupās rubor significat. quinetiam si tetigeris, calidiores euasisse tibi hę partes apparebunt. Euidenter quoq̃ & oculi emicant, unaq̃ prominentiores euasisse uidentur, & uniuersum caput calidius. At gaudium, inquit, relaxat cor, hoc est, desinunt ante dicta. nēpe prędictorum cognitio utilis est, ut ira euitetur nonnunq̃, nonnunquam de industria excitetur. uitetur quidem, cum cor et caput naturali intemperie supra modum calidiora sunt, aut aliquo aduētitio calido affectu laborant. excitetur autem in animalibus uitijs, & natura frigidiore corde & capite. necnon & totius corporis temperatura si calidior, quàm par sit, aut morbo, aut natura fuerit, magnopere ab iracundia offendeť, isti aūt cōtraria magnopere iuuabiť. id enim & in secundo De morbis popularibus ab ipso fuisse traditum ostendimus, ubi dicebat, danda est opera, ut ira excitetur & coloris & succi recuperandi causa.

10 Labor articulis & carnibus, cibus, somnus, uisceribus.

Quoniam hoc nomen-labor-sæpius consueuit Hippocrates pro exercitatione accipere, interdum pro dolore, aut absolute pro qualibet noxa, ut in multis cōmentarijs antea didicistis, idcirco igitur ex lib. explanatorib. alius aliud trium significatorum accipiens aliquis arbitretur sanè ipsum dicere, exercitationē articulis carnibusq̃ ueluti cibum esse, id est, alimentū, robur, adiumentum. illico enim augeri, confirmari, ac roborari exercitationibus, haud secus quàm cibis. quidam uero articulis & carnibus multitudinem cibi dolorē cruciatumq̃ afferre, per hæc uerba significari intellexit. nam repletionem haud solum articulos ad motum tardos reddere & carnes, hoc est, musculos: in istis enim carniū genus continetur: sed etiam fluxiōes mouere, & ex eo dolorem excitare. huic uero sententiæ & illud consentit, quod per tertiū significatum intelligitur, nonnullis opinantibus, multum cibum, hoc est, plenitudinem articulis & carnibus nocere. At non solum carnibus & articulis, sed etiam omnibus corporis partibus plenitudo & noxam & dolores inferre consueuit. Secunda quidem sermonis particula, ubi dicit-somnus uisceribus-hanc habebit sententiam, quemadmodum labor articulis & carnibus, sic & somnus uisceribus aut exercitatio erit bonum creans habitum, aut dolorem noxámue inferet. exerceri quidem in somnis uiscera, quatenus tunc operantur maxime, & alimentū conficiunt, recte quispiam intelligere potest: noxam uero aliquam & dolorem in somnis excitari id uerum non est. indolentiam enim potius & remedium, quàm contrarium afferre somnus idoneus est, nisi si quispiam initijs accessionum hæc ipsum facere dixerit. uerum hoc loco sine ulla conditione scriptis uerbis sermo neutiquam uerus fuerit. num igitur fortasse hoc modo legere satius est? -Labor articulis & carnibus-deinde ab altero principio. cibus-somnus uisceribus-ut oratio huiusmodi sit. execitatio quidem articulis & carnibus utilitatem præbet, cibus uero & somnus uisceribus. naturali enim calido in profundum uergēte, ut ipse tradidit, & escarum concoctiones meliores fiunt, & tunc uiscera nutriūtur. at in uigilia naturali calido ad cutē profuso uiscera seipsis frigidiora euadunt, & quę ipsis in somnis inerant, hæc extremis omībusq̃ extrinsecis membris in uigilia.

11 Animæ deambulatio, cogitatio hominibus.

A Deambulationem pro exercitatione omnes libri interpretes acceperũt, ut oratio ita se habeat, hominibus cogitatiões exercitatio, appellatione exercitationis, pro deambulatione suscepta. Vox enim hæc-deambulatio-speciem quãdam exercitationis significat. cũ autem affectata quædã narratio sit, haud iniuria ipsam Dioscorides repudiãs non scripsit, peripatos, hoc est, deambulatio, sed literam n adijciẽs, legit-peri pantos-hoc est-de omni, ut locutio talis sit, animæ de omni cogitatio hominibus. eius uero sententia est, in qualibet re homines uim rationalem exercitare debent. nam ratiocinia cogitationes appellanẽ, unde & Socratem cogitatorem uocabãt; & prudentia hominis consilia cogitationes nominabãt. ut in Aristophanis nebulis inuenire licet, ubi Socratẽ lacerat, & tanquam inania garrientem uituperat. si cui uero philosophicam speculationem, nõ medicinalem sermo iste sapere uideatur, primũ animaduertito, ipsum omniũ rationaliũ artium esse communem, in quibus uim ratiocinandi exercere conuenit, ut & ab alijs multis medicis, & ab Erasistrato non raro dictum est. deinde & uitia quædam oboriũtur, aliqua uires animæ cogitandi ac memorãdi ueluti stupefaciẽtia, aliqua somnos graues atq; profundor faciẽtia. sic affectis igitur utiles esse cogitationes putandum est, ut alibi ipse prodidit, excandescentias utiles esse ad bonos succos creãdos, & naturalem habitum recuperandum.

12 In uulneribus sanguis cõcurrit. subueniendum, ut uacuum impleatur.

C Obscura inuolutaq; est huiusmodi locutio. neque em̃ quid illud uerbũ: cõcurrere, significet, clarũ est: neq; item quid illud-ut uacuũ impleaẽ. propterea ergo nonnulli interpretes de sanguinis in uulnerib. profluuio sermonẽ hunc esse aiunt, aliqui de superueniente inflãmatione. utriq; enim in uulneratam partẽ confluere sanguinẽ censent, quo quidẽ profuso, & in omni corpore uenas inaniri, quibus prospiciendũ esse dicunt, ut iterũ scilicet repleantur. ipsarũ autẽ repletionẽ esse duplicẽ, uulneratæ partis sanguine per frigida astrictoriaq; medicamenta represso, & per idoneum mẽbri situm relabente. Alij uero quidam nõ de uulneribus solũ, sed etiã de ossibus ualde confractis, maximeq; ubi ipsorũ aliqua pars extra cutim emineat. similiter uero & de huiusmodi omnibus luxationibus, uerberibusq; magnam in corpore cõtusionem facientibus sermonẽ hunc audiendum esse cõtendunt. tromata em̃, hoc est, ictus nominat Hippocrates magnas noxas ab aliquo extrinseco etiam sine uulnere illatas. Quòd autem concurrat ad hæc sanguis, & quòd euacuatum repleatur, eodem & hæc dicentes modo explanãt. Verũ q; Hippocrates huiusmodi offensas tromata uocare cõsueuerit, iam in multis ipsius libris didicimus. nunquid uero & nunc ita intellexerit, temerariũ est affirmare. aliqui aũt in uulnerib. sanguine manantibus replere opus esse dixerũt, idoneis uidelicet medicinis ac linamentis impositis.

13 Sin auris doleat, lanam digito circũdatam unguine madefacito, deinde inijciens interius in uolam lanã auri subijcito, ut ipsi aliquid effluere uideatur. deinde super ignem imponito. dolus.

Nonnulli propter uocem in calce positam-dolus, totum hũc sermonem haud immerito adulterinũ interiectumq; esse suspicati sunt. narratio enim ante ipsam talis quodammodo est: siquis aurem doleat, lanã digito indici uidelicet, interdum etiam pollici circundatã unguine, id est, aut oleo, aut adipe liquata lanam imbuens in aurem instillato. quemadmodum & hisce temporibus facere solemus per specillũ lana inuolutum nõ unguen

B solũ (ut ipse nominauit) sed omne aliud liquidum medicamen infundentes. esto autem liquidum illud medicamen quo lanam inficimus, ad lucernæ flammam, aut ad ceream facem, calefactum. instillare autem non semel, aut bis, sed sæpius conuenit, ut aliquid ad extimam partem foraminis auditorij profluat. istud uero emanãs subiecta munda lana nos excipimus. Iubet autem Hippocrates lanam hanc humorem ex aure defluẽtem excepturam in uola manus nostræ sinistræ scilicet collocari: ex eo constat, non semel, aut bis, sed etiã sæpius nos infundere ab ipso præcipi. Quod sequitur autem, si absolute quidem scriptum esset, deinde super ignẽ imponito, rectè eos interpretari diceremus, qui ipsum propterea dicunt, igni inijciendũ esse putare, ut ab odore quale nam sit, inuestigeẽ. ipse nãq; hoc pacto & quod ex pulmone per tussim extruditur, examinauit. Quoniam uero huic sermoni adiectũ est-ut ipsi aliquid effluere uideatur-& hæc uox-uideatur-extremo huius totius sermonis uerbo-dolus-scilicet, respondere cõprehenditur: propterea & magis laudati interpretes in hanc opinionem deuenerunt, ut decipiendi ægroti causa ad hoc agendum accessisse Hippocratem dicant. interdum enim ex his rebus solatium capere ægrotantes, arbitrariq; diligẽtiorem de se ipsis curam haberi. Atqui maiora etiã quàm sint, uitia laborantibus apparere, utile esse tradunt, ut ne medicis tanq; non celeriter ea curantibus irascanẽ, utq; certe & exquisitæ uictus rationi obtẽperent. nonnulli etiam addunt, & mercedes maiores & munera ampliora, qui sanati fuerint, medi-

D cis esse daturos, utpote à magnis languoribus se liberatos esse arbitrãtes. Hoc nõnulli rursum haud secundũ Hippocratis sententiã esse ducũt, atq; eo totum sermonẽ spurium cõmẽtitiumq; esse suspicanẽ. neq; em̃ de ꝓpositis uerbis illud dicendũ est, quod nõnulli probabiliter inuenisse se existimãt, doloris mitigationẽ, dolum uocatum esse putantes, perinde ac non idẽ sit, & morbosum affectum curare, radicem ueluti eius extirpantes, & dolorem mitigantes obtundere. porrò nonnunquam id ipsum totum affectum peiorem reddit, quẽadmodum in intestini laxioris doloribus antidota ex opio, & alterco, & mandragora, & styrace cõposita. ista namq; membra circum refrigerantia,

ut iterum ab iisdem causis offendantur, paratiora efficiunt. sed neque ob mitigandum dolorem (ut dixi) hæc uox dolus seu deceptio ascribi potuit. aduersatur enim illi, ut aliquid ipsi exire uideatur, eo qui ita scripsit, indicāte decipiendorū ægrotantiū causa ad hāc manuariam operam medicos accedere. satius igitur fuerit, hæc uerba nequaquam esse Hippocratis existimare.

14 Lingua lotium significat. linguæ uirides biliosæ, biliosum autem à pingui. rubræ uero à sanguine, nigræ ab atra bile, aridæ à fuliginosa exustione, & ab uterino mēbro, albidæ uero à pituita.

Linguam, cuiusmodi sit lotium, indicare ait, aut proprie sic uocatum, quod quotidie mictu eiicimus, aut succorum serosam humiditatē. uterque autem modus in eandem sententiam recidit. Etenim lingua, sicuti & urina, succorū affectiones detegit. atque ita fructu ex his uerbis decerpto, quidnam lotiū significet ex abundanti, perquiremus. utile autem, quod in tota hac parte nos edocet, istud est, linguas aliquas bilis abundantiam significare, aliquas sanguinis, aut id genus aliorum cuiuspiam. de quibus omnibus in sequentibus speculabimur. in his enim quæ ad artis opera conducunt, diu uersandum censeo, prætereunda autem ea esse, quæcunque sophistice inuestigata sunt. uirides itaque linguas dixit, ut in cōmuni uitæ usu mortales nominant, uirides quosdam se uidisse dicentes, quibus in biliosius color mutatus fuerit ob pallidam scilicet bilem. Hanc enim simpliciter appellant, non sicut alias cum adiectione, aut atram, aut ærugniosam, aut rubram, aut flauam, aut uitellinam appellantes. Flaua quidem bilis proxima pallidæ est, & eiusdem ferè generis. dicunt autem plerunque non adiicientes pallidam ita absolute hominem uomuisse bilem. sed de flaua raro quispiam absolute protulisse inuenitur. statim enim ipsi coloris nomē adiiciunt, flauā bilem uomuisse quempiam dicentes, aut puram bilem. æruginosam uero & atram bilem nullus neque medicus neque idiota sine adiectiōe nominauit quemadmodum neque isatode, idest, isatidi herbæ similem, nec porraceam, nec uitellinam. nam hæc bilis nomina à quibusdam medicis reperta sunt, & à coloribus, quibus infecta est, deriuata. sic uero & rubram bilem uocant, quæ sanguinis serum est. sed uitellina flaua bile spissescente progignitur. quemadmodū pallida ex eadem aqueam quandam substantiam accipiente. uirides igitur linguæ nunc euidenter pro eo, quod est, pallidæ, dictæ sunt, à pallida scilicet bile coloratæ. Etenim grandioribus uenis prædita lingua & inani substantia spongiam referens aliis duris densisque particulis paratior est, ut serosos intra se humores admittat, ab illisque colores instar lanarum suscipiat. interiectum est autē his uerbis illud biliosum à pingui indicante Hippocrate biliosum succum plurimum ex pingui alimenti parte procreari: pingue uero intelligendum est non solum unguinosum, sed etiam dulce, & prorsum quod naturaliter se habentibus suaue est. soli namque extra naturalem statum constituti amaris, acerbis, acidisque cibariis delectātur. naturaliter autem se habentes, & ab excrementis uacui pinguibus, & dulcibus, & nulla uehemēti qualitate præditis cū uoluptate uescuntur. omnia hæc igitur nihil aliud, quàm pingue in alimento sunt. quocirca & uberem terrā, & pinguem regionē multi ueteres appellarunt, per ea uocabula eorū fructuū feracē indicantes, qui à nobis recte ualentibus sine ulla noxa comeduntur. Ex melle autem omninoque ex dulcibus, cum uehemētius incaluerint, biliosum contrahi humorē in quarto de simplicium medicaminum uiribus cōmentario declaratum est. cū hoc etiam quandò hæc diutius in uentriculo morata fuerint, neque prius distributa neque concocta sint, flauam ex ipsis bilem procreari euidēter percipimus. quisquis igitur tunc euomuit, huiusmodi bilem euomuit. de pallida quidem lingua abūde hæc sint. rubras autem à sanguine fieri ait. neque enim uel cogitari potest ab alio abundāte humore ulla in parte rubrum colorem fieri. color enim succorum est dominantium & exuberantium, nō deficiētium. similiter & nigras linguas à nigra bile fieri dicit. eadem enim ratio & in his est. aridas autem, id est, admodum siccas à perurenti febre: quæ ignis instar sanguinē inflammans fuligini potius, quàm uapori similem exhalationem efficit. idcirco & nigræ sæpius huiusmodi linguæ efficiuntur. tales uero linguæ & ab uterino mēbro, id est, ab utero sæpius fiunt. nam & hoc phlegmone correpto calidissimæ febres adueniūt. Verū quēadmodum pallidæ linguæ à pallida bile, atræ ab atra, rubræ à sanguine, sic à pituita albidæ tinguntur. Neque dictis signis omnino quæ significantur, eueniunt, rebus aūt non accidunt signa necessario. inflāmato eīn utero haud semper febres æstuantes adueniūt: quemadmodū neque redundante sanguine lingua rubescit, quinetiā atra bile in liene aut in aliquibus inferioribus uenis cōtenta linguæ color non euariat, sicut neque ob pallidā bilem, neque ob pituitam, sed cum aut in uētriculo huiusmodi aliquid cōtinebitur, aut multo calore fundente, atque in spiritum humores uertente in sublime halitus ferentur. in uniuersum igitur dicēdum est, quodlibet ex narratis de lingua signis aut febrē perurentem adesse, aut humorem, à quo fit, abūdare, siue eum in uentriculo contineri, declarare.

15 Vrina cibo & potui concolor, atque talis, ut cōsueuit, ubi humiditas, colliquatio.

Vrina ei nonnunquā, quod epotū est, similis apparet, neque mutatis, neque in sanguinē recte uersis cibis. cum quibus & ipse potus commutatur. nōnunquā & aliqua corporis particula liquescente, ut Sabinus scripsit. Hæc igitur utraque non ex naturæ proposito administrato corpore eueniunt. naturaliter autem se habēte creādis succis unà commutatus potus & colore infectus urinarum differentias facit, neque epoti humoris, neque membrorū in corpore liquatorū qualitatibus, sed creatorum humo-

humorum formis respondentes, quemadmodum & supra alias ostensum est. quando igitur lotium rei potæ colorem retinuerit, si aquæ, aut alicuius albi tenuisq; uini potus fuerit, aqueũ albumq; cõspicitur, si uinũ crassum nigrumq; fuerit, nigrior urina & crassior apparebit, quemadmodum & flauior, si uetustum fuluumq; uinum sit. indicat autẽ colliquatorum mẽbrorum colorem, cum partes aliquæ erui & hordei speciem referẽtes unà cum ipsa exeunt. à iecore enim huiusmodi corpuscula ueniunt, sicut carnosiora à renibus. Ita uero & foliorum similia à uesica, unguinosa ab adipe: hordeacea quidem magnitudine & duritia, sed nõ albida colliquatæ carnis notæ sunt, sicut & nigræ lienis magis. urinæ tamen iumentorum lotio similes eliquationem non indicant, ut Sabinus censebat. nam in aphorismorum explanationibus id genus urinas eorum esse explicauimus, in quibus humor, qui crudus uocatur, plurimus abũdat, & à calore fusus est. tunc enim ipsum in spiritum uersum flatuosas exhalatiões ad caput submittere cõtingit, unde & dolores capitis excitantur.

16 Lingua extensionibus concolor, quocirca ex istis succos cognoscimus.

Obscura est hæc uox- extensionibus- nõnullis extensiones succorum è uentriculo ascẽdentium dictas esse, nonnullis uero cõcretos in lingua, aliquibus & ipsam madefaciẽtes humores significari putantibus. sed istos omnes intelligere melius fuerit, quò de succis utcunq; linguam attingentibus sermo habeatur. ipsis enim cõcolor lingua apparet, &, si ex uentriculo sursum repant, &, si per uenas eius altrices affluxerint, &, si per uapores quosdam sublatos exterius ipsi adhæserint, atque penitiora minime humectantes circumcreti fuerint. propter hoc igitur ipsum & humores interno scimus, siquidem uiridis lingua fuerit, biliosos, si uero nigra, melancholicos. ad istorum autem similitudinem & alios, de quibus dudum dicebamus cum eam partem explanaremus, in qua dicit, linguæ uirides biliosæ.

17 Si salsæ carnes gustanti, superuacuæ materiæ signum.

Non modo linguæ color, sed eius etiam uis gustatoria superuacuos humores ostendit. sic igitur quibusdam amaro sapore infectam linguã haben tibus omnia quamuis dulcissima, iudicantur amara, quemadmodum exempli causa regio morbo languentibus: nonnullis uero salsa, propter saporem, qui salsus dicitur. Huius uero rei perspicuum indicium in ipsis recte ualentibus est. siquis enim absinthio gustato continuo ab ipso aliquid aliud degustet, amarum illud apparebit. & sale commanducato siquid aliud cõfestim post ipsum assumptum fuerit, istud quoq; gustatu salsum uidebit. Quamobrem sic & in morbis cum lingua impura & excrementis affluens sit, secundum excrementi naturam ciborum sapor linguæ impressum saporẽ referet, si modo quæ degustatur, esca omni uehemẽti qualitate spoliata fuerit. sin secus

A se habeat, mistus quidam in lingua duorũ saporũ sensus erit, & eius, qui in ipsa excellit, & eius, qui in cibo assumpto dominatur. quædã enim admodum salsa sunt, quędam amara, quædã acria. sicut iterum alia acida, alia dulcia. mista igitur (ut dicebam) siquis hęc gustauerit, fiet saporum istorũ perceptio, & eius, qui iã linguã infecerat, & eius, qui extrinsecus ipsam attingit. propterea igitur Hippocrates unum quoddã ex his memoriæ causa sibijpsi literis mandauit, quẽadmodum hisce in cõmentarijs facere consueuit.

18 Si mãmarum papillæ, & rubrum uiride sit, ægrotat conceptaculum.

Vterũ appellare conceptaculum Hippocratis
B phrasim nõ sapit. porrò quod dicit perspicuũ est. nam si aliquod ex dictis signis mãmis accidat, languere uterum significat. sępius enim aliàs uterum mãmasq; societate coniungi intellexistis.

19 Hominibus sordes in auribus dulcis quidem mortifera, amara autem non.

Fortassis quispiam ægrotans ipse auris sordem degustare sustinuerit, medico autem id præcipere turpe atque nefarium fuerit. clarum est autem non alio tempore aurium sordem fieri dulcẽ posse, quàm quo cerebrum ægrotat. naturaliter enim amara uidetur. atq; adeo ipsam dulcem liquescente cerebro fieri dicunt.

20 Solum patrium uertere in longis
C morbis conuenit.

Siue nauigans, siue terrestre iter faciens quispiam in aliam regionem migrauerit, uel motus in itinere, aut nauigatione, uel aeris mutatio proderit. & maxime cum in aerem contrariæ tẽperaturæ discesserit. contrariã autem dico, non solum aeris primæ regionis tẽperamento, sed etiã ipsius morbi. nã si humidus morbus sit, in sicciorẽ aerẽ migrandum erit. si siccus, in humidiorẽ. Eadẽ quoque ratione si calidus morbus sit, in frigidiorẽ, si frigidus, in calidiorem: similiter si calidus sit morbus & siccus, ad humidiorem frigidioreq; aerem abeundum est. sic & in reliquis coniugationibus. Adhuc uero magis iste locũ mutans iuuabitur, si secundum modum, quo morbus à naturali statu
D discessit, ad contrariũ aerem mutatio fiat. morbus enim ad paulo frigidiorẽ à naturali tẽperie recedens, aerem paulo mediocri tẽperie calidiorẽ postulat: morbus uero longius recedẽs, & multo in contrariũ excessu eget. de regionibus quoq; eundem sermonẽ tibi dictũ putato: exquisite namq; inter se contraria sunt à cõmoderato atq; medio ad utrunq; latus æqualiter recedentia.

21 Imbecilliora cibaria breuẽ uitã habẽt.

Imbecillus cibus haud ali⁹ intelligi potest q̃ qui parum alimẽti corpori exhibet. talia uero sunt & olera, & plurimi arborũ fructus. isti igitur, inquit, breuẽ uitã habẽt, id est, ipsis uescẽtes breuis uitæ reddere apti sunt, aut cibaria ipsa celeriter è corpore euacuant. sed affectatum quiddã est ciborũ in corpore moram uitam ipsorum intelligere.

Cum

22 Cum adsunt cedmata, uenę in auribus posteriores scarificandæ sint.

Cedmata uocat fluctiones in crura decumbentes, & ex ipsis eas maxime, quæ primũ articulum, ubi coxendix est, occupant. non tamen de secanda uena præceptum uerum esse mihi persuadeo, quẽadmodũ etiã nulli eorũ, qui id laudat, exacte persuasum est. id enim significant opere, cũ nunq; in ægrotantibus ad hoc remedium confugiant. in his quidẽ uerbis locutio impropria & uitiosa est, ipso scribente, uenas in auribus. neq; enim uenas in auribus, sed circũ aures dicere oportebat. siquidem uenæ quædam post aures grãdiores sunt, in ipsis uero auribus perexiguæ, uixq; aspectabiles, & plerunq; neq; perspicuæ.

23 Venus à pituita morbis remedio est.

Non cunctis ex pituita laborantibus, sed quibus uires firmæ sunt, ueneris usus prodest. imbecilli namq; ab ipsa in extremam debilitatẽ redacti magnopere læduntur. at qui uiribus excellunt nõ dissoluentur, sed cõtra iuuabuntur ueneris usu pituitæ copiam resiccante. didicistis enim concubitum, quemadmodum & uigiliam exiccare, quoniam scilicet humores abunde digerant. quinetiã coitus robustorum corpus calefacit, infirmorum autem continuo quidem calefacit, sed postea uehementer refrigerat.

24 Eos qui calido uentre sunt, ualidi potus & cibi perturbant.

Non, quemadmodum supra ualidum uictum ciborum multum nutrientium esse dicebamus, ita & hoc loco accipere debemus ualidos potus & cibos, hoc est, multum alimẽtum corpori exhibentes, sed eos, qui fortem uim habẽt. cuiusmodi sunt cepæ, & allium, & silphium, & silphij succus, & uinum uetustissimũ, idq; genus alia naturalem intẽperiem augẽtia. huic aũt contraria utilissima. naturas namq; omni labe carentes iuuari à similibus, intemperatas aũt, quẽadmodum & morbos, ab ijs, quæ eorũ tẽperamentis aduersantur, iuuari sæpius alibi didicistis. Verũ aliqui uoluminis huius interpretes sequentis partis initiũ huiusce propositæ finẽ esse uoluerũt, hoc pacto scribẽtes, ijs, qui calido uentre sunt, ualidi potus & cibi perturbationẽ faciunt atræ bilis. Quod aũt eorũ potissimum, quæ in uentriculo sunt, ipsum calidũ habẽtibus talia perturbationẽ faciãt, clarũ est. nõ tamen in omnibus similiter ea perturbãt, quæ in toto corpore sunt, sed quibus uniuersi corporis tẽperamẽtum aut calidum est, aut aridum, aut utraq; qualitate immodica præditum. quapropter in his nõ atram bilem solum, sed etiam flauam huiusmodi cibaria perturbant. Atqui forsan atra bilis cõturbata maius affert detrimẽtũ. propterea & de ipsa per excellentiam sermonem intelligi uoluerunt. Sed plurimi proposito sermone ipso per se circumscripto, initium sequentis hoc fecerunt.

25 Atrę bilis adsimile hæmorrhoides, id est, sanguifluæ uenæ effundunt.

Galen.

A Morbũ sanè mulancholiã, id est, atrã bilem uocatum per sanguifluas uenas leuari euidenter constat. multosq; his suppressis atra bile arreptos uidimus. quosdam uero nõ solum semel, aut bis, sed etiam ter & quater simul atq; sanguiflua uena suppressa sit, in atrã bilem incidisse. nõnullos uero & singulis annis hoc uitio tentari solitos, nisi aut per uenas hasce præsidium prius senserint, aut atra bile medicamẽto purgata malũ anteuerterint. Nempe istorũ hominum plurimis ater sanguis per hemorrhoida profundit. attamen non omnibus. At uocata hęmorrhois, id est, per sedis uenas sanguinis profluuiũ non una de causa efficitur, modo ipsa natura nigri fellis succũ repurgante, modo multitudinem euacuante. quẽadmodum & sanguinẽ
B per nares effundentibus accidit, nonnunq; uena sanguinis impetu in ipsam irruentis patefacta, nõ id prouide faciẽte natura. eo fit, ut effusus sanguis interdum niger non sit. quinetiam natura atri sanguinis euacuandi causa uenam aperiente nõ nunquam accidit euacuato malo bonum subsequi, nisi prius cõceptaculum occludatur, sed diutius patefactum remaneat. in propositis igitur uerbis nõ hoc ipsum dicere censendum est. ꝙ omnis hæmorrhois atram bilem euacuat. atq; ideo, cum fit, melancholicis prodest, repressa uero nocet, quodq; ipsa, si claudatur, aperienda est.

26 Increscentes morbos mistio.

Vtrum ipsos iuuet mistio, aut lædat, omissum est. omnibusq; interpretibus, uno Hercule Ery-
C thræo excepto, nescio quomodo ipsos iuuari pro certo habentibus, & mistionem, id est, concubitũ cũ muliere intelligentibus, omnibusq; inter se de significato huius uocis -increscentes- dissidentibus, quod mihi (ut in obscuris dictis fit) uerisimillimum uidet, id solum afferam. morbos increscẽtes eos intelligo, qui procedente tempore augentur, semperq;, nisi prius soluant, labunt in peius, ut podagras, artuũ dolores, renũ uitia, comitiales, atras biles: qui oẽs coitu exacerbantur. Sabinus aũt increscẽtes morbos eos esse uult, qui pueros corripiunt, unaq; cũ ipsis usq; ad ætatẽ ueneri aptã increscunt, ut ipse nominatim recẽsuit, comitialẽ morbum, & renum affectum, & quartanas febres, & dolorem capitis. Verũ non omnes uitia hæc infe-
D stare uidentur, præter sacrum morbũ, quẽ & propter id ipsum à ueteribus puerilẽ affectũ nominari contigit. creatur etiam pueris in uesica lapillus sed haud ita multos, ut sacer morbus inuadit. quẽ quidem in puerilis ætatis mutatione plerunq; nisi magnopere in uictu delinquant, remoueri cõtingit. at uesicæ calculus non ætatis lapsu, sed manuum opera duntaxat curari potest: porrò nos & absq; istis uerbis cognoscentes comitialem & oẽs alios pituitosos morbos ob mutationem ex puerili ætate in iuuenilem, omisso etiam uenereorum usu mirifice iuuari, ad hæc & illud scientes, neq; renum uitia, neq; quartanam febrem, neq; articulorum dolores coitu sedari, à propositis uerbis perplexis & tenebricosis nihil addiscimus, quẽadmodum neq; ab ullis id genus alijs. concubitus enim

interdum refrigerando prodest, solis illis subueniens, in quibus ob naturalẽ intemperiẽ fuliginosi halitus fumidiq; redundãt. qui si retẽti fuerint, illis grauiter nocẽt. iidẽ & à ueneris usu in tẽpore, modiceq; adhibito utilitatem capiunt.

27 Refrigeratio, quæ in uẽtre sunt durat.

In hac quoq; parte aliquid est omnibus artem exercentibus utile, siue empirici sint, siue rationales, aliquid uero solis cuiusq; effectus causas scire cupientibus conducit. dicam uero de eo prius, q̃d omnibus utile est. In hisce igitur uerbis- Refrigeratio, quæ in uentre sunt, durat- omnes, quos ego agnoscã, cõmuniter de deiectionibus ab ipso sermonem haberi intellexerunt. qui idem uelit atq; ille in aphorismis: sin aũt cœlũ sit aquilonium, tusses, fauces, uẽtres duri. utrum uero extimarũ corporis partium refrigerationẽ solum dicat, quæ & in aquilonijs cõstitutionibus fit, an & internarũ, inter quæ & uẽtris locus est, interpretes cõsiderare omiserunt: cũ tamẽ inter eas discrimẽ haud exiguum uersetur. nos etenim quæ hominibus eueniant obseruantes, exteriorũ refrigerationẽ semper uentrem siccare cognoscimus, interiorum aũt cõtra humectare atq; lenire: quæ, cœliacos etiam qui uocantur, affectus, id est, uentris profluuia interdum concitat, quo tempore ipsa quidem interiorum membrorum corpora duriora fieri contingit, liquida uero cibis neq; recte concoctis, neque enim distributis deijci. Hæc planè medicis omnibus cognitu necessaria sunt, ipsorũ autẽ causæ solis præstantissimis. neq; enim quod hanc partem interpretãtes dicunt, uerum est, frigidum scilicet, quæ attingat corpora, cogens, atq; congelans ita duriora efficere. hoc eñ de refrigeratis partibus, quæ interius abstrusæ non sunt, recte dici potest. partes autem uentris adeo rigere nequeunt, ut cibi potusq; congelati obdurẽt, sicut alia extra corpus nostrum hyeme frigore concreta durescunt. ita nanq; frigens homo celerius interiret. Verum eo tẽpore duntaxat, quo ab aere extima corporis his, quæ in uentre sunt, incolumibus, refrigerantur, deiectiones obduratæ cernuntur. calidiore scilicet uentre reddito, ut ipse dicebat, uẽtres hyeme & uere calidissimi sunt natura. Atqui semper dicentes explanatores inuenies calidum à frigido in penetralia corporis refugere in profundũ secedẽs, cũ extrinseca frigefacta sunt. sic igit̃ & in præsentia dico, uentre calidiore effecto, deiectionibusq; suppressis, ob causam posterius dicendã, simul optime concoqui cibũ, & omnẽ ex ipso succum dispartiri. ex quo deiectiones exiccari consequens est. ex hoc uero & ipsas durescere accidit. duæ nanq; causæ cum sint corpora, quibus appropinquant, obdurantes, quarũ una refrigerans est, altera exiccãs, porrò causa refrigerans ad ea, quæ in uentre cõtinẽtur, uiuis nobis uenire nõ potest. altera autem ob longam moram interius, cum neque concoctio, neq; distributio læsa fuerit, omnino continget. Adhuc autem illud, quod hucusq; distulimus, explicãdum superest, qua de causa cũ cœlum nos ambiens frigidius fuerit, quæ in uen-

A tre sunt, diutius ibi morantur. quod autem euenit, tale est. naturale sanè opus est ciborum per intestina delatio, & in commentarijs De facultatibus naturalibus intestinorũ circum illos constrictione eam fieri monstratum. imis autem partibus musculi sedem claudẽtes impositi sunt, qui per frigus coguntur, cõstringunturq; contra affecti, atq; cũ quis eos calida aqua perfundit. tunc enim remollescunt, excrementaq; impulsu & cõstrictione intestinorũ in sedem detrusa, & maxime calido prouocante suscipiunt. hoc enim & inter oẽs constat, excretiones à calido prouocari. partibus autem, quæ in sede sunt, frigescentibus, atq; ideo contractis, & in angustum redactis contrarium symptoma sequitur, constrictoriam scilicet intestinorum

B actionem ab inferioribus partibus incipientẽ sursum uersus contenta propellere. quẽadmodum euidenter plerunq; conspicitur, quando aut bile, aut mordacibus excremẽtis ad sedem effusis spõte ipsa retinemus, aut inuiti nonnunq; aliquo negocio illo tẽpore occupati, aut à latrina procul absentes. sursum enim uelociter recurrũt, ut neq; ui facta prompte obediant atq; descẽdant. causa planè, ob quam cibi potusq; aere nos ambiente frigefacto diutius in uentre morentur, iam patefacta est, & hinc siccitatem consequi monstrauimus, quemadmodum & siccitati duritia euidenter accidit. Quod si uentris particularum corpora contingat frigescere, ex eo & concoctionem uiolari, & per eam deiectiones eliquari magis, quàm siccescere necessum erit. hactenus uero toto de priore

C lectione confecto sermone ad alias inferius scriptas transeamus.

28 Mistio, quæ in uentre sunt durat.

Omne corpus uenere exiccari constat, sed non semper alui excremẽta ꝑpterea sicciora fieri cernunt̃. Verũ quãdo ab ipsis ualde oppressa fuerit, & uires labefactatæ, & membra, à quibus alimentum conficit̃, & in uentre contenta distribuunt̃, refrigerata fuerint, tũ coitus, quæ in uẽtre sunt, frigefacit, & duriora reddit. uolunt eñ ex coitu in uentre cõtenta frigescere, & ex frigiditate siccari. atqui siccitatẽ nõ frigoris, sed duritiei ratione euenire mõstrauimus. cæterũ, quod in superioribus dicere dimisimus, forsitan hoc loco narrare melius fuerit. nam cum extimorũ refrigerationẽ deiec-

D ctiões durare ostẽderimus, forte quispiã solã hãc siccandi, quæ in uentre sunt, causam esse arbitraretur. nõ est aũt sola hæc, sed & ipsius constrictoriæ intestinorũ facultatis imbecillitas, & cõtẽtricis robur, & eius, per quã ex uẽtriculo in iecur fit distributio, preterea & obtusus intestinorũ sensus, & alimenti qualitas morsu carens. Si quis uero astringentes cibos & potus à nobis silentio preteritos esse opinabit̃, falsò opinabit̃. nã inter ea, quæ concentricẽ uirtutẽ corroborant, reponuntur.

29 Veratrũ epotũ si celerius purgare uis, lauare, aut cibum sumere oportet.

Generatim quidem & uniuersæ purgationis communis ratio per hunc aphorismum traditur. corpora

corpora ubi quis uult purgare, prius conuenit fluxa facere. hoc loco aũt in uno uiolẽtiſsimo purgatorio medicamine unius ad facilẽ fluxũ præparationis meminit, lauationis ſcilicet, humores quidẽ fundentis, ac ſi quod mẽbrum contentũ duratũq; fuerit, relaxantis. Itaq; ueratro utentes lauare conducit, neq; multo ante, neq; multo poſt, q̃ ipſum acceperint, ſed maxime quidem ante aſſumptionẽ, nõnunq; uero & illico poſtea cõtingit. Quòd ſi purgatione aut iam incipiẽte, aut mox inceptura hominẽ laues, humorũ à purgãte medicina tractorum ad interiora inclinationẽ retrahes ac retardabis. queadmodũ igitur quibus ſanguis craſſus eſt, ijs prius lotis nos uenam reſcindere: ſic & in his, qui purgandi ſunt, lauationibus prius uti præcepit, ut celerius ſimul ac minus moleſte purgatio fiat. Ipſe uero nunc ſolum, ut celerius fiat, memorauit. Satius aũt fuerit nõ eo duntaxat, q̃ medicinam aſſumit, die lauare hominem, ſed etiam ſuperioribus, quibus ad purgationẽ ſeſe muniebat. ipſe namq; Hipp. & id in aphoriſmis præceperat cum ſcripſit: Ad ueratra ijs, qui non facile purgantur, prius humectare corpus oportet alimento & quiete. quòd ſi quiete & eſca & omino corpus humectare imperat, conſtat etiam, lauationibus nos plurib. uti in aquis potabilibus, ipſum uelle. ſiquidem & hę humectant. nunc uero & huic parti addidit - cibum ſumere - aut eo ſcilicet tempore, quo & ueratrum homo deuorauit, aut etiam ſuperiore uictus ratione, cuius & aliud quoddã propoſitum eſſe dicebamus, attenuare uidelicet ſuccos, & itinera humoribus in uentrẽ deſcẽdentibus expedire. in illis enim uerbis - fluxa facere - quod in aphoriſmis præcepit, hæc continentur.

30 Sanguis in ſomnis ad interna magis refugit.

Superiore quoq; narratione hanc ſcripſit ſententiã. uigilanti exteriora magis calent, interiora magis frigẽt. Dormiẽti res cõtra ſe habet. Et nunc igiť eius loci explanationẽ propoſitorũ uerborũ cõmunẽ eſſe putato. nã quæ de caloris motu, locisq; in uigilantibus ac dormiẽtibus trãſmutatione audiuiſti, ea & de ſanguine te audiuiſſe exiſtimato. naturalis eñ calor in hoc, & in ijs, quæ ex hoc nutriunť, maxima ex parte collocatur.

31 Rigor à ſuperiore uentre: ignis autem ab inferiore magis.

Ventris pars ſuperior rigorem magis, inferior uero febrẽ gignit, aut ſentit, aut inchoat, quod & maxime uериſimile eſt. & propter idipſum hãc uocẽ - magis - additã puto, tanq; interdũ et econuerſo iſta mutentur. uerum etiam ſi iſtud cõceſſerimus, altera quædam exoritur dubitatio nobis ignorantibus, utrum dictis partibus inflãmatis iſtud accidere dicat, an quando in ipſas ex corpore ſucci aliqui mordaces confluxerint, an quando alimentum corruptum fuerit. Atqui rectius illud mihi exiſtimandum eſſe uidetur, de noxa ex humorib. contracta, & de illam ſequente ciborum corruptione ab Hippocrate ſermonẽ haberi. Nam cum

A frigidus aut mordax ſuccus in ore uentriculi inſederit ex corruptis cibis, aut praua qualitate, uel etiam confluxu ex corpore cõtractus, initium rigoris inde capitur. in commentario nanq; De rigore monſtrauimus, ob frigidam aut mordacem cauſam, quæ per ſenſoria corpora moueatur, & cum impetu feratur, rigorem excitari. Quemadmodum uero id accidere conſpicitur, ita & nonnunquam febrem ex corruptis cibis accendi compertum eſt, quãdo ſcilicet corruptus cibus in inferiorem uentrẽ depulſus fuerit. tunc aũt rigor non prẽuenit, ſicuti quãdo uentriculi oſtiũ mordebatur.

32 Attractio, pulmo, aridum incendium, euacuatum ſiccat ſomnus multus.

B Quod euacuatũ ſomnus exiccet, & experimento quidem, quo oẽs ſermones dijudicantur, percipies, & ante experimentũ ad huic dicto aſſentiendum ex ijs, quæ antea didiciſti, adduceris. Porrò ſi in ſomnis ſanguis, & cum eo naturale calidum interius abditur, in uigilia uero ad extima profunditur, quæ in uentriculo & iecore ſunt, per quietem concoquentur, in uigilia uero totũ corpus aletur. Itaq; ſi in exhauſtis calor interius uergat, nihil habens quod conficiat, langueſcit & interit. primus enim omniũ, ut ignis lignorũ materia, ita ipſe alimẽto nutriť. prudenter aũt addita eſt ea uox - multus - paucus enim prægreſſum laborẽ tollit, quando uentrẽ homo exonerauit. deinde ſi in iecore & primis uenis adſint crudorũ humorum reliquiæ, eas oẽs concoquit. Hæc quidẽ huiuſce locutionis

C ſecunda pars nullum inſignem in uerbis errorem habet. ſed prior hoc pacto ſcripta, Attractio, pulmo, aridũ incendiũ - multum à Græcorũ conſuetudine diſtat. ſic enim ipſam enunciare oportuit - Attractio fit, qm̃ aridum incendiũ in pulmonis temperatura eſt, attractionẽ nobis interpretãtibus inſpirationẽ. At Quintus, nec quia ſiccus calidusq; eſſet pulmo, ob id celerẽ frequentẽq; anhelitũ fieri, ſed cõtrà propter talẽ anhelitũ ſiccari & incaleſcere pulmonẽ dixit. attractionẽ namq; haud ſimpliciter anhelitũ queq;, ſed celerẽ tantum & frequentẽ ſignificare uoluit. à cerebro aũt ſpiritu pulmonem ſicceſcere, & in libro De acutorum uictu ab ipſo comprehenſum eſt.

D 33 Frigidiſsimi cibi, lentes, milium, cucurbitæ.

Milium & cucurbita frigidi cibi euidẽter ſunť, & ſi non frigidiſsimi. lentem uero haud ſanè frigidum cibum eſſe conceſſerim. nam queadmodum cucurbitę, ſic & cum ipſis atriplex, blitũ, lactuca, & chondrila, & ex frumentaceis hordeũ atq; milium certiſſime refrigerare noſcuntur. contrario autem pacto lens ſe habet: nullam enim refrigerationẽ prę ſe fert, aut ſtatim comeſta in ſuperiore uentre adhuc contenta, aut poſterius in tenuia inteſtina, uel in craſſiora delapſa. At forſan, quoniam in libris De ſimplicibus medicamentis, refrigeratorum quiddam etiam adſtringẽti ſucco ineſſe monſtrauimus, lentem ideò quiſpiam refrigerare putauerit. ſed iſte in ijſdem cõmentarijs dictum fuiſſe

non meminit, quæque id genus medicamēta simplicia uideri atque dici, si ad ea, quæ per nos cōpositione fiunt cōparentur: non tamen exacte simplicia sunt. In primo nanque De alimentorū potestatibus libro lentem ex contrarijs constare naturis asseruimus, altera quidem aluum coercente, altera uero citāte. ex his igitur quæ supprimit, frigida terreaque est, quæ citat, calida. Quo circa siccum quidem cibarium lens est, frigidum uero, non, sicut neque calidum, sed ex utroque mistum, ac medium, aut parū admodum à medio ad calidius abiēs. Quando igitur neque absolute frigidam lentem quis concedere potest, qui ipsam excellenter frigidissimam cōcesserit? Quinetiam inflammatis ulceribus instar cataplasmatis superdata lens humores in affectā partem defluentes coercere atque repellere uidetur, per uim adstrictoriam id scilicet faciens. quin & ui quadam concoctrice & suppuratoria prædita certe est, quod frigidis nequaquam inesse reperitur. siue igitur Hippocrates ita scripsit, siue alter quidā hæc uerba interposuit, haud recte de lentium uiribus opinatus est.

34 Vlcera exoriunī, si immūdus laboret.

In laboribus, hoc est, in exercitationibus calorem auctum ex profundo ad cutem succos euocare, atque discutere alibi didicimus. Quando igitur prius in corpore uitiosa materia contracta est, acrimonia cutim erodit, atque ulcera efficit. quemadmodum cum crassi glutinosique humores sunt, iecur renesque obstruūt, in cute autem affectus cum tumore excitant.

35 Mulier, capra, elaterium aut cucumerē syluaticum edentes pueris purgatio.

Non elaterio duntaxat, quod cucumeris syluatici succus est, quemadmodum neque ipso cucumere solum uescentes lac puerorum lactentium purgatorium gignunt, uerumetiam si quod aliud medicamentum subductorium (quod uocant) assumpserint. siue autem à muliere elaterio, à capra ipso cucumere, siue utroque ab utraque comesto infantes earum lacte purgari dicat, nihil interest. quemadmodū neque si comesto, aut deuorato quis scripserit. cōducit autem hæc oratio ad medicorū usum, & ad naturale decretum. infantulos enim purgare uolentes aut matri infantulum lactanti, aut capræ huiusmodi aliquid esui dantes sic eos purgabimus. & ad naturalis decreti, de quo altercatio est, dijudicationē id utile est. etenim quidam nullam uim ex ijs, quæ ab initio in alimētis erāt, post concoctionem, & in sanguinē cōuersionē remanere cōtendunt. aliqui è cōtrario ualidas uires diutius remanere uolunt adeo, ut etiā sudores ipsas redoleant. Huic uero sententiæ, quæ modo dicta fuere, suffragantur. in istis enim comestorum qualitas seruata reperitur. Quin et apud nos uerno tempore, quando capræ scammoniæ germina depastæ fuerint, purgatorium ipsæ lac generant. quòd si tithymallo uescantur, idem accidit. necnon et in Doride, & Bœotia, & Thessalia, omnibusque finitimis regionibus multi ex coturnicum esu musculorum distentionibus correpti sunt, quoniam ueratro scilicet illæ uescantur. istud idem & Athenis quibusdā accidisse nouimus, qui coturnicibus largiter nimis sese impleuerant.

36 Calidiori comestū, intus refrigeratio, exterius labor, sole, igne, ueste, æstiuo tempore. contrario autem sic contrariæ.

Valde calidæ naturæ refrigerationem & aquæ potum conducere dicebat, & præterea quiescere, hoc est, à uehementioribus exercitationibus abstinere. Quo pacto igitur hoc loco (ut nonnulli interpretantur) exercitari iubet? quo pacto in sole & ad ignem calefieri? nam lauationibus id genus temperaturas frigefieri monstratum est, fumidis fuliginosisque uaporibus, qui ferè in huiusmodi temperaturis abundant, discutiēdis, & solidis mēbris humiditate refrigerante irrigandis. Ignis autem & sol calefacit, similiter & uestis, & tempus æstiuum. Et ipse igitur in aphorismis ita loquitur, Tempore quidem ueris, & extrema æstate pueri, & his ętate proximi optime degunt, & rectissime ualent. æstate uero, & autumno quadantenus senes. reliqua eius parte, & hyeme, qui medias ætates agunt. Itaque si calida ætas hyeme, frigida uero æstate rectius habent, ualde calidos natura à sole, & igne, & æstiuo tempore non modo non iuuari, sed etiam lædi ipsum putare credendum est. uox ergo illa initio sermonis posita, calidiori, aliquod ipsi addendum subintelligi postulat, aut temperaturæ, aut naturæ, aut corpori, aut homini. sed ex eo, quod in fine opposuit, percipitur, corpori & homini magis, quàm temperaturæ, aut naturæ subintelligendum. omnino enim dixisset, contrariæ aūt contraria, fœminei generis articulum fœmininis nominibus, non masculi masculis anteponens. tota igitur narratio talis fuerit, calidiori corpori per cibos ac potus interius refrigeratio conueniens. noxia uero caliditas exterior à sole, & igne, et tempore æstiuo, & uestimentis. à quibus omnibus arida caliditas significatur. humidā namque & mediocres, qualis balnearū est, potestate refrigerare declarauimus. liquet autem nos in istis sermonibus consuetas has balneas intelligere, ubi non apponimus, aquarum sponte nascentium, aut marinarum, aut sulfurearum, aut aluminosarum. quando quidem illæ siccant calefaciuntque, & non refrigerant. contrario autem natura corpori contraria rursum hic subintelligere oportet ex iuuantibus iuuantia, & ex nocentibus nocētia, ea quidem ut eligantur, hæc uero ut fugiantur. Etenim si calidiores naturas cibis ac potionib. refrigerare iussit, frigidiores certe contrarijs calefacere præcipiet. Item si calidiores naturas à sole, igne, & æstu male haberi dicebat, frigidiores utique ab his iuuari, à cōtrarijs lædi significat.

37 Cibaria aliqua quidem celeriter uincū tur, aliqua uero tarde.

Solus ex his, quos noui, Capito pro hac uoce, tarde, scripsit, cōtrarie, narrationē hoc pacto instituens, cibaria aliqua quidem celeriter uincuntur

tur, aliqua uero contrarie. Porrò sententia in utraq; diuersa lectione eadem est. quæ enim eduntur, differre ea ratione inter se inquit, quòd aliqua cito à corpore superantur, aliqua tarde. intelligendum est autem uinci & superari, hoc est, immutari & concoqui, & apponi, & corpori simile effici. A singulorum igitur ciborum alij quidem cito concoquuntur, & in sanguinem mutantur, & nutriunt, alij uero tardius. quæ in tribus libris habentur, ubi de alimentorum uiribus omnia diligentissime persecutus sum.

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS librum, Tomus sextus.



CARNES, attractrices ex uetre et extrinsecus, significat sensus, quòd expirabile, & inspirabile.

Trahere ad se ipsas, inquit, carnes ex uentre, & extrinsecus: ex uentre quidem, id est, ex uentriculo ciborum potionumq;, unde nutriũtur, succum: extrinsecus uero non similiter. Incertum est autem, alimentumne dicat, an aërem. possunt enim carnes quemadmodum ex uentriculo alimentum haurire, sic & ab extimis partibus in profundum reuocare. potest & aer per arterias ad cutim pertinentes, ad carnes ferri ab ipsis attractus, quod etiam omni uerborum cõtextui magis quadrat. Verum de attractione decretum controuersum est. nonnulli enim philosophi ac medici funditus ipsam sustulerunt. nonnulli esse quidem affirmant, sed in carnibus esse negant. omnium autem istorum rationes in commentarijs explanatorijs reddi non posse diximus. multoties enim eadem sæpius repetere cogeremur, commentariaq; in longitudinem ac multitudinem innumerabilem excrescerent. Quin neq; uniuersum uitæ tempus ad Hippocratis libros interpretandos satis esset, si cuiusq; dogmatis semper in qualibet parte ostensiones afferri debeant. lecturis præterea molesta res esset, & commentaria edituris longo tempore magnisq; sumptibus conscriberentur. satius itaq; fore existimaui, si in hisce commentarijs cuiusq; partis sententiam enuclearem, quod explanatoris proprium munus est: interdum uero & dictis ab ipso causas alibi monstratis placitis congruentes adijcerem, ipsa autem placita hoc loco non astruerem: sed quibus in libris olim à me scriptis asserta fuerint, tantum in memoriam reuocarem, quemadmodum & nunc faciam. His enim quæ nutriuntur, ad se proprium succum attrahentibus ad ipsa moueri alimẽtum in commentarijs De uiribus naturalibus disputatum est: expirabile uero atque inspirabile omne corpus esse, in commentario De usu anhelitus, & in libello De usu pulsuum egimus: in priore quidem utilitatẽ anhelitus esse declarauimus, ut cordis calor moderatus seruetur: in secundo uero, in toto corpore caloris mediocritatem arteriarum opera custodiri. Hęc itaq; sola abunde sint ad prioris uerborum Hippocratis particulę explanationem: ad secundam iam deueniamus, in qua illud, significat sensus, neque secundum Hippocratis morem, neque omnino secundum græcam locutionem dictum est. unde aliqui castigantes in datiuo casu, apud Latinos septimo, protulerunt, sensu, scribentes: ut quod ab eo B dicitur, tale sit, perspicuũ sensui est, totum animalis corpus expirabile esse, atq; inspirabile: atq; his deinde subijcitur illud, carnes, attractrices ex uentre, & extrinsecus, sensu teste confirmatum, quod idem est ac si diceret, ab ijs quæ euidẽter sensibus nostris apparent. Nõnullos profecto uulgares audiui, quod ipsis ex potabilium aquarũ balneis acciderat, admirantes. prius enim per calentẽ solem confecto itinere domum reuersi squallidum corpus osq; aridissimum se habere dicebant, necnon & ardentissima siti cruciari: à lauatione aũt sitim extinctam esse, os humectatum, pariterq; totum corpus molle atq; humidum effectum priorem deposuisse squallorem fatebantur. Alij uero & in C solijs corpus suum aquam attrahere indubitanter se percepisse affirmarunt. Hæc sanè quæ uel imperitis patent, decreti testimonia ab ipso sensu accepta sunt, aliqua uero ex subtilioribus rationibus à medicis inuenta sunt, quarũ una & illa est, quam ipse posterius afferet. quam in sequentibus uerbis cognoscetis: nam ad proposita intelligẽda & hæc satis sunt, nobis ex recte dictis, & praue ab explanatoribus scripta deprehendere ualentibus.

2 Calidior uenula sanguinis multitudine exustum procreat, illicoq; secernit.

Per uenulam calidiorem, arteriam intelligito, omnibus Hippocraticorum librorum interpretibus uenas non ab hoc solo, sed etiam à multis alijs D ueteribus & arterias appellari confitentibus. hæc igitur, inquit, uenula sanguinis multitudine incalescens exustum procreat & secernit, exustum dicens, quod ex calore gignitur, quod succi uehementius calefacti tanquam fuligo quædam est. id uero, utpote natura calidum, & cõsistentia tenue facile secernitur. Hanc ego probabiliorem explanationem esse duco, siquidẽ oporteat uerũ simul & Hippocratis decretis consentaneũ habere propositum. at placitum nunc à nobis memoratũ uerum esse in cõmentarijs De usu anhelitus, & De usu pulsuum traditum est: nã inspiratione qua per os, & per omnem cutem animalia utuntur, duplicem capi utilitatẽ ostẽdimus, roborari quidẽ semper refrigeratũ insitum calidum, ut ne dissipatum

A intereat, & maxime cum ex qualibet causa adauctum est, excitari autem & ualētius reddi, si quando frigidæ materiæ multitudine grauetur. quemadmodum & ignis uentilatione accenditur. quin etiam et hunc duplicem motum ipsi propriam naturalemq́; exercitationē esse eius uires instaurantem. hæc enim est exercitationū natura et utilitas. Postquā igitur ante dixit Hippocrates-carnes attractrices ex uētre, & extrinsecus-deinde huic adijciens, exspirabile & inspirabile esse corpus: inspirationis quidē ipsius ortū & utilitatē per illud indicauit, carnes attractrices, de expiratiōe uero nihil dixit, iure in propositis uerbis ipsius meminit de arterijs sermonem faciens, qui & cordi cōmunis est, licet obscurior de illo uideatur. communē autem hunc sermonem esse inde patet, ab insito B calido fuliginosum excrementū in sanguine creari diximus, ac potissimum quando est calidior. illud igitur excerni opus est: & id quoq; natura molita est, quæ à corde expellēda sunt, efflatione propellens, quę uero ab uniuerso corpore per arteriarum compressionem excludens. fuliginosa igitur ex istis, & ex uenis (ostensum est enim inter ipsas communia ostiola interesse) per cutem quamprimum arterijs compressis extruduntur, ex corde uero ea pulmo prior suscepit, ipsi cum dilatatur, attrahenti, cū comprimit̃ expellenti tanq̄ quoddā spiritus promptuariū præparatus. Nempe hæc est nostra de propositis uerbis sententia. Et sequētia uerba his ipsis ac superioribus congruere paulo C post ostendā. quicunq; aūt hoc loco ipsum de ardoris ortu loqui crediderunt, primū quidem sermonem de ea parte-carnes attractoriæ- imperfecte dictū reliquerunt: non modo enim sibi cōueniens attrahunt, sed etiā alienum abijciunt: attrahendi quidē utilitas euidentior, abijciēdi uero & excernendi ignotior est, & aliquā rationē ad persuadendum postulat. Descendamus igitur ad sequentem partem, quæ & ipsa (ut dudū dicebam) ad meliorē explanationē deligendā aliquid facit.

3 Et quibus quidem pingue, bilis flaua; quibus uero sanguis, atra.

In proxime explanata parte duarū opinionum meminisse oportet. nos enim diximus, Hippocratem respirationis utilitatem demōstrare, per respi- D rationem autē intelligi & spiritus per totum corpus ex arterijs emanationem, & ore factā expirationem. nonnulli uero de ardentis febris ortu sermonem esse putarunt: quibus non admodum fauere illud dicebam-creat exustum: & illico excernit-neq; enim statim in ardoribus ea excerni, quę ipsi uomitu, aut per sedem euacuari dicunt, neq; esse necesse aliquod ardoris symptoma in sermone de eius ortu recenseri. At explanationem nostram meliorē esse defendimus. primum quidem, quòd his criminationibus caret, secūdo loco, q; in hoc sermone om̄e de spiritus intrò forasq́; motione decretum traditum esse conspicitur. quam motionem in nostris cōmentarijs non solum per oris respirationē, sed etiā per difflationē à toto corpore fieri explicauimus. Nōnullis quidē causa spiritus animalis generādi, ut dixit Asclepiad. quibusdam uero, ut Erasistratus, nō huius tantū, sed etiā uitalis, alijs præterea spirituum istorū alendorum causa inspirationem fieri dicentibus, expirationis autem usum referre nesciētibus. Hippocrates (ut declarauimus) non modo per os expirationis, sed eius etiā quæ ex qualibet corporis parte fit, usum in præsenti sermone perstrinxit. Alios pręterea interpretes accusare æquum est, cuiusnam autoris librum interpretenť, oblitos. Neq; eñ in aliorum uirorum placita deflexissent, eorum quæ Hippocrates asseruit, sententiam deserētes. ipso itaq; clarissime dicente, carnes ex uentre, & extrinsecus attrahere, quod multū ab ea opinione distat, quæ cibi ex uentriculo in corpus digestionē inanis cōsecutione fieri statuit: primum quidem non modo uim propriorum attractricē, sed etiam alienorum expultricē inesse in carnibus animaduertere oportuit. hoc enim illis conuenit dicere, qui prædicant, à ntura saluti animalium esse prouisum, inter quos etiam fuit Erasistratus. secundo quidnam excretione egeat, dicere debuerāt. neq; enim sanguinem ex quo corpus alitur, dicent. horum nihil illi fecerunt. At Hippocrates ex sensui manifestis utrunq; euidenter constare præfatus, deinceps ad usum ab omni corpore difflationis explicandum transitum fecit: necessariā fuliginosorū excrementorum ortus causam afferens. Etenim in corpore animalium caliditas huiusmodi recrementa perpetua mundatione indigentia procreat. Hac igit̃ in parte horū excrementorū generandorū materiam ostendit. nam sicut maior caliditas ipsa generare apta est, ita & materiæ quædā istis generandis habiles reperiuntur. recta igitur ratione bilis atræ meminit. ipsam enim dupliciter contrahi didicistis, ex crasso sanguine, & ex flaua cōbusta. q; si de ardentis febris ortu sermo ipsi foret, frustra bilis atræ meminisset. Quāobrem & ex hoc perspicuū est, explanationem nostram ueram esse iuxta & Hippocraticis decretis consentaneam, illorū aūt dissentientem. hęc eadem planè uerba in alia libri parte conscripsit, nosq́; ipsi ea superius enodauimus. ubi & illud dicebamus, pingue nō solum de unguinoso & adiposo, sed etiam de omni dulci dictum esse putandum. ut eo sermone mel contineatur & siræum, quod hepsema, hoc est, decoctū in nostra Asia Græci nominant.

4 Frigidior frigido in tempore & regione calidior erit.

Quod neq; affectu aliquo, neq; ob ætatem frigidior in frigida regione & tēpore possit calidior effici, omnes confitentur. Idcirco & Sabini sectatores de natura frigidioribus uerū esse sermonem tradunt. ueruntamen neq; de istis absolute prolatus uerus est, nisi huiusmodi conditiones additæ sint, frigidum exterius circūdatum, quod denset refrigeretq́; cutaneas partes, inter euidētia ponendum est, non tamen corporis penetralia similiter afficit. Sed queādmodum in Aphorismis diffini-

tum

tum eſt eã in parte, ubi inquit: Nonnunquam in diſtentione ſine ulcere iuueni carnoſo æſtate media frigidæ multæ inſperſio calorem reuocat: ſic & hoc loco à nobis diffiniendum eſt. frigida namque corpori noſtro iniecta, aut ita alte ſubit, ut intima æque atq; extima refrigeret, aut ſola cutanea frigiditate percellit. ad profundum igitur deſcendens partes eas refrigerat, & nõ leui noxa totum animal perturbat, ipſius frigore concuſſis labefactatiſq; uiribus. At quæ ſuperficiẽ tantum corporis afficit, nedum interiora non refrigerabit, ſed etiam calidiora multo, quàm ipſorum prior temperatura eſſet, efficiet. cæterũ quicunq; de raram cutim raraſq; ſub ipſa carnes habẽtibus ipſum locutum eſſe exiſtimant, nunc quoniam ob difflatũ calorẽ iſtos frigidiores effectos eſſe dicũt, atq; ideo ſpiſſeſcẽte cute, retentoq; quod prius exhalabat, calido incaleſcere, aliquid ſanè ueritatis dicunt. Sed eos opinari nõ decebat, qui ita digerantur, & frigidiores appellari. hæc eñ (ut didiciſtis) humidis calidiſq; corporibus maxime inſunt, ſecundo calidis, licet ſine humiditate talia ſint. nullum aũt frigidum corpus facile diſſoluitur. ſed minus quidem humida, magis autem arida hoc ſuſtinent. utriſq; uero naturaliter calida præſtant. hac itaq; ratione iſti mihi falſi eſſe uidentur.

5 In doloribus proximum uentrẽ purgare, & ſanguinis uentrẽ reſcindere. uſtio, ſectio, calefactio, refrigeratio, ſternutatio. ſtirpium ſucci, in quibus uim habent. & cyceon, id eſt miſtura, maleficorum lac, alliũ, uinum feruefactum, acetum, ſal.

Remedia hoc loco enumerat & leuibus & ſæuis doloribus ſuccurrentia. ſicut in Aphoriſmis oculorum tantum dolentium remedia ſcripſit, ubi inquit, Dolores oculorũ meri potio tollit, aut lauatio, aut fomentũ, aut uenæ ſolutio, aut cum medicamento purgatio. hoc loco quędam adiecit remedia oculorum doloribus inimica. primum quidem omnium hoc in ſermone enumeratum purgatio eſt, quam in * uictoriæ ſtudio, irritant. neq; ſtultis * auxilia penitus, quemadmodum ſcripſit, explicauimus. primum uero inter deinceps enumerata uſtio eſt, quæ peſſime affectis locis ob prauorum ſuccorũ exuberantiã, ut in malignis ulceribus euenit, adhibetur, nonnunquam palàm candentibus ferramentis, nonnunq; uſtorijs medicaminibus ea nobis urentibus. poſt uſtionem ſectio poſita eſt, & ipſa locorum multum iã pus habentium dolorem finiens, poſtquam ingẽtes phlegmonę pręgreſſę ſunt. Deinde calefactio lauationibus ſcilicet atq; fomẽtis accerſita. Alias uero fomẽtorum materias edocti eſtis, & quibus uitijs dolorem excitãtibus admouenda ſint, ut pectoris morbis ea quæ ipſe in libro De ratione uictus acutorũ recenſuit. oculis autem mollis ſpongia, non ferente loco per ſacculos & cataplaſmata calefactiones, quin & ex oleo conſperſio in medijs corporis partibus, et in capite calefactio cum ſit, doloribus remedio eſt. Et ex aquæ calidæ fotu

A extremorum membrorum dolor tollitur. atq; frequentiſsimus & plurimus in dolentibus particulis calefactionis uſus apud medicos eſt. nã & contẽta relaxat, completa euacuat, refrigerata calefacit. refrigeratione autem rarius ſedãdis doloribus utimur, membrorum quidem exteriorem ſuperficiem dẽſante, & propterea difflationes impediente, diſtenta uero magis intendente. ſolas igitur calidas intẽperies ſine materiæ multitudine factas refrigeratio diſcutiet. ſicut in capitis dolore ob ſolis æſtũ, aut febriũ ardorẽ. caput igitur oleo frigido perfundentes ſymptoma curamus, & eryſipelata ob excellentẽ caliditatẽ dolorẽ inferentia, arthritidas itidem necnõ & podagras, in quibus biliosa calidaq; fluctio eſt. poſt dicta aũt ſcriptũ eſt B ſtirpium ſucci, in quibus uim habent. quorum itẽ uerborũ ſententia talis planè mihi eſſe uidetur. dolorum medicinæ tibi nonnunquam fuerint & ſtirpium ſucci. iſti uero permulti ſunt, aliqui liquidi permanẽtes, aliqui ſpiſſeſcentes. in primis ſanè oleum permultam nobis utilitatem tollendis ſedãdiſq; doloribus, ſi calidũ adhibeatur, pręſtat. deinde & alia multa longe plus eo calefacientia, ut laurinum, cedrinũ, ricininum, ſinapinum, & raphaninum. hæc quidem liquida. cõcreta uero alia plus, alia minus, & reſinæ, maximeq; inter eas quæ ſpõte ſua diſtillant, & thapſia, & euphorbiũ, & ſucci omes, cyreneus, parthicus, medicus, aſſyrius, ſagapenius, ex tithymallis, ex panace, qui & proprie opoponax dicitur. Huius generis ſunt & chalba- C na, & alia multa quæ omnia in commentarijs De ſimplicium medicinarũ uiribus didiciſti. ſiue eñ ſuccus ſit alicuius, ſiue liquor ſub humoris appellatione cõprehẽditur. Huius itaq; generis ſunt & liquida pix, & picis flos, quod uocatur, & in Cilicia capnelęon, aliaq; innumerabilia, aliqua ex herbis, aliqua ex fruticibus, aliqua ex arboribus, quorum commune uocabulum ſtirps habetur, cuius hoc loco Hippocrates meminit, ſtirpium humores. his uero adiecit, in quibus uim habent, obſcurum breuitate ſermonem faciẽs. Igitur haud ab re explanatores diſsident, alius aliter uerba non modo interpretantes, ſed etiam ſcribentes. quam ob rem ut ne nimia ſcribam, eos omittẽs quæ mihi ſimillima ueri uideanť, ea ſola referam. Medicamẽ- D torum igitur quæcũq; dolores ſedare apta ſunt, ſicut aliud alij affectui, ita & aliud alij mẽbro prodeſſe idoneum eſt. Hac de re aũt ſermo quia commentarij modũ excedit, breuiter ipſum per exempla perſtringere cõſtitui. Porrò quòd non omnes cum dolore affectus iiſdem egeant medicamẽtis, iſtud tibi exemplum eſto: mordacibus ſuccis in inteſtinis contentis eluentia cũ prius immiſerimus, inter quæ mulſa eſt & ptiſanæ cremor, & excreti ſucci fuerint, morſus deinde mitigãtia, & quæcũque inhærentia, & inteſtinorum tunicas operientia à ſuperioribus incidentes mordaces humores arcent, in ſedem damus. cibaria præterea ipſis bonum ſuccum creantia, & quæ difficulter corrumpantur, exhibemus. At in ſuperiore uentre, & maxime in eius oſtiolo id genus contractis humori-

bus in primis eos uomere iubemus. quòd si ad uomitum parati non sint, simplex oleum, aut cum aqua temperatũ, aut aliquod simile sorbendũ præbemus, per quod citato uomitu exterius aliquod astringens odoratumq; superimponimus, sumendas aũt escas exhibemus boni succi, ęgre corruptibiles, & nonnulla adstringendi ui prædítas. oculis uero dolentibus horum nihil facimus, sed uniuersi corporis inutilem materiã prius medicamẽto educimus. Quod si redundet sanguis, ad cubiti uenam exteriorem, quam humeralem uocãt, scindẽdam accedimus: deinceps medicamine aliquo q̃ mollissimo, & neutiquam mordaci utimur. deinde per totum diem usq; ad uesperã à cibo abstinentẽ ad balneum ducimus. Quòd si neq; purgatione, neq; uenæ scissione indigeat, dictis medica
B mẽtis, & post ipsa lauatiõe, sicut nouistis, eiusmodi dolores medicamur, neq; ad uẽtris morsus collyrion aliquod immittentes, neq; oculis tragi succum, aut capræ adipem, aut ceratũ morsu carens, aut id genus aliquod adhibẽtes, quale in sedem inijcere soliti sumus. Hæc exempli causa dixisse satis esto, ad illud edocendum, eũdem affectum diuersis locis excitatum nõ eadem remedia postulare. ostẽdere enim propositũ est, in quo sensu Hippocrates dixerit-stirpiũ succi in quib. uim habẽt-illud enim in quibus, aut membris, aut affectibus, aut modis utendi, intelligere necesse est. Dico aũt utendi modos, cum aut ipsam causam, ob quã affecta pars dolet, remouemus, aut aliquem flatuosum spiritũ ex illa creatum discutimus. idq; ipsum
C duobus modis efficimus, aut spũs crassam flatuosamq; partẽ extenuantes, aut cõtinens ipsum corpus rarefaciẽtes. Quinetiam ad hæc modus alius indolẽtię effector est, scilicet qui sensum hebetat, ac stupefacit. in quo prudẽtiæ nõ uulgaris est stupefactorio medicamento alia permiscere, neq; eo solo uti. quem enim pręterit in philonio, quod uocatur, medicamine dolori finẽ stupore sensus imponi: stuporẽ uero siue torporem papaueris succus & alterci semen efficiũt. hæc si sola perpauca exhibeantur, dolorem sedare nõ poterunt. Quòd si tantum ex istis detur, quantum acceptum sedare dolorem possit, insigni noxa membrum dolẽs afficietur. igit̃ ne ipsum magnopere offendatur, & tamen sensus obtorpeat, aliorũ medicaminum
D permistio à Philone reperta est. quæ nam uero sit methodus, qua quis utens hanc medicamentorũ præparationem excogitet, in libris de ipsorũ cõpositione proditũ est. Et de his hactenus. nũc quę sequuntur consideremus, inter quę prima est uox illa-cyceon-Nempe q̃ uinum dolores oculorũ ex obstructione oriẽtes mitiget, ex aphorismorũ interpretationibus didicistis. nunc uero & aliorum quicunq; eadẽ ratione concitantur, dolorũ non nunquam ob sanguinis crassitudinẽ, nonnunquã ob frigiditatem uobis in mentem ueniat. cum sæpius & in uẽtris dolorib. & in dolore capitis uocato hemicræra, seu hemicranea uideritis meracius uinum sumptum confestim quidem manifeste iuuisse, accedẽte deinde somno in totum dolorẽ sustulisse uideritis. Vidistis autem me nõ illico ieiuno, sed ab assumpto cibo exhibere. At hoc loco Hippocrates utrunq; miscuit & cibum & potum. tale enim quiddam cyceõ est, quemadmodum & apud Homerum didicistis, miscẽtibus quidẽ alia cum uino, in cõmune uero omnib. uinum habẽtibus: fortasse uero et cũ polenta uinum miscebant. necessario autẽ & alia misceri ex hoc nomine-cyceon-ueteres significare quispiã putauerit, sic eos appellationem hanc in eum sensum magis accipere indicans. aliquando autem ego quempiam dolore uexatum sine cibo uino uti iubens, ut opinionem meam cõfirmarem, multis subito calidis uaporibus affectum locum petẽtibus eum, ut fui ueritus magis cruciatum animaduerti. ab illis enim & inæqualis intemperies, & repletio membro acciderunt. alibi uero nos explicauimus repletionẽ quoquouersus corpora distẽdentẽ imbecillis partibus dolorem inferre. sed inæqualẽ intemperiem ea ratione, q̃ aliquæ partes adhuc naturaliter affectæ sint, aliquæ refrigeratæ ipsis sint proximæ. in istis enim à male affectis partibus ad recte ualẽtes molesta quædam frigiditatis distributio fit. at omnes refrigeratę, atq; (ut ita dicã) hecticã quandam temperaturã adeptæ non dolent. quibus enim (inquit) naturæ mutantur atq; corrumpuntur, dolores excitãtur, non permutatis iam, atq; corruptis. Ego profecto uinum sine cibo epotum læsum ire arbitrabar. & experientia idem testata firmiorem opinionem meam reddidit. cyceon aũt, cum in se ipso cibum contineat, offendere nequaq̃ poterit. nam ex utriusq; mediocri mistione æquabilis paulatim calefactio in partibus affectis augescẽs sine multis uaporib. & refrigerata calefacit, & obstructa recludit. quæcunq; enim prius aliquibus in locis ob crassitudinem inhæserant, eis attenuatis & fusis permeat, continentibus etiam ipsa corporibus rarioribus laxioribusq; effectis, quæ à leniter calefaciẽtibus fieri solent. Sternutationes quoq;, nã & has deinceps scripsit, dolores capitis ex multo flatuoso spiritu ortos perspicue remouere cernunt. Hæc igitur omnia usq; ad sternutationes cũ eo quod ab initio propositum fuit, cohęrere à me ostẽsum est, & male ab interpretibus in plures sermones fuisse diuisa. Ad sequentem igitur partem transeamus, quæ plus etiam ab omnibus prioribus q̃ illæ inter se, distare uidetur. potest autem et ipsa (ut ego sentio) de doloribus, sicut & illæ fuisse prolata, sed ab illis differre malitia. exoriũtur enim dolores quidã maligni à maleficis seu medicamentis, quæ deleteria uocãt, seu feris uenenum ictu fundentibus, siue succis aliquibus ex improbo uictu, aut pestilẽti cœlo in corpore genitis. ad hos itaq; id genus remedia enumerata fuisse dicimus, lac, allium, uinum feruefactũ, acetum, salem. lac namq; uenenis erosione interficiẽtibus aduersatur. siquidẽ attemperatione opus est. Allium uehementi frigiditate lædẽtibus resistit, Vinum mediocriter frigidis. sed cum ipsi adiectum fuerit, feruefactum, intelligere possumus admodũ calidũ. potest etiam intelligi uinum ita elixatũ, ut siræon,

quod

quod uocant, factum sit. etenim hoc corrodentes acrimonias temperat. Acetũ uero, ut glutinosos, quales fungorum esu creãtur, succos dissecet, uel etiam refrigerandi causa, sicut aduersus thapsiam requiritur. postremo salem, ut totã maleficorum humorum, medicamentorumq; substantiam consumere possit. Cæterum quoniã iuuamenta & noxæ nõ solum per simplices nos attingentium qualitates, sed etiam per totam substantiã corporibus nostris adueniunt, (& hoc enim ex aliis cõmentariis didicistis) iure sanè optimo & illud dictũ fuerit, stirpium succi, in quibus uim habent. proprietates namq; ex tota substantia progenitæ aut corporibus nostris congruentes, aut alienæ, quatuor materiis continent: aut em̃ purgatoriæ medicinæ sunt, aut alimẽta, aut ad hæc tertia ea quæ hic Hippocrates malefica nominauit, & quatuor ipsorũ remedia. Cũ uero tertium materię genus & in medicamentis deleteria, hoc est, mortifera uocata, & ferarum uenena distribuatur, duplex & ista curantium materia est. Appellantur autem græco uocabulo alexipharmaca, id est, medicamenta auxiliaria, quæ mortiferis medicamentis aduersant. Theriaca uero, quæ ferarũ morsib. medent. Verũ fortasse quis existimauerit & purgantiũ medicamentorum materiã inter mortifera esse cẽsendã. nã & hæc ultra modũ exhibita nos interficiũt. Id si concesserimus, cõsequens erit etiã ut alexipharmaca, & theriaca in mortiferis enumeremus, quãdoquidẽ et hæc nos perdere possint, nisi siquis ex ipsis omnino ualde parũ assumpserit. Verũ ea de causa mihi plura medicamenta uocare mortifera medici uidentur, ꝙ ipsorum temporibus quibusdã utilitas necessaria sit: ea uero appellare deleteria, id est, perniciosa, quæ nullo unq; tẽpore neq; ægrotis hominibus, neq; ualentibus opem ferunt. neq; enim aconitum, neq; argentum uiuum, neq; argẽti spuma, neq; marinus lepus in corpus accepta ullũ nobis afferũt emolumentũ, quemadmodum & alia pleraq;, de quibus & illis in commentariis actum est, ubi de iuuantibus atq; nocentibus per totius substantiæ proprietatem disputauimus.

6 Homo ex lassitudinibus, ex itinere, imbecillitas, grauitas, expuit: tussiebat enim ex uertice, febris acuta, manum submordens, secundo die caput graue, lingua exusta fuit, nares unguib. rescissæ, sanguis non manauit. sinister lienis magnus & durus dolore infestabatur.

Quænam huic ægroto acciderint, narrauit Hippocrates, mortuúsne sit, an euaserit, quorum causa reliqua omnia scripta sunt, dicere prætermisit. At forsan quid ego de ægroto hoc futurũ esse prędicerem, quispiã audire desideret. cui uera hũc in modum dicẽda sunt, siquis eius mihi urinã ostendisset, clare sanè quid de ægroto sentirem, attulissem. quantũ em̃ ad dicta pertinet, pernitiose ęgrotat. At si urina optima foret, hominẽ quidem euasurum, sed acute ægrotaturũ esse prædicerem. si autem praua esset urina, breui interiturũ. si mediocris, ut neq; laudanda esset, neq; uituperanda, longiori tempore superstitem tandem moriturũ esse affirmarem. Alia porrò symptomata media quodammodo inter perniciẽ atq; salutẽ sunt. illud uero-Nares aũt unguibus rescissæ, deinde nõ effundentes sanguinem-ita em̃ scripsit Zeuxis, Nares unguibus rescissæ non effuderunt sanguinẽ, pessimum signũ est. Quod si scriptũ esset, quemadmodum & in pluribus exemplaribus scriptũ reperit, nares ungue reclusæ sanguinẽ non fuderunt, perniciosum quidẽ & hoc est, sed minus ꝙ nullo modo sanguinẽ emittere. patet autem ꝙ & manus opera rite adhibita sanguis tamen nõ emanarit. neque em̃ ab initio hac in parte scripsisset, unguibus quidẽ nares esse proscissas, neq; tamẽ sanguinis ꝓfluuiũ accidisse, si manus opera id euenire potuisset. referunt autẽ ueteres medicos nõ propriis unguibus modo, sed etiã ferramento quodam ad id ipsum præparato nares dissecare solitos. Videnturq; in ægrotante, de quo nunc sermo fit, ad ipsarum dissectionẽ propter capitis grauitatẽ curantes hominẽ medici deuenisse. Illud uero de liene dictũ, sinister lienis magnus, nõnulli ita additum esse-sinister-putãt, ut lacti, album, poeta adiecit, & suibus humi cubantes, cum nullum lac non albũ sit, nulli sues nõ humi cubantes. Quidam uero scribũt, naris rescissa non profudit sanguinem sinistra, tanq; si dixisset ex sinistra nare, & ea lieni è regione opposita est. atq; in hac uerisimile est medicum ad manus operã adhibendã accessisse. Errante aũt primo libri scriptore accidit, ut erratũ remaneret. præterea quum in proposito sermone illud etiam sit, tussire ipsum ex uertice, de hoc etiam inter libri interpretes magna dissensio est, nõnullis quidem ex capite fieri tussim dicentibus, nõ sicut crebrius fieri cõsueuit, ex pectore & pulmone & aspera arteria, quando hæc primo affecta sunt: aliis quibus autem ex uertice proprie dictũ esse putantibus, ut nõ solum ex capite distillatio aliqua tussis causa sit, sed etiam ab ipsius capitis parte illa, quam uerticem nominamus.

7 Quartana laborantes magno morbo non capiuntur. si prius autem capiantur, & quartana superueniat, liberantur.

Comitialem ueteres & magnũ morbum & affectum puerilẽ appellabant, ut ipse Hippocrates in libro De aquis, & aere, & locis, quoniã pueritiæ tempore abundat. nonnulli & herculeum ipsum uocauerunt, non quòd Hercules eo laborarit. Verum uidentur hi magnis quibusdam nominibus lætari, atq; ita ipsi morbo magnitudinis indicatiuum nomen indidisse, Herculeum appellantes. Alij sacrum morbũ falsa opinione decepti appellauerunt, sicut in libro De sacro morbo explicatũ est. oritur sanè & ab aliis affectis partibus nonnũquam uitium hoc. sed in plurimis primum ipsum cerebrum afficitur non alteri affecto consentiẽs. morbi aũt causa frigidus crassusq; humor est in cerebri sinibus collectus, neruorũq; origines, ac pre

cipue dorsi medullæ primū principium occupās. Hunc humorē igitur & aliæ quidē febres iuuant, sed maxime diuturnæ, & ex his omnibus quartana potissimū. itemq́ ea ipsa quartana quę longissima sit, & cum rigore inuadat. ipse namq́ rigor

* uectes *

Cerebri quidem initium hoc obstruente humore. febris autem caliditas prius attenuās & ipsum discutere apta est, præterea & totam temperaturam uehementibus rigoribus percellere, & humidam eam frigidamq́ ad calidius sicciusq́ redigere. ab illa enim pituitosus humor procreatur. interdum uero & uexante febrili accessione excretiones sequuntur conuulsionem iuuantes, per sudores quidem sæpius, aut uomitum, aut alui subductionem. quare & per hæc expurgatur morbi materia, iuxta id quod in Aphorismis dixit febrē conuulsionibus rectius accidere, q̄ conuulsionem febri. comitialis autem est totius corporis cōuulsio. in tertio quidē tomo primi de morbis popularibus ita scripsit de quartana, securissima quidem omniū est, & facillima, sed longissima quartana. neq́ enim ipsa solū per se ipsa talis est, sed etiam ab alijs ingētibus morbis tutum præstat. id uero nulli dubium est, quòd prius quartana febre laborantes comitialis morbus adoriri nequit. quandoquidem iam adortum superueniens quartana discutere consueuit, quocirca multo sanè magis ipsum impendentem arcere poterit.

8 Pro quibus qui morbi.

Hoc supra positis congruit hanc sententiam inuens, pro quibus morbis qui morbi oriantur, scire bonum est. id uero subaudire opus est, quemadmodum enim quartana comitialē sanat, & febris quæq́ conuulsionem, uel etiam distillationem & suspirium: eodem pacto oculorum phlegmonem alui profluuium, læuitatem intestinorum acida eructatio, & lateris phlegmone pulmonariā, ueternum phrenitis. contra uero non utiliter phrenitis in ueternum, phlegmone lateris in pulmonariam se conuertunt. Quinetiā atrā bilem hæmorrhois, id est sanguiflua, plerunq́ incipiētem prohibuisse, & iam effectam remouisse, necnon et duratum lienem sanauisse conspecta est. At uarices quoq́ hos ipsos morbos, podagras præterea, & artuum dolores discutiunt.

OMI TERTII FINIS.

SERIES CHARTARVM.

abcdefghiklmnopqrstuxyz. ABCDEFGHI.

Omnes terniones, præter H duernionem.

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM. MENSE MARTIO. ANNO M D XLIX.


FRO BEN